





J. rel.
4


Henr. la Fontaine.





J.rol. ²⁹
4

Henr. de Bruxton











J. rel.

Bracton

4 2°



7



Handwritten signature

Henrici de Bracton de

Legibus & consuetudinibus Angliæ Libri
quinque in varios tractatus distincti, ad diuer-
sorum et vetustissimorum codicum col-
lationem, ingenti cura, nunc primū
typis vulgati: quorum quid cuique
insit, proxima pagina
demonstrabit.

Handwritten initials

(:)


John Bracton

Handwritten note: 30. fo. 6. filii quatuor H. Bracton dicit, que leges deo prius in
st. semper sunt consuetudines et consuetudines dicit, que Bracton
no sunt (verum) dicit, que autem in noster est.

LONDINI.

Apud Richardum Tottellum
An. do. 1569.

Cum privilegio.



In primo libro tractatur De Rerum divisione.
In Secundo libro De Acquirendo rerum dominio.
In tertio libro De Actionibus in primo tractatu.
In eodem libro De Corona in secundo tractatu.
In quarto libro De Assisis noua discessine in primo tractatu.
In eodem libro De Assisis vltima presentationis in secundo tractatu.
In eodem libro De Assisis mortis antecessoris in tertio tractatu.
In eodem libro De Consanguinitate in quarto tractatu.
In eodem libro De Assisa Iuris vtrum in quinto tractatu.
In eodem libro De Dote in sexto tractatu.
In eodem libro De Ingressu in septimo tractatu.
In quinto libro De Breue de recto in primo tractatu.
In eodem libro De Essonys in secundo tractatu.
In eodem libro De Defaltis in tertio tractatu.
In eodem libro De Warrantia in quarto tractatu.
In eodem libro De Exceptionibus in quinto tractatu.

T. N. Candido lectori. S.



AM diu et sæpe a multis legum nostratiū studiosis, vt hic liber alicuius typographi honesta opera in publicum prodiret vehementer optatum est. Rarus quidem & penes paucos, quasi conclusus latuit. Ea veroquæ extiterunt exemplaria, frequenti & varia transcriptione, multorum & verborum atq; etiam sententiarum additione, quæ ab ijs in quorum manibus hic author versatus est suæ memoriæ adiuuandæ causâ adnotata et a describentibus p̄ ipsius autoris verbis prauè vsurpata et inserta sunt, sæpissimè autem indoctorum hominū & latina saltem nescientiū scriptorū inscitia (quod etiā plerosq; alios vetustos scriptores, in inculto illo et superstitionum et ignorantia plenissimo seculo contaminauit) viciosa, dissidentia alia ab alijs, omnia multis et insignibus erroribus scatebant. Quo sanè incommodo euenit, vt non sine magna difficultate et sumptu etiam, vnum ex plurimorum collatione fidum exemplar collectum, recensq; integrum, post examinationem diligentem multorum studiosorum et doctorum hominum opera factam, iam tandem descriptum sit. In quo labore a quamplurimis bonis, eorumq; etiam quibusdam illustribus et honoratissimis viris, qui suos in hunc vsum libros libenter, et vt verius dicam studiose, accommodarunt (quib⁹ eo nomine, Lector candide, plurimum omnes debemus) egregiè adiuti sumus.

Agit vero hic autor de Iure, quod Commune huius Regni vocamus. Iustiniani Institutionum methodum, iuris nempe ciuilis Romanorum quoq; peritus, videtur sibi ad imitandum proposuisse, ac eadem fere ratione ad leges Anglicanas commodo et perspicuo ordine tradendas progreditur. Quod eius institutum, illis quibus in hoc genere indigesta confusio semper displicuit atq; multum indies et molestia et impediementi obiicit, non potest non esse inprimis et iucundum et vtile. Videmus quantum pauci illi libri quos eruditi nonnulli, non multi tamen, de Iuris nostratis argumentis vel Titulis (vt vocant) aliquot rectè & ordine non malo ediderunt, quales sunt Littletonus de tenuris, Fitzherbertus de Breuium natura, Stanfordus de Placitis Coronæ, & Regia Prærogatiua, et eius generis reliqui, studiosis in hac facultate tyronibus adiumenti afferant. Quanto magis rectè dispositam et perspicuo faciliq; ordine ac methodo traditam totius huius artis rationem atq; epitomen ingenio nostro et memoriæ, tam ad intelligendum et iudicandum quod de omni hoc studio sentiri debet, quàm ad conseruandum et retinendum quod in eo sumus assecuti, mirificè prodesse oportet? Sed de hoc plura dicere frustra erit: quòd se hoc opus sua vtilitate commendabit,

-acton videt tempore
- . 3.

mendabit, satis esto. Hoc tantum te lector, ne vel magno tuo periculo
erres, vel nostra iniusta infamia pecces, necessario admonendum censui.
Confectum est hoc opus ab illustri viro Henrico de Braeton, sub vl-
tima tempora Regis Henrici tertij, trecentis circiter ab hinc annis, haud
multo postquam Rex Ioannes Regium diadema suo capite detractum
pontificio legato in manus tradidit, seq; ipsum pontificis potestati per-
misit. Quo ex facto Romanus pontifex, preter generalem illam quam
in omnes Christiani orbis in Europa principes prerogatiuam cum in-
signi illorum iniuria atq; infamia superbissime exercuit, propria sibi qua-
dam in Anglia iurisdictionem eo ipso tempore vendicauit. Nihil igitur
magnopere mirandum est, si quando hic scriptor in ecclesiasticis causis
pontificiam autoritatem (cui alioqui inuictissimi etiam Imperatores &
Reges cesserunt) coactus videatur admittere. Erat enim (vt omnibus
perspicue constat) id vitium illorum temporum, et omnium tum pro-
pe communis error, cum vniuersis fere gentibus crassissime tenebrae su-
perstitionis et ignorantiae obfusae essent, et tunc firme extinctum huma-
narum traditionum multitudinem, Euangelij lumen nondum tantas frau-
des et tam iniustum pseudoapostolicae tyrannidis imperium patefe-
cisset. Nec sane poterunt tam obscuri et quasi fascinati vel potius capi-
ui tamq; recentis temporis quaecunq; dicta falsissimam illam simulati-
onem antiquitatis, quam huic tyrannidi affingunt, multum iuuare.
Itaq; si forte incidet in eiusmodi aliquid quod pontificiae fauere autori-
tati videbitur (cuiusmodi apud hunc autorem loci certe perpauca oc-
current, et ij quidem ipsi non modo non diserte nec euidenter eum er-
rorem confirmantes, sed et qui commoda explicatione potius ad ius-
tam potestatem regum tuendam possint adduci) admonendus es lector,
hoc aetati illi dandum esse, nec ob id istum nostrum scriptorem magis reii-
ciendum vel premendum fuisse, quam caeteros Annalium nostrorum
de causis forensibus et actorum Parliamenti libros qui iisdem tempori-
bus aediti fuerunt, quamq; etiam multos magni nominis & alioqui bo-
nos theologos eius aevi, qui publico eiusdem vniuersalis fere ignorantiae
quasi aestu ac secundo flumine abrepti, non solum Papali tyrannidi
succubuerunt, sed et turpissimas haereses ab ipsius Papae fontibus, vel po-
tius sentina, haustas, Christi meritis cum summa blasphemia aduersissi-
mas, et contra Regum iusta imperia & maiestates quam maxime prodi-
torie (si ita licet loqui) contumeliosissimas disseminarunt: Quorum ta-
men libri bona cum venia in manibus sunt, neq; id iniuria: semper enim
eorum temporum quibus vixerunt habenda nobis ratio est, vt legentibus
quod recte scripserint commodo sit: si quid vero errauerint, temporis
ipsius, nempe erroribus obnoxij, et adhuc recentis, nec magnae antiqui-
tatis, consideratio, tibi ad vitandos errores praesidio, illis ad excusandos,
pro aliquo patrocinio sit. Nobis vero haec protestatio nostra pro aequi-
sima defensione habeatur, quod non eodem aedidimus vt quicquam omni-
no per nos in vulgus spargatur, vel in falsissimae tyrannidis papisticae as-
sertionem, quam merito abominamur: vel in iustissimae regiae potestatis
fraudem

fraudem aut præiudicium, quam pro iure suo et officio nostro humillime & verissime agnoscimus: vel ad deceptionē tuam, lector, cui optimè consultum volumus: Hoc tantum consilio fecimus, vt tibi et Reipub. profimus, et ne quis, si quid immutatum vel omissum esset, papicolis improbissimæ genti ad calumniam locus pateret.

Præterea lector, si quid quod tum temporum pro lege habebatur, nunc recentiorum statutorum sanctionibus immutatum sit, vel alijs de

causis Iusticiariorum opiniones ab antiqua sententia recesserint, memineris acta Parliamentorū consulenda, præ-

sentibus viuendum statutis, præsentibus legi-

bus obtemperandum: huius, vt aliorū

bonorum autorum, commodo

ordine & recte traditis

ad tuam vtilitatem

fruendum.

Vale.

T. N.

*Varietates lectionis huius operis ex fide duodecem
librorum antiquorum descriptæ, quas bis punctis
(,,) in margine libri annotatas
repperies.*

<i>No.</i>	<i>Ita legitur.</i>	<i>Aliiter sic.</i>
1	» Vfu armorum & præsidio.	Armorum podio
9	» Natiuitatis suæ.	vicinitatis suæ
22	» siue homagium	sine homagio
24	» sed sicut	vel sicut
36	» saccum cum brochia	sellam cum brothio
40	» nihil iure.	nihil in re
41	» domino vendente	domino tradente
59	» vel remaneat	nec remaneat
59	» non valebit	tunc valebit
59	» simplici confirmatione	simplici donatione
59	» licet iuuari possit	licet iuuari non possit licet iniuriari possit
86	» ad couey et key	ad cofre & key ad couer & key
87	» saccum cum brochia	sellam cum brothio
89	» aliquo modo	aliquo medio
91	» infra xiiij. annos	infra xij. annos
92	» in Kanc.	in Lanc.
92	» dos parapherna	dos paraphernalis
101	» poterunt renouari	poterunt reuocari
101	» in contrarium	in contractu
115	» bufones	barones
117	» sothale quandoq; filctale	sothale quandoq; Byldale quandoq; Gildale
118	» illas habeat	illas tradidit
122	» Comites Paleys	Comites Palentynes
124	» ante iterum	ante iter
124	» fridhburgo	fridithburgo
126	» audiri debet	audiri non debet
147	» de superiori labro	desuper balluro desuper ballenro
147	» quædam dispensationes	quædam desponsationes
150	» petere vt adiratam	petere vt indiratam
153	» Regis H. 46	Regis H. 56.
177	» non habebit talis	habebit talis
181	» tamen alius vbi voluerit	cum alius noluerit
193	» pater suus liber	pater suus villanus
252	» hereditatis restitutio	hereditatis institutio

qualiter

340	» qualiter redimuntur	qualiter redduntur
340	» maior præfens fit	minor præfens fit
351	» infra quartum diem	infra secundum diem
359	» mille & quadringenti	mille & quadraginta mille & sexaginta
359	» quo sūmū planeta puoluat circulum	quo suum planeta deuoluat circulum
408	» facta æditione sine scriptis	facta æditione in scriptis
441	» excommunicationem minorem & pœnam.	excommunicationem minorem & perpetuam.

FINIS.



INDEX EORVM OMNI- um quæ in hoc opere con- tinentur.

Liber primus, de Re-
rum diuisione.
¶ Caput. i. fo. i.
¶ Que sunt regi necessaria.
Quod sola Anglia vsa est consue-
tudine & iure non scripto.
Que causa inuentionis huius trac-
tatus.
¶ Cap. 2. fo. i.
¶ De Probemio autoris.
De materia huius libri.
Que materia.
Que utilitas.
Quis finis.
Quis effectus.
Quod sapiens esse debet qui iudicat
Qua sit pena male iudicantis.
¶ Cap. 3. fo. 2.
¶ De principali tractatu, & pri-
mo Quid sit lex.
Quid est consuetudo.
¶ Cap. 4. fo. 2.
¶ De Iusticia & Iure.
Quid sit Iustitia.
Quid sit Ius, & quod ius varias
habet exceptiones.
Quid sit Iuris prudentia.
Quid sit aequitas.
Qua sunt Iuris precepta.
¶ Cap. 5. fo. 4.
¶ Qualiter diuiditur ius.
Quid sit ius publicum.
Quid sit ius priuatum.
Quid sit ius naturale.
Quid sit ius civile.
Quid sit ius gentium.
Qua descendunt & introducta
sunt ex iure gentium.
Quid sit manumissio.
¶ Cap. 6. fo. 4.
¶ De prima diuisione personarum.
Quid sit libertas.
Quid sit seruitus.
Qualiter nascuntur serui & qua-
lito fiunt.
Quis dici possit liber & quis inge-
nuus.
Qui dicuntur libertini.
Qui dici non possunt liberi nec cõ-
putari inter liberos.

¶ Cap. 7. fo. 5.
¶ De secunda diuisione personarũ.
Cui comparari debet hermaphroditus.
¶ Cap. 8. fo. 5.
¶ De tertia diuisione personarum.
De diuersis nominibus dignitatũ.
Quid sunt Ringa.
Quid significet gladius.
De dignitate Regis & q̄ Rex non
habet parem.
¶ Cap. 9. fo. 6.
¶ De quarta diuisione personarũ,
q̄ aut est sui iuris aut alieni iu-
ris aut dubij.
Qui sunt sui Iuris.
Qui sunt alieni Iuris.
Qui sunt in potestate patrum.
¶ Cap. 10. fo. 6.
¶ Qualiter dissoluitur patria po-
restas & dominica.
De quadam subdiuisione persona-
rum que sunt in potestate aliena.
Qualiter soluitur dominica potes-
tas in seruis fugitiuis.
¶ Cap. 11. fo. 7.
¶ De diuersis condicionibus perso-
narũ tenentium in dñico dñi regis.
De liberis in manerio Regis.
Quod sub potestate domini sunt li-
beri homines.
¶ Cap. 12. fo. 7.
¶ De rebus & rerum diuisione.
Prima diuisio.
Secunda diuisio.
Tertia diuisio.
Quadam res sunt communes se-
cundum diuisionem interius.
Quadam publicæ.
Quadam vniuersitatis.
Quadam sacra & religiosa que
sunt deo consecratę.
Quadam singulorum.
Quadam nullius.

Liber secundus, de ac-
quirẽdo rerũ dominio.
¶ Caput. i. fo. 8.
¶ Qualiter acquiruntur rerũ do-
minia de Iure naturali siue gen-
tium per occupationem, & de se-

ris bestijs.
De Piscatione, venatione & appre-
hensione & apium inclusione.
De mansuetis bestijs & auibus.
¶ Cap. 2. fo. 9.
¶ De modo acquirendi per accessi-
onem, & quid est alluio.
De insulis natis in flumine.
De accessione que fit humana na-
tura operante per adiunctionem
specierum.
De edificijs quilibet.
De litteris & picturis.
De accessione que fit diuina na-
tura & humana operante, & de
planta.
¶ Cap. 3. fo. 10.
¶ De modo acquirendi per specifi-
cationem.
Item per confusionem.
Item per inuentionem.
¶ Cap. 4. fo. 10.
¶ De diuersis modis acquirendi ex
iure civili.
De quadã recapitulatiõẽ de qua-
dam diuisione Rerum.
De Seruitutibus.
¶ Cap. 5. fo. 11.
¶ De acquirendo rerũ dominio ex
causa donationis inter viuos.
Quid sit donatio.
Qualiter diuiditur donatio.
Quis donare possit.
Quis donare non possit.
Cui donari possit.
Qua res dari possit, & qua non.
Que exiguntur ad hoc q̄ valeat
donatio.
Breue ad inquirendum in quo sta-
tu fuit donator quando fecit do-
nationem.
Breue si donator sit compos metis.
Breue de summonendo tenentem.
Quod certa sit res que dari debet.
Quod donatio sit gratuita & non
coacta.
Quid sit metus.
¶ Cap. 6. fo. 17.
¶ De diuersis modis donationũ, q̄
alia sit simplex & pura & alia
¶ i. con-

Index.

- conditionalis vel sub modo.
Si fiat donatio sub conditione.
Si ex facto procedente vel ex causa.
Quod conditio impedit descensum ad proprios heredes.
¶ Cap. 7. fo. 20.
¶ Si terra data fuerit bastardo vel in maritagiū.
De dote uxoris bastardi.
Si terra data fuerit in maritagiū, videndum qualiter fiat donatio in maritagiū.
Maritagiū aliud liberū aliud nō.
Quod maritagiū reuertitur pro defuncti hereditate.
¶ Caput. 8. fo. 24
¶ Si seruis fieri possit donatio.
Si fiat donatio seruo sub potestate domini sui constituta.
Si fuerit donatio ei qui fuerit extra potestatem domini.
Si seruus donac. facere possit an nō
¶ Caput. 9. fo. 26.
¶ Si fiat donatio alicui ad terminum vite donatoris vel donatoris, & de donatioe facta ad terminum vite vel annorum.
¶ Caput. 10. fo. 27.
¶ De donacione facta in liberam eleemosinam.
Quod quis dare possit terram liberius quam tenuit.
¶ Cap. 11. fo. 28.
¶ De donacionibus factis pluribus simul siue successiue.
Si pluribus bastardis simul de cubina.
¶ Cap. 12. fo. 29.
¶ Si vir uxori donationem facere possit constante matrimonio.
¶ Cap. 13. fo. 29.
¶ Si felo post feloniam donationem fecerit vel dimiserit ad terminū.
¶ Cap. 14. fo. 30.
¶ Si fiat donatio de re aliena.
¶ Cap. 15. fo. 31.
¶ Qualiter in donacionibus mutatur una causa possidendi in aliam causam possidendi.
Si fiat donatio alicuius rei excepta aliqua parte.
¶ Cap. 16. fo. 33.
¶ De distinctione chartarum.
De distinctione chartarū, alia regia, alia priuatorum.
Quod de chartis regis nō debent, iustic. disputare nec eas iudicare.
Cum res certa dari debeat, oportet quod certa seruitia veniant in compensationem pro re data.
De verbis & clausulis contentis in charta.
De seruitijs & consuetudinibus nominatis in charta.
Quae seruitia dicuntur forinseca & quare.
De seruitijs quae nec dicunt intrinseca nec forinseca sed cōmittātia
Quod tenementum dici debet socagium, & quod militare feodum.
De clausula warrantie
Quod non obstante homagio, potest quis excusari a warratia per clausulam appositam in charta ne teneatur warratio.
De appositione signi, et de testibus.
¶ Cap. 17. fo. 38.
¶ De possessione, & q. nō valet donac. nisi subsequatur traditio, et ideo videndum de diuisione possessionū, et qualiter acquirat possessio rerū.
Quid sit possessio.
Qualiter diuiditur possessio.
¶ Cap. 18. fo. 39.
¶ De traditionibus.
Quid sit traditio.
Qualiter fieri debet traditio, & qua sufficiunt ad traditionem.
Facta traditio, videndum quando donatoris incipit possidere, & quando donator dimittit.
Quod solo corpore retinet possessio.
Per quas personas acquirat possessio.
Si de una re pluribus facta sit donatio simul vel successiue, quis praefertur.
¶ Cap. 19. fo. 45.
¶ Quibus modis amittit possessio.
Si ille cui datum est rem datā ulterius dare possit sine prauiditio, & cū quis poterit dare terrā alienā, quare nō poterit dare propriā.
Quae sit donatio libera & quae conditionalis.
Quid sit libertas et quid seruitus.
¶ Cap. 20. fo. 49.
¶ Qualiter quis vti debeat scyflina.
Quod nō valet donatio nisi donator totaliter se dimittat de re data & totaliter se teneat extra.
¶ Cap. 21. fo. 51.
Qualiter amittit possessio acquisita.
¶ Cap. 22. fo. 51.
¶ Qualiter acquiratur possessio per vsu captionem.
Qualiter acquiratur possessio iuris, quod tradi nō potest legu vsu.
¶ Cap. 23. fo. 52.
¶ De acquirendo rerū dominio incorporalium, sicut de iuribus, libertatibus & seruitutibus.
Qualiter quis vti debeat seruitute in communia pasturae.
Qualiter in iure presentandi & qualiter transfertur scyflina.
Quod aduocatio ecclesie cum aliquo tūto trāsserat cū dari debeat.
Quod donatio de aduocac. ecclesie valere non debet antequā donator fuerit i possessione praesentandi.
¶ Cap. 24. fo. 55.
¶ De libertatibus, quis eas dare possit & quae sunt Regis.
Quid est corona Regis.
De warranis & libertatibus concessis a domino Rege, qualiter possidentur & vrantur.
Breue si quis alium vexauerit contra libertatem.
De intentione querētis proponēda.
¶ Cap. 25. fo. 58.
¶ De confirmationibus.
Quid est confirmatio.
Quando quis possit confirmare & quando valet confirmatio, & quando non.
¶ Cap. 26. fo. 60.
¶ De donacionibus inter mortuos & mortis causa.
De quibus rebus poterit quis condere testamentum.
¶ Cap. 27. fo. 61.
¶ De acquirendo rerum dominio ex causa emptionis.
De arris datis.
¶ Cap. 28. fo. 62.
¶ De Locato & conducto.
De vsu vestimentorum.
¶ Cap. 29. fo. 62.
¶ De acquirendo rerū dño ex causa successionis, & qualiter heredes succedunt parentibus.
Quid sit hereditas. Quis

Index.

- Quis dici debeat hres legitimus. Qualiter illegitimi legitimantur. De presumptionibus quod partus debeat esse legitimus, eo qd nascitur ex uxore.*
- ¶ **Cap. 30. fo. 63.**
¶ De statu & differentia liberorū. De qualitate heredū, qui propinqui sunt & propinquiores & de eorum seysina.
Quid facias heredē propinquiorē.
- ¶ **Cap. 31. fo. 67.**
¶ De gradibus successionis & parentele.
De personis eorū qui abis succedere debēt, & de ordine successionis. De heredibus qui succedunt non ex successionē sed substitutione per modum donationis.
- ¶ **Cap. 32. fo. 69.**
¶ De partu supposito & cum uxor fecerit se pregnantem cum non sit ad exheredationem veri heredis.
Breue de vidēdo mulierem ut sciatur virum sit pregnantem vel non.
Breue Cōstabilario qd recipiat catinam in castro suo.
Itē qd ad querelā heredis videatur. Item qd vic. faciat eam venire corū Iustic. apud westmonasterium.
De presumptione quia nascit ex uxore
Breue de eo qd nutrimet aliquem in domo ut filiū & heredem qui nec est filius nec hres.
Itē cum verus hres moriatur infra etate, supponit custos aliū exheredatū, vel si habeatur suspitio qd mortuus sit, breue qd videatur.
Breue si hereditas heredis mortui debeat esse eschaeta domini regis. Cum talis mulier in iudicio cōnecita fuerit vel confessa qd pregnantem non sit, breue de faciendo seysinam vero heredi.
- ¶ **Cap. 33. fo. 71.**
¶ De heredibus instituentis. Si fieri debet partitio inter heredes. De institutis constitutis ad partitionem faciendam.
De institutis constitutis ut inter sint partitioni.
Breue cū partes elegerint aliquos de cōmuni assensu ad partitionem faciendam.
- Breue alterius modi sed de eodē, ubi partitio minus ritē facta est per alios.
Breue de eodem, sed istud deberet precedere proximo procedens.
Breue de seysina faciēda coheredibus, cum conuenerit inter eos de partitione.
Item aliud de eodem si participēs tenens cognouerit participi partem suam, & quod fiat extensio.
Breue quod quis eat ad capiendū sacramentū de extēforibus si faciēda sit extērio extra comitatū.
Breue ubi extēforēs nihil fecerūt ad primum mandatum.
Breue si milites venerint & vic. negligens fuerit.
Breue si extensio minus sufficiēter facta fuerit.
Breue interlaqueatum ubi milites de duobus comitatibus cōuenire debent ad faciendam extensionē.
Breue de eodem.
Breue de querela filia primogenita & participis qua non habet rationabilem partem suā nec asuetiam, & de partitione rationaliter faciēda per milites.
De habendis corporibus extēforū ad certificandum.
- ¶ **Caput. 34. fo. 75.**
¶ De officio extēforū, & qualiter debet extendi advocatio ecclesie.
Breue vic. de seysina faciēda coheredibus post partitionem.
- ¶ **Caput. 35. fo. 77.**
¶ De homagiis faciēdis & capiēdis.
Quid sit homagium, & qualiter trahatur.
Quis teneatur homagium capere.
Quis teneatur homagium facere.
Item quando & quoties homagium faciet.
Item de quibus rebus.
Per quas personas.
Qualiter & per que verba.
Item qualiter sacramentum fidelitatis.
Qua sunt inquirenda & tenenda in sacramento fidelitatis.
Quis effectus homagii.
Qualiter homagium dissoluitur & extinguitur. Item casus de W. ilhelmo de morisco in hibernia.
Si dominus possit attornare homagium & seruitium tenentis contra voluntatem tenentis.
Si dominus capianē homagii tenentis sui differat vel recuset per malitiam.
Si tenens propria autoritate diuertat se ad alium, relicto domino suo, & faciat ei homagium.
Si dominus medius cum seruitiū receperit a tenente suo nō acquietauerit eum versus superiorē dominum.
- ¶ **Caput. 36. fo. 84.**
¶ De releuiis dandis
Quid sit rationale releuium, ubi
Quis teneatur ad releuium.
Quibus teneatur.
Item quorsens.
Item quando.
De quibus rebus. Item quietantia custodia & releuiū.
Si de sokagiis dari debeat releuiū, vel quid, et qd de sokagio datur redditus duplicatus pro releuiō.
Si de feodi firma vel quid.
Nota de herietto.
- ¶ **Caput. 37. fo. 86.**
¶ De custodia heredum.
Item de atate heredū & qd de feodo militari in socagio potest & debet respondere licet petere.
De atate semina.
Si plures sint domini capitales, & vnus tenēs, ad quē pertinet maritagium heredis.
Quod maritagium pertinet ad antiquiorem feoffatorem.
De herede Sockmanni sub cuius custodia esse debet.
- ¶ **Caput. 38. fo. 88.**
¶ De maritagio heredum, & ad quē pertinere debeat maritagium.
Si plures & diuersa hereditates sint alicui descendentes tam ex parte patris quā ex parte matris.
Quando feodum alicuius deliberatur quid ad dominum pertinet maritagium heredis.
Cum plures sint domini capitales, tam ex parte patris quā ex parte matris.

Index.

- Cum autem maritajum petatur, refert quis fuerit in *scylina de herede, vtrū dominus vel extraneus*.
Ad quem pertineat maritajū de de *Sokagie*.
Prouisio si quis heredi subtraxerit.
¶ Caput. 39. fo. 91.
¶ De donationibus propter nuptias ob causam dotis dotis constitutione, & quid est dos.
Qua est rationabilis dos.
Quis possit dotem constituere.
Item quando & vbi.
Quot sint species dotis.
Item de qua re.
¶ Caput. 40. fo. 95.
¶ Quod vxor vidua remanere debet in capitali mesuagio per quadraginta dies post mortē viri, donec dos sua fuerit ei assignata, et de dotis assignatione post mortē viri.
Qualiter dos fuerit ei assignanda.
Qualiter aduocatio ecclesie transferatur in dotis assignationem & qualiter non, & qd aliud est dare ecclesiam et aduocatiōē ecclesie.
Quod dos libera esse debet.
Liber tertius de Actionibus.
¶ Cap. 1. fo. 98.
¶ De actionibus & quid sit actio. Vnde oriatur.
¶ Cap. 2. fo. 99.
¶ Quid sit obligatio & qualiter contrahatur.
Quid est stipulatio.
Si fiat stipulatio sub conditione.
Facta stipulatione deducitur.
Item loca.
Quid sit iudicialis stipulatio.
Si res plures in stipulationem deducantur.
Quis non possit stipulari.
Cause quare inuenta fuerunt stipulationes & obligationes.
De obligationibus que nascuntur quasi ex contractu.
De traditione & iunctura.
Per quas personas acquirit obligatio.
Quibus modis tollitur obligatio.
Oriuntur obligationes ex delicto vel quasi.
¶ Cap. 3. fo. 101.
¶ De prima diuisione actionum.
Qua sunt actiones personales.
Qua sunt actiones in rem de re mobili.
Qua sunt in rem de re mobili, & quod oportet opponere precium de re petita.
Qua sit actio mixta.
Quod quedam concepta sunt in simplum & sic.
De actionibus ciuilibus in rem.
De actionibus ciuilibus in personam qualiter nascuntur.
De possessoria hereditatis petitione, qua dici possit *assisa noua dissylina*.
¶ Cap. 4. fo. 103.
¶ Cui competat actiones que oriuntur ex maleficijs, & contra quem.
Cui actio iniuriarum competat & contra quem.
Cui actio qd metus causa, & contra quem.
Cui & contra quem competat interdictum quod vi aut clam.
Cui & contra quem competat interdictum de itinere actus priuato.
De interdico quorum bonorum.
Alia diuisio actionum si plures competant super vna re & vna fuerit electa.
Si quis se retraxerit ab vna cum fuerit electa.
Actionum tertia diuisio.
¶ Cap. 5. fo. 104.
¶ Vbi terminari debent actiones criminales.
¶ Cap. 6. fo. 104.
¶ De generibus penarum quibus homines afficiuntur propter eorum iniquitates.
¶ Cap. 7. fo. 105.
¶ Vbi terminanda sunt actiones ciuiles.
De diuersitate iusticiariorum.
Que placita immediate placitari & terminari debent in curia domini & rationes quare.
¶ Cap. 8. fo. 106.
¶ Vbi & coram quibus personis proponenda sunt actiones et terminanda.
Quid sit iudicium & in quibus consistit, et quod iudicium iudicis consistit in tribus.
Quod quadruplex est munus.
De potestate iudicis.
De diuisione iurisdictionum sacerdotij & regni.
¶ Cap. 9. fo. 107. X
¶ De regimine iurisdictionis que pertinet ad regnum.
De sacramento quod rex facere debet in coronatione.
Ad quod rex creatus sit in ordinaria iurisdictione.
¶ Cap. 10. fo. 107.
¶ De iurisdictione delegata que ad iusticiarios pertinet.
De differentia iusticiariorum.
De potestate iusticiariorum.
Qualiter & quando finiat eorum potestas & iurisdictione.
¶ Cap. 11. fo. 108.
¶ Qualiter constituendi sunt iusticiarii ad itinerandum de Com in Com generaliter ad omnia placita vel specialia.
De Sacramento quod iusticiarii facient cum iusticiaria receperint.
Breue vni eorum clausum.
Breue omnibus iusticiarijs simul quod erit eorum warrantus, & publice legetur in comitatu patris.
Breue de eodem omnibus iusticiarijs simul patens.
Breue clausum vic. qd venire faciat corā iusticiarijs omnia placita.
Breue de generali summonitione clausum.
Breue cum ipsi iusticiarij fecerint summonitionem nomine proprio et per breue suum.
Item omnibus quatuor iusticiarijs simul vbi constituuntur ad quaedam specialia & non ad omnia placita.
Breue clausum vic. qd venire faciat assisam.
Si autē constituantur quatuor milites iusticiarij ad vnicā assisam capiendam noua dissylina.
Breue de eodem vic. clausum quod venire faciat assisam.
Si iusticiarius banci solus constituatur qd assumat.
Breue

Index.

- Breue vic. clausu de eodem.
Breue si de banco transferatur assisa vsq. ad com ad certos iusticiarios.
Breue clausu de eode vic. dirigedu.
Si assisa transferatur quatuor iusticiarijs vsque ad iter iusticiarioru extra com cum in com incepta fuerit.
Breue de consuetudinibus iusticiariorum ad inquisitiones facien- das super emencionibus ad qua- relam.
Breue vic. clausum super eodem.
Cap. 12. fo. 112.
De modo & ordine proponendi actiones coram iusticiarijs & de eorum officio.
Breue ne quis implacitetur sine breui & precepto domini regis.
De ordine actionum.
Quod prius agendum est super pos- sessione quam super proprietate.
De actionibus vi bonorum raptorum.
De ordine actionum in triplici.
TRactatus secundus
De Corona.
Cap. 1. fo. 115.
Qualiter procedere debent iusticiarij in itinere suo & quo ordi- ne.
De sacramento. xij. militum electo- rum ad dicendum veredictum in placitis corona.
Capitula de quibus. xij. respondere debent.
Cap. 2. fo. 117.
Breue de generali summonitione in itinere iusticiariorum in itinere apud Shipwey in com Kanc. infra libertatem quinq. portuu. Item capitula.
Breue vic. Norff. & Suff. & scirs fa- ciat hominibus in Termerwe & Donewiz.
Cap. 3. fo. 118.
De crimine lese maiestatis & suis speciebus.
De crimine falsi & suis speciebus.
De occultatione thesauri inuenti.
Quid est thesaurus.
Quid sit wrecku et de grosso pisce, s. Sturgione & balena.
De assisis regni iuratis si non ob- seruentur.
Cap. 4. fo. 120.
De crimine homicidij & quali- ter dividitur.
Quid sit homicidium.
Cap. 5. fo. 121.
De officio Coronatoru circa ho- micidium.
De inquisitionibus vbi occisus fu- erit.
De attachingando culpabiles.
Si in campis vel in boscus.
Si notus vel ignotus.
Si occisor fugiat.
De submersis.
Qua sunt deodanda.
Cap. 6. fo. 122.
De officio Coronatoris in The- sauris inuentis.
Cap. 7. fo. 122.
De officio Coronatorum in raptu virginum.
Cap. 8. fo. 122.
De officio Coronatorum de pace & plagis.
De officio vic. in appello de pace et plagis amenjurandis.
Si plaga periculosa sit, ponantur appellati in prisonam nec sunt per plegios dimittedi, sed videndu in cuius prisona sunt custodiendi: in prisona illius qui habet potes- tatem iudicandi.
De probatore & socke & sacker.
Quod prisonas non debent de terris suis dissipari sed inde debet sus- tentari.
De inquisitione facienda vtru ap- pellati sunt odio & atys.
Breue de inquisitione.
Si per inquisitionem culpabilis in- ueniatur.
Si non sit culpabilis dimittatur per plegios.
Aliud breue de eodem.
Si captus infra libertatem et dila- ta fuerit delibetatio et captor at- tachiatur & fit ad respondendum quare talem cepit & imprisona- uit.
Cap. 9. fo. 123.
De Clerico imprisonato.
Cum in curia Christianitatis de- fecerit in purgatione, et si apostri- sa fuerit.
Breue si ordinarius noluerit ei pur- gationem inducere cum sit ei li- beratus.
De custodia reoru qui sunt in priso- na mittendi et qui per plegios di- mittendi & de carceris fractione.
Cap. 10. fo. 124.
De criminosis qui statim fugiunt post feloniam, & tunc qualiter secta fieri debeat post tales, et quoru quida sunt in franco plegio et quida de manupastu alicuius.
Quod prima nocte dici poterit vinctus, secunda vero Gusi, tertia nocte hogbene byne.
Cap. 11. fo. 125.
Qualiter reus criminosis sit re- quirendus & si non veniat qua- liter vilagandus.
Cum malefactor fuga ceperit, qua- liter interrogandus erit in comi- tatu, & de comitatu in comita- tum, & qui sequi debeant et pos- sunt.
In quibus mulier habet appellum.
Quis vilagari possit & debeat.
Quid aliquis non possit vilagari qui infra duodecim annos fuerit, et q. femina non potest vilagari sed weynari.
Qualiter quis sequi debeat, et quot comitatus.
De Reta novitit facta.
Si secta resumere voluerit sine sec- ta no procedatur ad vilagatione.
Cap. 12. fo. 126.
De causa vilagationis vera & presumptiva.
Si vulneratus curari noluerit cum possit.
Item causa presumptiva.
Si nulla subsuit causa.
Si causa non sit periculosa.
Si quis fuerit vilagatus ob nullam causam vel minus rationabilem, ei gratia est maior quam ad in- lagationem.
Item potest vilagatio pronuntiaru nulla, & fiat breue regis super hoc & nulla dici poterit multis rationibus.
Qua dici poterit nulla et qbus ra- tionibus, quia minus rit facta.
Item

Index

Item tam ille de sortia quam illa de facto fuerint, & vilagari quis tam propter factum quam propter sortiam & e contrario.
Qualiter et quando pronuntiari debet vilagaria de facto & quando de sortia, an statim & eodem die diversa opinio.
Si ille de sortia presens sit & ille de facto fuerit, vel si vice versa.
Si quis in quarto comitatu voluit manucapere non iudicatur.
Ille de sortia non est interrogandus donec factum conuincatur.
Cum autem in eaq. presens fuerit & ille de facto conuictus, qualiter sit procedendum contra illum de sortia.

¶ Cap. 13. fo. 128.

Quid vilagari forissaciis per vilagationem & q. vilagari dicitur frendlesman.
Cum vilagari quis scienter tale receperit.
Si fugerit & se defenderit.
Si non fugerit nec se defenderit.
Quod sola fuga non inducit.
Forissaciis quia iuris sunt.
Item forissaciis actionem.
Item dissoluti donationes, venditiones & omnes contractus & obligationes.
Quod quedam castalla sua sunt domini regis.
Si terram liberam habuerit statim capiatur in unum annum & unum diem.
Cum autem post annum & diem terra non fuerit domino capitali restituta, ad querelam veri domini fiat vice. tali breue.
Facta inquisitione de restituenda terra domino capitali.
Aliud breue de eadem de restituenda terra.
Si terra data in maritimum cum filia alicuius de hereditate materna existerit in manu domini regis per annum & diem per feloniam quam vir ipsius filia fecit, breue de restituenda.
Breue si ex alienauerit infra terminum suum vel balliu suum.

Item aliud breue de eadem materia.
Quod si aliquis reuertetur terra ad dominum capitalem nisi feloniam conuicta fuerit.
Si felo ante feloniam conuictam obierit.
Si donationem fecerit ante feloniam conuictam vel post.
Item non valebit felonis generatio nec ad hereditatem paternam vel maternam habendam.
Exemplum de filio fenatoris.
Quod nihil forissaciis quis aliquam fuerit conuictus.
Diversa opinio Martini de Patersbüll & Stephani de Segraue de hereditate mulieris.

¶ Cap. 14. fo. 131.

¶ De vilagatione, qualiter vilagari post vilagari ex causa mittuntur ad pacem.
Breue quod dominus Rex perdonat fugam & vilagariam omnibus balliuis dirigendam a tempore suo.
Aliud quod Rex perdonat (quantum ad ipsum pertinet) vilagariam a tempore patris sui.
Item quod Rex perdonat vilagariam, quia tempore quo appellus factus fuit, ipse appellatus in alio appellatus fuit de eadem roberia.
Si quis falsa coram iustitiariis fuerit iudicatus & postea se reddiderit iusticie domini Regis, & remittit rex vilagariam.
Si ille qui interfici debuit sanus & viuus redierit.
Breue de eo qui interfici debuit si sanus & viuus reuertatur.
De vilagatione & ad qua restituatur vilagatus.
Quod iudicanda erit causa primo ante vilagationem per quam fuit vilagatus, ut facilius admittatur ad pacem secundam causam vilagationis.
Si nulla causa sed infortunium siue feloniam.
Si nulla omnino causa.
Non restituatur quis nisi tantum ad pacem.
Quid felo forissaciis siue vilagatus.

Item restituuntur legi maxime in criminalibus quod ipsi alijs respondent & alij ipsi non, in civilibus vero ipsi alijs.
Quod rex remittit eis suam feloniam sine preiudicio aliorum.
Quod oportebat quod versus ipsum loquatur per verba appelli.
Item si antenatus filius ex pluribus feloniam fecerit in vita patris et fuerit vilagatus in vita patris.
Cum vilagatus captus fuerit non alicuius leticiam est eum interficere nisi in ipsa captione se defendat.
Quod aliquando potest dominus Rex de gratia sua vitam concedere restitutum.

¶ Cap. 15. fo. 134.

¶ De homicidio quod palam & pluribus assistentibus perpetratum est, & postea de homicidio quod nullo presente perpetratum est & quod dicitur murdrum.
Quid sit murdrum.
Que causa inuentionis murdrorum.
Quid dicitur murdrum.
Qualiter patria excusatur a murdro.
Si interfectus captus fuerit cum nullum erit murdrum.
Item qualiter debet Englesberia presentari secundum consuetudinem diuersorum com.

¶ Cap. 16. fo. 135.

¶ Si reus factores fugiunt ad ecclesiam qualiter debeant regnum abinurare si cognoscant latrocinium & feloniam.
De sacramento qualiter debet regnum abinurare.
Quod non debet morari in ecclesia ultra quadraginta dies si velit, quid tunc agendum sit.
De diuisione exiliorum.

¶ Cap. 17. fo. 136.

¶ De homicidio per infortunium & casuali.

¶ Cap. 18. fo. 136.

¶ De illis qui capti sunt quod non debent spoliari bonis suis sed debent inde sustentari.
Breue quod de bonis suis sustententur.

Index.

- 111.*
Qualiter captus produci debet coram iustic. & quare iustic. examinare debent in duello iniungendo & iudicijs.
Radiatio duelli & si appellatus victus fuerit vel appellans.
Ne quis extraneum hospitetur nisi de clara die.
Cap. 19. fo. 137.
¶ De quibus loqui debeat appellans.
De appello de morte hominis.
Quod possunt plures appellari sicut vnus de morte alterius.
Verba appelli de morte fratris vel alterius.
Item appellum de fortia.
Qualiter debent appellati defendere.
Si duellum declinare noluerit per hoc quod transit atatem.
Si omnes concurrunt qui iungunt appellum, statim radietur duellum.
Si plures appellauerint vnum sed de diuersis factis, sicut de diuersis plagis.
Si ante duellum percussum omnes appellantes mori contingat.
Si autem appellatus victus fuerit de facto, tunc deum procedatur versus alios de fortia & de precepto.
Si plures vnum appellauerint de morte alicuius de pluribus plagis.
Si vnus plures appellauerit de diuersis plagis mortalibus.
Cap. 20. fo. 139.
¶ Quod appellatus det radiū defendendi & appellans det radiū disrationandi. Item de exceptionibus contra appellum.
Quod quadam sunt exceptiones quæ generales sūt ad omnia placita, quadam speciales et diuersæ secundum diuersitatem placitorū & appellarū.
Prima exceptio et generalis in omni appello de scēta, si bene & secundum legem terra facta sit.
Si de recordo inter iustic. contentio habeatur, tunc quid agendum sit.
Contra appellum poterit excipere appellatus exceptiones contra appellum.
¶ Cap. 21. fo. 140.
¶ De duelli radiatione, cum nulla sit exceptio, tunc statim radietur duellum.
De forma sacramenti.
Facto sacramento ex vtraq. parte committatur defēsor duobus militibus.
De sacramento faciendo in campis.
De banco domini regis.
Si appellatus victus fuerit.
Si appellans in campo se retraxerit.
Cum omnes de facto conuicti fuerint, tunc procedatur contra eos de fortia, et de sacramento ab appello faciendo.
De sacramento faciendo ab appellante.
Si appellans de facto victus fuerit vel se retraxerit, illi de fortia liberantur.
Si primo appellas de facto mortuus fuerit vel defaltam fecerit, dominus rex potest procedere ex officio. Itē defēdit, quis ab appello propter mahemium & quia transit atatem.
Si mulier per vim oppressa.
¶ Cap. 22. fo. 141.
¶ De indictatis per samam patriæ ex suspicionē.
Qualiter iustic. debeat examinare.
Quod omnes a iurata amoueātur quos appellatus sufficienti habet ratione suspectos.
Quod villata iurabunt per se vel omnes simul erectis manibus.
Verba quæ a iustitiarijs procedenda sunt post sacramētum factum.
Generalis obseruatiā in sacramentis coram iustic. faciendis.
¶ Cap. 23. fo. 143.
¶ De appello de pace & plagis factis contra pacem & de verbis appelli & de modo appellandi et defendendi.
et de modo defendendi & disrationandi.
De exceptionibus contra huiusmodi appellum.
Item quid dicitur de eo qui virilia abscedit alicuius.
¶ Cap. 24. fo. 144.
¶ De appello de plagis et mahemio et de modo appellandi & defendendi.
De exceptionibus contra huiusmodi appellum.
Quid dici debeat mahemiam.
Quid sit deformitas & non mahemium.
¶ Cap. 25. fo. 145.
¶ De appello de pace et imprisonmente & de verbis appelli & de modo appellandi & defendendi.
De exceptionibus contra huiusmodi appellum.
Qualiter in appello isto agi poterit civiliter vel criminaliter cū adiectione felonie vel non.
¶ Cap. 26. fo. 146.
¶ De actione criminali sic de pace & roberia & de appellis, & de modo appellandi & defendendi.
De appellis de felonie & pace regis & de verbis appelli et defendendi & responsione appellati.
¶ Cap. 27. fo. 146.
¶ De appello de iniqua combustionē & roberia modo appellandi & defendendi.
¶ Cap. 28. fo. 146.
¶ De appellis de raptu virginum.
De verbis appelli mulieris querentis de raptu & defensione appellati.
De exceptione contra appellum.
Si appellatus per patriā fuerit conuictus qua pena sequatur.
De appellatis de fortia.
¶ Cap. 29. fo. 148.
¶ In quibus mulier habet appellū
De appello de morte viri sui.
¶ Cap. 30. fo. 148.
¶ De appellatis attachiandis.
Breue de attachiando.
Aliud breue ad idem de eadem.
Breue de faciendo venire appellum coram iustic.
Aliud

Index.

- Aliud breue ad idem de eodem, & nisi inueniatur, quod velagetur & interrogetur de com in com.*
Breue q̄ tradatur per ballium.
Breue de sumonendo appellum corā domino rege.
Breue si appellū factū fuerit immediate coram rege.
Breue vic. de faciendo recordum in com coram custodibus.
Aliud breue de eodē vic.
¶ **Cap. 31. fo. 150.**
¶ *Si quis fecerit feloniam de seipso.*
¶ **Cap. 32. 150.**
¶ *De actione furti & quid sit furtum.*
Quot species furti.
De appello de latrocinio.
Si defendat, radietur duellum.
Si appellatus patriam elegerit.
Breue de faciendo venire warrantum per auxilium.
Si warrantū vocauerit per auxilium curia breue de venire faciendo warrantum.
¶ *Si furtum in manu alicuius inueniatur.*
Si vxor teneatur ex furto viri.
Si vxor cum viro conuicta fuerit.
Si ciuilit̄r p̄gnans fuerit damnanda.
¶ **Cap. 33. fo. 152.**
¶ *De furto manifesto & probatore cognoscente.*
Breue quod rex dat iustic. potestatem concedendi probatori vitam & membra.
Quod vic. attachiet eos quos probator appellauerit.
De capiendo appellatum per probatorem qui se cognoscit esse latronem.
¶ **Cap. 34. fo. 152.**
¶ *Cum presens fuerit appellatus qualiter probator proponere debet intentionem & appellum suum, & de modo defendendi.*
Quod appellatus primū iuret per verba negatiua et postea iuret appellans per verba affirmatiua.
Si autem defensionem non susceperit in propria persona sed excipiat & iudicium petat, si contra talem cognoscentem se esse latronem.
Si probator fecerit quod promisit tenetur ei consentio & sic in fine abiuret regnum.
Si Comitatus vel curia alicuius petentis appellū tenuerit de probatore, veniat recordum ad curiam Regis per hoc breue.
Item breue vic. q̄ probatorem habeat corā rege et omnes quos ipse appellauerit de societate, quia plures forte propter appellum probatoris se subtrahunt.
Si autem appellati venerint et finem fecerint q̄ redire possunt & esse sub plegijs.
Vbi quis appellatus per patriam fuerit deliberatus q̄ habeat catalla sua.
Breue de replegiando aliquem quē salis cepit & captum detinet.
¶ **Cap. 35. fo. 154.**
¶ *Quod nemo potest curiam suam habere de probatore vel latrone cognoscente. Item qua placita pertinent ad curiam & qua ad comitatum et de libertatibus singularum.*
¶ **Cap. 36. fo. 155.**
¶ *De minoribus & leuioribus criminibus qua ciuilit̄r inuentur.*
Qualiter quis patitur iniuriam propter suos.
In quibus casibus serui habent personam standi in iudicio contra dominos suos.
Quod atrox iniuria estimat multis modis.
¶ **Cap. 37. fo. 155.**
¶ *De vetito namq̄.*
Si vero captio fuerit iusta.
Si querens queratur de vtraque. s. captione & detentione.
Si dominus post legem radiatā defaltam fecerit.
Quod non potest quis aliquid dedicere de recordo aduersarij.
De officio vicecomitis.
Breue de attachiando quare cepit aueria & fugauit extra comitatum.
Cum vicec. vel seruens Regis visū habuerit de auerijis captis sine impedimento.
De responsione captoris quod iussit, quia in damno suo.
Si lex radiatur ex vtraque parte ita quod querens dicat quod iussit.
Item si captor dicat quod iuste.
Si seruens alicuius ceperit aueria alicuius in absentia domini sui.
Cum aueria alicuius semel fuerint per iudicium deliberata & iterum capta, breue quod deliberentur.
Liber quartus de assis nouæ disseyfinæ.
¶ **Cap. 1. fo. 159.**
¶ *De diuisione possessionū.*
¶ **Cap. 2. fo. 160.**
¶ *De possessione qua nuda est vel dicitur.*
De terra qua reueriti debet ut eschaeta tanquā ad capitalem dñm pluribus rationibus.
Si quis se intruserit in terram aliquam & que reueriti debet.
Item quo warranto se intrusit.
Breue de intrusione.
Item quare se intrusit.
Si quis post mortē vxoris sue se tenuerit in possessione.
Breue de attachiando.
Item adhuc de intrusione.
Item si duobus facta fuerit donatio & de intrusione.
¶ **Cap. 3. fo. 161.**
¶ *Qualiter amissa possessio per vim iniuriosam per assisam noua disseyfina restitatur & de qualitate disseyfina.*
¶ **Cap. 4. fo. 162.**
¶ *De violenta disseyfina. i. de simplici violentia & sine armis.*
Item de vi & vi amata, & quid est vis.
Quod pluribus modis dicitur vis.
Qua dicuntur arma.
¶ **Cap. 5. fo. 162.**
¶ *De primo remedio post disseyfinā & vbi incontinēti licet rescire & quomodo & quando.*
¶ **Cap. 6. fo. 164.**
¶ *Quod oportet de necessitate ad superiorem recurrere vbi non poterit disseyfinitus per se disseyfinitorem suum*

Index.

- sum incontinenti rescere & fiat ei ibi breue de noua disseysina.*
In quibus locum habet huiusmodi assisa.
De triplici effectu huiusmodi assise.
¶ Cap. 7. fo. 165.
¶ Cui competit assisa.
Si facta fuerit donatio viro et uxori simul qui habent quasi ius vnum vel alijs duobus simul in comuni.
¶ Cap. 8. fo. 166.
¶ Si fiat disseysina pluribus in re communi.
¶ Cap. 9. fo. 167.
¶ De eo qui est in possessione nomine alieno & cui non competit assisa.
¶ Cap. 10. fo. 170.
¶ Contra quem non competit assisa et quibus modis quis incidat in assisam.
¶ Cap. 11. fo. 172.
¶ Contra quem non competit assisa.
Si quis nomine domini sui fecerit disseysinam.
¶ Cap. 12. fo. 174.
¶ Cui fieri debet querela.
¶ Cap. 13. fo. 175.
¶ Quando fieri debeat querela.
¶ Cap. 14. fo. 175.
¶ Si res disseysita post disseysinam ad alium transferatur per disseysitorem vnum vel plures.
¶ Cap. 15. fo. 177.
¶ Si res disseysita ad alium transferatur post disseysinam per disseysitorem vnum vel plures.
¶ Cap. 16. fo. 179.
¶ Audita querela rex mittat breue suum vic. de modo impetrationis breuis noua disseysina.
Forma breuis de noua disseysina.
De officio vic. cum acceperit breue.
De visu faciendo.
De quibus rebus, & qualiter fieri debet visus.
Si de redditu proveniente de camera.
Si de recordo.
Quod multiplex potest esse disseysina inter vicinos.
De visu faciendo.
De summonitione facienda disseysitoribus attachiatis.
¶ Cap. 17. fo. 182.
¶ Si disseysitor cum attachiatus fuerit debeat habere rationabilem summonitionem, & de modo recedendi siue retrahendi se de placito.
Casus de Priore de Kynelworth & waltero de Insula.
¶ Cap. 18. fo. 183.
¶ De interrogationibus faciendis cum partes comparuerint in iudicio & de officio iustic. in huiusmodi placito.
Item de interrogationibus faciendis.
¶ Cap. 19. fo. 184.
¶ Factis interrogationibus a iustic. a querente, inquirendum erit a tenente si aliquid sciat dicere quare assisa debeat remanere, & de captione assise.
Exceptio contra iuratores.
De forma sacramenti in assisa noua disseysina.
Si iuratores sunt sibi inuicem contrarij.
De veredicto iuratorum.
Quod sacramentum habet in se tres comites.
Que debent restitui disseysito.
De pena disseysitoris multiplici.
Qualiter iustic. inquirere debent de damnis.
¶ Cap. 20. fo. 187.
¶ De exceptionibus. Exceptio contra breue siue contra iurisdictionem.
Qua exigantur ad hoc qd procedat assisa.
De exceptionibus contra breue.
Quod error multiplex est.
De errore circa personam siue circa corpus siue circa officium.
De errore circa nomen & dignitatem.
De errore circa ipsam rem.
De errore circa causam.
De errore circa locum.
Exceptio si breue fuerit deperditum.
Quando tenere debet breue in persona successoris quod impetratum est versus predecessorem.
¶ Cap. 21. fo. 190.
¶ Exceptio contra personam querentis, & in primis de statu. Si seruitus obijciatur.
De exceptione & de statu querentis. s. de villenagio.
Cui competit exceptio villenagij.
¶ Cap. 22. fo. 194.
¶ De quibusdam casibus specialibus tangentibus materiam precedentem.
¶ Cap. 23. fo. 195.
¶ Quis iniuste possidet & quis non. Exceptio de hoc quod dicit in breui, iniuste disseysit.
De exceptione villenagij cum seruitus fuerit disseysita.
Qui exceptionem villenagij opposuerit statim habeat probationem.
Si fiat exceptio villenagij libero homini qui tenet in villenagio per villanas consuetudines.
¶ Cap. 24. fo. 202.
¶ De exceptione ratione adiunctis ut si libera nupserit villano. Forma breuis ubi vir nunquam fuit in seysina sed uxor, cum ipsa petere non possit per se sine viro.
De exceptionibus contra querentem & contra assisam.
¶ Cap. 25. fo. 203.
¶ De exceptione qua competit contra querentem ex persona tenentis.
¶ Cap. 26. fo. 204.
¶ Quis dici debeat principalis disseysitor quis secundarius.
¶ Cap. 27. fo. 205.
¶ Exceptio contra assisam si iniuste & sine iudicio. Exceptio contra hoc qd dicit disseysit.
¶ Cap. 28. fo. 207.
¶ De hoc quod dicit de libero tenentis & exceptio contra.
De diuisione tenentorum.
Item de communi tenemento.
Item de pastura.
Item aliud villenagium quod sic diuiditur.
De exceptionibus de hoc quod dicit de libero tenemento.
Quod patientia per legem tempus habita
3. ¶.ii

Index.

habita trahitur ad consensum.

Cap. 29. fo. 210.

¶ Si disseysitas post longum intervallum auctoritate propria seysinam suam sine iudicio sibi usurpaverit.

Cap. 30. fo. 210.

¶ De transgressionibus & ubi assisa cadit in transgressionem per iuratum terminatam & non in modum assise.

Cap. 31. fo. 210

¶ Quod exceptio datur tenenti si erratum fuerit nomine villa.

¶ Quod assisa cadit in pambulationem.

¶ Quod cadit assisa omnino propter incertitudinem iuratorum.

Cap. 32. fo. 212.

¶ Quod exceptio datur tenenti ex termino, quia dicitur post talem terminum.

¶ Si ballivus sine domino respondeat qualem habet potestatem et quid possit & quid non.

Cap. 33. fo. 213.

¶ De his que impediunt restituere ad tempus vel imperpetuum.

¶ Si aliquis incidat in assisam causa successionis.

¶ Si donatio cadat in assisam.

¶ Si conventio vel pactum cadat in assisam vel modum donationis.

¶ Que impediunt restitutionem.

Cap. 34. fo. 215.

¶ Sunt quedam exceptiones que sunt quasi extra seysinam & non tangunt sed perimunt breve quandoque, et quandoque differunt assisam.

¶ De exceptionibus dilatoribus que sunt contra assisam.

¶ Qualiter & quibus modis cadit assisa in iuratum.

¶ Si ille qui tenuerit per legem Anglie dicat se esse disseysitum.

¶ Quod assisa competit prima facie & ab initio donec constituerit quo animo quis quid fecerit, quia si de animo constiterit statim aut assisa vel transgressio per confessionem eius qui convenitur.

¶ Item vertitur assisa quandoque in iuratum propter transgressionem dis-

trictionis, fieri enim poterit disseysina sub colore distractionis.

¶ Qualiter fieri potest disseysina sub specie distractionis.

¶ Item cadit in assisam bastardia.

Cap. 35. fo. 218.

¶ De remedio que competit heredibus disseysitorum. Cum autem disseysitor moriatur vel disseysit vel tertius, consulitur heredibus eorum per breve de ingressu, quia cadit assisa omnino ad penam et ad restitutionem simul vel tantum ad restitutionem secundum quod assisa incepta fuerit cum defuncto vel non.

¶ Breve de ingressu formatum de modo procedendi in huius placito.

Cap. 36. fo. 220.

¶ Si firmarius infra terminum suum effectus fuerit.

¶ Breve ad recuperandam firmam.

Cap. 37. fo. 220.

¶ De assisa si quis sine iudicio fuerit disseysitus, de his que sunt de pertinentiis liberi tenementi sicut de iuribus, ut si sunt servitutes que pertinent ex alieno fundo ad fundum vicini sicut pastus pecorum, scilicet communia pastura.

¶ Si quis non possit riri propter vim competit assisa nove disseysine domini fundi.

Cap. 38. fo. 222.

¶ De communia pastura & quibus modis acquiritur communia pastura.

¶ Quod communia dici poterit multis modis.

¶ Qualiter amittitur communia pastura cum semel fuerit acquisita.

¶ De impetratione brevis de communia pastura cum quis fuerit disseysitus.

¶ De officio vicecomitis.

¶ Forma brevis de communia pastura.

¶ De intentione querentis proponenda.

¶ De exceptionibus contra querentem.

¶ De exceptionibus contra assisam secundum articulos brevis.

¶ De exceptionibus contra assisam.

¶ Contra exceptionem replicatio.

¶ Quod sub nomine herbages non continetur glans.

¶ Que continentur sub nomine gladis.

¶ Qualiter dissolvitur mutuum consensus per contrariam voluntatem & dissensum.

¶ Quod constitutio servitutis potest restringi & mutari.

¶ De constitutione de Merton per W. de Ralegh tunc iustic.

¶ Breve de constitutione de Merton secundum quod tunc provisum fuit per W. de Ralegh iustic.

Cap. 39. fo. 239.

¶ De amensuratione.

¶ Breve quare quis superavit vicecomitis exequendam.

¶ De officio vicecomitis in brevis de amensuratione.

¶ Coram iustic. breve de eodem.

Cap. 40. fo. 230.

¶ De placito quo iure.

¶ Breve quo iure quis exigit communiam pasturam.

Cap. 41. fo. 231.

¶ De communia habendi rationabile estoverium in fundo alieno in boscis et brueris & alijs in vastis alicui.

Cap. 42. fo. 231.

¶ De aqua ductu.

Cap. 43. fo. 231.

¶ De nocumentis iniuriosis.

¶ De nocumentis iniuriosis de servitutibus.

Cap. 44. fo. 232.

¶ De nocumentis iniuriosis et pertinentiis pertinentiarum.

Cap. 45. fo. 232.

¶ Quod ea que iniuste leuata sunt ad nocumentum statim demoliri possunt & receter.

¶ Breve de huiusmodi.

¶ Forma brevis de iusticiado aliquem & permittat alium habere viam.

¶ De communia pastura & piscaria & de officio vic.

¶ Breve si rex voluerit & huius nocumenta eminentur coram iustic. suis quibuscumque.

¶ De visu faciundo.

¶ De responsione & exceptionibus illius de quo queritur secundum articulos brevis.

¶ Qualiter amoveri de bet nocumentum.

¶ De aqua diuersa.

¶ De stagno leuato.

Cap. 46.

Index.

¶ Cap. 46. fo. 235.
¶ Si mercatum aliquod leuatum sit ad nocumentum vicini mercati.

¶ Cap. 47. fo. 235.
¶ Breue de ingressu post disseysinā factam de seruitutibus & eorum pertinentiis si vna partium moriatur vel pars vtraquē.

¶ Cap. 48. fo. 236.
¶ Breue si infra summonitionem itineris iustitiariorum contingat disseysinā fieri qualēcūquē.

¶ Cap. 49. fo. 236.
¶ Quod nō debet fieri disseysina sup disseysinā nec assisa super assisam nec iurata super iuratā nec cōuictio super cōuictionem.

¶ Cap. 50. fo. 237.
¶ Si contingat aliqua ratione assisa noua disseysina capi extra cōm tūc breue de seysina habenda.

TRACTATUS SECUNDUS DE ASSISA VLTIMÆ PRÆSENTATIONIS.

¶ Cap. 1. fo. 238.

¶ Cui competat huiusmodi assisa. Breue de assisa vltima p̄sentationis. De modo procedendi in h̄mi placito. Si de forciāns vel impediēs ad primū diē summonitionis nō venerit qualiter sit resūmonendus. Breue q̄ sic venire faciat iuratā. De essōnis & resūmonitionibus et huiusmodi placitis. De sacramento iuratorū in assisa vltima p̄sentationis. De veredicto iuratorum.

¶ Cap. 2. fo. 240.

¶ Cū vtraq; pars cōparuerit in iudic. pponat querens intentionē suam.

¶ Cap. 3. fo. 240.

¶ De responsione & exceptionibus de forma contra querentē secundū articulos breuis.

¶ Cap. 4. fo. 242.

¶ De exceptionibus contra assisā. Si charta proferatur oportet quod probetur p̄ testes in charta nominatos.

Itē de aduocatione ecclesie nostre. De diuersis vsibus super h̄mi ma-

teria de vltima p̄sentatione. Breue episcopo postquā recuperauerit p̄ assisā vltimā p̄sentationis.

¶ Cap. 5. fo. 245.

¶ Si mulier p̄sentauerit ratione dotis suae.

De aduocatione data per eum qui tenet per legem Angliæ.

De aduocatione data vel alienata antequā donator fuerit in possessione p̄sentandi.

¶ Cap. 6. fo. 246.

¶ Cū quis sumoneatur quare impedit.

Breue quare impedit. Quid est impedire.

Differentia inter quare impedit & quare non permittit.

Breue quare non permittit. Breue si impediēs fuerit infra atatē.

¶ Cap. 7. fo. 248.

¶ Forma breuium post seysinā recuperatam.

Breue episcopo vel ordinario dirigēdū cū quis seysinā recuperauerit p̄ assisā vltimā p̄sentationis.

Breue quod episcop⁹ admittat clericum non obstante reclamatione sed per iudicium.

Vbi sunt participes in p̄sentatione.

Breue de quatuor sororibus quarū duæ habent virū & duæ non.

Breue si concordia fiat.

Breue si p̄ iudiciū ratione firmæ.

Breue de admittēdo clerico vbi partes consentiunt in clericū propter minorem qui nō potest ad chartas respondere.

Alia forma de eodem.

De clerico admittēdo vbi quis p̄sentatur de cōmuni assensu plurimū qui sunt plena etatis.

Breue vbi vnus remittit ius suum alteri ex quatuor participibus & duo consentiunt in eundem.

Cū quis p̄sentauerit ad ecclesiā a tequam recuperauerit manerium, ad quod pertinet aduocatio.

Si episcopus non admisit clericū ad mandatum regis.

De prohibitione faciēda iudicib⁹ si cleric⁹ aliu clericū implacitauerit.

¶ Cap. 8. fo. 250.

¶ Prohibitio si clericus ab eo implacitauerit qui amisit implacitauerit clericum eius qui per iudiciū recuperauerit.

De prohibitione dum quis fuerit infra atatem.

Cū quis per assisā recuperauerit & postea cum fuerit implacit⁹ per breue de recto incipiat ecclesia vacare.

¶ Cap. 9. fo. 251.

¶ Breue de summonendo episcopum qui ad mandatum domini regis clericum admittere recusauit.

Si pluries mandatum fuerit officialibus.

Si episcopus fecerit defaltam.

Cum episcopus comparuerit.

¶ Cap. 1. fo. 252.

¶ De prima seysina post mortē antecessoris.

Si dominus capitalis vacuam inuenit seysinam.

¶ Cap. 2. fo. 253.

¶ De impetratione breuis.

Breue assisa mortis antecessoris.

Aliud breue de eodem qui est infra atatem.

Breue quod mixtam habet naturā cum morte antecessoris & cū consanguinitate. Quod diuersa sunt breuia de eodem.

¶ Cap. 3. fo. 254.

¶ Qualiter procedendum est post impetrationem breuis & de essōnis.

De resūmonitione .s. q̄ fuit in comitatu vel extra.

Breue de resūmonitione si assisa capiēda fuerit extra comitatū.

¶ Cap. 4. fo. 255.

¶ Qualiter petens debet fundare intentionem suā partibus cōparentibus.

Si iuratores sint absentes, breue de habendo corpora eorum.

Si capt⁹ fuerit assisa per defaltam vel si statim tenens se ponat in assisa sine alia exceptione.

¶ Cap. 5. fo. 256.

¶ De seysina facta petenti p̄ iudic.

3. ¶ 7. Breue

Index.

Breue de seysina faciendā post captiōnem assisa.

Breue si querēs queratur quōd seysinam suam habere non possit.

Breue de seysina ubi tenens gratis recognouit.

Si iustitiarij ppria autoritate scribans vic. ex parte domini regis.

Breuis de seysina per concordiam.

De extensione faciendā si forte alia terra assignanda fuerit in escābiū.

¶ Cap. 6. fo. 257.

¶ De exceptionibus et responsionibus cōtra assisā quare debeat remanere.

Si breue originale non fuerit exhibitū quia forte deperditū quid sit agendum.

¶ Cap. 7. fo. 257.

¶ Si tenens warrantum uocauerit in assisā mortis antecessoris.

Si warrantus infra atatem fuerit quid sit agendum.

Breue de summonendo warrantum.

Breue de summonendo warrantum cum uocatus mouens sit extra comitatū interlaguatum.

De effonijs post uocatiōne warranti.

Si warrantus defaltam fecerit, capiatur de terra sua.

Breue dñi fuerit in seysina.

Aliud breue de eodem dñm fuerit in seysina.

Breue de summonendo warrantum ad warrantizandū cū assisā capta fuerit p defaltam warranti.

Si warrantus defaltā non fecerit.

Si assisā tangat regem & dicat tenens q sine rege respondere nō potest, capiatur nihilominus assisā sed ponatur iudiciū in respectū quousq; dñs rex inde precepit uoluntatem suam.

¶ Cap. 8. fo. 261.

¶ De exceptionibus proponēdis cōtra assisā mortis antecessoris.

De morte quorū personarum capi debet assisā.

¶ Cap. 9. fo. 261.

¶ Qualiter petens pbare debet suā intentionem.

De seysina die quo obiit.

De ultiā seysina.

Si quis donationem fecerit ad uitā suam alicui tantum sine heredē uel alicui & heredibus suis.

Quid sit dominicum.

Quid sit feudum.

Die quo obiit.

Qualiter accipitur dies.

Si de usu seysina in assisā queratur, de hoc non est curandum.

De termino.

De qualitate heredum.

De hoc quod dicitur in breui summonereas &c. tales qui tenent &c.

¶ Cap. 10. fo. 266.

¶ De responsione tenētis ad articulos breuis.

Ad hoc quod dicitur in breui si talis antecessor &c. & quod non iaceat exceptio.

¶ Cap. 11. fo. 267.

¶ Si talis antecessor cui competit assisā mortis antecessoris.

¶ Cap. 12. fo. 268.

¶ De exceptionibus cōtra articulos breuis.

Dicitur (de tanta terra) ut si error fuerit in impetratione exceptio propter errorem.

Item die quo obiit.

Casus Roberti de Suche.

Propinquior haeres & alius adeo propinquus.

Exceptio super id quod dicitur talis tenet.

¶ Cap. 13. fo. 270.

¶ Exceptio si petens remisit uel confirmauit postquam ius ad eum descendit.

Exceptio ubi non iacet assisā mortis antecessoris.

Ubi nō iacet assisā mortis antecessoris.

Ubi cadit assisā.

Si feloniam obiecta fuerit.

Si duo petant per assisā uersus unum.

Qualis seysina habita tollit assisā.

¶ Cap. 14. fo. 274.

¶ Exceptio si contra minorem qui est infra atatem petatur per assisā mortis a maiore qui est plena a-

tatis.

Si minor contra minorem.

Si minor contra maiorem.

Si minor petat contra minorem &

distinguendum de seysina mortis tenentis.

¶ Cap. 15. fo. 275.

¶ Si plures sint petentes & plures tenentes in assisā mortis antecessoris.

¶ Cap. 16. fo. 276.

¶ De exceptionibus extraneis ut de exceptione feloniam.

De diuersis casibus.

Quod si antenatus fuerit in partibus transmarinis & iuratores dubitauerint utrum mortuus uel uiuus fuerit fiat minor seysina sub conditione.

¶ Cap. 17. fo. 277.

¶ Quando assisā mortis antecessoris uertitur in iuratum & tenet breue assise & cadit causa donationis in assisā.

Si bastardia cadat in assisā.

Quaestio de custodia utrum tene-

mentum de quo assisā uocatur teneatur in socagio uel per seruiciū militare.

Exceptio uenditionis.

¶ Cap. 18. fo. 278.

¶ Inter quas personas nō iacet assisā mortis antecessoris.

Casus quōd soror de eodem patre & eadem matre praefertur mascululo de diuerso patre de perquisito.

¶ Cap. 19. fo. 280.

¶ De exceptione bastardia in assisā mortis antecessoris.

De inquisitione bastardia in tali assisā.

¶ Cap. 1. fo. 281.

¶ Breue de consanguinitate.

¶ Cap. 2. fo. 281.

¶ De intentione petentis & responsione tenentis.

¶ Responso ad tale breue.

De exceptione paritatis quae est in personas descendentes de eodē stirpe.

¶ Responso ad tale breue.

De exceptione paritatis quae est in personas descendentes de eodē stirpe.

¶ Responso ad tale breue.

De exceptione paritatis quae est in personas descendentes de eodē stirpe.

¶ Responso ad tale breue.

Quid

Index.

Quid iuris si postnatus et propinquus petat versus remotum sicut versus tertium fratrem.

Quid iuris si warantus vocetur frater vii postnatus et warantizauerit.

¶ Cap. 3. fo. 283.

¶ De exceptionibus contra breue.

¶ Cap. 4. fo. 283.

¶ An breue de consanguinitate verti possit in breue de recto.

¶ Cap. 5. fo. 284.

¶ Breue de seysina antecessoris qui obyt de comunia pastura seysitus. Forma breuis vbi quis moritur seysitus de comunia pastura si seysina deforcietur heredi et de consanguinitate.

Forma breuis de recto.

¶ Cap. 6. fo. 284.

¶ De breui Quo waranto.

¶ Cap. 7. fo. 285.

¶ Si damna veniant in iudicium in assisa mortis antecessoris.

TRactatus quintus de assisa vtrum.

¶ Cap. 1. fo. 285.

¶ Vtrum sit libera elemosina.

¶ Cap. 2. fo. 286.

¶ De modo procedendi et respondendi. Vbi iacet hec assisa vbi non.

Qualiter proceditur ad assisam. Alia forma in modum iurata.

¶ Cap. 3. fo. 287.

¶ De remedijs qua competunt persona sicut laico.

Si tantum possit accidere ut eschaeta. Breue quod terra reddatur rectori ut eschaeta.

¶ Cap. 4. fo. 288.

¶ De conuictione siue attincta iuratorum qui male iurauerint. Quando locus est conuictioni et quando non.

Ad quem pertinet capere conuictionem et certificationem.

Breue ad summonendum. xxiiij.

Aliud breue de ass. mort. antecessoris.

Breue de ass. vltima presentationis.

Qualiter accipi debet conuictio.

De sacramento. xxiiij.

¶ Cap. 5. fo. 292.

¶ Qua sit pena conuictorum. Qualiter excusantur.

Breue si cum. xxiiij. acquietauerit. xij. de periurio dicat disseysiti quod plenè non habent seysinam suam.

Breue cum. xij. emendauerint.

¶ Cap. 6. fo. 293.

¶ De remedijs et exceptionibus per quas differtur conuictio.

De remedio per certificationem.

Breue si. xij. summonendi sunt ad certificandum et similiter de assis. quibuscunque.

¶ Cap. 7. fo. 294.

¶ Breue de nouo formatum si post conuictionem arramatam cõtinuat mori aliquem inter quos assisa capta fuit.

Aliud de assisa mortis antecessoris ad conuincendum. xij.

¶ Cap. 8. fo. 294.

¶ Quod non est assisa capienda super assisam nec conuictio super conuictionem.

Vbi capi debet assisa super assisa et vbi non et vbi in ass. no. diff.

Vbi in assisa mortis antecessoris.

Vbi in ass. vltima presentationis.

Vbi in assisa vtrum.

Quod non capit conuictio super conuictionem.

TRactatus sextus de actione dotis.

¶ Cap. 1. fo. 296.

¶ Vbi actio dotis potest terminari. Breue de dote rationabili constituitur.

¶ Cap. 2. & 3. fo. 296.

¶ Qualiter mulier proponere debet intentionem.

De visu petendo.

De uocatione waranti.

¶ Cap. 4. fo. 297.

¶ De exceptionibus generalibus contra breue si warantus non habuerit.

¶ Cap. 5. fo. 297.

¶ Quod mulieri petenti dotem non tenet quis respondere sine waranto de dote sua, non magis quam ipsa mulier debet respondere sine war. suo.

Si warantus fuerit ad fidem regis Francie.

Breue ad producendum heredem ad warantum de dote.

Si alius produxerit quam verum.

De duabus mulieribus contendentes

de dote.

¶ Cap. 6. fo. 299.

¶ Cui proposita fuerit intentio mulieris aut tenens statim restituat et ostendat quod dotem habere non debeat vel warantum vocet.

Si warantus vocatus non venerit, cape per tale breue.

Quod uxor recuperabit super tenentem vel super heredem secundum quod fuerit dotata noniam vel non noniam.

Quod non remanet actio mulieri de dote propter minorem etatem waranti.

Breue de disseysina faciendum mulieri cum recuperauerit dotem.

Breue si de tertia parte dotis non nominata recuperauerit et inde seoffatus teneat in pace et heres faciat dotem mulieri petenti.

Breue vbi mulier recuperauit dotem suam ut de dote nominata super heredem, quod ipsa recuperat et heres faciat eschaetum seoffato ad valentem.

Ratio quare mulier recuperat dotem nominatam si alienata fuerit et de dote non nominata nisi eschaetum.

Item expectatur quoadque etas in petitione dotis speciali ratione.

Cum autem mulier recuperat seysinam suam siue de dote nominata siue non nominata et versus eum qui warantizet et warantus non habeat terram in comitatu illo in quo petitur unde possit warantizare sed in alio comitatu, vbi terram habuerit fiat tale breue.

Breue vbi mulier recuperat seysinam suam de dote nominata.

De modo assignandi dotem, Quod finis factus in curia domini regis non auferat dotem nominatam.

¶ Cap. 7. fo. 301.

¶ Exceptiones contra mulierem petentem dotem

¶ Cap. 8. fo. 302.

¶ Exceptio quod nunquam fuit dispensata tali viro.

De exceptione contra matrimonium.

Breue de mittendo inquisitionem ad curiam christianitatis.

De officio ordinarij.

Facta probatione in curia christianitatis et inquisitione, breue per quod summonetur pars.

Breue de seysina faciendum mulieri si inquisitio fecerit pro ea.

Index.

- Si summonit^o nō venerit nec se ef-
sonauerit.*
*Si probatur in curia christianita-
tis & dum mulier sit in veniendo
versus curiam moriatur tenens.*
- ¶ **Cap. 9. fo. 303.**
¶ *Si dicat vbiunq; fuerit despō-
sata nunquam fuit ei dos consti-
tuta vel q; non ad ofitium ecclesie.*
*Item vbi conceditur matrimoniu
et excipitur contra dotem.*
*Item dicere potest q; aliter dotata
fuit vt si dicit q; nō nominatum,
respondere poterit de tertia parte
vel huiusmodi.*
- Quid inquiratur per patriam vbi
secta defecerit et alia probatio.*
- ¶ **Cap. 10. fo. 305.**
¶ *Si de modo constitutionis dotis
proferat instrumentū in re aliena.*
*De cuius assensu fit talis constitutio
dotis.*
*Si de consensu patris vel matris
vel alterius amici dotata fuit.*
*De exceptione contra mulierem sic
dotatam.*
*Inquirendum si dotata fuit per
assensum.*
- ¶ **Cap. 11. fo. 305.**
¶ *Quod competit exceptio heredi
ex pluralitate mulierum dotem
petentium.*
*Quid mulieri petenti dotem obiectū
fuit q; alia mulier ratione eiusdē
viri habuit dotem & q; duabus
mulieribus non fuit concedenda.*
Breue ad hoc. s. duabus mulierib⁹.
*Consulti fuerūt iustic. qualiter pro-
cedendum esset in tali inquisiti-
one facienda.*
- ¶ **Cap. 12. fo. 307.**
¶ *Exceptio contra mulierem si a-
liquando contra mulierem peten-
tem dotē fuerit sententiatū cau-
sa matrimonij.*
*Competit exceptio contra mulierem
ex taciturnitate.*
*Si due mulieres dotem petant non
multum refert de prioritate.*
*De duabus mulieribus dotem pe-
tentibus ratione vnius viri, que
illarum in possessione fuerit tem-
pore mortis obtinebit.*
- ¶ **Cap. 13. fo. 308.**
¶ *Item cōpetit exceptio ex eo quod
dicit mulier peti. responderi po-*
- terit q; petitiō nulla est, quia vir
suus die quo eam desponsauit nec
postea aliquid iuris habuit ī ter-
ra illa per quod dotare posset.*
*Cūm contra mulierem proponatur
exceptio de consuetudine ciuita-
tis vel burge, tunc fiat breue bal-
linis ciuitatis.*
*Si summonitus ad respondendum
in placito dotis excipiat q; nihil
teneat vel nisi ad terminū vel in
villenagiū, vocetur warrantus.*
*Exceptio contra mulierem si petat
medietatem de feodo militari &
quoddam nisi de tertia.*
*Exceptio quod vir suus nunquam
fuit inde feoffatus quod inde eam
posset dotare.*
*Breue ad hoc q; inde nunquam fu-
it seylitus q; &c.*
*Exceptio si tenuit in villenagio,
vel hoc fuit ius alterius vxoris,
vel nisi ad terminum annorū vel
ad vitam vel huiusmodi.*
*Quid potest cognoscere q; seylitus
fuit vt de feodo sed antequā illā
despōsaret, illā dederat iia &c.*
Ad hoc responsio & replicatio.
*Replicatio vxoris si ex dolo vel neg-
ligētia viri seylitus amitteret, vt
vxor em defraudaret de dote ha-
benda post mortem.*
*Si vir alienauerit terram suā an-
tequam desponsaret.*
*Exceptio cōtra mulierē q; vir suus
feloniam fecerit.*
Responsio mulieris.
*Si filius alicui⁹ & heres ante do-
tis assignationē feloniam fecerit.*
Contra mulierē vnde nihil habet.
De replicatione mulieris.
*Si terra de qua dotē petis cōmissa
fuit ad firmam et ad terminum.*
*Si dos que peti^t ī cōsino duor. com-
de qua faciēda fuerit inquisitio.*
- ¶ **Cap. 14. fo. 312.**
*De seylina faciēda mulieri si non
sit quod opponi possit quare dotē
non habeat.*
*Si dos ei recognita fuerit et reddi-
ta in curia.*
- ¶ **Cap. 15. fo. 313.**
*Qualiter mulier poterit suam dotē
amittere cūm fuerit in possessione
& ex quibus causis.*
Qualiter dotem amittit mulier.
- ¶ **Cap. 16. fo. 313.**
¶ *De recto de dote ad terram petē-
dam qua pertinet ad dotem cūm
cessauerit breue de dote.*
*De formāda & proponenda intē-
tione mulieris.*
De intentione proposita.
- ¶ **Cap. 17. fo. 314.**
¶ *De exceptionibus cōtra mulierē
petentē et de amensuratione dotis.*
*Respondere poterit q; plene habet do-
tem suā et ideo oportet q; fiat ex-
tensio et inquisitio.*
*Breue de amensuratione dotis in
diuersis comitatibus.*
De officio vic. et de modo. pcedēdi.
*Cūm partes p̄sentes sint mod^o p̄ que
pponat querēs intentionē suam.*
- ¶ **Cap. 18. fo. 315.**
¶ *Quid pertineat ad mulierē fac-
ta constitutione dotis et assigna-
tione & de vasto in dote.*
*Cūm mulier in dote vastum fecerit
& destructionē de prohibendo ne
vastum faciat.*
*Si nō omittat quin vastum faciat,
forma breuis quod fiat de attra-
chiando mulierem.*
*De modo procedendi in huiusmodi
placitū cū post dilaciones compuerit.*
Responsio mulieris contra querelā.
*Fiat visus de vasto et fiat inde in-
quisitio.*
*Idem respondere potest ad vastum
mulieris.*
*Vterq; ponere se possit in inquisi-
tione.*
*Breue de videndo vastū per vic. &
patriā et remittat inquisitio iustic.*
*Si mulier de vasto cōuincatur que
pena sequatur.*
Breue de apponendo forestario.
*Refert vtrum quis vastum fecerit
in proprio vel alieno.*
Quid est vastū et quid exilium.
- ¶ **Cap. 19. fo. 317.**
¶ *Si custos vastū fecerit in alieno,
sicut in terra quam tenuit nomi-
ne custodie, breue ne faciat.*
*Si custos de vasto cōuincatur que
pena sequatur.*
- ¶ **Cap. 20. fo. 317.**
¶ *Mortua muliere ad que reuen-
titur dos.*
*Si heres donationē fecerit in vita
mulieris & attornauerit mulie-
rem*

Index.

- tem donatorio.
De dote data viuente vxore qua
dorem tenuit, & cuius seruicium
attornatum fuit donatorio & sic
non ad heredem.
- T**ractatus septimus de
Ingressu.
- ¶ Cap. 1. fo. 317.
¶ Vbi locum habet ista actio.
Breue si quis dimiserit ad termi-
num qui praterit.
De modo pcedēdi in hmoi placito.
Si respondeat tenens q non per tale
nominat in breui sed p aliu ratā
Breue si iuratores venire debeant
coram iustitiarijs.
- ¶ Cap. 2. fo. 319.
¶ De responsione & exceptionibus
tenentis contra petentem.
Cum partes in iudicio cōparuerint.
De exceptione contra ingressum &
q tenēs poterit renuntiare excep-
tioni si per aliu quā per eum qui
in breui nominatur & warrantū
tacet hoc sit seipsum.
- ¶ Cap. 3. fo. 321.
¶ Breue si haeres petat quod ante-
cessor dimisit ad terminum.
- ¶ Cap. 4. fo. 321.
¶ Breue si vir donationē fecerit de
hereditate vxoris, cui ipsa nō vi-
ta sua contradicere non potuit.
Breue si haer. fuerit ex alio viro et si
vir herede habuerit ex alia vxore.
- ¶ Cap. 5. fo. 322.
¶ Breue si dos fuerit alienata per
secundum virum.
Breue si vir dotem alienauerit.
Breue quod competis haeredi si vx-
or dotem alienauerit.
Item si vxor dotem alienauerit.
Breue si p abbate sine assēsu capiti.
Breue si celerarius vel procurator.
Breue si per balliuū contra volun-
tatem domini sui.
Breue si selo alienauerit post selo-
niam factam.
Breue si villanus alienauerit id
quod tenuerit in villenagio.
Breue si p cū qui nō fuit sanē menē
De ingressu per eum qui nō tenuit
nisi ad vitam quacūq ratione
& cū post mortem reuertit debet.
De ingressu per intrusionem.
De ingressu per custodem.
- De ingressu per maritum.
Si haeres peteret de seysina anteces-
soris dum fuerit infra etatem.
Item dum fuit infra etatem.
Item dum in custodia.
Item dum fuerit infra etatem &
modo habet etatem.
Dum maneret de familia sua.
Breue de pastura data ad terminū
qui praterit.
- ¶ Cap. 6. fo. 324.
¶ De diuersitate Iuratarū secun-
dum diuersitatem breuiū.
Si partes posuerint se in Iuratum
secundum diuersitatem breuiū.
Iurata sine assēsu episcopi, vel pri-
oris vel Abbatis.
Item super Intrusionem.
Item breue si per vxorem qua non
nisi dotem &c.
- ¶ Cap. 7. fo. 325.
Si iurata sumōnda sit corā iustic.
- ¶ Cap. 8. fo. 326.
¶ De breuibz si firmarius petierit
seysinam propriam.
Qualia breuia non vertuntur ad
breuia de recto per narrationem,
quia ille qui petit non habet nisi
liberum tenementum.
Qualiter & qua vertantur.
Qualiter recurrit per inquisitionem
per iuratum de ingressu.
- L**iber quintus, de Recto.
- ¶ Cap. 1. fo. 327.
¶ De materia huius libri.
Quare hoc placitū de recto vlt ponit.
- ¶ Cap. 2. fo. 328.
De diuersis formis breuiū de recto.
Breue de recto si terra partibilis sit
de Socagio.
Breue de recto balliuū soka vel
custodibus honorum.
Breue de recto si quis tenere debet
in capite de Rege.
Breue de recto custodi vbi haeres
fuerit infra etatem.
Breue balliuū maneriorū secūdu
consuetudinem maneriorum.
Breue balliuū de burgo.
Breue de recto de dote vbi mulier
partem habuerit.
- ¶ Cap. 3. fo. 329.
Qualit placita transferuntur a cu-
ria dominorū vsq ad comitatum.
- ¶ Quod pluribus modis possit cu-
ria domini deficere.
De summotionibus et modo pro-
cedendi in curia domini regis.
- ¶ Cap. 4. fo. 329.
¶ Qualit defalta recti in capitali
año debeat probari in curia regis.
De pcessu in comitatu post defal-
tam curie probatam.
Quādo loquela incipit esse in com.
- ¶ Cap. 5. fo. 330.
Cum loquela fuit in com translata.
De modo pcedēdi in placitū de rec-
to cum fuerit in com et de forma
diuersorum breuiū.
Si in com vocetur warrantus.
Si tenens se posuerit in magnā as-
sisam in comitatu.
Breue de pace vsque ad aduentum
Iustitiariorū.
Prohibitio custodi.
Si placitum fuerit in comitatu de
consuetudinibus & seruicijs.
Si ille qui se posuerit in magnā as-
sisam de seruicijs et consuetudinibz
et habuerit breue de pace distrin-
gatur a dño suo pendente placito.
Breue de pace vbi terra petita te-
neri debet in Gasell ynd.
Quod tenēs qui se posuerit i mag-
nam assisā cū breue de pace ha-
buerit perquirat sibi petēs de ar-
ramādo magnā assisā corā Iustiti-
arijs in aduētū ipsorum.
Breue de eodē de assisā arramāda.
De ass. arramāda cū placitū de recto
fuerit de seruicijs & consuetudinibz.
Breue de ass. arramāda in Iurata
de Gasell ynd loco magna assisā.
Qualit remouet placitū de com ad
magñ curiā p breue qd dicit pōn.
Pone ad petitionem petentis.
Pone ad petitionem petentis de cō-
suetudinibus & seruicijs.
Pōn ad petitionē tenētis et ex causa.
Vbi duellum radiandum est con-
tra consuetudinem regni.
- ¶ Cap. 6. fo. 333.
¶ De diuersitate et diuisione sum-
motionis.
De summotione generali.
De summotione speciali.
Quis potest summonere.
Per quos & per quos facienda sit
summoitio & quando.

Index.

- Que summonitio est legitima.*
- T**Ractatus secundus de
Effonijs.
- ¶ Cap. 1. fo. 334.
- ¶ De modo procedendi post sum-
monitionem.
- Breue de habendo eum coram In-
stitutijs qui per fraudem, mali-
ciam et falsitatem effoniauit ad-
uersarium suum.
- ¶ Cap. 2. fo. 336.
- ¶ De exceptionibus qui non vene-
rit ad summonitionem.
- De exceptionibus non venientis ad
iudicium post summonitionem.
- Verba excusationis proferenda ab
effoniatore in effonio de malo ve-
niendi.
- ¶ Cap. 3. fo. 339.
- ¶ De excusationibus non venien-
tis post summonitionem per effo-
nium de malo veniendi & de di-
uisione effoniarum.
- Qualiter irrotulatur effonium de
vltra mare.
- Effonia de seruitio Domini Regis
de vltra mare.
- Placita specialiter excepta in qui-
bus non iacet effonium de serui-
tio domini Regis.
- Si quis implacitatus fuerit a duo-
bus & ad vnum placitum effo-
niauerit se de malo lecti et ad al-
liud de malo veniendi.
- Si duo placita de quibus vnum de
malo lecti et aliud de malo veni-
endi.
- Quis se possit effoniare.
- Si plures sunt petentes.
- Si tenens fecerit attornatum.
- Si attornatus obierit dum domi-
nus principalis iuris fuerit in pe-
regrinatione.
- Si tenens plures vocauerit waran-
tos vel vnum.
- Quis post duelli radiationem se
possit effoniare.
- Quando quis possit effoniari.
- Vbi possit effoniari.
- Quotiens possit effoniari.
- ¶ Cap. 4. fo. 344.
- ¶ De effonijs de malo lecti.
- Quando fieri debet effonium de
malo lecti & qualiter.
- Quotiens fieri debet effonium de
malo lecti, quando & qualiter.
- Si quis habere possit duo effonia
de malo veniendi simul propter
necessitatem.
- Si vir & vxor se semel effoniaue-
runt de malo lecti.
- Ad que breuia pertinent duo ef-
fonia de malo veniendi & simi-
liter de malo lecti.
- Vbi veritas breue de recto in bre-
ue de ingressu per narrationem et
econtrario.
- ¶ Cap. 5. fo. 347.
- ¶ Qualiter effonium de malo ve-
niendi debeat irrotulari et iudi-
cari de seruitio domini Regis.
- Qualiter de simplici effonio de ma-
lo veniendi.
- Si warantus vocatus fuerit.
- ¶ Cap. 6. fo. 348.
- ¶ Qualiter effonium de malo ve-
niendi iudicatur.
- Si breue originale non venerit, bre-
ue vicecomiti quod faciat aliud
recte.
- ¶ Cap. 7. fo. 349.
- ¶ Qualiter irrotulatur effonium
de malo lecti.
- Si adiungatur effonium de malo
veniendi effonio de malo lecti.
- ¶ Cap. 8. fo. 349.
- ¶ In cuius persona non nocet effo-
nium de malo lecti.
- Qualiter effonium de malo lecti
iudicandum sit.
- ¶ Cap. 9. fo. 351.
- ¶ Qualiter redduntur effonia de
malo lecti & de malo veniendi
per ordinem.
- Qualiter redduntur effonia de ma-
lo veniendi.
- Qui effoniatores affidabunt et qui
plegios inueniunt, & de plegioru
datione.
- Quid sit warantzare effonium per
sacramentum.
- Si in die dato erratum fuerit quid
sit faciendum.
- ¶ Cap. 10. fo. 352.
- ¶ Breue ad mittendum quatuor mi-
lites ad eum qui effoniatas est de
malo lecti, ad eum videndum.
- De officio vic. cum susceperit breue
Irrotulatio si visores non venerint.
- Breue de attachiando milites.
- Si vnus visorum infirmus sit vel
inutilis, ponatur alius loco suo.
- Qualiter petenda sit licentia sur-
gendi.
- Breue si post licentiam petitam &
obtetam arrestatus fuerit per ad-
uersarium.
- Si in curia baronis vel alterius
denegetur licentia surgendi, do-
minus Rex licentiam dabit in de-
fectu talium.
- ¶ Cap. 11. fo. 356.
- ¶ De officio quatuor militum in visis
faciendo. De effonijs cum missi ve-
nerint ad locum vbi effoniatas
iacere debet.
- Cum milites venerint ad testifican-
dum languorem.
- Qualiter dandus sit dies & sub
quibus verbis.
- ¶ Cap. 12. fo. 357.
- ¶ Qualiter effoniatas custodire de-
bet languorem et qualiter se te-
nere.
- Si effoniatas inuentus fuerit va-
gans qualiter debet arrestari.
- Breue si effoniatas surrexerit sine
licentia quod milites mittantur
ad ipsum ad videndum si ita sur-
rexit vel non post languorem ei
adiudicatum.
- ¶ Cap. 13. fo. 359.
- ¶ Qualiter effoniatas venire de-
bet ad turrim London & quando
vel mittere responsalem.
- Qualiter sit annus bissexilis.
- De apparitione effoniati.
- De officio Constabularij.
- ¶ Cap. 14. fo. 361.
- ¶ Cum visus fieri debet vel fac-
tus fuerit, si visores non sunt le-
gittimi quid facere debet effoni-
atus.
- Si languor vertatur in morbum
incurabile quod effoniatas ve-
nire non poterit tunc mittat res-
ponsalem.
- Breue de mittendo ad languidum
ut sciatur si ratum habuerit res-
ponsalem quam responsalis pro eo
fecit.
- ¶ Cap. 15.

Index.

¶ Cap. 15. fo. 362.

¶ Si plures sint participes tenētes unicum ius habētes qualiter procedendum est in essonio de malo lecti.

Cap. 16. fo. 363.

¶ Si quis effoniatu s fuerit in comitatu de malo lecti qualiter debeat effoniatu apparere & quādo.

Breue de videndo eum qui effoniatu in comitatu de malo lecti.

¶ Cap. 17. fo. 363.

¶ De essonio de malo ville. Vbi non iacet essonium de malo ville.

Tractatus tertius de Defaltis.

¶ Cap. 1. fo. 364.

¶ De contumacibus & non venientibus ad iudicium post legitimā summationem.

Compensatio defaltarum.

De excusationibus non venientibus.

Si legitime summotus defaltam fecerit, breue quod vocatur magnū cape. —

Natura & effectus breuis Magnū cape iuxta virtutem vocabulorum contentorum in breui.

Qualiter terra capta in manū dñi regis per defaltam peti debeat p pleniam.

Quid fieri debet in placito aduocationis post defaltam.

Qualiter defenditur summotio & surfsa p legem.

Si defalta facta fuerit qualiter sit procedendum.

Introtulatio post defaltam.

Breue de scyssa habenda postquam quis recuperauerit per defaltam.

¶ Cap. 2. fo. 367.

¶ Quale competat remedium tenenti postquam amiserit per defaltam & vsquē ad quod tempus.

¶ Cap. 3. fo. 367.

¶ Qualiter sanatur defalta p seruicium dñi regis.

Breuia quæ excusant p seruicium domini regis.

Qualiter excusatur absentia multis modis.

Si post defaltam capiatur dies amoris.

Quis possit remittere defaltam.

¶ Cap. 4. fo. 369.

¶ Si in actione mixta facta sit defalta.

Si in vno breui actio duplex.

Si petens defaltam fecerit & tenens venerit, si petens possit saluare.

Si petens non venerit nec tenens se effoniauerit.

Si vnus ex pluribus tenentibus qui tenent in communi defaltam fecerit & alius effoniatu s fuerit, et tertius comparuerit.

Si particeps nominatus in breui sequi noluerit vel non venerit summoneatur ad sequendum si voluerit.

Si vir & vxor simul petant & alter eorum defaltam fecerit.

Si quis defaltam fecerit ante comparuerit si loquela translata fuerit ad magnam curiam.

Paruum cape si quis defaltam fecerit postquam in curia comparuerit.

Forma breuis quod dicitur paruum cape.

Si quis defaltam fecerit in actione mixta.

Si dua actiones quarum vna personalis et alia realis currant versus vnum in vno breui.

¶ Cap. 5. fo. 372.

¶ Partibus in iudicio comparentibus qualiter petens proponere debet intencionem suam de modo narrandi.

De articulis quibus vii debet in narratione.

Qualiter breue de recto limite-tur.

Quod tenens poterit mutare intencionem suam in parte.

¶ Cap. 6. fo. 373.

Qualiter fit narratio descēsus vsquē ad petētem per singulos gradus.

Si fieri debeat narratio a linea recta vsquē ad transuersalem.

Si antenatus in vita patris communis moriatur.

Si Abbas vel Prior petat per breue de recto.

Si plures sint petentes omnes nominentur in breui, siue legitimi siue bastardi, vel serui.

Qualiter & quibus modis cadit actio, per defaltam vel errorem in narratione.

Quibus ius descendere potest.

Quod donatorio nihil iuris descendere poterit de scyssa donatoris vel antecessoris.

¶ Cap. 7. fo. 376.

¶ Proposita intensione actoris, videas tenens an sit iurisdictio & iustitarius qui iudicare possit. Item an sit ibi actor et de cautela circa responsionem tenentis considerandū & de visu petēdo.

¶ Cap. 8. fo. 376.

¶ De visu petendo & quare faciendus est visus.

De visu faciendo & cui non visus scilicet vel quod tantundem valeat.

Si post visum petitum se effoniauerit tenens, & postea dicat quod visum non habuerit.

¶ Cap. 9. fo. 377.

¶ Si de rebus incorporalibus iaceat visus sicut de iuribus.

Cum ius aduocationis petatur & plures sunt ecclesia.

Si ius aduocationis capi debeat in manum Regis.

Vbi visus iacet vel tantundem.

A. i.

¶ Cap. 10.

Index.

- ¶ **Cap. 10. fo. 379.**
¶ De irrotulatione post visum cōcessum.
Breuia de visu faciendo scilicet de toto.
Si de parte vnde dotata fuit.
Si ad breue de recto quo iure petatur visus de communia pastura.
- ¶ **Cap. 11. fo. 379.**
¶ Ad diem datum post visum habitum reincipiatur essonium.
Si loquela posita fuerit ad magnā curiam de comitatu & contentio fuerit de visu habito vel comitatu.
- ¶ **Cap. 12. fo. 379.**
¶ Qualiter petens debet designare tenentem rem petitam vt sciri possit si illam tenuerit vel non.
Si contentio habeatur quantum terra positum fuerit in visu aliquando fit inde iocus partitus.
Si fiat inde inquisitio, tunc sic.
Habito visu tunc warrantum vocet tenens si voluerit si warrantū habeat.
- Tractatus quartus de warrantia.**
- ¶ **Cap. 1. fo. 380.**
¶ De warranto vocato post visum. Quid sit warrantatio, quis possit warrantum vocare & de qua causa.
Quare debeat warrantizare.
Quis vocari debet ad warrantizandum.
Si minor vocat⁹ fuerit ad warrantum.
Maritus vocat uxorem ad warrantum quandoq;.
- ¶ **Cap. 2. fo. 381.**
¶ Quib⁹ modis obligatur quis ad warrantizandum.
Si minor vocatus fuerit statim ostendat tenens chartam vel aliud. Aliquando sine charta ostensione.
Aliquando per homagium.
Si vocatus ad warrantum homagium negauerit.
- Per cyrographum & finem factum.
Item tacite vel expresse.
Si dominus capitalis ad quē terra puenerit vt eschaeta vel alio modo cum non sit haeres, quia res transit cum onere.
Si rex debeat warrantizare, dicere poterit, q; sine Rege respondere nō poterit.
Quod nullus vocat Regē ad warrantum nisi teneatur ad escambium.
- ¶ **Cap. 3. fo. 382.**
¶ Quod warrantus debeat designare proprio nomine si possit vel quod tantundem valet.
Si warrantus de dote feloniam fecerit & inter duos capitales dominos de eschaeta contentio habeatur.
- ¶ **Cap. 4. fo. 383.**
¶ Si quis warrantum vocauerit qui sit sub potestate sua licet auxiliium petierit non habebit auxiliium curia.
Item si talem qui non fuerit sub potestate regis, sed ipsum producat si possit.
Si warrantus fuerit infra libertatem alicuius vbi non currit breue Regis.
Breue si sine auxilio produci non possit.
Si minor vocat⁹ fuerit ad warrantū de dote vel in placito de recto, tunc summoneatur custos eius.
Si haeres qui vocatus sit ad warrantum nihil tenet de hereditate materna sed paraster suus, tunc summoneatur vterque siue haeres fuerit maior siue minor.
- ¶ **Cap. 5. fo. 384.**
¶ Quod quis potest se jfessionare.
Si defaltam fecerit capiatur terra in manū dñi regis.
Breue ad capiendam terram in manum domini regis per defaltā ad valentiam super warrantum, magnum Cape.
Si terra petita fuerit in vno comitatu & terra warranti in alio, tunc fiat extensio per tale breue.
- Breue de capiendo terram pro defectu.
Si de aduocatione ecclesie vocetur warrantus, tunc capiatur terra ad valentiam & estimetur aduocatio, vt sciri possit quantum capi debeat.
Breue quoddam capiat tantam terram qua sit de hereditate.
Si mulier dotem petierit & minor vocatus ad warrantum et custos defaltam fecerit, capiatur de terra minoris pro defectu custodis.
Si minor vocatus fuerit ad warrantum cum parastre & vterque eorum defaltam fecerit, vel vterque eorum tātū, capiatur de terra minoris ad valentiam terra petita.
Si plures warranti defaltam fecerint.
Si warranti manentes fuerint in diuersis comitatib⁹ et pro ea parte quam quilibet tenuerit facta prius estimatione.
- ¶ **Cap. 6. fo. 385.**
¶ Si warrantus ad secundam summotionem post captionē nec primo die nec secundo nec tertio nec quarto comparuerit.
Quod petens recuperabit seysinam p defaltam.
Cum tenens amiserit quia warrantus non potest eum defendere in seysina sua, si warrantus tenentem habuerit in eodem comitatu, statim fiat ei excambium ad valentiam.
Si plures sine warranti & quidam defaltam fecerint & quidam non.
Cape de terra warranti ad valentiam.
Aliud breue de cadē captione sed alio modo.
De viuo & uxore cum simul vocati fuerint ad warrantum & alter ipsorum defaltam fecerit.
Cum warrantus nullam habeat excusationem cum defaltam fecerit primo die, secundo, tertio, vel quarto.
Breue secundum iudicium supra dictum.
- Quod

Index.

- Quod potest quis amittere per defaltam quam fecit primo die, ficut secundo, tertio & quarto.
- Vbi quietus recedit de warrantia & terra petita capiatur in manu dñi regis.
- Si petens defaltam fecerit offerentibus se liti quarto die tenente & warranto, rēterquē quietus recedit.
- Si warrantus christianus vel Iudeus terram non habuerint per quam distringi possunt ad warrantum vicecom habeat corpora eorum.
- ¶ Cap. 7. fo. 387.
- ¶ Post essonia & dilaciones presentibus in iudicio petentibus & warranto & warrantus gratis warrantizauerit & in se suscepit defisiones, tūc remaneat tenēs domi donec discussum fuerit inter petentem & warrantum.
- Proposita intensione versus warrantum.
- Breue de faciēda seysinam & sic de manu in manum de pluribus sicut de vno, scilicet quod fiat escambium.
- Si warrantus nihil habeat unde facere possit escambium.
- Cum vnus vel plures ex pluribus feoffatus fuerit & ex plurib⁹ tenentibus qui diuersis temporibus feoffati fuerint quod melior erit conditio eius quoad escambium qui prim⁹ feoffatus fuit si vno tempore fuerint implacitati, aliud si diuersis.
- Cum warrantus nihil habeat unde escambium faciat de hereditate eius cuius nomine vocatus fuerit ad warrantum.
- Si ille qui feoffauit tempore feoffationis satis habuit, res illa quam tunc habuit tacite obligatur vel expresse facta in modum donationis.
- ¶ Cap. 8. fo. 388.
- ¶ Si warrantus dicat quod warrantizare non debeat, quo casu oportet quod quis cum vocauit rationem ostendat quare warrantizare non debeat. si warrantus contendere velis.
- Cōfirmatio heredis cuius ei defcenderit facit primam chartam cōualescere qua ab initio fuit inualida.
- Finis factus.
- Homagium.
- Homagium factum capitali domino de concessione medi.
- ¶ Cap. 9. fo. 389.
- ¶ Cum warrantus warrantizauerit, suspenditur prosecutio contra tenentem donec placitum de warrantia terminetur.
- Non tenebitur warrantus ad maius excambium quam ad id ad quod vocatus est ad warrantum.
- Si rex vocetur ad warrantum de dono antecessoris, quis sit antecessor regis videndum.
- Si priuata psona vocetur ad warrantum ratione charte sue vel antecessorum suorum.
- In quibus casib⁹ nō tenetur warrantizare.
- Exceptio q̄ donator nunquam fuit in seysina.
- Quod non est hares nec suus feoffatus.
- Non tenetur alijs heredibus warrantizare quam illis qui sunt in charta comprehensi secundū modum donationis.
- Vbi quis remisit & quietum clamauit.
- Si salvo iure cuiuslibet.
- Si non tenueris nisi ad vitam, vel si certi homines excepti sunt.
- Si modus in donatione contentus q̄ donator non teneatur ad warrantiam et q̄ conuentio vincit legem.
- Propter variationem si tenens semel cognouerit quod non tenuit tenementum nisi ad vitam vel ad voluntatē dñi qui vocatur ad warrantum.
- Non tenetur quis ad warrantiam nec excambium de feoffamento & incumbratione tenentis sui vel de iniuria & iniusta desentione.
- Non tenetur quis de incumbramento tenentis sui.
- De excambio rebabendo si factum fuerit.
- ¶ Cap. 10. fo. 391.
- ¶ Suspenditur quandoquē warrantia ad tempus propter minorem etatem vel propter mortem.
- Fallit hoc quandoquē propter finem factum, vel si antecessor minoris obiit seysitus vt de feodo, quia minor respondebit ad finem.
- Cum minor warrantizauerit propter finem non respondebit petenti ante etatem.
- Videtur quod teneatur respondere de quibus antecessor nō obiit seysitus vt de feodo, si vice versa non teneatur respondere de quib⁹ obiit seysitus vt de feodo.
- Suspenditur quandoquē p mortem warranti.
- Si quis duos vel plures vocauerit ad warrantum, vt si virum & uxorem.
- Vbi plures vocantur ad warrantum successiue, refert quis prius moriatur & in persona cuius debeat placitum warrantia suscitari & vnus ex principalibus psonis moriatur.
- Quod remanebit totū placitū ad minorem etatē vnus warranti & post seysinam.
- Si plures warranti vocentur sicut vnus hares.
- Suspenditur warrantia propter dubiū euentū propter partem qui in vtero est.
- Si warrantus vocatus appellat⁹ sit de vita & membris.
- De eo qui debet esse loco heredis, vt de eschaeta.
- Refert vtrum warrantus qui obiit tenuit in feodo vel ad vitam.
- A.ij. Poteris

Index.

Poterit quis intrare gratis ad warrantiam si non vocetur ad propriam iuris iurisdictionem.

¶ Cap. 11. fo. 393.

¶ Cum warrantus se de warrantia defendere non possit vel cum gratis vel per iudicium, tunc recipiet petens principale placitum versus warrantum sicut fecit versus tenentem & eodem modo proponat intensionem.

Si ille qui warrantizaverit vltim^o vocet warrantum, tunc fiat ei tale breue pro auxilio curia.

Si ille qui vocatur ad warrantum non tenuit nisi ad vitam quando seoffavit & mortuo eo qui vocatus est.

Cum vltimus warrantus vltimus warrantum vocare voluerit, tunc statim defendat ius petentis.

¶ Cap. 12. fo. 394.

¶ Proposita intensione contra warrantum si warrant^o visum petat denegabitur ei.

Si warranto competat alia exceptio qua primo non cōpetierit principali tenenti, proponatur ille incōtinenti.

¶ Cap. 13. fo. 394.

¶ Si nulla sit exceptio vel defensio de escambio reliabēdo & cū warrantus tenentem suum defendere non possit.

Nō tenetur quis factū patris warrantizare vel escābium facere de hereditate matris vel e contrario.

Si warrantus tenuerit de dño rege per warrantiam.

Si de escambio fieri debet extensio.

Casus ubi quis habere possit ipsam rem principalem & nihilominus escambium.

Cap. 14. fo. 395.

¶ Si tenens warrantum vocaverit qui manens sit extra regnum & nihil habuerit in regno per quod distrungi possit.

Breue si implacitatus in Anglia warrantum vocaverit qui manet in Hibernia.

Si warrantus nō venerit nec tenentem suum warrantizaverit.

Si implacitatus in Hibernia warrantum vocaverit qui manens sit in Anglia.

¶ Cap. 15 fo. 396.

¶ Si warrant^o contēderit de warrantia & charta producatur callūniata & petens se posuerit super patriam & testes in breuis nominatas.

Summoneatur testes sed quid si manentes in diuersis comitatibus.

Si charta bona sit in se & recognita pro bona, sed cum donator non fuit compos sui nec sane mentis quando fecit donum illud.

Inquisitio si fuit sane mentis.

Si per testes de consensu partium.

Si res una data fuerit duobus, tunc inquiratur de prioritate.

Si aduocatio data fuerit duobus.

Si inquisitio fieri debeat per testes & per patriam.

Si fieri debeat inquisitio in com^o et non coram iusticiarijs.

Si testes manentes sint in diuersis com^o.

Si in comitatu breue interlaqueatum.

Si testes & recognitores non venerint ad primum diem.

Quid variatur huiusmodi inquisitiones secundum varietatē placitorum.

Cum comparuerint testes & recognitores.

¶ Cap. 16. fo. 398.

¶ Probari poterit charta alio modo quam per testes. s. per collationem signorum, & de vitijs charte.

Probatum sigillum per collationem.

Si plura proferantur instrumenta.

Cap. 17. fo. 399.

¶ Aliud genus warrantia, sicut de warrantia charta.

Breue de warrantia charta.

Si non venerit attachiatus obseruetur ordo attachiametorum.

Si summonitus ad warrantizandum vexauerit tenentē suū erga dñm seoffatorem.

Si tenens in breuis de recto nullum habuerit warrantum quem vocare possit vel velis, tunc ad elidendam actionem petentis, tenens proponat exceptionem si quā habuerit & illam probet, cum quodāmodo actor sit in hac parte.

TRACTATUS quintus de Exceptionibus.

¶ Cap. 1. fo. 399.

¶ Quid sit exceptio, & de diuisione exceptionum & quedam dala-toria quedam generales quedam speciales.

Quando proponēda sūt & quādo non.

Quadam ante visum & quadam post.

Contra exceptionem competit replicatio.

Ad replicationē cōpetit triplicatio.

Quadam sunt perpetua quadam sunt temporales.

Quid quis potest pluribus vt i.

Probari poterit exceptio multis modis.

Non per sectam.

Non per simplicem vocem.

De exceptione qua ponitur contra iurisdictionem.

¶ Cap. 2. fo. 400.

¶ Quid sit iurisdic-tio et de ei^o di-uisione.

Quale forum actor sequi debeat et qua pertineant ad forum seculare.

Ratione criminis & ratione contractus.

Si quis elegerit unum iudicem ad alium

Index.

- alium recurrere non potest de facili, & debet estimari si sit sui iuris.
- Qua pertinent ad forum ecclesiasticum & qua ad forum seculare.
- Quod laicus non est conueniendus coram iudice ecclesiastico de aliquibus qua pertinent ad coronam & dignitatem regis.
- Quod quis possit renūciare ijs qua pro se introducta sunt, sed non in prauidicium alterius.
- ¶ Cap. 3. fo. 402.
- ¶ De prohibitionibus dñi regis. Itē dictum est si p̄ consensu nūc autē si contra voluntatem.
- Breue ad prohibēdū si cōtra coronā & dignitatē dñi regis iudicib⁹ ne teneat placitum de catallis q̄ non sūt de testamēto vel matrimonio.
- Breue iudicibus ne teneant de laico feodo.
- Breue parti ne sequatur.
- ¶ Cap. 4. fo. 402.
- ¶ De prohibitionibus & aduocationibus ecclesiarū.
- Prohibitio de aduocationibus Indicauit iudicibus.
- Prohibitio si rectores ecclesiar. cōtendant inter se sine patronis.
- Prohibitio si clericus presentat⁹ ab eo q̄ opinuerit implacitatus fuerit a clerico ipsi⁹ qui amisit in curia regis.
- Breue prohibitionis (ostēdit nobis) formatū iustic. secundū querelā.
- Breue prohibitionis contra eū qui sequitur cōtra iudiciū factum in curia dñi regis.
- Prohibitio si fiat contra ea qua in curia dñi regis rite acta sunt.
- Si de ijs qua pertinent ad laicū feodū ratione alicui⁹ aduocationis sicut de exennijs et redditib⁹ qua pertinere possunt ad coronā.
- Si minus idoneus fuerit recusatus & idoneus admissus ad querelā breue formatū a iustic.
- Prohibitio iudicibus si clericus ad presentationem regis vel antecessoris admissus implacitetur i curia christianitatis.
- ¶ Cap. 5. fol. 404.
- ¶ De donationibus qua pertinent ad Regem in vacationibus episcopatuum, abbatiarū prioratū & huiusmodi.
- Prohibitio si clericus implacitauerit balliuum vel alium ministrū eo quod arrestauit eum pro pace regis vel pro latrocinio.
- ¶ Cap. 6. fo. 404.
- ¶ Prohibitio de eo qui dicebat se tenere per legem Anglia & i curia Christianitatis probare uoluerit pueros suos legitimos qui reuera bastardi sunt.
- Si quis uoluerit in curia christianitatis legitimationem suā probare, antequam inquisitio esset iudicib⁹ per curiam regis demādata p̄ W̄ ilhelmū Musbet.
- Si petens tenenti vel ecōtrario bastardiā obiecerit, & mortuo eo cui fuit obiectum relit iudex inquirere de legitimatione filij, cū hoc non sit ei demandatum.
- ¶ Cap. 7. fo. 405.
- ¶ Quibus fieri debet prohibitio.
- ¶ Cap. 8. fo. 406.
- ¶ Si iudices prohibitionē admittere recusauerint & superueniat illa prohibitio, estimare debēt eorum sit iurisdictio, & si dubitauerint, debent consulere iustic. & de huiusmodi cōsultationibus dicatur.
- Breue ad respondendū consultatiōni iudicum per iustic. de noua garba.
- Aliud breue & alterius modi si clericus clericū de eodem.
- ¶ Cap. 9. fo. 406.
- ¶ Vbi & quando & quibus rebus locum habet prohibitio, ratione personarum & rei.
- Ratione contractus.
- Ratione delicti.
- ¶ Cap. 10. fo. 407.
- ¶ Quando & in quibus locum nō habet prohibitio sicut de re sacra vel quasi.
- Quod ratione accessionis locum nō habet prohibitio.
- Quod actiones legari nō possunt.
- Item non in causa testamentaria.
- Si de facto suo effectus sit alterius iurisdictionis.
- Non habebit prohibitionem de recenti spoliatione.
- Item in causa restitutionis.
- ¶ Cap. 11. fo. 408.
- ¶ De iudicibus qui fraudulentē simul faciūt suas comminationes ut facilius procedent ad excommunicationem.
- Breue de capiēdo excommunicato domino regi per episcopum directum.
- Si episcopus vel alius ordinarius fraudulentē procurauerit captiōē.
- Cum quis iuste fuerit excommunicatus.
- Cum iuste excommunicatus paratus sit satisfacere deo & ecclesia, breue ad deliberandum cum qui captus fuerit.
- ¶ Cap. 12. fo. 409.
- ¶ De Iudicibus attachiandis si procedant contra prohibitionem.
- Breue de Iudicibus attachiandis si autoritate literarū dñi Papa.
- Item quod attachiet per meliores plegios.
- ¶ Cap. 13. fo. 409.
- ¶ Cum partes comparuerint in iudicio.
- De probatione intentionis.
- De Regis radiatione si defendat.
- Qualiter formantur verba legis.
- Quod refert quis eorum prius parauerit.
- De responsionibus iudicum.
- ¶ Cap. 14. fo. 411.
- ¶ Qualiter procedendum sit cōtra iurisdictionem alicuius Iudicis.
- ¶ Cap. 15. fo. 411.
- ¶ De exceptione cōtra p̄sonā iustitiarū et de causa recusationis.
- De iurisdictione maiorū iudicum sicut Papa.
- Quod iudex debet examinare & estimare an sua sit iurisdictione.
- ¶ Cap. 16. fo. 412.
- ¶ Quod quādoq; mutat iurisdictione de iurisdictione in iurisdictione, & quādoq; de persona in p̄sonā mutat nomine rerum.
- An priuatorum consensus mutare possit iurisdictionem.
- Quod mutat iurisdictione aliquādo contractus aliquādo delictum.
- ¶ Cap. 17.

Index.

- ¶ **Cap. 17. fo. 413.**
 ¶ De exceptionibus contra breue,
 & ubi eadem competere debet &
 ubi non.
 Quae sunt breuia originalia et quae
 sunt magistralia.
- ¶ **Cap. 18. fo. 415.**
 ¶ Si competat exceptio ex persona
 petentis unde quadam dilatoria
 quadam peremptoria multis rati-
 onibus.
 Exceptio contra petentem ex perso-
 na tenentis.
- Cap. 19. fo. 416.**
 ¶ De exceptione bastardiae in cas-
 bus bastardiae q̄ nulla bastardia
 simplex sed qualibet causam ha-
 bet certam.
 De mittendo ad curiam Christiani-
 tatis utrum ante vel post matri-
 monium constitutum concessa &
 approbata coram rege & consilio
 suo clericis & laicis.
 Quis possit apponere bastardia-
 am.
 Contra quem competat.
 Inter quas personas.
 Cum obiecta fuerit cum causa,
 oportet quod sequatur probatio.
 Quod mittatur inquisitio bastar-
 diae ad curiam Christianitatis p̄
 breue.
 Forma breuis.
 Oportet quod ille cui opponitur
 bastardia probet se esse legitti-
 mum.
 Breue q̄ opponitur ei bastardia quae
 est in seysina.
 Quod pater nunquam desponsauit
 matrem.
 Breue q̄ natus ante matrimoni-
 um.
 Cum loquela transmissa fuerit ad
 curiam Christianitatis & rema-
 neat placitum in curia regis donec
 veniat inquisitio.
 De officio ordinarij.
 Facta inquisitione, breue per quod
 statim resummonetur loque-
 la.
- Quod ad diem resummonitionis
 poteris esse essonatus si volue-
 rit.
 Quis sit effectus legitimacionis cum
 probata fuerit.
- ¶ **Cap. 20. fo. 420.**
 ¶ Exceptio competens ex persona
 petentis si fuerit non sana men-
 tis. i. furiosus & sunt plures per-
 emptoriae.
 Exceptio ex persona petentis si
 fuerit furiosus & mutus natura-
 liter.
 Exceptio propter morbum incurra-
 bilem sicut de leproso.
 Exceptio ex cognitione ubi quis se
 cognovit ad villanum.
 Exceptio si de crimine convictus
 fuerit de feloniam vel aliquis ante-
 cessorum.
 Exceptio per mortem civilem si quis
 contulerit se religioni & habitum
 religionis susceperit.
- ¶ **Cap. 21. fo. 421.**
 ¶ De exceptionibus quae competunt
 ex persona petentis & quae per-
 emptoriae sunt sicut de minori a-
 tate.
 De quibus minor infra aetatem de-
 beat respondere & de quibus
 non.
 Breue ne minor respondeat infra a-
 tate de libero tenente suo donec sit
 talis aetatis.
 Si plures sint heredes quorum qui-
 dam infra aetatem & quidam
 non.
 Exceptio ratione adiuncti sicut de
 particeps & uxore.
 Si mulier cum hereditate nupta
 fuerit minori vel e contrario.
 Status minoris mutari non debet
 nec de tenentis nec de seruitio et co-
 suetudinibus.
 Replicatio, si in assisa mortis an-
 tecessoris vel in placito per bre-
 ue de recto obijciatur minori q̄
 placitare non possit quia minor
 est.
 De probatione aetatis ex praesump-
 tione per aspectum corporis.
- Si Iustici. dubitauerint cum vene-
 rint.
 Qualiter probatur aetas per patri-
 am cum p̄ aspectum corporis proba-
 ri non possit & per quos.
 Ex praesumptioe ut si quis alios pla-
 citauerit sicut maior.
 De resummonendo loquelam ad cu-
 riam quae remansit sine die p̄pter
 minorem aetatem.
 Breue cum seysinam recuperauerit
 iam maior factus versus diem ca-
 pitale & similiter de vasto facto
 in vno breui.
- ¶ **Cap. 22. fo. 425.**
 ¶ De loquela ad curiam resum-
 monenda quae posita fuit sine die.
 Breue de resummonendo loquelam
 ubi remansit sine die propter a-
 tatem minoris qui vocatus fuit ad
 warrantum.
 Item propter iter Iusticiariorum
 & proseruitio regis.
 Item propter peregrinationem in ter-
 ram sanctam.
 Item si ad curiam Christianitatis
 quacunque de causa vel in pla-
 cito dotis.
 Si in partes transmarinas in ser-
 uicio Regis de aduocatione.
 Si generalis fieri debet resummo-
 nito ad bancum.
 Breue vic. quod clamare faciat.
- ¶ **Cap. 23. fo. 426.**
 ¶ Exceptio ex persona petentis p̄-
 pter lepram & propter excommuni-
 cationem.
 Si vir uxoris appellatus sit de felo-
 nia, non cadit actio prius ante co-
 nstitutionem instituta.
 Si quis ritē excommunicatus fue-
 rit & extiterit in excommunicati-
 one per. 40. dies.
 Breue de excommunicato capiendo.
 Si appellatus de feloniam ad appellum
 declinandum falso dedit intelli-
 gi episcopo q̄ appellatus excommuni-
 catus fuit & captus fuit, breue
 ad deliberandum eum.
- ¶ **Cap. 24. fo. 427.**
 ¶ Exceptio ex persona petentis quia
 alienigena et ad fide reg. Fracia.
 Exceptio contra petentem propter sta-
 tum dubium multis rationibus.

Exceptio

Index.

Exceptio ex delicto spoliationis do-
nec fuerit restitutus.

¶ Cap. 25. fol. 428

¶ Exceptio dilatoria quia ius
commune ita quod sine alijs res-
pondere non potest vel quia in par-
te tangit alios sine quibus &c.

Exceptio quod participes habet sine qui-
bus &c.

Exceptio quod participes est ad fi-
dem Regis Francia.

Cum participes sine participes obti-
nerit forte per fraudem & per
fraudem sequi noluerit.

De summonendo participes.

Si unus de participibus moriatur.

Cum omnes in breui nominentur.

Cum unus ex participibus totam
teneat hereditatem.

Si hereditas partita sit inter par-
ticipes.

Sunt qui terram tenent in commu-
ni sed non ut coheredes.

Exceptio quod viro non respondetur
cuius hereditas sit terra.

Exceptio quod sine assensu talis su-
perioris.

¶ Cap. 26. fo. 430.

¶ De exceptionibus quae com-
petunt tenenti ex persona pro-
pria.

Quod oportet quod omnes nomi-
nentur petentes licet respondere
possunt quod quidam sunt ba-
stardi & quidam villani & hu-
iusmodi.

Si participes surdus fuerit vel mu-
tus.

Si tenenti competat exceptio ex ip-
sa re.

Oportet quod petens designet rem
quam petit cum pertinentiis.

¶ Cap. 27. fo. 431.

¶ Proposita intentione videre po-
terit tenens an totam teneat vel
non, et unde oportet quod visum ha-
beat vel quod tantum valeat.

Cum visum habuerit quid facien-
dum.

Oportet designare quae vel qualis
sit quam petit res mobilis vel
immobilis & certa designatio.

Exceptio quod nihil inde tenet &

pena quae sequitur si inde con-
vincatur.

Exceptio quod tenementum non te-
neat quia alius tenet de pertinen-
tiis.

Quod aliquando fuit de pertinen-
tiis sed postea desit esse.

Inquisitio utrum totum tenuerit vel
non.

Si tenens dicat quod nihil teneat
& alias cognovit quod totum te-
neat.

Si cognoverit quod totum non tenuerit
in feodo sed partem.

Si quis manerium petat cum om-
nibus pertinentiis ad quod per-
tineat aduocatio.

Replicatio super hoc.

Si dicat quod nihil tenuerit mentien-
do sicut de priore de Wylocke
& W. de Insula.

Si tenens dicat quod totam terram
non teneat, & petens quod totam &
sic sit res dubia per negationem
aut locus erit ioco partito aut in-
de inquisitio de pertinentiis, &
sunt pertinentia pertinentiarum.

¶ Cap. 28. fo. 434.

¶ De exceptione quam habetis ex
errore in nominibus villarum. Item
quid sit villa, quid mansio, quid
manerium.

Exceptio ad hoc quod dicit ius
meum & quod diversa sunt iura.
Ad quos descendit hereditas &
quo iure, et plures possunt ius
habere & unus maior & alius
minus.

Quod poterit impedire descensus
per feloniam commissam per ali-
quem antecessorum.

Competit exceptio tenenti ex ipsa
aditione actionis si omnino non
vel obscure.

Exceptio ex variatione narrationis
dicendo modo unum & modo al-
liud primo contrarium.

Item competit tenenti exceptio rei
iudicata.

¶ Cap. 29. fo. 435.

¶ Exceptio ex taciturnitate quod
clamatum non apposuit.

Cui praedicitur de clamato non
apposito.

Qualiter fueris excusatus quis qui
clamatum non apposuerit.

Excusatur si in prisona tunc fuit.

Item si infirmitate detentus vel ul-
tra mare.

Si finis contineat falsitatem sicut
de warrantia charta, ubi ille qui
dicit se fuisse in seysina nullam
habuit seysinam tempore confec-
tionis cyrographi.

Si tempore placiti nec ipse nec an-
tecessor suus ius habuit.

Si finis factus fuit in occulto ante
tempus legitimum vel si tenuerit
nisi ad vitam.

Item excusatur quis si loquatur
de seysina sua propria.

¶ Cap. 30. fo. 437.

¶ In quibus casibus non excusa-
tur.

Si quis dixerit se esse impeditum,
hoc probare debet, ut si dixerit
se fuisse in partibus transma-
rinis vel in prisona & huiusmo-
di.

De exceptione finis facti.

Exceptio de defectu probationis
per lapsum temporis quod tam lon-
gino tempore quod excedat me-
morias hominum, vel propter im-
mutationem.

Exceptio si tenens fuerit in duobus
implacitatus, quia nemo de du-
abus rebus simul respondere po-
test.

Exceptio contra petentem ius merum per
breue de recto ut si ipse tenens te-
neat ad vitam quacunque ra-
tione.

De tenente per legem Anglia. &
Quid retinere possit si tenuerit per
legem Anglia.

De partu supposito.

De forma & monstro.

Si inutilia natura reddidit membra
vel si cui unus fuerit vel gibbosus
vel membra tortuosa.

Si omnino nullus haeres existat &
tenens per vim se tenuerit in sey-
sina.

Qualiter

Index.

- ¶ Cap. 31. fo. 439.
¶ Qualiter procedendum sit contra contumaces in actione personali.
In actione criminali.
Irrotulatio post defaultam.
Breue de attachiando & ponendo aliquem per radium & plegios in actione personalis cum fecerit defaultam.
Breue de attachiando per meliores plegios.
Qualiter & quando plegij sint amercandi.
Breue quoddam distringatur quis per terras & cattalla & ulterius per ordinem.
- ¶ Cap. 32. fo. 441.
¶ De returnis vicecomitis et si vicecomes negligens fuerit.
Pone sicut alias.
De fraude vicecomitis.
De imperitia vicecomitis.
Breue de attachiando ulterius sicut alias vel pluries ubi vicecomes negligens fuerit.
De excusatione vicecomitis.
Breue quoddam vicecomitem non omittat propter libertatem.
Si clericus securitatem inuenire noluerit propter privilegium ordinis.
- Breue ad Episcopum vel alium quoddam faciat venire clericum cum non habeat per quod distringi possit.
Breue si Episcopus vel alius ordinarius non habuerit clericum ad primum diem, quoddam episcopus distringatur.
¶ Cap. 33. fo. 443.
¶ De Rebus communibus inter vicinos diuidendis.
Quoddam sollemnitatis attachiamentorum non sit ubique et in omni casu tenenda.
Si statim venire debeat reus propter privilegium actoris.

FINIS.

Henrici de Bracton de Legibus & consuetudinibus An-

glia. Liber primus.

¶ 1. Quae sunt regi necessaria. 2. Quid sola Anglia vsa est consuetudine et iure non scripto. 3. Quae causa inuentionis huius tractatus. Cap. 1.



N Rege qui rectè regit, necessaria sunt duo hæc, arma videlicet leges, quibus vtrumq; tempus, bellorū et pacis, rectè possit gubernari: vtrumq; enim istorum alterius indiget auxilio, quo tam res militaris possit esse in tuto, quam ipsæ leges vsu armorū & præsidio possint esse seruatae. Si autè arma defecerint contra hostes, rebelles & indomitos, sic erit regnum indefesum: si autem leges, sic exterminabitur iusticia, nec erit qui iustum faciat iudicium.

¶ 2. Cū autè ferè in omnibus regionibus vratur legibus & iure scripto, sola Anglia vsa est in suis finibus iure non scripto et consuetudine. In ea quidem ex non scripto ius venit, quod vsus comprobauit. Sed absurdum non erit leges Anglicanas (licet non scriptas) leges appellare, cū legis vigorem habeat, quicquid de consilio & de consensu magnatum, et reipublicæ communi sponcione, autoritate regis siue principis præcedente, iustè fuerit definitum & approbatum. Sunt autem in Anglia consuetudines plures & diuersæ, secundum diuersitatem locorum: Habent enim Anglici plurima ex cōsuetudine, quæ non habēt ex lege: sicut in diuersis comitatibus, ciuitatib⁹, burgis & villis, vbi semper inquirendum erit, quæ sit illius loci consuetudo, et qualiter vtantur consuetudine qui consuetudines allegāt. ¶ 3. Cū autè huiusmodi leges & consuetudines per insipientes & minus doctos (qui cathedram iudicandi ascendunt antequam leges didicerint) sepius trahantur ad abusum: & qui stant in dubijs & in oppinionibus multociens peruertuntur a maiorib⁹, qui potius proprio arbitrio quam legum autoritate causas decidūt: ad instructionem saltem minorum, ego Henricus de Bracton animū erexi, ad vetera iudicia iustorum perscrutanda diligenter, non sine vigilijs & labore: facta ipsorum, consilia & responsa, et quicquid inde notatu dignum inueni, in vnam summam redigendo, sub ordine titulorum & paragraphorum (sine melioris sententiæ præiudicio) compilauī, scripturæ suffragio, perpetuæ memoriæ cōmédanda: postulans a lectore, vt si quid superfluum vel perperam positum in hoc opere inuenerit, illud corrigat & emendet, vel conuiuentibus oculis pertranseat, cū omnia habere in memoria, & in nullo peccare, diuinum sit potius quam humanum.

B.i.

¶ De

Lib. i. De Rerum diuisione.

1. ¶ De Probemio auctoris. 2. De materia huius libri. 3. Quae intentio. 4. Quae utilitas. 5. Quis finis. 6. Quis effectus. 7. Quid sapiens esse debet qui iudicat. 8. Quae sit pena male iudicantis. Capa.

IN hoc autem tractatu, sicut in alijs tractatibus, consideranda sunt haec, quae sit materia, quae intentio, quae utilitas, quis finis, & cui parti philosophiae supponatur. ¶ 2. Et sciendum est, quod materia est, facta & casus qui quotidie emergunt & eueniunt in regno Angliae, ut sciatur quae competat actio, & quod breue, secundum quod placitum fuerit reale vel personale: & super hijs acta conficienda siue irrotationes secundum proposita & obiecta, agendo & probando, defendendo & excipiendo, & replicando, & huiusmodi. ¶ 3. Intentio autem auctoris est tractare de hijs, & instruere & docere omnes qui edoceri desiderant, qualiter & quo ordine lites & placita decidantur secundum leges & consuetudines Anglicanas, & de hijs habere tractatum, ut doceantur & corrigantur errantes, puniantur contumaces. ¶ 4. Item communis intentio est de iure scribere, ut rudes efficiantur subtiles, subtiliores subtiliores, & homines mali efficiantur boni, & boni meliores, tum metu penarum, tum exhortatione premiorum, iuxta illud. Oderunt peccare boni, virtutis amore: Oderunt peccare mali, formidine pene. ¶ 5. Utilitas autem est, quae nobilitat addiscentes, & honores conduplicat & profectus & facit eos principari in regno, & sedere in aula regia, & in sede ipsius regis, quasi in throno dei, tribus & nationes, actores & reos, ordine dominabili iudicantes, vice regis quasi vice Ihesu Christi, cum rex sit vicarius dei. Iudicia enim non sunt hominis sed dei, & ideo cor regis bene regentis dicitur esse in manu dei. ¶ 6. Finis huius rei est ut sopiantur iurgia, et vitia propulsentur, & ut in regno conferuetur pax & iustitia. Ethice vero supponitur, quasi morali scientiae, quia tractat de moribus. ¶ 7. Huiusmodi vero leges Anglicanas & consuetudines, regum autoritate, iubent quandoque, quandoque vetant, & quandoque vindicant & puniunt transgressores: quae quidem cum fuerint approbate consensu ventium, & sacramento regum confirmatae, mutari non poterunt nec destrui sine communi consensu & consilio eorum omnium quorum consilio & consensu fuerunt promulgatae. In melius tamen conuerti possunt, etiam sine eorum consensu, quia non destruitur quod in melius commutatur. Si autem aliqua noua & inconsumta emerferint, & quae prius usitata non fuerint in regno, si tamen similia euenerint, per simile iudicentur, cum bona sit occasio a similibus procedere ad similia. Si autem talia nunquam prius euenerint, & obscurum & difficile sit eorum iudicium, tunc ponantur iudicia in respectum usque ad magnam curiam, ut ibi per consilium curiae terminentur: licet sint nonnulli qui de propria scientia praesumentes, quasi nihil iuris ignorent, nolunt alicuius consilium expetere: in quo casu honestius & consultius eis foret consilium habere quam aliquid temere definire, cum de singulis dubitare non sit inutile. ¶ 8. Sedem quidem iudicandi, quae est quasi thronus dei, non praesumat quis ascendere insipiens et indoctus, ne lucem ponat in tenebras, & tenebras in lucem, & ne in manu indocta, modo furietae, gladio feriat inno-

2. 19. 6. 2. 1. 17.

innocentem, & liberet nocentem, & ex alto corruat quasi a throno dei, qui volare inceperit antequam pennas assumat. ¶ 8. Et cum quis iudicare debeat & iudex fieri, caueat vhusquisque sibi, ne peruerse iudicando, & contra leges, prece vel precio, pro temporalis lucelli comodo, æterni luctus mæstitiam sibi comparare præsumat: et ne in die furoris domini sentiat ipsum vindicantem, qui ait, mihî vindictam, & ego retribuam, & vbi flebunt & plangent reges & principes terræ cum viderint filium hominis, propter timorem tormentorum eius, vbi aurum & argentum non valebit liberare eos. Quis autem non timeat illud examē, in quo erit dominus accusator, aduocatus & iudex, a sententia autem sua non poterit prouocari. Quia pater omne iudicium dedit filio, qui claudit & nemo aperit, aperit et nemo claudit. O' districtum iudicium, quod non solum de actibus, verum etiam de omni verbo otioso, quod iniquè loquuti fuerint homines, reddituri sunt rationē. Quis ergo effugere poterit a ventura ira? Mittet enim filius hominis angelos suos, qui colligent de regno dei omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & ex eis alligabunt fasciculos ad comburendum, & mittent eos in caminum ignis, vbi erit fletus, et stridor dentium, gemitus & vlularus, eiulatus, luctus & cruciatus, stridor & clamor, timor & tremor, dolor & labor, ardor & fetor, obscuritas & anxietas, acerbitas & asperitas, calamitas & egestas, angustia & tristitia, obliuio & confusio, tortiones & punctiones, amaritudines & terrores, fames & sitis, frigus & camina, sulphur & ignis ardens in secula seculorum. Caueat igitur quilibet iudicium illud, vbi iudex terribiliter districtus, intollerabiliter seuerus, immoderatè offensus, vehementer iratus, sententia eius incommutabilis, carcer irremeabilis, tormenta sine fine, sine interuallo, & sine temperamento, tortores horribiles qui nunq̄ lassescunt, nunquam misereantur, timor rerum cōturbat, conscientia damnat, cogitationes increpant, & fugere non licet, vnde beatus Augustinus. O' quā magna peccata mea sunt nimis, vnde cum quis deum habuerit iustum iudicem, et conscientiam suam testem, nihil timeat nisi causam suam.

1. ¶ De principali tractatu, et primò Quid sit lex. 2. Quid est consuetudo.
Cap. 3.

Videndum est etiam quid sit lex: et sciendum quod lex est commune præceptum virorum prudentum consultum, delictorumq; que sponte vel ignorantia contrahuntur coërtio, rei publicæ sponsio communis. Item author Iusticiæ est deus, secundum quod iustitia est in creatore. Et secundum hoc, ius & lex idem significat. Et licet largissime dicatur lex omne quod legitur, tamen specialiter significat sanctionem iustam iubentem honesta, prohibentem contraria. ¶ 2. Consuetudo verò quandoq; pro lege obseruatur, in partibus vbi fuerit more vtentium approbata, et vicem legis obtinet, longæui enim temporis vsus & consuetudinis non est vilis autoritas.

B.ii. ¶ De

1 ¶ De Iusticia et Iure. 2. Quid sit Iusticia. 3. Quid sit Ius, & quòd ius varias habet exceptiones. 4. Quid sit Iuris prudentia. 5. Quid sit æquitas. 6. Quæ sunt Iuris præcepta. Cap.4.

Quia a Iusticia (quasi a quodam fonte) omnia iura emanant, & quod vult iusticia, idem ius prosequitur: videamus ergò quid sit iustitia, & vnde dicatur: Item quid sit ius, & vnde dicatur, & quæ sunt eius præcepta: Item quid sit lex, & quid consuetudo, sine quibus non poterit quis esse iustus, vt faciat iusticiam et iustum iudicium inter virum & virum. ¶ 2. Est autem Iustitia constans & perpetua voluntas ius suum cuiquæ tribuens, cuius definitio poterit intelligi duobus modis, vno modo prout est in creatore, altero prout est in creatura. Et si intelligatur prout est in creatore .i. in deo, plana sunt omnia, cum Iustitia sit dei dispositio, quæ in omnibus rebus rectè constituit & iustè disponit. Ipse enim deus tribuit vniciquæ secundum opera sua, ipse non est variabilis nec temporalis in dispositionibus & voluntatibus suis: Imo eius voluntas est constans et perpetua: Ipse enim non habuit principium, nec habet, nec habebit finem. Altero modo intelligitur prout est in creatura .i. in homine iusto. Homo enim iustus habet voluntatem tribuendi vniciquæ ius suum, & ita illa voluntas dicitur iustitia, et dicitur voluntas tribuere ius suum, non quantum ad actum, sed quantum ad affectionem: Sicut dicitur imperator, augustus, non quòd semper augeat imperium, sed quòd eius propositum est vt augeat. Sic vt dicitur de matrimoniò, quòd sit indiuidua coniunctio, quia eius sunt animi vt nunquam diuidantur, diuiduntur tamen postmodum ex causa. Item dicitur Iusticia constans, secundum definitionem, prout Iusticia est in creatura, vt per hoc quod dicitur (voluntas) intelligatur mens, & per hoc quod dicitur (constans) intelligatur bonum. Constantia enim semper accipitur in bonum, vnde et sancti dicuntur fuisse constantes, vbi dicitur, O Constantia martirum. Item Constantes estote, constantia enim non admittit variationem. Per hoc autem quod dicitur, perpetua, intelligitur habitus, quia Iusticia est habitus mentis bonus, vel mentis benè constitutæ. vel: Iusticia est voluntarium bonum, nec enim potest dici bonum propriè nisi intercedente voluntate, tolle enim voluntatem, & erit omnis actus indifferens, affectio quidem tua nomen imponit operi tuo. Item crimen non contrahitur, nisi voluntas nocendi intercedat, Item voluntas & propositum distinguunt maleficia. De hoc autem quod dicit, ius suum, id intelligitur hominis meritum, nam propter delictum, vel pactum non seruatum, vel similia, priuatur quis iure suo De hoc autem quod dicit, cuiquæ .i. sibi ipsi, vt honestè viuat, Item deo, vt deum diligat, Item proximo, vt eum non lædat. De hoc autem quod dicit, ius suum .i. iusticiæ, & sic dicitur ius, iustitia: quia in ea stant omnia iura. ¶ 3. Ius autem deriuatur a Iusticia, & habet varias significaciones. Ponitur enim quandoq; pro ipsa arte, vel pro eo quod scriptum habemus de iure, quia ius dicitur ars boni et æqui, cuius merito quis nos

nos sacerdotes appellat: Iusticiam namquē colimus, & sacra iura ministramus. Item ius quandoq; ponitur pro iure naturali, quod semper bonum & æquum est, quandoq; pro iure ciuili tantum, quandoq; pro iure prætorio tantum, quandoq; pro eo tantum, quod competit ex sententia. Prætor enim ius dicitur reddere, etiam cū iniquē decernit, relatione facta, non ad id quod Prætor fecit, sed ad illud quod Prætor facere debuit. Item ponitur ius quandoquē pro loco in quo redditur ius, ponitur etiam pro necessitudine, sicut pro iure cognationis vel affinitatis. Supponitur etiam ius quandoq; pro actione, quandoquē pro obligatione qualibet, quandoquē pro hæreditate, sicut pro proprietate rei, quandoquē pro bonorū possessione, quia est ius proprietatis, & ius possessionis. Item ius possessionis, sicut feodum: vnde locum habet assisa mortis antecessoris. Item ius possessionis, sicut liberum tenementum, si quis tenuerit, tantum ad vitam quacumquē ratione. Item ius proprietatis, quod dicitur ius merum, et vnde poterit quis habere vtrumquē. Et diuidi poterit quandoquē ius proprietatis a iure possessionis, quia proprietatis statim post mortem antecessoris descendit hæredi propinquiore, minori & maiori, masculo & fœminæ, furioso & stulto, sicut fatuo, surdo & muto, præsentis, & absentis, et ignorantis sicut scientis. Sed tamen non statim acquiritur talibus possessio: licet possessio & ius possessionis semper sequi debeat proprietatem. Ius autem possessionis descendere poterit per se ad alias personas, & per alios gradus, vt si cū ius proprietatis descendit ad agnatum propinquiorem, primò natus frater ponat se in seysinā, & sic moriatur seysitus, transuertit ad hæredes suos quoddam ius proprietatis cum iure possessionis, quod sequi debet proprietatem, primā & sic de hærede in hæredem: sed primi hæredes maius ius habent quā secundi hæredes, sed semper præferri debet possessio donec primi hæredes verificauerint ius suū, si tamē frater postnat⁹ plures habuerit filias, & primò natus se ponat in seysinā, ita fieri debet de eo vt supra, & sic poterit ad plures diuersos hæredes descendere ius proprietatis in infinitum, vt cū plures ius habeant proprietatis, vnus, vel plures possunt habere ius maius. Item ponitur ius quandoquē pro potestate, vt cū dicitur, iste est sui iuris, quandoq; pro rigore iuris, vt cū diuiditur inter ius & equitatē. Itē ponitur pro ipsa arte, nō pro quolibet iure quod inuenitur in ipsa arte, nec enim omne ius præcipit, imo quoddam permittit, vel ponitur pro omni iure quod præcipit honestè viuere, alterum non lædere, ius suum cuiquē tribuere.

¶ 4. Iuris prudentia est diuinarum atquē humanarum rerum notitia, iusti atquē iniusti scientia. ¶ 5. Equitas autem est rerum conuenientia, quæ in paribus causis paria desiderat iura, & omnia benè coæquiparat: & dicitur equitas quasi equalitas, & vertitur in rebus. i. In dictis & factis hominum. Iustitia in mentibus iustorum quiescit, inde est, quod si velimus loqui propriè, dicemus iudicium equum, non iustum, & hominem iustum, non equum: Aburentes tamen istis appellationibus, dicimus, Hominem equum, & iudicium iustum.

Differt

Differt ergò multum iuris prudentia, a iustitia: Iuris enim prudentia agnoscit, & iustitia tribuit cuiquè quod suum est. Item iustitia virtus est, iuris prudentia scientia est. Item iustitia quoddam summum bonum est, iuris prudentia medium. ¶ 6. Iuris præcepta sunt tria hæc, honestè viuere, alterum non lædere, ius suum vniciq; tribuere.

1. ¶ Qualiter diuiditur ius. 2. Quid sit ius publicum. 3. Quid sit ius priuatum. 4. Quid sit ius naturale. 5. Quid sit ius ciuile. 6. Quid sit ius gentium. 7. Quæ descendunt & introducta sunt ex iure gentium. 8. Quid sit manusmissio. Cap. 5.

Infinite verò sunt iuris species, quia infiniti sunt homines & infinite sunt res. Nam sic diceretur ius, aliud equinum aliud asininum, aliud vineæ aliud agri, aliud pecoris, aliud hominis. ¶ 2. Est autem ius publicum quod ad statum reipublicæ pertinet, & consistit in sacris, in sacerdotibus, & in magistratibus. Interest enim reipublicæ vt habeat ecclesias in quibus homines veniam petant peccatorum suorum. Expedi enim esse sacerdotes, a quibus de peccatis nostris penitentiam accipiamus, & qui orent pro nobis & dei adiutorium nobis adquirant & prouidentiam. Expedi etiam magistratus reipublicæ constitui, quia per eos qui iuridicando præsumunt effectus rei accipitur. Parum est enim ius in ciuitate esse, nisi sint qui possunt iura gerere. ¶ 3. Ius autem priuatum est quod ad singulorum pertinet vtilitatem principaliter, & secundariò pertinet ad rempublicam, vnde dicitur, expedi quidem reipublicæ ne quis re sua malè vtatur, & sic vice versa, quòd reipublicæ principaliter interest quòd sic secundariò respiciat vtilitatem singulorum. Est etiam huiusmodi ius priuatum tripartitè collectum, aut ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus. Dictum est supra de iure publico & priuato, nunc autè dicendū quid sit ius naturale, vel gentiū vel ciuile, quòd dici poterit consuetudo quandoq;. Quomodò & cui, et quando p consuetudinē vel per constitutionē principis derogetur legi, in sequētibus dicendū est, ¶ 4. Ius autè naturale pluribus modis dicitur. Primus modus est vt dicatur a natura animati motus quidam institutus proueniens, quo singula animalia ad aliquid faciendum inducuntur, et vnde dicitur sic. Ius naturale est quod natura. i. ipse deus docuit omnia animalia, & ita est istud nomen (quod) accusatiui casus & hoc nomen (natura) erit nominatiui casus, vel dici poterit quòd nomen illud (quod) sit nominatiui casus, vt dicatur sic, videlicet: Ius naturale, quod docuit omnia animalia natura. i. per instinctum naturæ, & ita hoc nomen (natura) erit casus ablatiui, & hoc est quod dicitur, primi motus non sunt in nostra potestate, secundi verò sunt, & ideo si res procedat in delectationem & oblectamentum tantum & non vterius, veniale tantum contrahitur peccatum: si autem vterius progrediatur ad aliquid componendum, vt exerceat quis quod turpiter cogitauit, tunc dicitur tertius motus et mortale contrahere peccatum. Est et illud notandum, quòd qua ratione iustitia

iusticia est voluntas, habito respectu ad rationabilia tantum, eadem ratione dicitur ius naturale motus, habito respectu ad omnem creaturam rationabilem vel irrationabilem. Sunt tamen quidam qui dicunt quod neque voluntas neque motus, ius naturale, vel gentium dici possunt, quia facti sunt, voluntas tamen vel motus sunt instrumenta per quae ius naturale vel iusticia apperitur vel ostendunt suum effectum. In anima enim sunt virtutes & iura, & illud forte apertius dicitur. Ius autem naturale secundo modo dicitur debitum quoddam quod natura cuiuslibet representat. Item dicitur ius naturale ius æquissimum cum dicitur lapsos minores secundum equitatem restituere. ¶ 5. Ius autem civile quod dici poterit ius consuetudinaria pluribus modis ponitur, vno modo pro statuto cuiuslibet ciuitatis: alio modo dicitur ius civile id quod non est pretorium, & quandoque detrahit vel addit iuri naturali vel gentium. Queritur aliud ius quandoque in ciuitatibus ex consuetudine more vtentium approbata, quam extra: tamen obseruari debeat talis consuetudo pro lege. Item appellari potest ius civile omne ius quo vtitur ciuitas, siue sit naturale siue sit civile siue gentium & huiusmodi. ¶ 6. Ius autem gentium est quo gentes humanae vtuntur et quod a naturali iure procedit, eo quod ius naturale omnibus animalibus commune sit, quae in terra, quae in mari nascuntur, & quae in aere. ¶ 7. A iure enim gentium descendit maris & feminae coniunctio, & fit per mutuam vtriusque voluntatem, quae matrimonium appellatur, corporalis tamen coniunctio facta est, nec proprie dici poterit ius, cum ipsum sit corporale & videatur. Iura autem omnia sunt incorporalia & videri non possunt, quae descendunt & introducta sunt ex iure gentium, ab eo tamen iure descendit liberorum procreatio & educatio. i. nutrimentum. Hoc autem ius gentium solum hominibus commune est, veluti erga deum religio, vt parentibus et patriae pareamus, vt vim atque iniuriam propulsemus, nam de iure hoc euenit, vt quod quis ob sui tutelam corporis fecerit, iure fecisse existimetur. Item cum inter homines cognitionem quandam constituit natura, consequens est hominem homini insidiari nephas esse. ¶ 8. Manumissiones autem iuris gentium sunt. Est autem manumissio dacio libertatis. i. detectio secundum quosdam, quia libertas quae est de iure naturali, per ius gentium auferri non potuit, licet per ius gentium fuit obfuscata. Iura enim naturalia sunt immutabilia. Sed dicitur verè quod libertatem dat qui manumittit, licet non suam sed alienam, dat enim quod non habet, sicut videtur in creditore, qui vsum fructum constituit in re non sua. Iura enim naturalia dicuntur immutabilia, quia non possunt ex toto abrogari vel auferri, poterit tamen eis derogari vel detrahi in specie vel in parte. Item ex hoc iure gentium introducta sunt bella, cum ad tuicionem patriae inducuntur a principe, vel propulsantur violentiae. Ex hoc etiam iure gentium discretæ, i. sepeate vel diuisæ sunt gentes, regna condita & dominia distincta. Et non sunt dominia de nouo inuenta de iure gentium, sed ab antiquo, quia in veteri testamento aliquid erat meum & aliquid tuum, & vnde tunc erat prohibitum ne fieret furtum, & etiam tunc preceptum fuit ne quis mercenarij sui retineret mercedem. Ex hoc etiam iure

gentium

Deut. 32. 8.

Exod. 20. 15.

Leu. 19. 13. Deut. 24. 15.

Lib. i. De Rerum diuisione.

gentium, agris sunt termini positi, ædificia sunt collata & vicinata, ex qua collatione fiunt ciuitates, burgi & villæ, & generalitèr ius gentium se habet ad omnes contractus, & ad alia plura. Quæ autem sit longa consuetudo dicitur infra.

¶ De prima diuisione personarum. 2. Quid sit libertas. 3. Quid sit seruitus. 4. Qualiter nascuntur serui & qualiter fiunt. 5. Quis dici possit liber et quis ingenuus. 6. Qui dicuntur libertini. 7. Qui dici non possunt liberi nec computari inter liberos. Ca. 6.

Dictum est supra de iure naturali, gentium & ciuili, sed quia omne ius de quo tractare proposuimus, pertinet vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones secundum leges & consuetudines anglicanas, & cum digniores sint personæ quarum causa statuta sunt omnia iura: Ideo de personis primo videamus & earum statu, qui varius est & diuersus, & postmodum de iure personarum quod vertitur circa eas. Est autem prima diuisio personarum hæc & breuissima, quod omnes homines aut liberi sunt, aut serui. i. omnis homo aut est liber aut est seruus, ut ita resoluitur pluralis omnino in singularem, sed sic opponi poterit de ascriptione (ut dicitur) quia verè liber est, licet quodam seruitio sit astrictus, & de eo breuis poterit esse solutio, quia ei qui liber est, villenagium vel seruitium nihil detrahit libertatis, habita tamen distinctione vtrum tales sint villani & tenuerint in villano focagio de dominico domini regis, de quibus inferius tractabitur plenius. Item nec obstat quod dicitur de statu libertatis, quia quamuis seruus fuerit in possessione libertatis, reuera seruus est, quamuis se & sua aliquando defendere possit contra dominum suum petentem ipsum ut natuum suum, per exceptionem privilegij. Cum autem omnis homo sit liber, aut seruus, expedit videre quid sit libertas & quid seruitus, & qualiter contingat seruitus. ¶ 2. Est autem libertas naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi quod iure aut vi prohibetur. Sed secundum hoc videtur quod serui sint liberi, nam & ipsi liberam habent facultatem, nisi vi aut iure prohibeantur. Sed definitur libertas eo iure quod prodita est ex qua liberi vocantur, licet enim serui efficiantur liberi, tamen quoad ius gentium serui sunt, quoad ius verò naturale liberi, & ita liberi & serui, diuersis tamen respectibus, & sic omnino liber & omnino seruus & non pro parte, et secundum quod predictum est. Et in hac parte ius ciuile vel gentium detrahit iuri naturali. ¶ 3. Est quidem seruitus constitutio iuris gentium qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur, & dicitur a seruando non a seruiendo. Antiquitus enim solent principes captiuos vendere & ideò eos seruare & non occidere. Dicit etiam poterunt mancipia eo quod ab hostibus manucapiuntur: & ideò cum postmodum libertati donantur, dicuntur manumissi, quasi a manu dimissi. Sed tamen omnis seruus non dicitur a seruando sed a seruiendo, non enim omnis qui seruit est seruus, nec dicitur a seruando, sicut videri poterit, in tabellione. Tabellio enim qui dicitur seruus publicus a seruiendo deriuatur. ¶ 4. Serui autem aut nascuntur aut fiunt. Nascuntur autem ex nativo & nativa alicuius copulatis vel solutis, siue sub potestate domini constituti

constituti sunt siue extra potestatem. Item nascitur seruus qui ex natua soluta generatur quamuis ex patre libero, quia sequitur condicionē matris quasi vulgo cōceptus. Item dicitur seruus nacione de libero genitus qui se copulauit villanę in villenagio constitutę, siue copula maritalis interuenerit siue non. Item vice uersā si villanus ingrediatur ad liberam in liberū tēnimentū, partus proueniens erit seruus. Si autē ex natuo unius et ex natua alterius, tunc refert in cui⁹ villenagio, ut per hoc uideatur cuius seruus esse debeat, & quem debeat sequi partus, patrem uidelicet, vel matrem, secundū quod copulati fuerint vel soluti, & secundū quod fuerint sub potestate dominorum vel extra. Item si a libero & natua soluta, partus erit natuus, quia sequitur conditionem matris si extra villenagium: si autem ex natua & libero extra villenagium copulatis & in libero thoro, liber erit (ac si de libera et libero) & ita nascuntur serui. Fiunt etiam serui liberi homines captiuitate, de iure gentium, ut prædictum est: Bella enim orta sūt, & captiuitates sequuntur &c. Fit etiā liber homo seruus per confessionem in curia regis factam: ut cū liber homo sit in curia regis, se cognoscat ad villanum. Itē liber homo fit seruus si cū semel manumissus fuerit ob ingritudinem in seruitudinem reuocetur. Item fit liber homo seruus, cū ab initio clericus vel monachus factus fuerit, postea ad secularem vitam redierit, quia talis debet restitui domino suo. Itē seruorū vna est cōdicio substantialis: quicunq; enim seruus est, ita est seruus sicut alius, nec plus nec minus. ¶ 5. Liber uero & ingenuus dici poterit, qui statim ut natus est liber est: siue ex duob⁹ liberis et ingenuis, siue ex duobus libertinis scilicet qui ex iusta seruitute manumissi sunt, siue ex vno ingenuo & altera libertina, siue nascatur ex matre ancilla & patre libero, dum tamen extra villenagium & in libero thoro, dum tamē ex matrimonio. Item si ex matre libera & seruo extra matrimonium. Et sufficit matrem esse liberam, uel tempore illo quo concepit uel tempore quo parit, uel salte in medio illorum temporum, licet ancilla facta fuerit, quia non debet calamitas matris ei nocere qui in utero est. ¶ 6. Sūt etiā liberi qui dicuntur libertini, illi scilicet qui ex ista seruitute manumissi sūt, & dicitur libertinus quasi liberatus a seruitute. ¶ 7. Itē qui ex dānato coitu nascuntur inter liberos non computantur, sicut ex adulterio, & huiusmodi. Item qui contra formam humani generis conuerso more procreantur, ueluti si mulier monstruosum uel prodigiosum sit enixa. Partus autē qui membrorum officia ampliauit, ut si sex digitos habeat, uel si quatuor tantum, uel si tantum vnum, talis inter liberos connumerabitur.

1 ¶ De secunda diuisione personarum. 2. Cui comparari debet hermaphroditus. Cap. 7.

Est autem alia diuisio hominum, quod alij sunt masculi, alij femine, alij hermaphroditi. Et differunt femine a masculis in multis, quia earū deterior est condicio quā masculorum. ¶ 2. Hermaphroditus comparatur masculo tantum uel femine tantum secundū preualeſcentiā sexus incalescentis. Item qualiter serui efficiantur liberi per manumissionem & quis possit manumittere & quis non, dicitur plenius infra de accionibus & seruis fugitiuis.

C. i.

¶ De

Lib. i. De rerum diuisione.

1. ¶ De serua diuisione personarum. 2. De diuersis nominibus dignitatū. 3. Quid sunt Ringes. 4. Quid significet gladius. 5. De dignitate regis & q rex non habet parem. Cap. 8.

Liberorum autem hominum quorumcumq; nulla est acceptio apud deum nec etiā seruorum, quia non est personarum acceptor deus, quia quantum ad dominum, qui maior est fit tanq̄ minor & qui precessor, sit tanq̄ ministrator. Apud homines verò est differentia personarū, quia hominum, quidam sunt præcellentes & prelati, & alijs principatur. Dominus papa videlicet in rebus spiritualib⁹, quę pertinent ad sacerdotium, & sub eo archiepiscopi, episcopi, et alij prelati inferiores. ¶ 2. Item in tēporalibus sunt imperatores, reges, et principes, in hijs quę pertinent ad regnum, & sub eis duces, com̄, baron̄, magnates siue vauasores, & milites: & etiā liberi et villani, et diuersę potestates sub rege cōstitutę. Comit̄es v̄z quia a comitatu siue a societate nomen sumpserunt, qui etiam dici possunt consules a consulendo: reges enim tales sibi associant ad cōsulendum et regendum populū dei, ordinantes eos in magno honore & potestate & nomine quādō accingunt eos gladijs. i. ringis gladiatorū. ¶ 3. Ringes enim dicuntur ex eo q̄ renes girant & circundant, & vnde dicitur accingere gladio tuo &c. Et ringes cingunt renes talium, vt custodiant se ab incestu luxurię, quia luxuriosi & incestuosi deo sunt abominabiles. ¶ 4. Gladius autem significat defensionem regni & patrię. Sunt & alij potentes sub rege qui dicuntur barones, hoc est robur belli. Sunt & alij qui dicuntur Vauasores, viri magnę dignitatis. Vauasor enim nihil melius dici poterit quā vas fortitū ad valitudinē. ¶ 5. Sunt et sub rege milites, s. ad militiam exercendam electi, vt cum rege & supradictis militent, & defendant patriam & populum dei. Sunt etiā sub rege liberi homines & serui eius potestati subiecti, & ōnis quidē sub eo, et ipse sub nullo, nisi tātū sub deo. Parē autem nō habet in regno suo, quia sic amitteret præceptū, cūm par in parem non habeat imperium. Item nec multo fortius superiorem, nec potentiorē habere debet, quia sic esset inferior sibi subiectis, & inferiores pares esse non possunt potentioribus. Ipse autē rex, non debet esse sub homine, sed sub deo et sub lege, quia lex facit regem. Attribuat igitur rex legi quod lex attribuit ei, videlicet dominationē & potestātē, nō est enim rex vbi dominatur volūtas & nō lex. Et q̄ sub lege esse debeat, cūm sit dei vicarius, euidenter apparet ad similitudinem Ihesu Christi, cuius vices gerit in terris, quia verax dei misericordia, cūm ad reparandū humanū genus ineffabiliter ei multa suppeterēt, hāc potissimā elegit viā, quasi ad destruendū opus diaboli, non virtute vteretur potentię, sed iustitię ratione: & sic esse voluit sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, noluit enim vti viribus, sed ratione & iudicio. Sic et beata dei genitrix virgo Maria mater domini quę singulari priuilegio supra legē fuit, pro ostendendo tamen humilitatis exemplo legalibus subdi non refugit institutis. Sic ergo rex ne potestas sua maneat infrenata, igitur non debet esse maior eo in regno suo in exhibitione iuris, minimus autē esse debet vel quasi in iudicio suscipiēdo si petat. Si autē ab eo petatur (cūm breue non currat contra ipsum) locus erit supplicationi, quod factum suum corrigat & emendet, quod quidem si non fecerit, satis sufficit ei ad penam, quod

q̄ dominum expectet ultro: Nemo quidem de factis suis presumat disputare, multò fortius contra factum suum venire.

¶ De quarta diuisione personarum: quid sit sui iuris aut alieni iuris non dubium.
 1. Qui sunt sui iuris. 2. Qui sunt alieni iuris. 4. Qui sunt in potestate patrum.
 Cap. 9.

Dictum est supra de statu personarum, nunc supponenda est alia diuisione, vt per diuisiones facilius tradatur doctrina: particio enim siue diuisione animi legentis incitat mentem intelligentiæ preparat, memoriam artificiosè reformat. Est autem hæc diuisione talis, q̄ omnis homo aut est sui iuris, aut alieni, aut dubij, secundum quosdam, qui dicunt statum alicuius esse in suspeso, sicut de eo qui captus est ab hostibus, sed reuera absurdum esset dicere, aliquem eodè tempore nec in patris nec in sua potestate fuisse, quod enim dicitur, pendente statu, verum est ratione future fictionis postliminii, quod omnino separatur a iure. Si enim retentatur, fingitur non fuisse captus, sed inspecto presenti statu nunq̄ pendet, cum lex dicat captum ab hostibus esse seruum. Igitur possibile est filium habeat in potestate sua, & generaliter vera est, quod nulla presentia, nulla præterita pendet. ¶ 2. Sui iuris autem sunt omnes, qui non sunt in aliena potestate. Cognitis autem personis quæ sunt alieni iuris, per consequens sciri poterit omnes alios esse sui iuris. ¶ 3. In potestate aliena sunt serui, quæ quidem potestas dominorum in seruos a iure gentium est, quæ aliquando fuit & vitæ & necis seruorum, sed nunc coarctata est per ius civile, ita q̄ vita & membra sunt in potestate regis, ita q̄ si quis seruum suum occiderit, non minus punietur q̄ si alienum occiderit, et in hoc legem habent contra dominos, q̄ stare possunt in iudicio contra eos de vita & membris propter sequitiam dominorum, vel propter intollerabilem iniuriam, vt si eos destruant, q̄ saluum non possit eis esse waynagium suum. Hoc autem verum est de illis seruis qui tenent de antiquo dominio coronæ, sed de alijs secus est, quia quandocunq; placuerit domino, auferre poterit à villano suo waynagium suum & omnia bona sua. Expedi enim rei publicæ ne quis re sua malè vtatur. Est autem effectus huius dominicæ potestatis, quod quicquid per seruum iuste acquiritur, id domino acquiritur vel quasi domino, sicut bonæ fidei possessori vel usufructuario. Qui igitur ex te & vxore tua nascitur, in tua potestate est. Item qui ex filio tuo & eius vxore nascitur. i. nepos tuus & neptis, æquè in tua potestate sunt, & p̄nepos et proneptis, & deinceps ceteri, qui verò ex filia tua nascitur in potestate tua non est, sed in patris eius vel aui vel proauis. ¶ 4. In potestate autem patrum sunt filij qui nascuntur ex iusto et legitimo matrimonio. Idem in nepotibus & pronepotibus quantum ad auos & proauos paternos. Et presumitur quis esse filius hoc ipso q̄ nascitur ex vxore, quia nuptiæ probant filium esse, et semper stabitur huic presumptioni, donec probetur contrarium: vt eccè, maritus probatur non concubuisse aliquãdiu cum vxore, infirmitate vel alia causâ impeditus, vel erat in ea inualitudine vt generare non possit, vel probatur quod fuit absens p̄ decennium & reuersus inuenit anniculum, hic qui in domo mariti natus est,

Lib. I De rerum diuisione. l. iij. sup. 211

est licet vicinis scientibus) nō erit filius mariti. Et de hac materia inueniri poterit plenius infra, de partu supposito.

1. Qualiter dissoluitur patria potestas & dominica. 2. De quibus subdiuisionem personarū que sunt in potestate aliena. 3. Qualiter soluitur dominica potestas in seruis fugitiuis. Cap. 10.

Dictum est supra quemadmodū dominica & patria potestas constituitur: nunc autem dicendū qualiter dissoluitur et tollatur, et sciendū quibus modis in liberis personis, videlicet morte naturali, morte ciuili & dignitate. Item in seruis, dominica potestas tollitur manumissione et morte naturali; vt si pater qui habet filium in potestate moriatur, nam eius filij incipiunt esse sui iuris, quous aliquando remaneant sub tutela dominorum & sub cura amicorū vel parentum. Mortuo vero auctore patris, nepotes eius non sunt sui iuris, sed recidunt in potestatem sui patris, si pater eorum viuat; cum auctus moriatur, & nullo modo exierint de patris potestate per emancipationem vel alium modum, sicut per dignitatem. Item morte ciuili, vt si pater dānetur propter aliquam feloniam commissam, vel alius auctessor, vel perpetuo exuletur, si autem relegatur ad tempus, nihilominus retinebit liberos in potestate sua: quia sua cum remeabit habebit. Item dignitate aliquādo, vt per episcopalem dignitatem. Item per emancipationem soluitur patria potestas: vt si quis filium suū forsifamiliauerit cum aliqua parte hereditatis sue, secundū quod antiquitus fieri solebat. Item soluitur dominica potestas quādoque manumissione, vt si dominus seruū suum manumiserit, quacumque ratione manumissionis, secundū quod inferius dicetur, de manumissionibus. ¶ 1. Prima diuisionem personarū fuit talis, quod omnes homines aut liberi sunt aut serui, secunda, quod quedam persone sunt sui iuris, & quedam alieno iuri subiecte: nunc sequitur alia diuisionem personarum que non sunt in potestate aliena, quedam sunt in custodia seu tutela dominorum, quedam in curatione parentum & amicorū, secundū quod inferius dicetur plenius, de custodia & cura. Quedam vero neutro iure tenentur, sicut illi qui sunt plene etatis. Et quibus modis finitur cura et tutela, dicetur plenius infra. Item quedam sunt sub virga, vt vxores &c. ¶ 3. Serui autem sub potestate dominorum sunt, nec soluitur dominica potestas quādiu manentes fuerint in villenagio leuantes & cubantes, siue terrā tenuerint siue non. Item si non sunt manentes in villenagio sed vagantes per patriam, euntes et redeuntes, semper sub potestate dominorū sunt, quamdiu redierint, & cum consuetudinē reuertendi habere desierint, incipiunt esse fugitiui ad similitudinē ceruorum domesticorum. Item si cum vagantes fuerint, sicut mercatores vel mercenarij certis temporibus cheuagiū soluunt (quod dicitur recognitio in signū subiectionis & dominij de capite suo) & quādiu cheuagiū soluerint, dicuntur esse sub potestate dominorum, nec soluitur dominica potestas. Et cum soluere desierint, incipiunt esse fugitiui, et si aliquo predictorum modorum fugā fecerint, statim persequi debent, et petentur infra tertium vel quartum diē, donec fuerint comprehensi & reducti vbicumque fuerint inuenti, nec debet aliquis eos impedire ratione alicuius libertatis vel priuilegij, quia dominus seruorum illorū semper retinet dominium, donec illud amittat per negligentiam vel per violentiam, & iniustam

iniustā resistentiā, & cū ille qui persequitur resistere nō possit, tūc oportebit ad superiorē recurrere, vt sibi perquirat per breuē. Nisi ita sit forte, q̄ ille fugitiuus infra annū, ad villenagium suū reuertatur, & a domino cōprehendatur & detineatur, quod quidē licitē potest facere dominus, quia ante animum cōpletū nullum habere potest priuilegiū fugitiuus. Nec etiā si dominus infra annū clameū suū qualitercūq; apposuerit, si fugitiuus post annū redierit, licitē retinere poterit, nec currit tempus contra dominum, cū res per clameum appositum efficiatur ligiosa. Et per hoc perpetuetur actio imposterū et elidatur priuilegiū. Si autē dominus ille negligens fuerit in prosequendo, & in clameo apponendo qualitercūq; si fugitiuus reuertatur post annū, non erit domino licitū nec tutum manum apponere, tamē post annū potest fugitiuus habere priuilegium, & se in statu libero defendere per exceptionē, et sic soluitur dominica potestas. Et dicuntur serui esse in statu libero, donec dominus verus eos sibi perquisierit per legem terre, nec habebit potestatem aliquā in eis vel liberis suis, terris vel alijs bonis ipsorū, donec corpus, quod principale est, disfractionauerit, secundū quod inferius dicitur. Cū autē dominus p negligentia vel impotentiam sui seysinā de suo fugitiuo amiserit, si resumptis viribus contra priuilegiū, fugitiuum reduxerit, vel cū fugitiuus redierit, ipsum retinuerit, penā debitā non euadet, cū hoc sit contra pacem. Sed si extra villenagium, s. per lapsum. 3. vel. 4. dierum iuuentus fuerit cū dominus negligēs fuerit in prosequutione, capi nō poterit nec detineri, nec magis q̄ liber homo, & si fuerit, inde habebit querelam de imprisonamento. Infra plus de hac materia, de placito de Natiuis & fugitiuis, qualiter reuocantur in seruitutem, qui sūt extra potestatem dominorū et in fuga.

1 ¶ De diuersis condicionibus personarum tenentium in dominio domini regis. 2. De liberis in manerio regis. 3. Quid sub potestate domini sunt liberi homines. Cap. iij.

IN dominio domini regis plura sunt genera hominum: sunt etiam ibi serui, siue natiui ante conquestum, in conquestu, & post, & tenent villenagia et per villana seruitia & incerta, qui vsq; in hodiernum diem villanas faciunt consuetudines & incertas, & quicquid eis preceptū fuerit (dum tamen licitū & honestū). Fuerunt etiam in conquestu liberi homines, qui liberē tenuerunt tenementa sua per libera seruitia, vel per liberas consuetudines, et cū per potētiores eiecti essent, postmodum reuer si receperunt eadem tenementa sua tenenda in villenagio, faciendo inde opera seruilia, sed certa & nominata, qui quidem dicuntur glebē ascripticij, & nihilominus liberi, quia licet faciant opera seruilia, cū non faciūt ea ratione personarum, sed ratione tenementorum, & ideo assisam nouē disseisnē non habebunt, quia tenementum est villenagium, quāuis priuilegiatum, sed nec Assisam mortis antecessoris: sed tantum paruum breue de recto, secundū consuetudinē manerij, & ideo dicuntur glebē ascripticij, quia tali gaudent priuilegio, q̄ a gleba auoueri non poterunt, q̄ diu soluere possunt debitas pensiones, ad quoscūq; peruenerit dominicum domini regis, nec compelli poterint ad tale tenementum tenendum nisi voluerint. Est etiam aliud genus hominum in manerio domini regis, & te-

fol 211

Lib. 1. De acquirendo rerum dominio.

& tenent de dominio & per easdem consuetudines & seruitia villana, per quæ supradicti & non in villenagio, nec sunt serui nec fuerunt in cōquestu vt primi, sed per quandam conuentionem, quam cum dominis fecerunt, et ita quidam eorum curas habent et quidam non. Et qui si a talibus tenementis eiekti fuerint, seisinam recuperabūt (sed secundū quosdam) per assisam nouæ disseisinæ, et cū assisā nouæ disseisinæ habuerint, heredes habebunt assisam mortis antecessoris. ¶ 2. Sunt et alia genera hominum in manerijs & dominicis domini regis, qui sicut alibi tenent libere & in libero socagio & per seruitium militare ex nouo feoffamento & post conquestum. ¶ 3. Item sub potestate dominorum sunt liberi homines possessi vt serui & qui aliquando in libertatem proclamant, & qui dici poterunt statu serui cū sint liberi eadem ratione qua serui dici poterunt statu liberi cū sint fugitiui, & extra potestatem dominorum, de quibus plenius dicitur infra.

¶ De rebus et rerum diuisione. 1. Prima diuisio. 2. Secunda diuisio. 3. Tertia diuisio. 4. Quædam res sunt communes secundū diuisionem iurium. 5. Quædam publicæ. 6. Quædam vniuersitatis. 7. Quædam sacre & religiose quæ sunt dea communitate. 8. Quædam singularium. 9. Quædam nullius. Cap. 12.

Superius dictū est de personis & statu hominum & iure personarum: consequenter dicendū erit de rebus per diuisionem, quia res per diuisionē melius aperiuntur. ¶ 2. Rerum autem prima diuisio hæc est, quæ rerum quædam sunt in patrimonio nostro, & quædam extra. In patrimonio nostro sunt res tam mobiles quàm immobiles, quibus pro voluntate & necessitate nostra nobis vt licet de quibus satis patebit inferius. Extra patrimonium autem dicuntur res sacræ & religiosæ & cōmunes. Quædam verò nec sunt in patrimonio nec extra, sicut iura & seruitutes, vsus fructus. Item actus, via & aquæ ductus & huiusmodi, & ideò non dicuntur seruitutes esse in bonis, quia p se et sine fundo alienari nō possunt. Item prædiales seruitutes per se nō censentur, & ideò videntur non esse, vel extinctæ esse si censentur per se. Nā et manica videtur extincta cū non accedit vestimento, & tignum videtur non possideri, cū non accedit edificio, sed tamen non dicuntur istæ seruitutes esse extra bona, cū possidentes exceptionem, & non possidentes habeant actionē. ¶ 3. Fit & alia & secunda diuisio rerū, quia aliæ sunt corporales, aliæ incorporales. Corporales verò sunt quæ tangi possunt, sicut terra, fundus, res immobiles vel res mobiles quæ se mouere possunt, sicut animalia vel huiusmodi, vel moueri. Incorporales verò sunt, sicut sunt iura, quæ videri nō possunt nec tangi, vt ius eundi, agendi, aquam uè ducēdi, & huiusmodi, quæ non possidentur sed quasi. ¶ 4. Est et tertia diuisio rerū, quæ aliæ sunt cōmunes, aliæ publicæ, aliæ vniuersitatis, aliæ nullius, & aliæ singulorū, quæ varijs ex causis, cuiq; acquiruntur. ¶ 5. Naturali verò iure cōmunia sūt omnia hæc, aqua profluens, aër & mare, & littora maris quasi maris accessoria. Nemo enim ad littus maris accedere prohibetur, dum tamen a villis & ædificijs abstineat, quia littora sunt de iure gentiū cōmunia sicut & mare. Ideò ædificia si in mari siue in littore posita fuerint, edificantium sunt

sunt de iure gentium, & ita in hoc casu solum cedit ædificio, licet alibi contrarium, quia ædificium cedit solo. ¶ 6. Publica verò sunt omnia flumina & portus. Ideòq; ius piscandi omnibus commune est in portu & in fluminibus. Riparum etiam vsus publicus est de iure gentium, sicut ipsius fluminis. Itaq; naues ad eas applicare, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in ijs reponere, cuius liberum est, sicuti per ipsu fluuium navigare: sed proprietates earu est illorum, quorum prædijs adherent, & eadem de causa arbores in eisdem natæ eorundem sunt: & hæc intelligenda sunt de fluminibus perhennibus, quia temporalia possunt, esse priuata. Nota hic differentiam inter publicum & commune. Publica autem ita accipiuntur quæ sunt omnium populorum. i. quæ spectant ad vsu hominum tantum. Cómunia verò dici poterunt aliquando quæ sunt omnium animantium. ¶ 7. Vniuersitatis verò sunt (non singulorū) quæ sunt in ciuitatibus, vt theatrum, stadia & huiusmodi, & siqua sunt in ciuitatibus communia. Dicuntur verò theatra a theorando .i. inspiciendo. Stadiū verò dicitur octaua pars milliarū, quod (vt dicitur) Hercules vno anhelitu currebat & postea stabat. Et dicuntur ista vniuersitatū dominio & vsu. Vsualia autē dicuntur vniuersitatis esse non vsu, sed dominio & fructu, vt fundi & serui. i. ciuitatū, qui ita sunt omnium ciuiū, ita q; nullius p se. ¶ 8. Res verò sacræ, religiosæ & sanctæ in nullius bonis sunt: quod enim diuini iuris est, id in nullius hominis bonis est, immo in bonis dei hominū censura. ¶ 9. Itē sunt res singulorū vt mea & tua, dominio & vsu, sicut fundi, ciuitates & serui. Et sunt sacræ, quæ ritè et p pōtiffices deo consecrata sunt, veluti ædes sacræ & religiosæ, & dona quæ ritè ad ministeriū dei dedicata sunt, vt calices, cruces, & thuribula, quæ alienari phibentur, excepta causa redēptionis captiuorum. Itē loca sacræ sunt cēmiteria & capellæ & ecclesiæ, & licet ædificia diruantur, adhuc locus sacer manet. Et differt sacrum a sacrario, quia sacrarium dicitur locus vbi sacræ reponuntur. Sacræ etiam res sunt, veluti muri et portæ ciuitatum, & ideò dicuntur muri sancti, quia pæna capitalis constituta est in eos qui aliquid in muros sanctos delinquent, violando aliquid in hijs vel immittendo, vel transcendendo, scalis adhibitis, vel alia qualibet ratione: quia hostile est et abhominabile aliàs ingredi quàm per portas, dicitur enim sanctum quod defensum est et munitum ab iniuria hominum, & lex illa specialiter dicitur sanctio, quia pænam imponit iniurioso. Muros verò municipales reficere non licet alicui ad priuatum commodum, sed ad publicam vtilitatem. ¶ 10. Res quidem nulli⁹ esse dicuntur pluribus modis, natura siue iure naturali, vt feræ bestia, volucres, et pisces. Item censura (vt dictum est) sicut res sacræ, religiosæ & sanctæ. Item casu, sicut est hereditas iacens ante aditionem: sed fallit in hoc, quia sustinet vicem personæ defuncti, vel quia speratur futura hereditas eius qui adibit. Dicuntur etiam res in nullius bonis esse quæ habitæ sunt pro derelicto. Item tempore dicuntur res in nullius bonis esse, vt thesaurus. Item vbi non apparet dominus rei, sicut est de wrecco maris. Item de hijs quæ pro wayuio habentur, sicut de auerijis vbi nō apparet dominus, & quæ olī fuerūt inuētoris, de iure naturali, iā efficiuntur principis de iure gētiū. Itē sunt res natura nulli⁹, vbi natura nō patitur q; possēt esse alicui, sicut

Lib. ii. De acquirendo rerum dominio.

sicut sunt liberi homines, liberi enim homines exempti sunt a dominio & commercio, & illud idem dici poterit de seruo egrotante quem dominus abiecit, lex enim facit ei ut sit liber.

**Henrici de Bracton de
Legibus & consuetudinibus An-
glie, Liber secundus.**

¶ Qualiter acquiruntur rerum dominia: de iure naturali siue gentium per occupationem, et de feris bestiis. 1. De Piscatione, venatione & apprehensione & apium inclusione. 2. De manfactis bestiis & auibus. Cap. 1.



Actum est supra de rerum diuisione, nunc autem dicendum est qualiter dominia rerum acquiruntur, de iure naturali siue gentium: vt a vetustiore iure incipiat, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit, & post dicendum erit de iure civili, quod postea esse cepit, cum & ciuitates cōdi, et magistratus creati & leges scribi ceperūt.

¶ 2. Iure autem gentium siue naturali dominia rerū acquiruntur multis modis. Inprimis per occupationem eorum que non sunt in bonis alicuius, & que nunc sunt ipsius regis de iure civili & non communia vt olim: sicut sunt ferę bestię, volucres & pisces, & omnia animalia que in terra & in mari & in cœlo & in aère nascuntur vbicunq; capiuntur, et cū capta fuerint incipiunt esse mea: quia mea custodia coercetur, & eadem ratione si euaserint custodiam meam & in naturalem libertatem se receperint, desinunt esse mea & rursus sunt occupantis. Recipiunt autem naturalem libertatem tunc, cū vel oculos meos effugerint in aère libero & non sub captura mea, vel ita sunt in conspectu meo vt impossibilis sit eorum persequutio. ¶ 3. Itē continet occupatio piscationem, venationem & apprehensionem. Et nec sola persequutio facit re esse meam. Nam etsi feram bestiam vulnerauerim ita vt capi possit, non tamen est mea nisi eam cepero, imō erit potius occupantis, quia multa accidere solent nē capiam. Item si in laqueum quem venandi causa tetēdi aper inciderit, & cum coertione eum exemptum abstuli, erit meus, si in potestatem meam peruenerit, nisi consuetudo vel priuilegium se habeat in contrarium. Continet & occupatio inclusionem, vt in apibus, quarū fera est natura, nam si in arbore mea confederint, nō magis sunt meę antequam a me alueo includantur; q̄ volucres qui in arbore mea fecerint nidum, & ideo si alius incluserit eas, earum dominus erit. Examen etiā quod ex alueo meo euolauerit edusq; meum esse intelligitur q̄ diu in cōspectu meo est, nec sit impossibilis eius persequutio, alioquin occupantis sit, sed si quis illud ceperit, suum non facit si sciuerit ipsum esse alienum, sed

num, sed furtū facit, nisi animū habeat restituēdi. Et hæc vera sunt, nisi aliquando de consuetudine in quibusdam partibus aliud fiat. ¶ 4. Hæc quæ dicta sunt locum habent in animalibus, quæ omni tempore fera per manserunt: si autem animalia fera facta fuerint mansueta, & ex consuetudine eunt & redeunt, volant & reuolant, vt sunt cerui, cigni, pauonēs & columbæ & huiusmodi, alia regula com probata est, vt eouq; nostra intelligantur, quamdiu habuerint animum reuertendi. Nam si reuertendi animum habere desierint, nostra desinūt esse. Reuertendi autem animū videntur desinere habere, cum consuetudinem reuertendi deseruerint. Idemquē dicitur de gallinis & anseribus feris factis, ex mansuetis. In domesticis verō tertia regula comprobata est, quōd licet conspectum meū effugerint anseres mansueti & gallinæ, quocunq; tamen loco sunt, mei intelliguntur esse, & furtum facit qui ea animo lucrandi retinuerit. Habet etiam locum ista species occupationis in ijs, quæ ab hostibus capiuntur, vt si liberi homines in seruitutem nostram deducantur, et potestatem nostram euaserint, pristinum statum recipiunt. Item locum habet eadem species occupationis in ijs quæ communia sunt, sicut in mari & littore maris, in lapillis & gemis, et cæteris in littore maris inuentis. Idē etiam in insulis in mari natis, et in similibus, et in rebus pro derelicto habitis, nisi consuetudo se habeat in contrarium propter fisci priuilegium.

1. ¶ De modo acquirendi per accessionem, et quid est alluuiō. 2. De insulis natis in flumine. 3. De accessione quæ sit humana natura operante per aduersionem specierum. 4. De adificijs quilibet. 5. De litteris & picturis. 6. De accessione quæ sit diuina natura & humana operante, et de plantis. Cap. 2.

Acquiruntur etiam iure gentium rerum dominia, per accessionem discretam, vel secretam, concretam seu continuam, et quæ ex animalibus dominio tuo subiectis nata sunt, tibi acquiruntur. Itē quod per alluuiōem agro tuo flumen adiecit, iure gentium tibi acquiritur. Est autem alluuiō latens incrementum, & p alluuiōē adijci dicitur quod ita paulatim adijcitur, quōd intelligere non possis quo momento tēporis adijciatur. Nam etsi tota die infigas intuitum tuum, imbecillitas visus tā subtilia incrementa perpendere non potest, vt videri poterit in cucurbita & similibus. Si autem non sit latens incrementum imo apprensus, contrarium erit, vt ecce, vis fluminis partem aliquam ex tuo prædio detraxit & vicini prædio appulit, certum est eam tuam permanere, & si longiori tempore fundo vicini adhæserit, & arbores quas secum traxerit in eū fundum radices egerint, ex eo tempore videntur fundo vicini acquisitæ. Dabitur tamen priori domino utilis vendicatio, secundum quosdam, sed cessat rei vendicatio, quia alterius facta est crusta, & alia dicenda est arbor aliæ terræ alimento. ¶ 2. Habet etiam locum eadem species accessionis in insula nata in flumine, quæ si quidem mediā partem fluminis teneat, cōmunis est eorum qui pro indiuiso ab vtraquē parte fluminis propè ripam prædia possident, pro modo latitudinis cuiuscunquē fundi, quæ latitudo propè ripam sit, & si alteri parti proximior sit, eorū est tantum qui

D.i.

ab ea

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

ab ea parte propè ripam prædia possident. Si autem insula in mari nata sit, quod raro accidit, occupantis sit, nõ tamen credas, ppriũ alicuius agrũ in formã insule redactũ, insulam esse, vt eccè, flumen diuiditur in superiori parte & circuit agrũ alicui, & demũ infrãvritur, quo casu eius erit ager cuius prius fuerat. Cauendũ quoq; erit in metienda viciniatè insularũ, quia potest quis in hoc de facili decipi. Ponatur igitur pũctus quidam in medio inter vtrũquẽ agrũ, & secundũ hoc, si insula citra punctũ sit, vel huius tantũ, vel illius tantũ erit. Si autẽ sit & citra punctũ, & in ipso puncto, & vltra, tunc p indiuiso comunis erit, vt tantũ mihi de ipsa insula cedat, quantum cõtinetur a medietate puncti vsquẽ ad agrum meum, & sic fiat in psona vicini quoad diuisionẽ. Et videtur q vicinitas & remotio in sulæ considerari debet secundũ principũ natiuitatis suæ, & inde erit, q si inter insulã quæ mihi pximior est & cõtrariã ripam vicini, quæ est vltra flumen alia sit nata insula, mẽsura fiet a meã insula & nõ ab agro meo. Et hæc omnia tenẽda sunt in insula quæ aluei solo adhæret & non quæ virgultis sustentatur. Si autẽ insula rotunda inueniatur, difficile erit eam metiri, hoc tamen obseruetur, q omne quod ppinqui est, mihi cedat, & ita vicino cedat quod ei vicinũs erit, & hoc nõq; faller. Habet etiam locum hæc in agris nõ limitatis: nam in limitatis nõ habet locũ ius alluuiõnis. Sunt autẽ limitati, qui assignãtur aliquibus certis locis & certis terminis, vbi scitur quid cui sit datum, quid retentũ & relictũ. Prætereã agris limitatis non cedit insula ratione vicinitatis in flumine publico, immõ cõceditur occupanti, & p consequens regi ppter suũ priuilegiũ. Habet etiam locũ eadẽ species accessionis in alueo fluminis, a flumine derelicto. Cedit enim eis qui ppè ripam fluminis prædia possident, p modo. s. latitudinis cuiuscũq; agri, quæ latitudo propè ripam sit. Nouus autẽ alueus eiusdẽ iuris incipit esse, cui & ipsum flumen. i. publicũ. Flumen enim alueum sibi cõstituendo agrũ priuatum facit publicum & publicum priuatum. Et ideo dicuntur flumina vice Censitorũ. i. iudicũ vel principũ fugi. Iudex enim vel imperator sæpẽ quod vni est alteri adiudicat, iustè vel iniustè, bona fide vel mala. Sed vbi flumen mihi abstulit meum prædiũ p aluei cõstitutionẽ, deindẽ redit ad antiquũ alueũ, de iure stricto in prædio quodã meo nihil possũ vendicare: cedit enim ijs qui ppè ripam prædiã habent, de æquitate tamen vix obtinet hoc. i. nullo modo obtinet. Vbi autẽ flumẽ alueum sibi nõ cõstituit in agrũ meũ sed illũ inundaerit, nõ immutatur species eius quãtum ad pprietatẽ. ¶ 3. Hæc de accessione quæ fit tantũ diuina natura operante. Est et alia, quæ fit tantũ humana natura operante, quæ fit p adiunctionẽ vni spiciei ad alterã, eiusdem generis vel diuersi, p applũbaturã vel ferriliminationẽ, secundũ qd' infra legitur, et ibi dicitur, quæ pars alteri debet accrescere. Si autẽ p applũbaturã, minor cedit maiori vel præciosiori: sed si neutra præciosior, quilibz suu vëdicabit. ¶ 4. Vendicat etiã sibi locum ius accessionis in ædificijs p humanæ naturæ laborẽ, vt si quis in solo suo alienã materiã ædificauit, ipse dñs intelligitur ædificii, quia omne qd' inëdificatur, solo cedit. Nec tamẽ is qui materiæ dñs fuerat, dñs esse desinat, nec suũ potest eximere, sed p eo duplũ cõsequetur, & si dirutũ sit ædificium, qd' suũ fuerit vëdicare poterit, nisi fuerit duplum cõsequut. Ecõtrariõ autẽ, si quis de suo in ali-

alieno solo ædificauerit mala fide, materiam præsumitur donasse; si autē bona fide, soluat dominus soli, præcium materiæ & mercedē fabricatorū. Hoc autem, quod prædictum est, locum habet si ædificium sit immobile; si autē mobile, aliud erit, vt eccē, horreum frumentariū nouum ex tabulis ligneis factum, in prædio Semphronij positum, non erit Semphronij.

¶ 5. Hæc eadem species accessionis, p̄ humanæ naturæ sollicitudinē potest assignari in litteris. Literæ enim licet sint aureæ perinde mēbranis, chartisue cedunt, sicut ea solo cedere solēt quæ edificantur vel inseruntur. Sed in picturis erit cōtrariū. Ridiculosū enim esset preciosam picturā p̄ accessionem cedere vilissimæ tabulæ: et ideo tabula cedit picturæ, vt in Institutis pleni⁹ inueniri poterit, et in sūma Asonis, q̄ in casu deterior est condicio possidentis. Itē in eodē, q̄ melior est condicio possidētis, p̄pter duplex beneficiū possidendi. Itē in eodē, q̄ vbi obscura sūt vtriusq; iura, pro possessore iudicabitur. Potest etiā eadē species assignari in texturis: Nā si alienā purpurā quis intexuerit in vestimēto suo, licet preciosior sit purpura, tamen cedit vestimēto iure accessionis. Itē eadē species accessionis potest assignari in fructuarijs & vsuarijs circa fructuum obuentionē.

¶ 6. Alia autem accessio erit diuina natura & humana cooperāte, et queritur ex ea dominiū, vt eccē. Ticius alienā plantam in solo suo posuit, ipse erit planta. Et ex diuerso, si Ticius suam plantam in Menij solo posuerat, Menij erit planta, si modō vtroq; casu radices egerit, vnde versus. Quicquid plantatur, seritur vel inædificatur, omne solo cedit, radices si tamē egerit. Sed anteq̄ radices egerit, permanet eius, cuius prius fuerat, et hæc est adēo verū vt si vicini arbor ita terram Titij oppresserit, vt in eius fundo radices egerit, Titij erit arbor. Ratio enim non p̄mittit vt alteri⁹ sit quā́m eius, in cuius fundo radices egerit. Item si in cōfinio arbor posita sit & in vicini fundo radices egerit, communis erit, nec licebit vicino radices excidere. Et hoc verum est si arbor mea in vicini fundo radices egerit, sine quibus viuere non possit, quōd communis esse debeat, si autē satis viuere possit sine radicibus illis, non erit communis. Qua autem ratione plantæ solo cedunt cū́m radices egerint & ædificia immobilia, eadem ratione cedunt frumenta cū́m sata fuerint, et solo coaluerint, siue fortuito casu ceciderint in terram, siue non.

1 ¶ De modo acquirendi per specificationem. 2. Item per confusionem. 3. Item per inuentionem. Cap. 3.

Acquiritur & nobis res p̄ specificationem, vt si quis de aliena materia speciem fecerit aliquā, dominus erit speciei qui fecit. ¶ 2. Est & alius modus acquirendi p̄ cōfusionē. Confunduntur itaq; liquida vt mēl & vinum. Confunduntur etiā solida, licet cum difficultate magna, v̄z species, sicut aurum & argentū, plūbū & ferrū, et quod ex ijs redigitur erit cōmune (siue separari possit siue nō) inter eos, de quorū voluntatib⁹, corpora siue species cōfunduntur, si autē casu fortuito fiat confusio, & separari nō possunt, idem erit. Si autē separari possunt materiæ, vnusquisq; partem ponderis & mēsuræ habebit, quā́ habuit in rudi materia. Si autē frumentū alicuius mixtū fuerit cū́ frumento alterius, non erit frumentū

D.ii. inter

Lib.iii De acquirendo rerum dominio.

inter eos cōmune, sed quilibet de acervo suo vēdicabit partē, pro modo sui frumenti. Nec fieri poterit cōmunicatio frumēti, quā singula corpora manent in sua substantia, ac si pecora Ticij tuis pecorib⁹ essent mixta, & vbi non intelligitur q̄ grex sit cōmunis, & quamuis valdē difficile sit & quasi impossibile seperare frumentum meum a frumento tuo, satis tamē dici poterit pro parte indiuisa dari vendicationem, quasi acervus frumēti sit cōmunis, vt vendicet tantum de acervo quantū fuerat suū, & differt confusio a mixtione in tribus: species enim dicuntur misceri & materiae confundi. Item species mixtæ remanent in eadē substantia & specie, cōfusæ autem transferuntur in aliam materiam. ¶ 3. Acquiritur & dominium per inuentionem, vt si thesaurus inueniatur: secūdum quod dicitur inferiūs inter placita coronæ.

1 ¶ De diuersis modis acquirendi ex iure civili. 2. De quadam recapitulatione de quadam diuisione Rerum. 3. De seruitutibus. Cap. 4.

Acquiritur etiam iure ciuili multis modis, vz ex causa donationis, ex causa successionis, ex causa testamentaria & alijs pluribus modis, secundum quod inferiūs dicitur. Acquiritur etiam res corporalis p̄ traditionem, quā res corporalis patitur traditionem, quod non faciunt res incorporeales, vt sunt iura. Et quid sit traditio & quæ sufficiunt p̄ traditione, dicitur infra pleniūs, de donationib⁹. ¶ 2. Est et alia diuisio rerū de qua superiūs dicitur in parte, q̄ aliæ sunt corporales, aliæ sūt incorporeales. Corporales sunt hæ, quæ sui natura tangi possunt, qualia sūt homo fundus, vestis, aurum, argētum & alię res innumerabiles, quę omnes numerari non possunt, p̄pter earum multitudinē, & ideo dicitur natura sui, licet res tangi nō possunt p̄pter casum fortē, quā res cecidit in pfundū maris, vel propter difficultatē, sicut stelle cœlo infixæ, quę res corporales sunt, licet tangi non possunt prædictis rationibus, tamen tangibilia sunt. Itē corporeales res sunt fumus & aēr. Est enim aēr vnum ex quatuor elementis, ex quibus omnia corpora constant & creantur. Illud idē etiā est quod assumitur & remittitur a corpore, sicut flatus & anhelit⁹. Incorporeales verō res sunt quæ tangi non possunt, qualia sunt ea quæ in iure cōsistunt, sicut hæreditas, vsus fructus, aduocationes ecclesiarum, obligationes, et actiones & huiusmodi. Nec obstat q̄ in hæreditate, vsu fructu & huiusmodi, corporales res contineantur: nā quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumq; corporale est, veluti homo, fundus, pecunia & huiusmodi, sed ipsum ius hæreditatis. i. ipsum ius, quod est hæreditas, incorporale est. Et ita dicendum est de iure vtendi, fruendi & iure aduocationis & obligationis & etiā de iure rusticorum prædiorum. Incorporeales etiā res sunt, licet in iure non cōsistant, sicut sunt genera & species, calodæmones & caecodæmones, anima mundi & animę hominū. ¶ 3. Quia verō seruitutes cōnumerantur inter alias res incorporeales, videndum est de seruitutibus. Est enim quæsdā seruitus qua homo fit seru⁹ hominis, sed de ea non tractatur hic, sed de illa qua subijcitur prædium prædio, sed fit tamē ad similitudinē eius qua homo fit seruus hominis, vt sicut illa cōstitutio dicitur ius gentium, quasi quis dominio alieno cōtra naturam subijcitur. Et hoc idem dicatur de seruitute, siue de cōstitutione qua domus domui,

domui, & rus ruri subiungitur, et ita dicuntur seruitutes urbanae & rusticae. Et quae istae sunt, et quis eas constituat, et cui, et qualiter, et cum constituantur, et qualiter amittuntur, inferius dicetur.

1. ¶ De acquirendo rerum dominio ex causa donationis inter vivos. 2. Quid sit donatio. 3. Qualiter diuiditur donatio. 4. Quis donare possit. 5. Quis donare non possit. 6. Cui donari possit. 7. Quae res dari possit, et quae non. 8. Quae exiguntur ad hoc quod valeat donatio. 9. Breue ad inquirendum in quo statu fuit donator quando fecit donationem. 10. Breue si donator sit compos mentis. 11. Breue de summonendo tenentem. 12. Quod certa sit res quae dari debet. 13. Quod donatio sit gratuita & non coacta. 14. Quid sit metus. Cap. 5.

Quonia inter alias causas acquisitionis, magna, celebris, et famosa est causa donationis, ideo donatio sibi vindicat secundum locum: Quia per eam magis acquiritur & saepius quam per aliam, et vnde imprimis videndum est quid sit donatio & qualiter diuidatur, quis donare possit & quis non. Item quae res possit donari & quae non, et cui dari possit & cui non. Item quae exigantur ad hoc quod valeat donatio. Item qualiter acquiratur possessio & qualiter transferatur ab vno ad alium, & cum fuerit acquisita, qualiter amittatur, et cum amissa fuerit qualiter restituatur.

¶ 1. Est autem donatio quaedam institutio, quae ex mera liberalitate & voluntate, nullo iure cogente procedit, ut res transferat ad alium, & est (dare) rem accipientis facere cum effectu, alioquin inutilis erit donatio, quae irritari poterit & reuocari: ut si fiat de re aliena, quia non videtur quis possessionem adeptus, qui eam ita nactus est ut illam retinere non possit, & tamen si res aliena donetur, erit donatio valida quoad datam & quoad accipientem ab initio, licet inualida sit quantum ad verum dominum & illum qui ius habet, erga quem nullo tempore erit valida, nisi per confirmationem eius qui illam infirmare poterit. s. veri domini vel eius haereditis, vel per eorum ratificationem vel ratihabitionem, vel per cursum temporis, quod omnium excludit actionem.

¶ 3. Videndum erit qualiter diuiditur donatio, diuiditur sic, quod donationum alia inter vivos, alia mortis causa, sicut ex causa testamentaria, de qua inferius dicetur. Item donationum alia simplex & pura, s. quae nullo iure civili vel naturali cogente, nullo precio, metu vel vi interueniente, ex mera & gratuita liberalitate donantis procedit: et vbi in nullo casu velit donator, ad se reuerti quod dedit vel quod se daturum promisit, siue fiat donatio pure siue in diem, nisi fiat sub conditione vel sub modo. Item alia fit ob causam, vbi. s. causa interponitur ut aliquid fiat vel non fiat, in qua specie cadit donatio causa dotis, vel mortis, vel huiusmodi, ut, si quis ea mente dederit, ut tunc demum fiat accipientis, cum aliquid fuerit subsequutum. i. si aliquid factum fuerit vel non factum. Et hoc genus donationis improprie dicitur donatio, cum fiat sub conditione, & si quid detur ea mente, ut statim fiat accipientis, si tamen aliquid factum sit vel non factum, quod id ad se debet reuerti, velit donator, nec hoc proprie dicitur donatio, sed talis vix quae resoluitur sub conditione, secundum quod plenius dicetur inferius, de donationibus conditionalibus. Qualis autem debet esse, dicetur infra in titulo, qui loquitur de illis, quae exigantur ad haec, quod valeat donatio. Item donationum quaedam iusta & quaedam iniuriosa. Iusta autem poterit esse si fiat de re propria, si autem fiat de re

Lib.ii. • De acquirendo rerum dominio.

de re aliena, erit iniuriosa, et ea a vero domino poterit reuocari. Itē donacionū, quædā libera & pura & quædā sub cōdicione vel sub modo suspensa. Itē quædā absoluta & larga, & quædā stricta & coarctata, sicut certis hæredibus, quibusdam verò a successione exclusis. vt si fiat donatio certis hæredibus & personis, vel si ab initio larga fuerit & fuerit postmodum ex cōuentione coarctata, ita quòd donatorius rem sibi datam dare vel vendere non possit certis personis, vel non nisi certis psonis, quod quidē facere poterit quilibet, nisi vbi pactū interuenerit in initio donationis, quòd hoc ei facere non liceat contra pactū. Item donationum alia incepta & nō perfecta, vt si de donatione conuenerint, et instrumentum inde cōfectum fuerit & homagiū captū, tamen non sufficiūt hæc omnia, nisi traditio subsequatur. Item poterit donatio esse simplex p̄loquutio, quæ non sufficit p̄ donatione. Item poterit fieri donatio cum charta vel sine charta, quia licet charta nō interuenerit, valida poterit esse donatio, dum tamen donatio p̄bari possit alijs legitimis documentis, vnde non sufficit tantū probare chartā, nisi p̄betur & donatio. Sed econuerso, poterit charta esse vera & valida p̄ se, licet donatio fuerit imperfecta, & ecōtrario. Item donationū quædam valida esse possunt ab initio, & inuvalida fieri ex post facto, & ecōuerso. Item valida poterit esse donatio statim ab initio inter quasdam psonas, & inuvalida & suspensa quantū ad alias personas, vt si quis rem alienam dederit alicui, vt supra dictū est. Item donationū quædam ab initio tam valida tam perfecta, quòd irritari non poterunt nec reuocari. Itē est & alia quæ ab initio est aliqua & incepta, sed tamen non p̄fecta & per confirmationem perficitur & conualefcit, vt supra dictum est: vt si incepta fuerit, sed traditio in vita donatoris nō subsequuta, p̄ cōfirmationē veri hæredis post mortē antecessoris, cūm ei ius descenderit & non antē, valida efficitur & confirmatur, quia confirmatio omnē supplet defectū. Itē ab initio poterit esse perfecta & tamen in p̄denti erit donatio donec per ratificationē confirmetur, vt si minor dum fuerit infra ætatē donationē fecerit, in p̄denti erit donatio, quousquē factus maior, per ratihabitionem, illā confirmauerit, vel per integrā restitutionē illā reuocauerit, & in multis alijs casib⁹. ¶ 4. Itē videndū quis donare possit & quis non: et sciendum q̄ donare potest omnis qui a lege vel iure non prohibetur. Donationem verò facere potest, qui est maior & plenæ ætati. de quocunq; tenemento, dum tamen sit sanæ mentis, et in seysina, & rerum suarum habuerit administracionem. Item dominus rei, et non dominus, senex, & valitudinarius, masculus, & foemina, liber, et seruus aliquando. Itē legitim⁹, & bastardus in suo casu, cūm hæredes de corpore suo habuerit vel assignatos. Item tam ille qui habet liberū tenementū, sicut ad vitā suam; q̄ ille qui proprietatem habet & feodū. Item licet liberū tenementū non habuerit, donationem potest facere quis, dum tamen in seysina. si fuerit aliqua iusta de causā, sicut ad terminū annorū, vel ratione custodiæ. Idē erit si nullā iustā causā habuerit, vt si per intrusionem, vel disseysinā, et cūm sit in seysina alijs donare poterit, licet non cū effectu, et alijs per donationem facere liberū tenementū, quod quidem ipse non habuerit. Item cōualefcit donatio facta a furioso, sicut a minore, si

De acquirendo rerum dominio. C. 5 Fol. 17.

si sanæ mentis effectus, donum illud confirmauerit, vel ratum habuerit. Item donationem facere poterit, ex consuetudine speciali, ille qui est infra etatem: xxi in anni etatis suæ xvi. sicut in villa de Gipwico, quia ibi potest facere donationem ille qui est. xvi. annorum. ¶ 5. Item quis donationem facere non possit videndum est. Et sciendum quod prohibentur donationem facere omnes, qui generaliter et liberam rerum suarum non habent administrationem, sicut illi minores qui sunt sub tutela vel cura, & se ipsos regere non norunt, accipere autem poterunt (tutore auctore) et conditionem suam meliorem facere. Dare autem non poterunt nec conditionem suam deteriorare. Dare autem ideò non possunt, quia donationi consentire non poterunt, nec cum auctoritate tutoris nec sine. Item nec surdus qui omnino non audit. Secus autem si tardè audit, quia tunc potest dare. De mutuo autem qui omnino loqui non potest, id idem erit dicendum, possunt enim consentire (secundum quosdam) per signa & nutum. Et generaliter tenendum est quod mutus donationem facere non potest, quia donationi consentire non potest, sicut nec furiosus, nec mente captus, nisi lucidis gaudeat interuallis, sicut ille qui est infra etatem, vice autem minoris fungitur ecclesia dei. Item nec ille donare potest qui ab hostibus captus est, quod diu fuerit in custodia eorum & sub potestate, quia nec possidere potest qui ab alijs possidetur, nec aliquid dare potest cum effectu, quia nihil possidet. Idem dici possit de seruo ratione prædicta, quia nihil dare potest cum effectu, quia nihil possidet, dum ab alijs possidetur. In pendentibus autem sunt huiusmodi donationes (secundum quosdam) donec confirmetur vel penitus infirmetur, quod quis dicant quidam, quod nulla præterita nec præsentia remaneat in suspensio, secundum quod, inferius plene dicitur. De hac materia in tractatu, quæ donationes valide sunt ab initio & quæ valide efficiuntur ex postfacto. Item donare non potest leprosus extra communionem gentium positus, (ut de termino s. M. anni regis H. septimo incipiente octavo circa finem rotuli, sicut nec petere. Item sunt nonnulli qui dare non possunt sine consensu aliorum, nec valet illorum donatio pro se, ut si Archiepiscopi donationem facerent, episcopi, abbates vel priores ecclesiarum quæ sunt de advocacione domini regis, nec dare possunt sine assensu capituli sui, nec ipsum capitulum sine consensu regis vel alterius patroni, quia omnium illorum consensus quos res tangit erit necessarius & requisitus. Idem dicendum erit in rectoribus ecclesiarum, qui nihil possident nisi nomine ecclesie sue, unde nihil dare possunt, alienare vel permutare, nisi de consensu episcopi vel patroni, nisi inde melioretur condicio ecclesie, si autem deterioretur, non valet, quia fit eis donatio secundario, sicut maxime patet in ipsa dedicatione & etiam post dedicationem. De deo & ecclesie tali & canonicis vel monachis vel rectoribus vel personis ibidem deo seruientibus, & ita quod primo & principaliter fit donatio deo & ecclesie, & secundario canonicis vel monachis vel personis, & ita nihil habent nisi nomine ecclesie sue, & hæc vera sunt, nisi velit aliquis dicere quod ecclesie sue conditionem meliorem non possunt, etiam sine consensu prædictorum. Sunt etiam quidam priores & procuratores qui sunt amovibiles, qui nec dare possunt nec alienare, sicut nec rem in iudicium deducere, nec permutare nec cum consensu superioris nec sine consensu abbatis vel prioris, vel alterius talis, quia amovibiles sunt & non perpetui, nec generalem nec liberam habent administrationem. Sunt tamen quidam qui sunt amovibiles qui

vide ymo fos

Lib. II. De acquirendo rerum dominio.

qui respondere poterunt & rem in iudicium deducere in locis spiritua-
libus, sicut apud sanctum Albanum. Item donare non potest bastardus
cum effectu, nisi de corpore suo hæredes procreatos habuerit, vel assigna-
tos fecerit legitime, vel per nomen vel per modum donationis. Item
dare non potest cum effectu accusatus super crimine læsæ maiestatis, vel
alio crimine capitali post feloniam perpetratam, dum tamen condem-
natus fuerit iudicialiter & per sententiam, sed donatio talis remanebit
in pendentia, donec fuerit condemnatus vel conuictus. Et ad hoc facit lex
E. de donationibus post contractum maleficium &c. ubi dicitur, q̄ post
contractum crimen, donationes factæ valent, nisi condemnatio sequuta
sit, innuit ergo q̄ nisi fuerit subsequuta, q̄ valent donationes, et si fuerit q̄
non valent. Item dare non potest ille qui omnino feysinam non habue-
rit rei datæ, licet dominium habuerit & seruitium percipiat, sicut videri
poterit in casu. Esto q̄ quis primò dimiserit terram suam ad firmam B. et
postea illam dederit C. & homagium suum ceperit, & in feysinam posue-
rit, salvo B. firmario termino suo, & q̄ nihil ei deperiat per donationem
illam, et ita quòd nihil remaneat illi donatori nisi homagium & seruiciū.
Item esto q̄ idem donator qui nihil sibi retinuit nisi dominiū & seruici-
um, sine feysina, eandem terrā dederit eidem B. firmario & de facto po-
suerit ipsum in feysinam, si ipse C. incontinenti ipsum B. eiecerit, B. per
assisam non recuperabit vt liberum tenementum, nec vt terminum: quia
vtrumq̄, amittit, ex quo donator nullam omnino feysinam habuit, ex ta-
li donatione non potuit ei facere liberum tenementum, et ex quo idem
B. se tenuit ad feoffamentum, tacite termino renunciauit. Sed si idem C.
post feoffamentum eundem firmarium ei iungere non possit incontinenti,
vel post interuallum, competit ei Assisa nouæ disseisine, tam super feoffa-
torem suum, quam super firmarium, in quo casu tantum per assisam recu-
perabit versus ipsum B. firmarium. De æquitate tamen per officium
Iusticiariorū tenebitur donator eidem firmario ad excambiū propter frau-
dem. Et plus de hac materia infra, si diuersis temporibus ab vno & eodē
facta fuerit donatio duobus. Item non valent donationes factæ inter vi-
rum & vxorem, non enim poterit vir dare vxori, nec econuerso, constan-
te matrimonio, quia huiusmodi donationes prohibite sūt inter tales p-
sonas, nec enim fraudem facere possunt constitutioni, vt si vir donatio-
nem fecerit extraneæ personæ, ea mente vt extranea persona eam det vx-
ori in vita viri, vel post mortē. Et quod de viro dicitur, dici potest de vx-
ore. Si autem ante sponsalia vel matrimonium vel post diuorcium fiant,
benè valent, dum tamen non fiant in occasione matrimonij subsequen-
tis, si fiant ante, secundum quosdam. ¶ 6. Dicitur est in proximo præ-
cedente quis donare possit & quis non, nunc autem dicendum cui do-
nari possit, et sciendum est q̄ dari potest tam seruo quàm libero, siue fiat
donatio a domino siue non domino, secundum quod inferiùs dicetur.
Item tam fœminæ quàm masculo. Item tam viro quàm vxori simul vel
seperatim per se. Item tam minori quàm maiori, dum tamen tutoris au-
thoritas interuenerit, sed nō poterit quis esse minoris feoffator & tutor,
quia cum sit donator, nō poterit se ipsū dare tutorem, quia sic videretur
continuare

De acquirendo rerum dominio. Fol. 13.

continuate seysinam suam, licet omnes fructus & prouentus rei datę cō-
 uertat in vsus & utilitatem minoris. Oportet enim in qualibet donatio-
 ne quod dator se ponat extra seysinam, tam animo quàm corpore, corpo-
 re, tã proprio quàm alieno. Oportet quod donatarius se ponat in seysinam tã
 animo quàm corpore, corpore, proprio vel alieno. Item donari poterit tam
 bastardo quàm legitimo, sibi & heredibus suis vel assignatis suis. Item fi-
 eri poterit donatio tam pluribus quàm vni soli, simul & semel vel successiue p
 modum donationis, vt infra dicitur. Item dare poterit quis concubine sue
 vel alius ab eo, concubine & pueris suis, natis et nascituris, vel heredibus
 eorū vel assignatis, quo casu nullus alteri succedit ex pueris, cum omnes
 simul feoffati fuerint & teneant in communi, & si aliquis eorum sine he-
 redibus decesserit, pars decedentis, per ius accrescendi, remanebit su-
 perstitibus & eorum heredibus, etiam a pluribus vsq; ad vnum, & ad donato-
 rem non reuertetur, quãdiu vnus superstitis fuerit vel heredes habuerit
 sed si omnes sine heredibus decesserint, res donata ad donatorem reuer-
 tetur. Si autem donatio facta fuerit concubine tantum & heredibus suis,
 & legitima fuerit & heredes habuerit, fratrem, vel sororem, nepotem, vel
 neptem vel remotiores qui in donatione comprehendantur, bene pote-
 rit ipsa pueros suos feoffare, vnum vel plures, simul vel successiue quãdiu
 heredes extiterint qui donum suum warrantiare possunt, secū dūm quod
 dicitur de terra data in maritagium. Si autem concubina heredem nō ha-
 buerit, nō valebit donatio facta ab ea, sed res ad feoffatorem suum reuer-
 tetur. Cū autem concubina & pueri sui feoffati fuerint simul, & omnes
 simul et semel in seysina fuerint, si eiiciantur, omnes simul, per assisam no-
 uę disseisine, recuperabunt, tenendū in cōmuni. Si autem quidam eorū
 eiiciantur ab extraneo vel particeps, eodem modo. Si autem quidam eorū
 successiue decedant, heredes eorum partem suam recuperabunt per assi-
 sam mortis antecessoris. Si autē mater illorum s. concubina quę nomine
 omnium puerorum fuerit in seysina, primō decesserit, si dominus capita-
 lis in absentia puerorum se posuerit in seysinam, & petentibus pueris res-
 tituere noluerit, competit eis assisa nouę disseisine ex nomine matris, quę
 nomine eorū fuerit in seysina vt procuratrix, siue pueri in seysina pri^o ex-
 titerint siue non, & non per assisam mortis antecessoris, licet nunquā perso-
 naliter in seysina extiterint, cū acquisita sit eis possessio per matrem tã-
 quàm per procuratorem vel procuratricem, vel per breue formatum do-
 nationis. Vt de itinere M. de Pateshull in cōm Herford anno regni regis
 H. quinto in fine rotuli. Item fieri poterit donatio tam viris religiosis quàm
 alijs quibus dari poterit. Item tam Iudeis quàm Christianis, nisi modus dona-
 tionis inducat contrarium s. q. licitum sit donatorio rem datam dare vel
 vendere cui voluerit, exceptis viris religiosis & Iudeis, & quod talibus p-
 sonis dari non poterit sicut alijs, nulla ratio vel necessitas illud inducit,
 nisi tantum modus donationis. Item pluribus fieri poterit donatio simul,
 quorum quidam capere possunt ex tali donatione, quidam non, & vnde
 valida erit donatio quārum ad personas quorundam: inualida autē quā-
 tūm ad personas aliorum, vt si vir constante matrimonio dederit vxori &
 pueris communibus, vel ex alio viro progenitis, quia licet donatio non
 valeat

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

valeat quantum ad personam uxoris, valebit tamen quantum ad personas puerorum. ¶ 7. Nunc videamus que res dari possit, ad quod notandum, quod rerum, alia corporalis, alia incorporalis. Corporalis vero est que tangi possit & videri, vt Leo, fundus, vestimentum. Incorporalis vero est, que tangi non potest nec videri, quarum possessio diuersimodè transferatur de persona in personam. Et sciendum quod dare potest quis tam alienam rem quam propriam, propriam. s. quam habet in presenti & in manu sua iure hereditario, vel de perquisito ex quocumque titulo, ad vitam vel in feodo, per se, vel in communi cum alio. Item terram quam habet vel accidere possit in futuro, per mortem alicuius antecessorum suorum, qui tenuerint in feodo, vel post mortem eorum qui tenuerint ad vitam quocumque titulo. Romi vero sic dare poterit vt fidelitas & seruicium eorum qui tenuerint ad vitam attornentur donatorio. Et quo casu, si donatorius post mortem talium primam habuerit seysinam, & heres petat, dabitur ei exceptio contra heredem, si autem heres primam habuerit seysinam, dabitur donatorio actio contra heredem ex modo donationis sui feoffatoris, & non competit actio donatorio que competit suo donatori, quia quauis rem ita dare possit vt predictum est, tamen actionem suam concedere non potest suo feoffato. Item rem alienam dare poterit quis & statim conualescit donatio, secundum quod supra dictum est. Item dare poterit quis rem quam tenet in communi, sicut illam quam tenet separatim & per se. Item dare potest quis terram quam alius tenet ad terminum annorum, saluo tamen firmario termino suo, quia istæ duæ possessiones sese compatiuntur in vnare, quod vnus habeat liberum tenementum & alius terminum. Item donare potest quis cum effectu rem que sua propria est, & non reuocabitur donatio. Alienam vero rem dare non poterit cum effectu, quia reuocari poterit, sed valebit quoad suum feoffatum vt sius feoffatus habeat excambium. Et sciendum quod multipliciter fit donatio, quandoque, s. in feodo quandoque, in vita, quandoque, ad feodi firmam, quandoque, ad terminum vite vel annorum. Si autem ad vitam qualitercunque, statim habet donatorius liberum tenementum, vt si fuerit eiectus recuperare poterit per assisam nouæ disseysinæ, & poterit ille cui sic data fuit terra illa, alteri dare, vel in feodo, vel ad vitam si voluerit, sed reuocari poterit donatio. Sed si ille qui tenuerit ad vitam sic & talibus verbis donationem fecerit, de terra quam ad vitam tenuerit, alicui: Do et concedo tali quicquid iuris habeo in tali terra, etsi qui dat liberum habeat tenementum, non tamen facit ei cui sic donatur liberum tenementum, quia dico. Do tibi ius meum, hoc est terram talem ad vitam meam. s. donatoris, non agitur ad vitam donatorij, et ideo donator licet liberum habuerit tenementum, donatorio tamen per hec verba liberum tenementum facere non potuit, quia si dixisset, do tibi talem rem in dominico vel in feodo, hoc non esset ius suum sed iniuria. Ius autem suum, hoc fuit, dare illud quod habuit. s. terram dare ad vitam suam s. donatoris & non ad vitam accipientis, quia hoc esset iniuriosum & non iustum, & ex hoc liberum tenere non potuit. Et generaliter poterit res, qualitercunque, acquisita fuerit, dum tamen tenens illam teneat nomine proprio, siue per disseysinam siue per intrusi-

Cap. 5

De acquirendo rerum dominio. Fol. 143

in iurisdictionem, vel alio modo facere liberam tenementum donatoris, quod ipse non habet, & statim quantum ad donatorem & donatorium, sed non quantum ad verum dominum. Item donari non poterit res que possideri non potest, sicut res sacra vel religiosa vel quasi, qualis est res fisci, vel que sunt quasi sacre sicut fontemuri & porte civitatis. Huiusmodi vero res sacre aut nullo dari possunt, nec possideri, quia in nullis bonis sunt, in bonis alicuius singularis persone, sed tantum in bonis dei vel bonis fisci. Item dari non poterit alicui singulari persone, res que sunt spiritualibus annexe, sicut corrodia, ex abbatibus & domibus religionis percipiende, & huiusmodi, in quibus nullus sibi vindicare poterit liberum tenementum. Sacre vero & religiose sunt que nunc per pontifices deo sunt consecrate & dedicate, sicut sunt ecclesie tam cathedrales quam regulares & rurales. Item eis annexa cimiteria & alia loca ubi mortui insepeluntur, licet non dedicata, sicut tempore interdicti. Item loca ubi constituntur abbatie, prioratus & alie domus religiose que in bonis dei sunt, & etiam diruta edificia, adhuc locus sacer manet. Item quasi res sacra ut liber homo qui vendi non potest, cum libertas non recipiat estimationem, & est res quasi sacra, res fiscalis, que dari non potest, nec vendi, nec ad alium transferri a principe vel a rege regnante, & que faciunt ipsam coronam, & communem utilitatem respiciunt, sicut est pax & iustitia, que multas habet species, secundum quod alibi dicitur plenius. Sunt & alie res que pertinent ad coronam propter privilegium regis, & ita communem non respiciunt utilitatem, quin dari possunt & ad alium transferri, quia si transferatur, translatio nulli erit damnosa, nec ipsi regi siue principi, & si huiusmodi res alicui concesserint, sicut wreccum maris, thesaurus inuentus, & grossus piscis, sicut Balena, Sturio, & alij pisces regales, oporteat si inde questio habeatur, quod ille qui huiusmodi libertatem sibi vindicat, doceat huiusmodi ad se pertinere, quia si warrantum non habuerit specialem, in hac libertate se defendere non poterit, quamvis pro se pretendat longi temporis prescriptionem: Diuturnitas enim temporis in hoc casu iniuriam non minuit sed auget, nec in primo casu nec in isto, currit tempus contra regem, nec incumbit ei probacio quod ad ipsum pertineant, cum constare debeat singularis, quod huiusmodi de iure gentium pertineant ad coronam. Sunt etiam alie res que pertinent ad coronam que non sunt ita sacre, quin transferri possunt, sicut sunt fundi, terre & tenementa & huiusmodi, per que corona regis roboratur, & in quibus currit tempus contra regem, sicut contra quamlibet priuatam personam. Sunt & alie res quasi sacre que personam regis respiciunt, & aliquando transferri non possunt nisi iustitiarijs domini regis, sicut visus Francj plegij, Placita de vetito namio, Emendatio transgressionis assisarum, iudicium latronum, sicut de illis qui habent Sock & Sack & huiusmodi omnia, que pertinent ad pacem, & per consequens ad coronam. Item dici poterunt quasi res sacre, res date in liberam eleemosinam, est enim libera eleemosina & magis libera eleemosina, secundum quod inueniri poterit infra de assis. ¶ 8. Dicendum est etiam que exiguntur ad hoc quod valeat donatio cum effectu,

E.ij.

quia

Lib. ii. De acquirendo rerum dominio.

quod oportet quod sit mera & pura, libera & non coacta, nec per vim
tū nec per vim extortā. Item quod pecunia vel seruitium non interve-
niat, nec cadat in casum emptionis et venditionis, quia ubi pecunia in-
teruenit ibi erit emptio, autem seruitium, ibi erit seruitio, rem utraque
no. Ad hoc autem quod valeat donatio, oportet donatorem esse plene sa-
tis, qui si minor donatorem se cepit non valet, quia in integrum res-
tituetur, si voluerit, non peruenit ad aetatem. Et non admodum quod est
donator minori dederit curatorem, & curator nominis minoris fuerit tal
seynia, si donator postea quacumque ratione sit posuerit in seyniam, &
inde obierit seynia, nunquam propter hoc mutabitur status. In quibus
quin retineat contra quoscumque. Et tunc potest per tutoris au-
thoritatem, & consentio donationis sibi factae. Consentire autem do-
nationi ad se facit, ut si ad minorum donatorem ad seyniam
non potest, alicuius auctoritate, & meliorem eibus suam conditionem
facere potest, de deterioribus aequa quam. Item non potest tutor sic datus
ab homine, conuercere aliquid in usus alicuius donatoris vel alterius, sed
tantummodo in usus minoris, quia inde oportet eum reddere rationem
minori cum minor ad aetate peruenit, vel si male gesserit amoueri po-
terit & alius substitui. Item quod suo nomine possideat & non alieno, alio-
quin si donauerit reuocari poterit donatio. Item ad minus quod sit sa-
ne mentis & bonae memoriae, quamuis impotens sit, & in egritudine de-
tentus & lecto mortali constitutus, quia in tali statu facta donatio vabe-
bit si omnia concurrant quae validam faciunt donationem: non enim
debet alicui rerum suarum administratio interdici, vel dispositio, cum
infirmate grauetur, dum tamen sit bonae memoriae, quia tunc primo me-
cesse habet prouidere familiae & domesticis suis, & parentibus, & si pen-
dia dare, & testamenta ordinare: alioquin contingeret talem damnum fe-
rire sine culpa. Sed quoniam aliquando fraudulenter fiat chartae & falsi-
ficantur donationes fieri, cum non fiant, ideo ad veritatem declaran-
dam, erit ad patriam & visibendam recurrendum. Inquisitio enim multi-
pliciter variatur secundum veritatem querelarum, & exempli causa, fiat
inquisitio per haec verba. Rex vic. salutem. Praecipimus tibi quod
assumptis tecum custodibus placitorum coronae nostrae & praeterea duo-
decem discretis et legalibus militibus de com. tuo de tall visineto, in pro-
pria persona tua accedas ad talem locum, & per eorum sacramentum dis-
ligenter inquiras si talis &c. vel aliter. Praecipimus tibi, q. coram te & co-
ram custodibus placitorum coronae nostrae, in pleno com. tuo venire fa-
cias duodecim tam milites quam alios liberos & legales & discretos ho-
mines de visineto tali, per quos rei veritas melius sciri poterit & negoti-
um expediri, vel aliter: praecipimus tibi, quod venire facias coram nobis vel
Iustic. nostris tali die apud W. duodecim &c. ad recogn. super sacramen-
tum suum, si A. die quo debuit dedisse B. tantam terram cum perti in tra-
h. villa, fuit ita compos sui quod itinere potuit de loco in locum, & ita
sane mentis & bonae memoriae, quod donationem facere potuit & dona-
tionem consentire, vel non &c. vel aliter: Si A. die &c. fuit sane mentis &
bonae memoriae, quamuis egritudine detentus, & si praedictus B. s. do-
natorius

Ca. 5

De acquirendo terrarum dominio. Fol. 15

natoris perdonum illud seorsum habuit de eodem terra in vita ipsius
 A. donatoris. si per tantum tempus ante mortem ipsius A. vel non. vel
 quod si dicitur A. non fuit sane mentis, & ita quod repetatur contrarium
 per omnia & vnde C. filius & heres ipsius A. dicit quod quando donum
 illud fieri debuit, non fuit dicitur A. hanc memoriam nec compos sui quod
 itinerare posset de loco in locum, & si inquisitionem fecerit, item alia forma
 inquisitionis super eodem. si die quo terram illam dedit B. per char-
 tam suam, fuit bona mensura, & si donum illud ei fecit vel non, & si fu-
 icita compos sui post donum illud (scilicet aliquod donum ibi fuit) quod ite-
 nerare posset de loco in locum, quamvis parate si percussus. Si tamen in
 principib donationis non esset sane utique, postmodum sane mentis ef-
 factus donum illud ratum habuerit vel non. Et notandum quod si pa-
 ralius inerer de loco in locum & discretionem habet, ab eo presu-
 matur quod omnia rite gesserit, & de alijs non est ita intelligendum,
 quia quamvis itinerare non possunt, tamen bonam memoriam habere
 poterunt. Et de hac materia plenius in scriptis de termino M. anno 15 g-
 ni regis H. decimo quinto incipiente decimo sexto in com. Berk. de B. o-
 bertio de Burnoby. Item cum quis fuerit impotens sui, sed tamen sane
 mentis. Si aliquis fuit pro sigillo alicuius, chartam fecerit de terris suis
 sine voluntate & consensu suo ad exheredationem heredis, ad instanti-
 am & petitionem heredis, mittantur milites per preceptum domini re-
 gis ad impotentem ut audiat eius confessio, verum de voluntate sua
 & consensu facte sunt donationes & charte vel non, & si donationes &
 chartas de aduocauerit, tunc iste qui fraudem fecerit summonetur, quod
 sit responsurus de fraude illa per tale breue, quod mediate subsequitur.
 ¶ 10. Rex vic. salutem. Mitte quatuor legales milites de com. tuo apud
 M. ad A. qui languidus est ut dicitur, ad videndum in quo statu fuerit, &
 vtrum sit compos sui vel non, & ad inquirendum ab eo si alicui terras
 dederit in egritudine sua, & quibus, & inquisitionem illam nobis vel
 iustic. nostris scire facias ad talem diem sub sigillo tuo &c. Cum autem
 per inquisitionem confiteretur, quod ille de quo queritur fraudem fecerit,
 summonetur ille quod veniat responsurus per tale breue. ¶ 11. Rex vic.
 salutem. Bene recolimus nos ad instantiam A. heredis B. misisse te & qua-
 tuor milites ad predictum B. ad videndum statum suum, & vtrum esset
 compos sui vel non, & similiter ad audiendum si aliquas terras dedisset
 in egritudine sua, & in impotentia sua, & quibus, & tu simul cum predictis
 militibus nobis scripsisti, quod ipsum infirmum & impotentem inuenisti, & quod co-
 ram te & predictis militibus & multis alijs tunc ibi presentibus recognouit, quod
 tali de N. nunc terras aliquas dederit, nec chartam ei de aliquo dono fece-
 rat, & quia predictus A. heres ipsius B. adhuc nobis conqueritur, quod
 predictus talis, qui sigillum ipsius B. patris sui dudum habuerat vel
 surripuerat per infirmitatem & impotentiam ipsius B. ut dicitur, per se
 & sine ipso B. vel balliuo suo, propria autoritate se posuit in terras
 ipsius B. apud talem locum, & chartas de predicto sigillo (quod pe-
 nes se habet) de predictis terris sibi fecit, ad exheredationem
 ipsius A. & quia nemini debet fraus sua patrocinari, nec sustinere
 nolumus

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

nolumus sicut nec debemus quod aliquis exheredetur iniuste, tibi precipimus, quod si predictus A. fecerit te securum &c. tunc sum p. bonos iura talem, & sic &c. ad ostendendum quo warranto se posuit in predictas terras. Sum etiam per bonos iura &c. xij. tam milites q. alios &c. ad recogn. &c. si predictus B. terram illam dederit predicto tali et chartam suam ei inde fecerit vel non, & si terras illas ei dedit, & chartam suam ei inde fecerit, in quo statu tunc fuerit, vtrum. s. compos sui & bonae memoriae, cum sano intellectu & sensu integro, quando donum illud fecit vel non, & similiter per quem predictus talis inde positus fuit in seysnam, & habeas ibi &c. Ad que quidem poterit summomitus respondere, quod licet donatio illa minus sufficiens haberet iurium, idem B. postea coram probis hominibus ratam habuit illam donationem, & illam confirmavit, & vnde si mutata voluntate velit impugnare postea factum, quod suum fuit, per ratificationem & suam confirmationem, hoc ei nocere non debeat, cum sufficere debeat semel voluisse. ¶ **¶** Oportet etiam quod certa res deducatur in donationem, quia incertae rei nulla est donatio. Item oportet q. certa res sit, quae incertae sit rei euentus, vt si dicat quis, dabo tibi talem rem cum mihi acciderit post mortem talis antecessoris, vel cum ita factum sit, vel non factum, vel cum hoc sequutum fuerit vel non sequutum. Et eodem modo cum certa debeat esse res quae donatur, vel promittitur, ita oportet quod sit res certa quae redonatur vel repromittitur, sicut homagium vel seruitium certum, & sic cadit donatio in vnum quatuor contractuum nominatorum, vt si dicam, do tibi istam rem certam pro homagio & seruitio tuo, oportet quod seruitia certa sunt & expressa in scriptis, vel sine scriptis, quibus expressis, omnia alia seruitia & consuetudines remittuntur, & si scriptura non interuenerit, recurrendum erit ad communem usum, vt tale seruitium fiat & tantundem, quantum faciunt tenentes tantum terrae in eadem villa de eodem feodo. Et si de usu contentio oriatur, recurrendum erit ad inquisitionem patriae, vel ad magnam assisam. Item oportet quod certa verba interueniant donationi congrua sicut & stipulationi, vt si dicam, dabis mihi centum! & respondeas, dabo, quia non valet interrogatio nisi sequatur responsio interrogationi conueniens, s. dabo, & ex tali interrogatione & responsione statim sequitur obligatio. Item si scriptura interuenerit, validior erit donatio, quia probari poterit donatio facilius & melius per scripturam & instrumenta, quam per testes vel per factam. Et de chartis & fide instrumentorum dicetur plenius infra. Item non valet donatio, nisi tam dantis quam accipientis concurrat mutus consensus & voluntas, s. quod donator habeat animum donandi, & donatorius animum recipiendi. Nuda enim donatio, & nuda pactio non obligant aliquem, nec faciunt aliquem debitorem: vt si dicam, do tibi talem rem, & non habeam animum donandi, nec tradendi, nec a traditione incipiam, non valet, vt si dicam, do tibi istam rem & illam nolui tradere, & sustinere quod illam tecum feras, vel arborem datam succidas, non valet donatio, quia donator plene non consentit. Item oportet quod non sit error in re data, quia si donator senserit de vna re

Ca. 5
De acquirendo rerum dominio. Fol. 16.

re & donatorius de alia, non valet donatio propter dissensum: & idem erit si dissentio fiat in genere, numero & quantitate. In genere, ut si quis dicat, do tibi tale manerium certum, & donatorius senserit de alio, quamuis seysinam occupauerit, sibi tamen nihil acquirit. Numero, ut si quis decem dederit, & alius senserit de viginti, non valet, quamuis maior numerus contineat in se minorem, quia vterque in certum numerum non consentit. Sed hic error nocebit in persona donatorij. Sed quid si aliquis dederit decem, et donatorius consenserit in quinque, valet donatio, quia consentiunt ambo in minorem numerum, sic non est in primo casu, quia in primo casu donator non consentit in maiorem numerum, et hic consentit in vtrumque, quia si in maiorem, per consequens in minorem, sed non conuertitur. Item in quantitate, ut si quis dicat, do tibi decem libras terre in tali manerio, quod forte valet viginti libras, & donatorius totum occupet, non valet donatio, quia donator in viginti libras non consentit. Aliud tamen est si dicat, do tibi tale manerium pro decem libris terre, cum valet, xx. valet donatio. Idem est si dicat donator, do tibi decem acras in tali loco, & donatorius sentiat de viginti, non valet donatio ut supra. Sed quid si donatorius de decem sentiat cum donator decem dederit & occupet viginti, valet donatio, quia hic non est error sed presumpcio, quae corrigi poterit de superfluo. Item si dicat donator, do tibi tantam terram pro decem libris terre, & ibi sunt xx. adhuc valet donatio, quia neuter errat, nec est deceptus, quia licet error sit in valore, non tamen in re errant. Item si dicat donator, do tibi x. libras, & donatorius consentit in quinque, adhuc valet donatio, quia nullus est error qui noceat, quia vterque consentit in eundem numerum, quia qui consentit in decem, per consequens in quinque, consentit, maior enim numerus in se continet minorem. Et in fine notandum, quod si in corpus quod traditur sit consensus, non nocet, quia circa causam dandi atque recipiendi sit dissentio: ut si pecuniam numeratam tibi tradam, vel quid tale, & tu eam quasi traditam accipias, constat, ad te proprietate transire. Item in quibusdam donationibus oportet quod aliorum consensus interueniant quam donatoris & donatorij: ut si archiepiscopus, episcopus, abbas & prior, rector ecclesiarum, syndicus vel procurator donationem fecerint, omnium eorum, quorum interfuerit, requirendus erit consensus, sicut regis, & capituli vel conventus. Item oportet quod donationem sequatur rei traditio, etiam in vita donatoris, & donatorij, alioquin dicitur talis donatio potius nuda promissio quam donatio, & ex nuda promissione non nascitur actio, non magis quam ex nudo pacto, non enim valet donatio imperfecta, nec chartae confectio, nec homagij captio cum omni solemnitate adhibita, nisi subsequuta fuerit seysina & traditio in vita donatoris, & vnde si donatorius post mortem donatoris se intruserit, statim eijciatur, vel etiam post aliquod interuallum temporis, per assisam nouae disseysinae non recuperabit, nec heres donatoris tenebitur ad homagium suum capiendum, licet factum fuerit sui antecessoris. Et qualiter traditionibus & visu captionibus rerum dominia transferuntur, dicitur plenius in titulo, de acquirenda posses-

Lib.ii. De acquirendo rerum dominiõ.

possessione. Item quia conventiones, conditiones & pacta & modi di-
uerſi donationum incidunt in donationibus, ſi incontinenti apponantur
legem dant donationi & donationem infirmant, et dant exceptionẽ do-
natori, & ligant personas contrahentium & obligant ipſam rem datam,
et tranſeunt cum ipſa re de perſona in perſonam. Si autem ex interuallo
adijciantur, non inſunt omnino donationibus ſed perinunt, quandoq;
actionem, quandoquẽ exceptionem vt probatur, C. de pactis in bonæ
fidei & L. ſequenti, & ita contrahitur donatio, vt ſi dicam, dõ tibi hoc, vt
facias & concurrant iſta prædicta, ſecundum quod videri poterit de ver-
bis pactorum. C. per hos verſus, Re, verbis, ſcripto, conſenſu, tradicionẽ,
iunctura, veſtes ſumere pacta ſolent. ¶ 13. Item gratuita debet eſſe do-
natio & nõ coacta, nec per metum vel vi extorta, vt ſi quis cartam & do-
nationem cognouerit requiſitus, excipiat tamen q̄ valere non debeat, co-
quod per metum & coactionem tempore guerra, aliove quocunquẽ tẽ-
pore illam fecerit, reuocabitur donatio: dum tamen cum vim maiorem
& coactionem euaserit, ſtatim reclamet, vt ſi tempore guerra illata fue-
rit violentia, ſtatim poſt guerra reclamet, alioquin ſibi præiudicat imp-
petuum, cum per diſſimulationem cõſetire videatur, vt inter placita quæ
ſequuntur regem, anno regni regis H. xix. Aſſiſa vltimæ præſentacio-
nis, inter priorem de Wallingford & Rogerum de Quincy & Simonem
de Thennore, qui venit a latere. Si autem tempore pacis compulſus fue-
rit quis per metum et vim in priſona, ad aliquid dandum, vel faciendum
contra voluntatem ſuam, cum a priſona & violentia euaserit, ſtatim de-
bet leuare huteſium & clamorem, et cum huteſio & clamore accedere de-
bet ad villas propinquiores & ad ſeruientes regis, et poſtea ad com, &
ibi oſtendere violentiam ei factam: & ſic reuocabitur quod actum erit: Si
autem diſſimulauerit, videtur conſentire, vt ſupra: vt de quodam itine-
re. s. S. De Segraue in comitatu Kanẽ de Petro de Beke, qui ſum fuit ad
warrantiſand Falconi de Brẽantẽ quendam cartam de manerio de Mid-
dleton, & vnde iudicium redditum fuit apud weſtm. Et non ſolum excu-
ſatur quis qui exceptionem habet, ſi ſibi ipſi inferatur vis vel metus: Sed
etiam ſi ſuis, vt ſi filio vel filia, fratri vel ſorori, vel alijs domeſticis & pro-
pinquis, ſicut de eodem Falcone, qui tenuit in priſona fratrem cuiuſ-
dam, donec frater eiufdem qui fuit extra priſonam dedit ei quoddam ma-
nerium. Quid autem ſit vis, inferius dicetur in tractatu, de aſſiſa noue diſ-
ſeiſine, et ibi, qualiter diuidatur. Et hic dicendum eſt quid ſit metus. ¶ 14.
Metus autem eſt, præſentis vel futuri periculi cauſa, mentis trepidatio, &
præſentem debemus accipere metum, non ſuſpicionem inferendi eius,
vel cuiuſlibet nani vel meticuloſi hominis, ſed talem qui cadere poſſit in
virum conſtantem, talis enim debet eſſe metus, qui in ſe contineat mor-
tis periculum & corporis cruciatum. Refert autem vtrum metus præueni-
at donationem, vel ſubſequatur: quia ſi primò coactus & per metum com-
pulſus promiſero, & poſteá, ſponte & gratis dederõ, talis metus non ex-
cuſat. Si autem primò gratis promiſero, & poſteá per metum coactus tra-
didero, iſte metus excuſat, propter violentiam tradẽdi & compulſionem,
cum fortẽ mutata ſit prima voluntas transferendi rem ad donatorium.

Sed

Sed quid si quis ab hoste captus, & in prifona detentus donationem fecerit, quæritur an valeat, & valeat videtur prima facie, si quidem talē donationem dū fuerit in tali statu, fecerit alicui parenti vel amico, militi, vel feruienti suo benē merito, reuera nulla interuenerit coactio, nec metus in donatione faciēda, sed donator hoc affectauit vt donaret tali, vnde videtur q̄ mera & libera & pura sit donatio, et ideò q̄ valere debeat. Et si eam inuitus faceret itā p̄ prifonā ad hoc coactus per vim, cui resistere non posset, videtur quòd valere nō debeat, vice versa. Vnde videtur, q̄ i prifona donationem facere potest & nō potest, secundū tamen diuerfos respectus. Respondeo, in neutro casu valet donatio q̄ diu quis fuerit in prifona, vel quia hoc facit per coactionē, et quia potestātē sui non habet. Et qui potestātē sui non habet, nec eorum quæ sua esse debent, potestatem habebit. Et generaliter qui ab alijs possidetur, ipse nihil poterit possidere, et sicut ille qui in feruitute fuerit nihil possidere poterit quia possidetur, itā nec ille qui possidetur ab hostibus vel detentus fuerit. Sed cū talis ita ab hostibus detentus naturalē receperit libertatem, hoc est cū suæ potestatis effectus fuerit, res ita gestas potest vel ratificare vel infirmare, et ita quòd si postmodū res ita gestas approbauerit, vel statim donum non reuocando, vel homagiū vel feruiciū recipiendo, valet.

1. ¶ De diuersis modis donationum; q̄ alia sit simplex et pura et alia condicionalis vel sub modo. 2. Si fiat donatio sub conditione. 3. Si ex facto precedente vel ex causa. 4. Quòd conditio impedit descensum ad proprios hæredes. Cap. 6.

Donationum alia diuisio. s. quòd alia simplex & pura, alia condicionalis, alia sub modo, vni facta, vel pluribus successiuē. Item alia, condicionalis, quæ pluribus est adiectis conditionibus. Item alia, de re in maritagiū data, alia, de re data viris religiosis, alia, de re data bastardis, alia, de re data ad feodi firmam, alia, de re data ad vitā quocūquē modo, alia, quæ idem est quòd concessio & non donatio, sicut de re concessa ad terminum annorū. Simplex autem & pura dici poterit, vbi nulla est adiecta conditio nec modus: simpliciter enim dari dicitur, quod nullo adiecto datur. Vt si dicatur, do tali tantā terrā in villa tali pro homagio & feruitio suo, habendam et tenendam eidem tali & hæredibus suis de me, et hæredibus meis, reddendo inde annuatim, ipse & hæredes sui mihi & hæredibus meis tantum, ad tales terminos, pro omni feruitio, et cōsuetudine seculari, et demanda, ita quòd certa sit res quæ datur, et certa feruitia & consuetudines quæ domino debentur, licet incerta sunt alia quæ tacitè remittuntur: et ego & hæredes mei warrantizabimus, acquietabimus, et defendemus imperpetuum prædictū talem et hæredes suos versus omnes gentes per prædictum feruitiū, et sic acquirit donatarius rem donatam ex causa donationis, et hæredes eius post eum ex causa successionis, et nihil acquirit ex donatione facta antecessori, quia cum donatorio non est feoffatus. Et per hoc quod dicitur tali & hæredibus suis (large sumpto vocabulo hæred) continentur omnes hæredes, tam ppinqui q̄ remoti, tam præsentēs q̄ futuri, sed tamen vnus eorum, vel plures qui sunt quasi vnus, et propinquiores, remotioribus præferuntur, vt infrā di-

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

ectur, de successioneibus. Item augere poterit donationem & facere alios quasi hæredes, licet re vera hæredes non sunt, vt si dicat in donatione, habendum et tenendum tali et hæredibus suis, vel cui terram illam dare vel assignare voluerit: Et ego et hæredes mei warrantizabimus eidem tali & hæredibus suis, vel cui terram illam dare voluerit, vel assignare, et eorum hæredibus contra omnes gentes. In quo casu, si donatorius terram illam dederit vel assignauerit, si donatorius et hæredes sui defecerint, donator & hæredes sui incipiunt esse loco donatorij & hæredum suorum, et pro hærede donatorij erunt, quoad warrantizandum assignatis et hæredibus eorum, per clausulam contentam in charta primi donatoris, quod quidem non esset, nisi mentio fieret de assignatis in prima donatione. Sed quamdiu primus donatorius superstes fuerit vel eius hæredes, ipsi tenentur ad warrantiam & non primus donator. Item sicut ampliari possunt hæredes, sicut prædictum est, ita coarctari poterunt per modum donationis, quod omnes hæredes generaliter ad successionem non vocantur. Modus enim legem dat donationi, et modus tenendus est contra ius commune, et contra legem, quia modus & conuentio vincunt legem, vt si dicatur, do tali tantam terram cum pertinentijs in N. habendam et tenendam sibi & hæredibus suis quos de carne sua & vxore sibi desponsata, procreatos habuerit. Vel sic: Do tali & tali vxori suæ, vel cum tali filia mea &c. Habendum & tenendum sibi & hæredibus suis de carne talis vxoris, vel filia, exeuntibus, vel procreatis vel procreandis: quo casu, cum certi hæredes exprimantur in donatione, videri poterit quod tantum sit descensus ad ipsos hæredes communes, per modum in donatione appositum, omnibus alijs hæredibus suis a successionem penitus exclusis, quia hoc voluit donator. Et vnde si huiusmodi hæredes procreati fuerint, ipsi tantum vocantur ad successionem, et si taliter feoffatus aliquem vltimius inde feoffauerit, tenet feoffamentum, et hæredes tenentur ad warrantiam, cum ipsi nihil clamare possunt nisi ex successionem, et descensu parentum: quamuis quibusdam videatur, quod ipsi feoffati fuerint cum parentibus, quod non est verum. Si autem nullos tales hæredes habuerit, reuertetur terra illa ad donatorem per conditionem tacitam, etiam si nulla fiat mentio in donatione, quod reuertatur, vel si expressa mentio in donatione habeatur: et ita erit si hæredes aliquando extiterint & defecerint. Sed in primo casu, vbi nullus extiterit, semper erit res data donatorio liberum tenementum & non feodum. Item in secundo casu, quousque inceperint hæredes esse, est liberum tenementum, cum autem inceperint habere, incipit liberum tenementum esse feodum, & cum desierint esse, desinit esse feodum, & iterum incipit esse liberum tenementum, et ita nunquam ibi erit dotis exactio, nisi fuerit donatio pura, quia de reuertione expressa nunquam fiat mentio. Notandum quod bene poterit donator ab initio in principio donationis suæ, legem imponere donationi, & de voluntate sua rem datam exonerare, ad comodum ipsius donatorij, & contra legem terræ, dum tamen hoc non sit in præiudiciu aliorum, ad quos nihil pertinet de eorum contractu: vt si

vt si terram dederit pro minori seruitio quàm illam tenuerit de domino & feoffatore suo, dum tamen factum suum warrantizare poterit de proprio, ne domino capitali præiudicetur de seruitio suo, licet terram datam sibi habuerit obligatam. Poterit tamen exonerare terram datam in præiudicium sui ipsius & heredum suorum, et remittere seruitium proprium pro se, et hæredibus suis, siue seruitia, siue consuetudines quascūque. Et sufficit q̄ hoc semel voluit, quia nihil tam cōueniens est naturali equitati, *Coke l. 100. a.* quàm voluntatē domini, volentis rem suam in alium trāsferre, ratam haberi. Et expresso eo ad quod tenetur donatori in charta donationis, alia omnia videntur esse remissa, quæ non specialitèr sunt expressa. Expressa enim nocent, non expressa nō nocent, et sic liberat charta ab onere quæ expressa non onerat. Poterit etiam donator rem datā onerare plus & minus, seruitio et seruitutibus, de voluntate donatorij, et sic nō præiudicatur alicui nisi donatorio et hæredibus suis: ex quo vterquē in initio donationis hoc voluit, quia volenti non fit iniuria. Et sic expressa nocēt donatorio & non nocent donatori. Et sic modus donationis & conditio quandoquē prodest donatario et quandoquē nocet, et econuerso. Modus autem donationis et conditio multiplex esse poterit in persona donatorij, quandoquē ad commodum, nè det vel nè faciat, quandoquē ad incommodum q̄ det vel faciat, et semper oportet seruare ea, de quib⁹ inter partes conuenierit, quamuis in præiudicium legis, dum tamen hoc nō sit in præiudicium aliorum. Et semper donatorius poterit facere de re data quicquid voluerit, cum sit sua omninò, nisi specialitèr cōtineatur q̄ nō possit. Item esto quòd sic dicatur in donatione, do tali tantam terram cum pertiñ &c. habendum & tenendum sibi & hæredibus suis, si hæredes habuerit de corpore suo procreatos, si tales hæredes extiterint, quāuis defecerint, generalitèr vocandi sunt omnes & in infinitum, quia satisfactum est conditioni: Si autem nullus talis procreatus fuerit, semper erit res data liberum tenementum, et reuertetur ad donatorem, omnib⁹ alijs hæredibus exclusis, cum non sit conditioni satisfactum, et sic adiungitur conditio sub modo. Item fieri poterit donatio viro & vxori simul, & hæredibus vxoris tantum, per modum donationis, et eodem modo viro & vxori & hæredibus viri tantum. Item viro & vxori & hæredibus communibus, si tales extiterint, vel si non extiterint, tunc eius hæredibus qui alium superuixerit. Itē fieri possunt donationes sub modo & adiecta conditione, vt si dicat quis, do tali tantam terram &c. vt det mihi tantum, vel vt inueniat mihi necessaria, talis donatio, etsi non sit omninò gratuita, tamen simplex est & pura, et si sequatur traditio, reuocari non poterit, sed ille qui tradidit ad hoc agere poterit, quòd ille qui accipit teneat ei conuentionem, et faciat quòd promisit. Si autem tali donationi sit statim conditio apposta in initio donationis, quòd nisi accipiens tradenti teneat quòd conuenit, statim liceat sibi se ponere in terram illā, et tenere sibi et hæredibus suis quietè de ipso accipiente & hæredibus suis, si postmodum se posuerit in feysinam ille tradens, et ille qui accipit arramaucrit super eum assisam nouæ disseysine: In primis inquirendum erit an ille qui tenementum accepit, inuenerit tradenti itā sufficientèr necessaria, q̄

F. ii. inde

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

inde contentus esse deberet. Si autem non, cadit assisa, si autem sic, p. assisam recuperabit. Si autem necessaria sufficienter non inuenerit, & trades in seysinam se ponere non possit per prædictam conditionem, dabitur ei actio ex conditione, ad seysinam suam rehabendam, si verò in possessione esset, & per se, posset se tueri in possessione sua per exceptionem conuentionis. Sed quid si ille qui recepit tali modo, ulterius dedit terram illam alteri, cum non sit pertinens conditioni? queratur si ille qui tradidit, possit talem eiecere, cum illum non tangat conditio, videtur prima facie quòd sic, quia videtur & ipsa res obligata sit cum persona & ad nullum transferri poterit nisi cum suo onere, et ideo videtur & quamuis fuerit eiectus, & licet sine iudicio, non recuperabit. Sed reuera obligatio ista personalis est, et inter certas personas contrahitur, nec alias personas ligat, nisi tantum illas inter quas tantum fit contractus, nec expressum est de quo tenemento inueniri debent necessaria, non magis de isto quam de illo, et ideo tenementum non obligatur neque oneratur. Qualiter ergo perspicendum erit querenti, cum sic feoffatum eiecere non possit, nec se ponere in seysinam secundum conuentionem, nec contra ipsum agere ex conuentione? agendum igitur erit (ut videtur) cum primo qui decepit, ut ad minus teneatur ad interesset, si habeat unde: si autem nihil, tunc recurrendum erit ad feoffatum, de consilio curie et non de iure, et sic incidunt in donationem illius. iiii. contractus innominati. s. do ut facias, facio ut des, facio ut facias, do ut des, et sic poterit sequi donatio ex causa præcedente vel ex causa subsequente, secundum prædictos contractus, facit enim modum, ut si conditionem, quia causam: unde versus. Scito quòd ut modus est, sic conditio, quia causa. Item poterit pluribus fieri donatio per modum simul & successiue, ut si quis plures habeat filios, et sic fecerit primogenito donationem & dicat. Do A. primogenito filio meo tantam terram &c. habendam et tenendam sibi & hæredibus suis de corpore suo procreatis, et si tales hæredes non habuerit, vel habuerit & defecerint, tunc terram illam do B. filio meo postgenito, et volo quòd terra ad ipsum B. reuertatur, habendum & tenendum sibi et hæredibus suis, quos de corpore suo procreatos habuerit, et si nullos tales habuerit, vel si habuerit et defecerint, tunc volo & concedo pro me & hæredibus meis, quòd prædicta terra reuertatur ad C. tertium filium meum, habendum & tenendum sibi & hæredibus suis quos de corpore suo procreatos habuerit, et sic de pluribus. Et si prædicti A. B. C. sine talibus hæredibus de corpore suo procreatis decesserint, tunc volo quòd prædicta terra reuertatur ad me & ad alios hæredes meos, quòd quidem fieret sine expressione, per tacitam conditionem, nisi donator aliud inde ordinaret. Item si largius fiat donatio, ut si dicatur, do tibi tantum terræ &c. habendum & tenendum tibi & hæredibus tuis, vel cui dare vel assignare in vita, vel in morte legare volueris, valet donatio, propter voluntatem & consensum donatoris, quamuis contra legem terræ fieri videatur, et unde si legatarius primam habuerit seysinam, si hæres petat per assisam, legatarius contra assisam, competet exceptionem de modo donationis: si autem legatarius extra seysinam petat ex causa testamentaria in foro ecclesiastico, ob-

obstabit ei regia prohibitio, ne Iudices ecclesiastici iudicarent, quia non habent iurisdictionem nec coercionem ad iudicium suum exequendum. Si autem in foro seculari agere voluerit, quamuis hoc sit inauditum, bene poterit, per breue formatum, cum possit quis renunciare ijs quae pro se & suis fuerint introducta, sine praesudicio aliorum. Est quaedam donatio omnino sub modo, secundum quod praedictum est de iij. generibus contractuum. s. Do ut des, ut si dicam, do tibi digestum ut des mihi codicem, & si digestum tradidero, teneris mihi ad codicem tradendum. Vel si dicam, do tibi ut facias. i. do tibi codicem ut facias mihi scribi digestum. Vel facio ut des. i. facio tibi domum ut des mihi codicem, vel facio ut facias. i. facio tibi aulam ut tu facias mihi cameram, istae donationes consistunt sub modo, et obligant contrahentes, ita quod si dedero vel fecero, tu teneris ad dandum vel faciendum, secundum quod conuenit, sed tamen ut repetere possim quod dedi, si tu non vis facere quod promissisti, si ad hoc tantum agere possunt quod tu facias, nisi aliter conuenerit ab initio. Poterit enim huic donationi sub modo adijci conditio ab initio, ut si dicam, et si non dederis vel non feceris, quod conuenit, quod ego repetere possim quod dedi: vel impensas factas circa rem quas feci, aliter non.

¶ 2. Fieri autem poterit donatio sub conditione seu sub modo, ut si dicam, do tibi rem istam, si ita factum sit vel non factum, et si conferatur conditio in futurum, licet praesentia & praeterita non sunt in pendentia sicut futura, quia conditio in praeteritum collata infirmat obligationem vel omnino non differt. Haec autem conditio est possibilis vel impossibilis, si autem possibilis & potestatiua, ut si dicam do tibi talem rem si dederis mihi x. valet donatio, sed suspenditur donec existat conditio. Ut si tu petas rem, excipere possum quod tu x. mihi non dederis. Item si conditio fuerit impossibilis, ut si dicam, do tibi istam rem si coelum digito tetigeris, non valet donatio, et pro non adiecto habetur conditio. Item non valet donatio ab initio, sed est in pendentia in alterius potestate, collata conditione, ut si dicam. Do tibi talem rem si Titius voluerit, vel arbitrat' fuerit, vel quid tale fecerit, quia nisi hoc fecerit, donatio non valebit. Item si conditio casualis fuerit, ut si dicam, do tibi talem rem, si nauis venerit ex Asia, vel si Titius consul factus fuerit, erit donatio in pendentia, quia huiusmodi donationes dependent ex insidijs fortunae. Si autem conditio fuerit mixta et disiunctiua, ut si in parte fuerit potestatiua & in parte casualis, ut si dicam: Do tibi hanc rem si mihi x. dederis, vel si illud feceris, sufficit vnum istorum adimpleri, sed si plures conditiones ascriptae sunt donationi coniunctim, ut si dicatur, si illud et illud factum sit, omnibus est parendum, si diuisim, ut praedictum est, cuilibet vel alteri eorum satis est obtemperare. Item conditionum alia expressa, et fit verbis negatiuis, ut si dicatur, si Titius haeres non sit, tu haeres esto, vel si tu haerem de corpore tuo non habueris, tunc terra sic data reuertatur ad tales, vnum vel plures, simul vel successiue. Item est quaedam conditio tacita, & fit verbis affirmatiuis, ut si dicatur, si A. sit haeres B. te inuicem substituo, id est, haerem facio, et si vnus eorum praemoriatur, viuis succedat mortuo. Item conditionum, alia duplex

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

duplex, vt si dicatur, si hæredes de corpore tuo non habueris, vel si habueris & defecerint, tunc terra data reuertatur ad me et ad hæredes meos. Item alia simplex, & fit verbis affirmatiuis, vt si dicam, si habueris hæredes et infra etatem decesserint, tunc reuertatur terra illa &c. Item alia duplex, & fit partim verbis negatiuis, partim affirmatiuis, vt si dicam, si filius meus non fuerit furiosus, vel si fuerit & infra furorem decesserit, volo quòd tu hæres meus sis, et huiusmodi. Item fieri poterit donatio sub modo, pluribus adiectis conditionibus, vt si dicam, do tibi hanc rem, vt facias tale quid, vel ne facias, et si non feceris, vel si feceris, quòd terra reuertatur ad me. Vel do tibi quòd non facias istam rem sine voluntate mea, et si feceris, quòd possim me ponere, in terram illam, & me tenere in terra illa quietè de te & hæredibus tuis, et vnde sicum prædictæ conditiones siue conuentiones & instrumenta in quibus continetur deducta fuerint in iudicio, non sufficit si probentur instrumenta, conditiones vel conuentiones: nisi probetur quòd satisfactum sit conditioni, vel non satisfactum: quia probato instrumento, adhuc poterit esse quòd non sit conditioni satisfactum, per veram probationem, vel saltem per præsumptionem, cui semper standum erit, donec probetur in contrarium. Item si quis ita dederit sub modo vel sub conditione, quæ ex alterius dependeat voluntate vel potestate. Verbi gratia: si quis dederit alicui, ad uocationem alicuius ecclesiæ, vt ibi faciat prioratum & illum in proprios vsus conuertat, hoc sine voluntate Episcopi vel alterius ordinarij adimpleri non poterit, et si illi consentire noluerint, non erit hoc imputandum donatorio quòd conditio non extiterit, et tenebit donatio, maxime cum donatorius ad hoc diligentiã adhibuerit, pro posse suo, efficacem.

¶ 3. Fit etiam donatio quandoquæ ex causâ præcedente, et quãdoquæ ex causâ subsequente: præcedente, vt si dicam, do tibi hanc rem, quia mihi benè seruisti, et quo casu, licet talis benè nõ seruierit, valet tamen donatio, quia falsa causâ adiecta non perimit donationem, non magis quã legatum. Si autem ex causâ subsequente, vt si dicam, do tibi hanc rem, quia benè mihi seruias, adhuc erit illud idem dicendum. Si autem addatur conditio in causâ subsequente, erit donatio in pendenti, vt si dicam, do tibi terram hanc, si benè mihi seruieris, & pura erit et perfecta donatio, resoluitur tamen sub conditione, si seruitium bonum non fuerit. subsequutum, erit in pendenti, donec sciatur vtrum existat conditio vel non existat.

¶ 4. Item poterit conditio impedire descensum ad proprios hæredes, contra ius comune, vt si dicam, concedo tibi tantum terræ ad terminum x. annorum, & post terminum, reuertatur ad me terra illa, et si infra terminum illorum x. annorum decessero, concedo pro me & hæredibus meis quòd terra illa tibi remaneat ad vitam tuam vel in feodo, et sic facit conditio liberum tenementum & feodum, et tollit conditio hæredibus, assisã mortis antecessoris, quia si illi prima facie habeant directam actionem, firmiter tamen habebit ex conuentione exceptionem. Item quod fuit ab initio liberum tenementum & ad vitam, per conuentionem poterit mutari in terminum, vt si aliquis concedat alteri terram ad vitam, fieri poterit inter eos conditio, quòd si tenens infra certum terminum obierit, quòd hæredes

hæredes, tenentes, vel assignati, vel sui executores possunt terram sic datam tenere vsquē ad certum terminum, post mortē ipsius tenentis, et itā facit conditio, de termino liberum tenementum, et econtrariō, et dat exceptionem contra veros dominos & eorum hæredes. Item eodem modo dat exceptionem contra assisam nouæ disseysinæ, vt supra, de necessarijs inueniendis, satis dictum est. Item dat exceptionem creditori contra debitorem, verum dominum & hæredes eius, si inter eos conuenerit ab initio, q̄ si pecunia suo die soluta non fuerit, q̄ terra in vadium data remaneat creditori & suis hæredibus, vt infra de assisa mortis antecessoris, de hærede Iohannis Dacy. Item dat exceptionem contra veros hæredes et contra assisam mortis antecessoris, si sit qui dicat cum peregrē sit profecturus, concedo A. talem terram meam ad certum terminum, sicut cruce signatorum, & itā q̄ si rediero restituet mihi terram meam, & si in itinere mortuus fuero, vel non rediero, remanebit A. terra illa in feodo, et si existat conditio quōd talis non redierit; et hæres petat per assisam mortis antecessoris, obstat ei exceptio conditionis, et itā mixta erit donatio. s. feoffamentum cum termino & vnum habent principium, licet exitum diuersum, et tunc terminus & feoffamentum incipiunt eodem tempore, licet simul stare non possunt, nec paribus passibus incedant, vnum eorū præcedit & stat, et aliud est in pendentī, quousquē existat conditio vel non existat. Si autem non existat conditio, terminatur vtrumquē. s. tenementum cum termino, vel feodo, et econtrariō. Si autem existat conditio, statim definit esse terminus, et feodum vel tenementum quod ab initio incepit, et in pendentī extitit, iam firmam remanet & tenet, & terminus euanescit & econtrariō, et sic nocet hæredibus antecessorum cōuentio ex conditione. Poterit enim quis renunciare pro se, et suis, iuri quod pro se introductum est, et ideō hæredi non infertur iniuria, sed dānum, ex quo talis conuentio placuit antecessori: quia scienti & volēti nō fit iniuria, et itā conditio seu conuentio vincit legem. Quod autē dicitur in præcedentibus, quōd potest quis renunciare pro se & suis hæredibus, ijs quæ pro se et suis hæredibus introducta sunt, non tamen potest ijs quæ pro alijs introducta sunt renūciare, secundū quod inferiūs dicitur, de exceptionib⁹, in titulo de prohibitionibus. Item esto q̄ aliquis dimiserit terram aliquā ab initio in vadium & sub cōditione, itā quōd, si pecunia suo die soluta nō fuerit, q̄ terra pignori data remaneat creditori, et in hoc casu, si die suo, pecunia soluta non fuerit, remanebit terra sic impignorata creditori ipsi, per creditoris conditionem, et voluntatem debitoris suppositam, & sic erit, si certa & vnica dies apponatur. Sed esto q̄ quis pecuniā itā credat, reddēdā ad plures terminos, et q̄ si debitor in aliquo istorū terminorū ī solutione defecerit, qd' res impignorata remaneat creditori. Cessat in primo termino, parat⁹ est tamē debitor satisficere in vltimo termino vel ante, de toto, queritur an teneat cōditio videtur q̄ sic, quia nō satisfactū est cōditioni, secūdū qd' cōuenit, quia ī tēpore est plus & min⁹, & est verū. Sed esto q̄ debitor ita respōdeat, q̄ ad diē suū venit parat⁹ satisficere, & pecuniā soluedā obtulit sub testimonio pborū & legalīū hominū, q̄ hoc dicāt sub testimonio vī⁹ sui, q̄ videt pecuniā numeratam

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

meratā quacunquē hora diei, cūm tota dies cedit debitori, liberatur de-
bitor. Et vnde oportet creditorem q̄ qualibet hora diei se exhibeat ad
recipiendū & sui copiā faciat, et ita q̄ nihil sit quod sibi debeat imputa-
ri. Si autem debitor sit in mora, creditore p̄sente, amittet debitor, vel si
p̄sens fuerit & pecuniam non habuerit. Idem erit siue creditor p̄sens
fuerit siue non. Sed quēro an creditor, pecunia sua die non soluta, statim
habeat liberum tenementum? habet, si fuerit in possessione, si autem fue-
rit extra, habet actionem ex conventionē.

¶ Si terre data fuerit bastardo vel in maritagium. 2. De dote vxoris bastardi. 3. Si
terra data fuerit in maritagium; videndum qualiter fiat donatio in maritagium.
4. Maritagium aliud liberum aliud non. 5. Quōd maritagium reuertitur pro defec-
tu hæredum. Cap. 7.

Quoniam terra data bastardo in maritagiū, sicut et aliis, vel bas-
tardo per se, in se tacitam habet conditionem vel expressam de
reuerfione: ideo videndum si terra data fuerit bastardo in ma-
ritagium cum aliqua muliere, aut datur ipsis & eorum hæredibus cōmu-
nibus, aut hæredibus ipsius vxoris tantūm, in primo casu reuertetur ad
donatorem, si defecerint hæredes communes, per modum tacitum do-
nationis. Si autem fit hæredibus vxoris, tunc si hæredes habuerit de bas-
tardo, remanebit eorum hæredibus communibus terra, quia tales erunt
hæredes vxoris, quāuis communes. Si autem communes defecerint,
tunc descendit terra sic data alijs hæredibus ipsius vxoris de altero viro
vel a latere venientibus. Item, esto q̄ terra illa data fuerit alicui bastardo
per se sine vxore, et tunc addatur, ei & hæredibus suis tantūm, vel ei & as-
signatis suis: si ei & hæredibus suis tantūm, tunc deficientibus hæredib⁹,
siue homagium interuenerit siue non, erit terra illa efchaeta dominorum
pro defectu heredum, & cum tali domino remanebit, non obstante ho-
magio, quia homagiū euanescit, hæredibus deficientibus vbiquē. Si au-
tem facta fuerit bastardo & hæredibus suis vel assignatis, vel cui assignare
voluerit, tunc si in vita sua terram illam assignauerit hora congrua & tē-
pore competenti, ac si fecerit donationem & eodem modo, valebit affig-
natio & donatio, q̄uis hæredes de corpore suo defecerint, quod quidē
facere non posset deficientibus de corpore suo hæredibus procreatis,
nisi hoc ei permissum esset per conditionem & per modum donationis.
Et notandum quōd in fauorem bastardorum primò inuenta fuerit do-
natio, vnde quidē siue facta fuerit donatio bastardo & hæredibus, vel
bastardo & hæredibus & assignatis, si hæredes non habuerit, vel assigna-
tos hora congrua non fecerit, terra sic data, nō obstante homagio, reuer-
tetur ad ipsum donatorem, et cum eo remanebit pro defectu hæredum
et assignatorum. ¶ 2. Sed de dote mulieris quid fiet in hoc casu? ex quo
warrantum non habet de dote sua, cūm nec appareat hæres nec assigna-
tus, nec etiam legatarius, si fortē legatum fuerit, sicut in burgagijs: muli-
er in omnibus istis casibus dotem obtinebit, quāuis warrenti non exis-
tant, quia vir suus, q̄uis bastardus, feoffatus fuit tenendi in feodo sine ali-
qua contradictione, liberē & purē, et statim incipit res data esse in feodo,
licet

De acquirendo rerum dominio. Fol. 211

licet heredes vel assignati non existant, vel licet exierint & defecerint, quod non est in certis heredibus expressis & nominatis, ut supra. Sed qualiter obtinebit mulier dotem, cum warrantum non habeat, non magis quam ille qui warrantum habere potest, cui per bastardum fit donatio, deficientibus heredibus & assignatis & legatariis: Respondeo quod ipsi amittunt per defectum warranti, quibus teneant & sint in possessione. Sed qualiter recuperabit ipsa: cum sit extra feysinam & sine warranto, ut videtur, respondeo. Habet quasi warrantum suum, illum, ad quem, terra sic data, debet reuerti, & maxime, eodem quod vir suus (quamuis bastardus) feoffatus fuit pure & sine conditione tenendi in feodo, & sic existit talis warrantus dotis & non donationis, & poterit ratio esse, quia ex necessitate, statim post mortem talium donatorum, reuertitur res data ad donatorem, pro defectu heredis, qui warrantum debet donum: & etiam dos, non statim, sed post tempus, & erit donator quasi heres, & loco heredis pro defectu heredis, & in dote non erit aliqua exhereditatio sicut in donationibus, & maxime hoc ideo, quia ad donatorem post mortem uxoris erit reuersura. Item esto quod duobus fratribus bastardis fiat donatio de aliqua re, tunc distinguendum erit, utrum fiat illis duobus simul & in communi, vel cuilibet ipsorum seperatim & per se: si autem seperatim & per se, & vnus eorum moriatur sine heredibus vel assignatis, res data reuertetur ad donatorem pro defectu heredis vel assignati, quia frater bastardus omnino extraneus est ei quoad successionem, licet non quoad sanguinem. Si autem sic data fuerit res, tenenda in communi, & si vnus eorum decesserit sine herede vel assignato, frater eius bastardus succedet ei, non quidem iure successionis, sed iure accrescendi, secundum quod dicitur supra, de concubina & pueris. Si autem vterque heredes habuerit, omnes simul teneant in communi, nisi agere velint ad diuisionem & particionem. Si autem vterque, sine heredibus & assignatis decesserit, vel si tales habuerit & defecerint, sic tota res data reuertetur ad donatorem. ¶ 3. Quandoque vero reuertatur maritagiū ad donatorem, per conditionem tacitam vel expressam: Ideo consequenter dicendum est qualiter terra dari possit in maritagiū. Et sciendum quod terra datur aliquando ante sponsalia, & propter nuptias, a patre mulieris, vel alio parente, ipsi marito cum muliere aliqua, vel vtrique simul. s. tali viro & uxori suæ (quod idem est) & eorum heredibus vel alicui mulieri ad se maritadam, vel simpliciter sine aliqua mentione maritagi, quæ quidem donatio fieri poterit sicut cuilibet de populo. Sed si fiat mentio de maritagio, terra sic data dici poterit maritagiū. Fit etiam talis donatio, ante matrimonium contractum, aliquando in ipso contractu, aliquando post contractum. Est autem alia donatio, quæ fit a viro uxori, in ipso contractu, ad ostium ecclesie, quæ non dicitur proprie donatio, immo dotis nominatio, siue constitutio, secundum quod inferius dicitur in tractatu, de dote. Terra vero quæ sic datur propter nuptias, dicitur maritagiū. Et est maritagiū aliquando liberum. s. ab omni seruitio quietum, & aliquando seruitio obligatum. Liberum autem maritagiū dicitur, vbi donator vult quod terra sic data quæta sit & libera ab omni seculari seruitio, quod ad dominum feodi possit pertinere, et ita quod ille, cui sic data

G.i.

ta fue-

Lib.ii. De aequiſcendo rerum dominio.

ta fuerit, nullum omnino faciat inde ſeruitium uſque ad tertium hæredẽ; et uſque ad quartum gradum, ita quod tertius hæres ſit inſiſſius. Item liberũ poteſt eſſe ex toto quod nullum omnino reddit ſeruitiũ. Item omni ſeruitio obnoxium, ſed ubi nullum ſeruitium remittitur. Item liberum in parte, & in parte non, ubi aliquod ſeruitiũ accipitur in donatione, & aliquod remittitur: ut ſi quis ita tradidit in maritagium liberum tenementũ, ſaluo in de forinſeco ſeruitio. Item poterit quis dare liberiũ quã ipſe tenuerit & per minus ſeruitium, ut ſi ipſe teneatur ad forinſecum domino & feoffatori ſuo, tenens ipſe poterit alium inde ulterius feoffare ſine forinſeco, de toto vel de aliqua parte, non tamen limitatur diſtinctione dominorum, quin per totum facere poſſunt diſtinctionem, ſecundum iuris rigorem, ſed de æquitate non. Ut ſi diſtinctionem fecerit ſuper feoffato, perquirat ſibi feoffatus, per breue de medio, ſuper ſuum feoffatorem, et interim non ceſſabit diſtinctione, propter placitum de medio: quia ſi ſic: tunc fieret iniuria capitali domino. Si autem ſuper feoffatorem, bene facit: quia ipſe tenetur ſuo feoffato ad warrãtiã. Itẽ eſto quod dominus capitalis ſui tenentis confirmauerit feoffamentum, ſi tunc diſtinctionem fecerit ſuper ſuum feoffatum, feoffatus habebit deſenſionem ſuam in manu ſua, ſ. confirmationem. Si autem ſuper feoffatorem tenentem ſuum, licet ipſe nihil habeat in manu ad deſenſionem ſuam, ſi tamen petat ſeruitium ab eo, quod remiſerit ſuo feoffato, & ſic eſſet confirmatio inefficax, ſi ab vno poſſet petere quod alteri remiſit. Et unde dicere poterit feoffator quod ipſe reſpondere non teneatur: Quia ex quo dominus capitalis ſuum factum & donum confirmauit, faciendo aliquid contra, illud non poterit infirmare, quia confirmatio ſuum ſupplet defectum: & ita quod nullus eorum tenebitur, ut confirmatio magis valeat quã pereat, & quod potiũs locum teneat quã nullum. Gradus verò computandi ſunt, a primo donatorio: uſque ad tertium hæredem inſiſſium: Ut donatorius faciat primum gradum, & hæres ſuus faciat ſecundum, & hæres hæredis tertium, & hæres ſecundi hæredis quartum, qui quidem tenebitur ad ſeruitium, & facta computatione de hæredibus, filius vel filia donatorij erit primus hæres, filius vel filia talium, erit ſecundus, & filius vel filia ſecundi hæredis, erit tertius hæres, qui tenebitur ad homagium et ſeruitium faciendum, & ita quod donatorius & duo hæredes ſucceſſiue tali gaudent libertate. Et videtur quod homagium idẽ fieri non debet, propter reuerſionem ad donatorem ſi hæredes defecerint. Sed quid ſi a tertio hærede ſit homagium, & ipſe vel hæredes ſui ſine hæredibus deceſſerint, videndum erit an alij ſint hæredes, qui vix deficiunt infra quartum gradum, & ſi tales extiterint, ad eos reuertetur maritagium pro defectu hæredum in recta linea deſcendentium. Si autem nullus talis inueniatur, vel ſi fuerit & defecerit, tunc, pro defectu omnium illorum, ad donatorem reuertetur maritagium, & pro defectu hæredum, euaneſcit homagium. Item eſto quod fiat homagium ante tertium hæredem, queritur an ex tunc teneatur ad ſeruitium: & verum eſt quod ſic, ut pbat de termino ſaſti michi.

anno

Ca. 7

De acquirendo rerum dominio. Fol. 22.

anno regni regis H. xv. incipiente xvi. comitatu de Salop de Rogero de la Suche & Petronilla de wyneslogh, quia seruitium sepe sequitur homagium, quis hoc sit ad damnum soluentium. Et quid si in initio donationis liberi maritagij nulla sit charta confecta, quae in se contineat warrantizationem expressam, nec homagium sit factum, nec seruitium, & contingat donatorium implacitari & haeredes suos, si donatorem maritagij & feoffatorem suum vocauerit, ad warrantum, quaeritur an warrantizare debeant, sine charta & homagio? & verum est quod sic, quia foemina per donatorem sic maritata, vel eius pueri vel haeredes, si ipsa obierit, erunt pro charta, & sufficiunt pro charta. ¶ 4. Est autem maritagium seruitio obligatum & oneratum, quod non est liberum, vt si donator sic dederit, retento sibi & haeredibus suis seruitio debito, & sic fiet seruitium debitum siue homagium, vsque ad tertium haeridem, & tertius haeres extunc faciet homagium cum seruitio, de haerede in haeridem. Sed ante homagium factum & vsque ad tertium haeridem in vtroque casu faciet vir fidelitatem, & eius haeredes, vel vxor donatorij, dum fuerit sine viro, Liberum autem maritagium dici poterit, dum tamen fiat inde seruitium tale quale. Item nihilominus dici poterit liberum, licet inde soluantur praestationes communes, quae non pertinent ad dominum feodi, sed ad regem. Item nihilominus dici poterit liberum, si inde praestentur auxilia rationabilia, sicut de filiabus maritandis, & de filio faciundo militem, quae pertinent ad personas, quae liberè tenent, & non ad tenementum quod tenetur liberè. Item dari poterit terra ante matrimonium & post, tam viro pro se & haeredibus suis, quam vxori pro se & haeredibus suis, quam vtriusque & haeredibus suis communibus, a patre, vel matre, vel alio parente vxoris, vnde si contingat partitionem fieri inter vxorem & sorores eius participes, vel earum haeredes de communi haereditate, in partitione facienda, non venit in diuisionem, terra data viro per se: quia ipse feoffatus est sicut quilibet de populo, & ideo contribuere non tenetur. Sed terra data tam viro quam vxori vel vxori p. se, contribui debet (secundum quosdam) & indistincte, quod ego non approbo, cum mentio non habeatur de maritagio, & p. eo quod vulgariter dicitur, quod maritagium cadit in partem. Videtur ergo quod non aliud quam id quod datur ratione maritagij & affectione, & ideo de facili dicere possit quis, quod donatio simplex & pura cadit in partem, sicut maritagium, quod quidem non dicitur. Restat ergo inquirendum, vt videtur, vtrum terra sic data, ad minus, vxori ante matrimonium, data sit tali de causa. s. ad se maritandam, vel sicut cuilibet de populo, & quod nulla sit spes maritagij, vel ob spem maritagij, & secundum hoc cadet donatio in partem, vel non cadet. Diuersimode verò datur terra in maritagium cum vxore, vt si dicat donator. Do tali filiae meae tantam terram ad se maritandam; nulla facta mentione de haeredibus, videtur quod talis donatio tantum sit liberum tenementum & non feodum, & quod se non extendat ad haeredes, & vnde siue liberos habuerit siue non, videtur statim quod post mortem talis mulieris, siue maritata fuerit siue non, reuerti de beat ad donatorem, nec ad haeredes descendet, nec cum primo viro vel secundo per legem anglicanam remanebit, vel si ita data fuerit .s. ad se

G.ii.

maritan-

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

maritandam, & tenendum sibi & hæredibus suis generalitèr, licet de corpore suo nullos habuerit, alij remotiores vocantur ad successione. Si autem hæredes de corpore suo habuerit, tales alijs præferuntur, dum tamen terra remaneat primo vel secundo marito ad vitam, per legem Angliæ. Si autem terra sic data fuerit in maritagium, sibi & certis hæredibus suis, cum coarctatione. s. qui de carne suo procreati fuerint, si tales defecerint, statim reuertetur terra data ad donatorem pro defectu hæredis, omnibus alijs hæredibus exclusis. Si autem sic data fuerit, tam viro quam vxori & eorum hæredibus communibus, tales intelliguntur esse hæredes, qui de corporibus vtriusquè ipsorum communiter fuerint procreati, omnibus alijs hæredibus seperatis & a successione exclusis. Et idè si vxor a primo viro filiam procreauerit, & de secundo filium, filia ex primo viro in successione præferri debet filio ex secundo viro procreato, quod quidem esse non deberet, si terra data esset vxori tantùm & hæredibus de corpore suo procreatis, & istis omnibus deficientibus, reuertetur terra data ad donatorem, omnibus alijs exclusis, vt prædictum est. Item dari poterit terra in maritagium tam viro quam vxori, habendum et tenendum prædictis viro et vxori, et hæredibus viri tantùm, in quo casu vocantur omnes, tam alij hæredes ipsius viri quos habuerit ex alia vxore, quam remotiores. Si autem sic data fuerit, viro & vxori & hæredibus vxoris tantùm, tunc vocantur ad successione, tam hæredes vxoris de tali viro, siue masculi siue foemine, quam de alio viro, & remotiores, dum tamen masculi foeminis præferantur. Si autem sic fiat donatio, viro & vxori, & eorum hæredibus, de communibus hæredibus dici intelligitur. s. de corpore ipsorum procreatis simul & progenitis & coniunctim. Item esto quòd talis fiat donatio, vt si dicat, do tali viro tantam terram cum pertinentijs pro homagio & seruitio suo, habendum & tenendum sibi & hæredibus suis, & incontinenti adijciat in charta istam clausulam. s. in liberum maritagium cum filia mea, videtur quòd ista duo simul stare non possunt, cum sint sibi ad inuicem repugnantia, quia inde sequitur, quòd in primo casu, debeat terra sic data remanere viro & hæredibus suis quibuscunquè: & in secundo casu, tam vxori quam viro, & eorum hæredibus communibus & coniunctim, & si tales hæredes non habuerint, quòd terra sic data reuerti debeat ad donatorem, ex tacita conditione, & pacta incontinenti apposita insunt contractibus, et legèdant eis et illos infirmant. Queritur igitur cui parti standum erit: quidam dicunt quòd homagium præferri debet, cum sit primus et principalis contractus, et maritagium sit quasi accessorium. Alij vero dicunt, quòd maritagium debet præferri, vt videtur, quia terra data est propter affectionem mulieris, et occasione maritagij, et videtur quòd primum pactum debeat per posterius elidi: sed melius est, vt videtur, quòd homagium præferri debeat: quod multis rationibus doceri poterat. Item si dicatur, do tali tantam terram per modum donationis, vt filiam meam ducat in vxorem, vel per conditionem, si filiam meam duxerit in vxorem, et si ille, cui talis facta fuit donatio, illam non duxerit, vel ad alia vota conuolauerit

Ca. 7

De acquirendo rerum dominio. Fol. 23.

ita, competit donatori repetitio, et si perfecta fuerit donatio, quia terra ex
 causa data, et causa non est sequuta. Et unde si donator postquam talis
 aliam duxerit illum statim eieciat, eiectus, per assisam noue disseisine
 non recuperabit, incontinenti enim eiici videtur in ipso contractu, vel
 post contractum, & post seysnam, infra triduum vel quartum diem,
 vel aliquantulum ulterius, sed cum causa. De hac materia habetis de
 itinere Abbatis de Rading & M. de Pateshul in comitatu Leycestrie.
 Assisa noue disseisine, si Robertus filius Martini. Sed non erit ita, si
 talem duxerit in uxorem, ut conuenit, licet postmodum inter eos
 celebretur diuortium, cum sit modo & conditioni satisfactum. Sed
 alio modo competit repetitio, & hoc apparet, secundum quod ta-
 les, heredes habuerint vel non habuerint. Hæc de matrimonio ad
 presens sufficiunt exempli causa. Quoniam aliquandò reuertitur ma-
 ritagium ad donatorem, pro defectu hæredum, siue homagium in-
 teruenerit, siue non, videndum igitur qualiter reuertatur, tam de ma-
 ritagijs quam de alijs terris datis pro homagio & seruitio. Et scien-
 dum quòd quandòquè fit reuersio ad donatorem pro defectu hære-
 dum, per modum tacitum vel expressum, ut si terra data fuerit in ma-
 ritagium, vel bastardo. Item per conditionem tacitam vel expressam,
 tacitam, ut quamuis in huiusmodi donationibus nulla facta sit men-
 tio de reuersione, oportet tamen ex necessitate, quòd res data reuer-
 tatur ad donatorem, cum ius merum non habeat alius, ad quem des-
 cendat, & res sic reuersa cum donatore remanebit, quia homagium,
 si prius interuenerit, euanescit, nec ille ad quem res sic reuertitur,
 hæres erit donatorij (& de hac materia inueniri poterit, de termino
 sancti Michaelis anno regni Henrici tertio, incipiente quarto in comita-
 tu Bedeforde, de Richardo le Hare) nec ut hæres, vel quasi, nec pro hæ-
 rede, nec loco hæredis, nec factum donatorij warrantifabit aliquo ca-
 su nisi tantum dotis constitutionem, & hoc non in omni casu, nisi
 cum sit pura donatio, & non conditionalis nec modalis, ita quòd ex-
 presse reuocetur. Item reuertitur terra data non pro defectu hæredum
 tantum vel assignatorum, sed pro defectu hæredum vel assignatorum,
 de quibus nulla fit mentio in donatione, quòd res data ad ipsos des-
 cendat. Item reuertitur terra data ad donatorem pro defectu hære-
 dum, qualitercunque tenentes feoffati fuerunt, pure vel sub conditio-
 ne, vel alio modo, si omnino nullus hæres appareat, & cum donatore
 remanebit. Et si dubiterur an sit hæres, eodem modo, donec sciatur
 si hæres sit, & quis sit hæres, & in hoc casu erit donator pro hære-
 de. Item reuertitur ad donatorem terra data, non pro defectu hære-
 dum, sed quòd ius & successio descendere non poterit ad hæredes,
 propter impedimentum perpetuum, sicut pro feloniam antecessoris, de
 qua conuictus fuerit, aliquo genere conuictionis, & talis terra rema-
 nebit cum donatore, ut eschaeta sua, & ille donator ad quem sic re-
 uertitur, habebitur loco hæredis ad warrantifandum omnia quæ fe-
 lo gessit ante feloniam, dum voluit & potuit: dum tamen perfecta fue-
 rit ante feloniam: sicut donatio, vel ad terminum dimissio, quæ
 omnia

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

omnia firma erant & rata, & irritari non poterunt, licet de termino videatur quòd sic: quia videtur quòd firmarius warrantum non habeat de termino suo, sicut dici poterit de custodia. Sed re vera tenet talis dimissio, quia dominus capitalis non intrat ut custos, sed ut dominus, & loco hæredis. Ea vero, quæ antè feloniam incepta fuerunt, & non perfecta, sed in faciendo, sicut in promissionibus, & obligationibus, & dotis constitutionibus, non valent post conuictionem & condemnationem. Ea verò quæ post feloniam facta sunt, vel imperfecta in faciendo nunquam valebunt post condemnationem, nec tenebitur donator ad warrantizandum, licet sit loco hæredis in quibusdam. Et sicut res sic data, esse poterit eschaeta donatoris in dominico, eodem modo poterit ei esse in homagio & seruitio, quia medio inter ipsum, & tenentem tenentis sui sublato de medio, & loco cuius oportet eum succedere, velit nolit, quia homagium & seruitiū recusare non poterit, & sic erit loco hæredis ei, cui succedit, licet vulgaritè dicatur, quod quilibet poterit feodum suum wayuiare: sed hoc intelligendum erit cum distinctione, quòd si quis alium feoffauerit de C. libratis terræ per seruitium vnus denarij, terra sic data erit feodum donatoris, quia inde feoffat, & similiter erit feodum feoffati, quia ipse inde feoffatus est, tenendi in feodo, sibi & hæredibus suis, & vnde habito respectu ad feoffatum, feoffatus benè poterit wayuiare feodum suum, cum hoc sit ad commodum sui feoffatoris, & ad proprium incommodum suum. Feoffator autem hoc facere non potest, quia si ita esset quòd posset wayuiare feodum suū p̄ minimo seruitio, nunquam warrantiam faceret suo feoffato. Cùm igitur feoffator medius hereditatem suam forissedit, succedet ei, loco hæredis, suus feoffator superior, velit nolit & loco hæredis defendet eum, quem ille defendere tenetur cuius loco succedit, quia sicut tenementum succedere possit tenenti in dominico, ita poterit seruitium, nec illud wayuiare possit non magis quàm ipsum tenementum. Sed esto quòd quis alium feoffauerit per certum seruitium. s. per decem & ille feoffatus alium vltèrius feoffauerit per minus seruitium. s. per quinq;, queritur an principalis feoffator habere debeat seruitium ei debitum. s. decem, et nihilominus quinq;, sicut eschaeta, & sic vtrumquè, vel tantum alterum, decem vel quinq;. Item esto e contrario quòd principalis feoffauerit per minimū seruitium, & ille feoffatus alium per maius seruitium, rigor iuris vult quòd habeat vtrumquè, quia vnum est eschaeta, & aliud est debitum propter suum feoffamētum, & obligatur tenementum. Sed ita iniuste grauaretur tenens, si teneretur ad vtrumquè, cum suus feoffator tenetur eum defendere, cuius loco succedit dominus capitalis superior. Æquitas tamen sibi locum vindicat in hac parte, quòd dominus non sit in damno, quin ad minus habeat suum plenum seruitium, computato cum minori seruitio. s. quinq; in quantitate decem. Si autè e contrario dominus per minus seruitiū. s. per quinq; & suus tenens per maius seruitium feoffauerit, dominus ratione eschaetæ habebit maius seruitiū vt eschaetam, computato minori. s. quinq; in maiori seruitio tenentis. s. decem, cuius loco succedit. Quia sicut plures sunt hæredes de hærede in hæredem, propinqui & remoti, ita plures possunt

De acquirendo rerum dominio. Fol. 24.

possunt esse tenetes per plura feoffamenta successiue de tenente in tenete, & plures dñi capitales superiores, erunt domini vltimi feoffati. Sed tamē quidam erunt propinquiotes, & quidā remotiores, vsquē ad primum feoffatorem ascēdendo, & itā plures erunt tenentes capitalis domini, primi feoffatores, gradatim descendendo vsq; ad vltimum. Et sic erunt tenetes propinqui & tenetes remoti. Item reuertitur terra ad donatorem per restitutionem, vt si tenens reddiderit & restituerit domino tenementum suum, vel si illud weyuiauerit, quod benē facere potest, imperpetuum, & sic soluitur & euanescit homagium, & tale tenementum remanere poterit cum donatore, homagio nō obstante. Itē reuertitur terra data ad donatorem nō p defectu haredis, vel propter feloniam, sed sicut ad haredē proximum feoffati, vt si pater communis ante mortem suam feoffauerit filium suum medium, vel frater antenatus fratrem suum post natum, & talis obierit sine haredē de se, terra data reuertitur ad feoffatorem, fratrem ante natum, vno modo sicut eschaeta, pro defectu haredū fratris sui post nati de corpore suo, alio modo sicut haredi fratri suo, et antenato. Sed quoniam homagiū non euanescit nec extinguitur, cū sint alij haredes cognati vel fratres, nec primogenitus propter homagium poterit esse hares & dominus, cū homagium expellat dominicum & retineat seruitium, terra sic data remanere non poterit cum donatore, si sit hares ei proximus qui petat, si autem nullus sit omnino, vel nullus qui petat, terra cum tali feoffatore remanebit. Item si quis alium feoffauerit, & ille ident secundum, et secundus tertium & itā in infinitum, & ille vltimō feoffatus primum feoffatorem, tale feoffamentum stare nō poterit, non magis quā si quis alium feoffaret de aliqua terra, pro homagio & seruitio suo, & ille idem feoffatus eundem feoffatorem suum, quia sic esset simul & semel de eodem tenemento dominus & tenens, quod esse non potest, magis q̄ dominus & hares. Omnem autem reuersionem impedit confirmatio, facta ab eo qui donum alicuius poterit infirmare, et eodē modo homagium, et seruitium receptum ab eodem, & sine cōfirmatione. Idem est. s. quod impeditur reuersione, si aliquis feoffatus fuerit ab eo qui feoffare non potest, tenendi de eo qui donationem reuocare poterit, & ipse homagiū tale ceperit & seruitiū, nō potest donationē infirmare: sec⁹ si donator homagiū retinuerit & seruitiū atturnauerit vero domino pro se p manū donatorij

1. ¶ Si seruis fieri possit donatio. 2. Si fiat donatio seruo sub potestate dñi sui cōstituto. 3. Si fuerit donatio ei qui fuerit extra potestatem dñi. 4. Si seruus donationē facere possit an non. Cap. 8.

VIdēdū est etiā an seruis fieri possit donatio, sicut liberis, ad quod in primis videndū est, vtrū serui sub potestate dñorū suorū fuerint cōstituti, vel extra potestatem, et in statu liberi, et hoc siue sint manumissi siue fugitiui. Item vtrum fuerit donatio facta a domino, sub cuius potestate fuerint, vel ab alio. Si autem a domino, tunc vtrum cum charta & sine charta & manumissione, & libertate pcedente, vel sine, & tūc vtrū sibi rātū, vel sibi & haredibus suis. Si autē a dño, sub cuius potestate fuerit, & pcesserit libertas cū manumissione, valet donatio, ac si facta esset donatio cui libet alij de populo, siue hoc fiat cū charta, vel sine: Dū tamē homagiū iteruenit, nō tamē nocet si interueniat vtrūq; quā quāuis dicatur, quod

Lib. ii. De acquirendo rerum dominio.

quod seruus liberum tenementum habere non posset, tamen defenditur in possessione, ut si feoffator et suus dominus petat, & habeat prima facie actionem, seruus habet contra actionem domini sui, competentem exceptionem, & actionem, si dominus eum eiecerit contra factum suum, et cum seruus petat dominus excipiat de seruitute, seruus habet competentem replicationem de facto domini. Item si in charta contineatur, & sine manumissione expressa, habendum & tenendum liberè quietè & pacificè, sibi et hæredibus suis, licet homagiū nō interuenerit, innuitur per huiusmodi verba & vehemēter presumitur, quod donator voluit eum esse liberū, cui donatum est. Si autem in charta hoc tantum contineatur, habendum & tenendum tali (cū sit seruus) per liberum seruitium, huiusmodi verba non faciunt seruum liberum, nec dant ei liberum tenementum. Est enim longè aliud tenere liberè, & aliud tenere per liberum seruitium, quia quamuis quis teneat per liberum seruitium, non tamē propter hoc tenet liberè, quia tenemētum quod conceditur villano, tenendum per liberū seruitium, non facit villanum liberum, nisi teneat liberè, non magis quā villanagium facit liberum hominem villanum, si liber homo teneat per villanas consuetudines, quia tenementum nihil confert, nec detrahit personæ, nisi præcedat, ut dictum est, homagiū vel manumissio, vel quod tantūdem valet de concessione domini. s. quod villanus liberè teneat et quietè et per liberum seruitium, sibi et hæredibus suis. Si autem hoc solum dicatur, quod teneat per liberum seruitium, sibi & hæredibus suis, si eiectus fuerit, a quocunque, non recuperet per assisam nouæ disseisine ut liberum tenementum, quia domino competit assisa & non villano. Si tamē dominus ipsum eiecerit, queritur an contra dominum agere possit de conventionione, cū prima facie non habet personam standi in iudicio, ad hoc, quod dominus teneat ei conventionē, videtur quod sic, propter factum domini sui, ut si agat de conventionione, & dominus excipiat de seruitute, replicare poterit de facto domini sui, sicut supra dicitur, de feoffamento. Nec debent iura iuuare dominum contra voluntatem suam, quia semel voluit conventionem, & quamuis damnum sentiat, non tamen fit ei iniuria, & ex quo prudenter & scienter contraxit cum seruo suo, tacite renunciauit exceptionem villenagij, nec poterit eum tueri ignorantia, si forte prætendat quod nesciuit ipsum esse villanum, tempore contractus; quia sciuit, aut scire debuit, cuius fuit conditionis ille, cum quo cōtraxit, utrum videlicet seruus, vel liber, seruus proprius vel alienus, & utrum sub potestate sua, vel extra constitutus. Item esto quod seruo facta sit donatio a domino, ut prædictum est, pro homagio & seruitio, & cum manumissione vel sine, vel per id quod tantūdem valet, ut prædictum est, et ille idem dominus alij dederit homagia et seruitia eorum, quero an talis illos eijcere & disseyrire potest, cū non sit ibi factum suum, nec feoffamentum, & verum est quod non potest, non magis quā ille qui donationem fecit, quia cū loco eius succedat, non potest plus iuris clamare, quā ille posset cui succedit, & ipse extraneus est quantum ad tales feoffatos, & ideo de iure non competit ei exceptio villenagij, & si sit qui dicat quod competat, obstat ei replicatio de facto sui feoffatoris. ¶ 2. Si seruo alicuius

De acquirendo rerum dominio. Fol. 25.

cuius sub potestate domini constituto facta fuerit donatio, bene valet, et tenet, quamdiu dominus, sub cuius fuerit potestate, hoc ei permiserit, et vnde si fuerit disseisitus per feoffatorem suum, vel per alium, ad quem non pertinet, competit ei restitutio per assisam, contra feoffatorem suum propter factum suum & contra alios ad quos non pertinet, et quibus de iure non competit exceptio villenagij. Et quid si dominus serui, in cuius fuerit potestate, seruum suum eiciat, qui se dicat esse liberum, et proclamat in libertate, cum seruus sit? hic fiat discussio per parentelam serui productam, tam ex parte domini, quam ex parte serui, si autem seruus fuerit extra potestatem domini, aliud erit, quia tunc non respondebit seruus ad exceptionem status sui, nisi velit sponte, antequam fuerit restitutus per assisam nouam disseisinam, & ita quod primo habeat statum suum, et postea agat dominus de statu serui & non prius. Poterit enim quis esse seruus vnius, et liber homo alterius, respectiue tamen, quamuis dicatur, quod quilibet aut liber est aut seruus, nec pro parte liber, nec pro parte seruus. Et non solum competit seruo sic feoffato assisa noua disseisinam contra predictos, sed etiam heredibus suis, cum post mortem eius semel extiterint in possessione, et quousque feysinam habuerint competentem, competit eis assisa mortis antecessoris versus omnes, preterquam contra verum dominum, sub cuius fuerint potestate, quia contra ipsum non tenet assisa noua disseisinam, nec mortis antecessoris, quia licet seruus sub potestate constitutus, prima facie habeat querelam vel actionem, dominus contra ipsum habet competentem exceptionem seruitutis, et seruus nullam replicationem. Sed quare non habet dominus assisam nouam disseisinam, statim, cum seruus sub potestate sua constitutus tenementum acquiserit, ex quacunque causa eiciatur? cum dicatur quod quicquid per seruum acquiritur, id domino acquiritur: & vnde videtur quod statim ex quo seruus est in possessione, quod dominus per eum possidet, et ideo si seruus eiciatur, quod dominus per eum sit eiectus. Item quod per seruum acquiritur, id domino acquiritur, etiam nescienti & ignorantem, et adhuc dormienti. Ad quod in primis videndum erit, vtrum seruus perquisitum fecerit nomine suo proprio, vel nomine domini sui. Si autem nomine domini sui, et ad opus domini stipulatus fuerit, & contraxit, id statim acquiritur domino per seruum, sicut per procuratorem suum, et quando cumque seruus eiectionis fuerit, statim competit assisa domino & non seruo. Si autem, vice versa, stipulatus sit seruus sibi ipsi, et non domino, id non statim acquiritur domino, quamuis illud sit sub voluntate & potestate sua, antequam dominus apprehensus fuerit possessione. Quod quidem impunere facere poterit si voluerit, propter exceptionem, que ei competit, & contra quam in hoc casu nulla competit replicatio, dum tamen ipse dominus faciat feoffatori serui sui in homagio & seruitijs & alijs, quod seruus facere teneretur. Et cum dominus feysinam ita habuerit de manu sua, poterit restitutionem facere seruo, vel alij tenendum liberum vel in villenagio, et tunc competit domino assisa noua disseisinam, vel non competit, secundum quod sic vel sic. Cum autem villanus sub potestate constitutus sic disseisitus moriatur, antequam dominus manus apposerit, poterit esse contentio inter dominum serui, et feoffatorem, cuius illorum debeat esse eschaeta, tenementum sic per seruum acquisitum, et videtur quod non poterit esse eschaeta domini, quia seruus non de eo tenuit, sed de suo feoffatore.

H. i.

tore.

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

tore. Itē nec eschaeta feoffatoris, cū seru^s feoffat^{us} liber sit & habeat hæredes quantū ad suū feoffatorē, ppter suum factū & feoffamentū, et vnde si primò feoffator se posuerit in seyfinā, dñs serui nullā habebit versus eum actionē, hæredes tamen feoffati habebunt assisam mortis antecessoris, et cū per assisam recuperauerint, tunc erit illud tenementū in voluntate dñi, sicut prius fuerit tēpore mortis antecessoris. Et sciendū q̄ in hoc casu, contra omnes cōpetit assisa mortis antecessoris in persona hæredū, contra quos cōpeteret assisa nouæ disseysinæ in persona antecessoris: Si autē in vita antecessoris se poneret dñs serui in seyfinā, et feoffator miserit se in possessionē post mortē, dñs habebit assisam nouę disseysinę, saluo tamen feoffatori seruitio suo debito. Sed quid si hæres fuerit infra etatē? quis habebit custodiā & maritagium, cū sic possit dñs carere seruo suo, ex p̄missis poterit veritas benē p̄pendi. Item esto, q̄ plures sint domini, et seruus sit cōmunis, si contrahat & stipuletur, quēro cui istorū dominorum, vtrum vni vel ambobus? Respōdeo, si vni tantū, ipse totum habeat, si ambobus, tunc cōmune erit, secundū quod seru^s fuerit stipulatus. Et quid si sibi ipsi stipuletur? tūc refert quis eorū se prius posuerit in seyfinam, et vtrum vnus vel ambo, vel omnes, et secundū hoc &c. Sed sēper ratio habenda est, de parte dominorum. Itē esto q̄ seruus donationē fecerit de eo, quod ei datum est, tunc distinguendū, vt sup̄ra, vtrum seru^s tenuerit vt liberum tenemētum, vel vt villenagium, quia si vt villenagiū, dñs cōpetit repetitio, sed si liberū tenemētum, tūc nec ei, nec dñs suo, quia tenet qd' actū est, et dñs sibi imputet q̄ tantū expectauit (de seruitio autē restat querendum) et sic constat q̄ qui sub potestate alterius fuerit, dare poterit. Sed qualiter hoc? cū ipse qui ab alijs possidetur, nihil possidere possit. Ergo videtur q̄ nihil dare possit, quia nō potest quis dare qd' non habet, & nisi fuerit in possessione rei dandę. Respondeo, dare potest qui seyfinā habet qualēcunq;, et seruus dare potest, & quandoq; irritari possit donatio & quandoq; nō, secundū rationē p̄missā. ¶ 2. Dictū est sup̄ra quid iuris, si donatio facta fuerit ei qui est sub potestate dñi, nūc autem dicendū quid iuris, si fiat illis donatio, qui fuerint extra potestatem, sicut seruis fugitiuis, vel seruis extra villenagiū natis, et cui acquiritur res data, & possessio: et sciendum est q̄ seruo, et si dñs eum elegerit sine iudicio, dicunt quidā, q̄ nō cōpetit seruo restitutio per assisā, quia si cōpetit ei actio, obstabit ei agenti exceptio seruitutis. Sed reuera, si cōtra ipsū excipiat, replicare poterit de manumissione, vel q̄ excipienti non cōpetit exceptio seruitutis. Itē excipere poterit de priuilegio. Itē excipere poterit q̄ est in statu libero, et si de statu suo ageretur, haberet responsiones & exceptiones cōpetētes, quib^{us} se tueri posset in statu suo libero. Oportet igitur ante omnia, de statu cognoscere, et corpus disrationare, & tūc habeat dñs quicquid sequitur corpus, vz sequelā, sicut pueros & catalla, et tenementa, qd' quidē prius fieri non potest: quod si prius fieri possit, quare deducerētur catalla in iudiciū, p breue de natiuis, si de statu agatur: cū dicat breue, q̄ vic. faciat habere tali, talē natium & fugitiuum suum cum sequela sua, et catallis suis, et si antequā corpus disrationaret, sine iudicio sibi vsurparet terras et catalla, ei petenti seruum suum per breue, in causa

causa status, ob stare posset exceptio spoliationis, ita quod petens nunquam audiretur ante plenam restitutionem catallorum et tenementorum. Et quod tenementum contineri possit sub generalitate catallorum, quantum ad dominum, videtur, quia ex catallis illorum seruorum (quae dominorum esse debent) empta sunt tenementa, cum igitur dominis non competat exceptio villenagij, contra eos qui sunt extra potestatem, si replicetur, multo fortius nec eis competit, qui nihil iuris habent in seruis neque in catallis. Et sicut non poterit quis seruum suum fugitiuum, dum fuerit in statu libero disseydere, quia recuperet per assisam, antequam corpus habeat sub sua potestate, cum petatur in seruitutem sicut de seruis fugitiuis, licet sunt serui: ita nec possunt liberi sub potestate dominorum constituti ut serui, qui dici poterunt statu serui, assisam portare si fuerint disseyditi, nec habent recuperare, antequam se docuerint esse liberos, si proclament in libertatem. Dictum est in curia regis, coram Iustic. de banco apud westm, per Iohannem de Metingham, et socios suos Iustic. ibidem, quod si natiuus alius fugitiuus fuerit & extra potestatem domini sui, siue infra ciuitates, siue antiquum dominicum regis, vel alibi, et reuersus fuerit & inuentus in fundo seruili: ubi traxit originem, et comprehensus a vero domino suo ibidem vel a suis, quasi auis in nido, hoc probato, si talis illud dedicere velit in curiam regis, imperpetuum seruus erit. Infra plus de hac materia, de assisa nouae disseyfine. Item tenementum non mutat statum liberi, non magis quam serui. Poterit enim liber homo tenere purum villenagium, faciendo quicquid ad villenagiū pertinebit, et nihilominus liber erit, cum hoc faciat ratione villenagij, et non ratione personae suae, et ideo poterit, quando voluerit, villenagiū deserere, et liber discedere, nisi illaqueatus sit per uxorem natiuam ad hoc faciendum, ad quam ingressus fuit in villenagiū, et quae praestare poterit impedimentum. Est enim purum villenagiū, a quo praestatur seruitium incertum & indeterminatum, ubi sciri non poterit vespere, quale seruitium fieri debet mane, vbi ubi quis facere tenetur, quicquid ei praecipit fuit. Item non mutat statum liberi, villanum socagium, non magis quam liberum. Sed quamuis de villano socagio fiat certum seruitium, propter hoc non habebit liberum tenementum (ad hoc facit supra de dominico domini regis per totum) quia hoc facit ratione tenementi, licet non ratione personae. Vtrumque tamen tenere poterit per certa seruitia & expressa, ex conventionem tamen, ad vitam vel in feodo, et quo casu conuetio & consensus dominorum, facit ei liberum tenementum, quamuis opera faciant seruilia, tallagia, et alia, cum sint certa & determinata. Merchetum vero pro filia dare, non competit libero homini, inter alia, propter liberi sanguinis priuilegium, et unde in dominicis domini regis, distinguendum erit inter liberos, et villanos sockmannos, qui in dominico domini regis nati sunt, et ab antiquo tenuerunt in villenagio: et pueros villanos, et illos qui aduenticij sunt, et tenuerunt per certa seruitia & expressa, ex conventionem, quamuis ad similitudinem villanorum sockmannorum, et quorum non est similis conditio, quia in persona vnius erit liberum tenementum, et in persona alterius villenagiū. ¶ 3. Item videndum est an seruus dare possit, et sciendum quod de iure dare non potest tenementum quod in villenagiū tenentis,

H.ii.

vel

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio,

vel in villano focagio: quod si de facto fecerit, incontinenti reuocari poterit res data, sine breui, et non sine breui ex post facto. Si autē villanus, sub potestate constitutus, vel extrā, tenementum acquisitum, antequam dominus manum apposuerit, ad alium transtulerit, benè tenet donatio, nec reuocari poterit, cūm dominus per negligentiam suam actionem suam amiserit. Si autem villanus sockmannus villanum focagium ad alium transferre voluerit, prius illud restituat domino, vel seruienti, si dominus præsens non fuerit, et de manibus ipsorum fiat translatio ad alium, tenendum liberè vel in focagio, secundum quod domino placuerit, quia ille villanus sockmannus, non habet potestatem transferendi, cūm liberum tenementum non habeat, sed dominus. Et per hoc videri poterit manifestè quòd si talis sockmannus eiectus fuerit, quòd ei non competit assisā, sed domino.

1 ¶ Si fiat donatio alicui ad terminum vite donatoris vel donatorij, et de donatione facta ad terminum vite vel annorum. Cap. 9.

Fieri etiam poterit donatio ad terminum, vel ad tempus: ad terminū, vite vel annorum, vite, tam donatoris quāam donatorij, vel alterius ipsorum tantum. Item ad tempus .i. quousquē, vel donec prouisum fuerit donatorio, et tunc refert, vtrum mentio fiat tantum de donatore, sine hæredibus, vel de donatore & hæredibus suis: & siue sic vel sic, refert vtrum prouideri debeat tantum donatorio, vel donatorio & hæredibus suis. Quo casu, si hæredes non comprehendantur, nec prouisum sit a donatore in vita donatoris vel donatorij, remanebit res data in feodo cum ipso donatorio. Si autem prouisum sit in vita ipsorum, reuertatur terra data ad ipsum donatorem, per modum donationis. Si autem comprehendantur tantum hæredes donatoris et non donatorij, et donator nec hæredes eius prouiderint donatorio dum vixit, remanebit res data donatorio, et hæredibus suis in feodo, quāuis hæredes donatoris, vel donator post mortem donatorij, parati sunt hæredibus ipsius prouidere. Si autem vice versa, tantum contineantur hæredes donatorij, et non donatoris, si donator prouiderit donatorio, vel eius hæredibus, reuertitur terra sic data ad donatorem, et si donator in vita sua non prouiderit, non sufficit si post mortem suam velint hæredes prouidere, cūm modus donationis se habeat in contrarium. Si autem in donatione ab initio nulla facta sit mentio de hæredibus, si in vita ipsorum donatoris et donatorij non sit prouisum, terra sic data non reuertitur ad donatorem, nec hæredes suos, sed cum hæredibus donatorij in feodo remanebit. Si autem donatio fiat alicui ad vitam donatorij & non donatoris, et non in feodo, tunc erit terra data, liberum tenementum ipsius donatorij. Si autem e-conuerso, tunc erit liberum tenementum donatoris, et non donatorij, quia in vita donatorij reuocari potest, si præmoriatur donator, hoc est, quia si donator in vita donatorij moriatur, statim reuertitur res donata ad hæredes donatoris, et sic non erit liberum tenementum donatorij, quia in vita sua reuocatur. Si autem fiat donatio sic, ad vitam donatoris, donatorio & hæredibus suis, si donatorius præmoriatur, hæredes ei succedent

cedent, tenendum ad vitam donatoris, et per assisam mortis antecessoris recuperabunt, qui obiit vt de feodo. Et si donator p̄moriatur, tunc, vt prius, erit liberum tenementum donatoris, et non donatorij, p̄dicta ratione. Sed propter hoc, hæredes inde ordinare non poterit: vt de termino, sicut in primo casu, quia statim post mortem donatoris, reuocabitur res donata. Si autem nulla facta sit mentio de hæredibus donatorij, tamen non statim reuertitur res data ad donatorem, nisi donatorius intestatus decesserit, vel si cum testamentum fecerit, nullam, de tali tenemeto quasi ad terminum annorum sibi relicto, fecerit mentionem, quod quidem si moriens inde in testamento ordinauerit, sicut de catallis, bene valebit testamentum. Si autem donator sic donationem fecerit pro se & hæredibus suis tali, nulla facta mentione de hæredibus donatorij, vel quod ad vitam suam, res sic data erit liberum tenementum quoad vixerit donatorius, quia taliter dare, perinde est, ac si daret ad vitam. Si autem fiat donatio ad terminum annorum, quamuis longissimum, qui excedat vitas hominum, tamen ex hoc non habebit donatorius liberum tenementum, cum terminus annorum certus sit et determinatus, et terminus vitæ incertus, et quia licet nihil certius sit morte, nihil tamen incertius est hora mortis. Poterit etiam quis terram alicui concedere ad terminum annorum, & ille eandem, infra terminum illum alteri dare, vel eidem in feodo, et sic mutare vnam possessionem in aliam, si firmarium feoffauerit. Si autem alium, vtraque possessio durabit, quia sese compatiuntur terminus, et feoffamentum de eadem terra, quia ibi sunt diuersa iura, ad feoffatum verò pertinet proprietates feodi & liberum tenementum, firmarius verò nihil sibi vindicare poterit, nisi vsum fructuum .s. quod liberè vti possit & sine impedimento feoffati percipere vsum fructuum. Item dare poterit quis alicui, terram ad voluntatem suam, et quamdiu ei placuerit, de termino in terminum, et de anno in annum, & in quo casu, ille qui accipit nullum habet liberum tenementum, cum dominus proprietatis rem sic concessam repetere possit sicut a precario. Item esto quod A. primò dimiserit ad terminum annorum, et postea, durante termino, feoffauerit inde B. et in possessionem induxerit, saluo firmario termino suo, & cum nihil sibi retinuerit idem A. nisi tantum nudum dominium, de facto feoffat ipsum firmarium, si idem B. post terminum completum, se ponat in seysinam ratione primi feoffamenti, et firmarium eiecerit, non competit firmario restitutio per assisam, quia ipse A. non potuit ei facere liberum tenementum, cum non haberet nisi nudum dominium. Sed hoc recognito per assisam, tenebitur ipse A. secundo feoffato ad escambium, in ipso iudicio, sine alio breui, propter fraudem. Cum verò ipse primò feoffatus semel se posuerit in seysinam, et per secundum feoffatum fuerit eiectus, per assisam recuperabit, et non valeat donatio ab eodem facta, quia nihil habuit in dominico, nisi nudum dominium. s. homagium & seruitium: vt habetis de termino sancti Hillarij anno regni regis Henrici in comitatu Norff. de Cicilia de Stradesete, et priore hospitalis sancti I. de Iherusalem in Anglia. Nec si talis donator vel hæres eius ratione talis donationis vocaretur ad warrantum, warrantizare teneretur.

Et

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

Et ad idem facit de termino sancti Michaelis anno regni regis H. decimo tertio declino quarto incipiente xiiii. in principio.

¶ De donatione facta in liberam eleemosinam. 2. Quod quis dare possit terram liberam quam tenuit. Cap. 10.

POterit etiam fieri donatio in liberam eleemosinam, sicut ecclesijs cathedralibus, conuentualibus, parochialibus, viris religiosis, et quandoq; in liberam eleemosinam et perpetuam, et quo casu, nō excusatur ille qui accipit a p̄estatione seruitij. Si autem fiat donatio in liberam, puram, et perpetuam eleemosinam excusatur. Et de hac materia plenius infra, de assisa. Ad istam donationem sequentur casus speciales. Quia esto quod quis dederit terram alicui domui religiosæ quæ fuit eschaeta sua & de feodo suo: sed quam nūquam prius habuerit in dominico suo, tenendam in puram et perpetuam eleemosinam, et quietam ab omni seculari seruitio & exactiōe, et ita liberè sicut aliqua eleemosina alicui domui religiosæ liberius & melius dari possit. Si ille qui eam feoffauit inde alicui alteri fecit consuetudines & seruitia, et de quibus illi religiosi nunquam acquietantiam habuerint, si cū implacitati fuerint de seruitio illo, feoffatorem suum vocauerint ad warrantum, warrantifare nō debet, licet verum sit quod quis possit liberius terram dare, quam ipse tenuit, quia non dedit nisi quod suum fuit warrantizare. s. terram quæ fuit eschaeta sua, remittens eis seruitium sibi debitum, alienum autem seruitium per talem donationem tollere: nō potuit nec minuere, nisi hoc specialiter susciperet in se, de alterius domini volūtate, cum warrantia & defensione, quod autem suum fuit, remisit, pro se & hæredibus suis, et quantum ad se & ipsos, liberam et puram fecit eleemosinam, quantum ad alios verò nequaquam. Item esto quod quis sic dicat, do tali tantā terram ita liberè sicut illam tenui, die quo illi feci donationem, vel sicut vnq̄ liberius tenui, vel sicut ego vel aliquis antecessorum meorum illam liberius vnquam tenuimus, quo casu, videndum erit si terra illa libera sit erga alios, vel onerata, et de quibus seruitiis, et quibus, et a quo tempore, vt sic teneatur donator ille qui dedit, vel non teneatur. ¶ 2. Item ¶ quis liberius dare possit terram in liberā, puram, et perpetuam eleemosinā, quam ipse tenuerit de feoffatoribus et capitalibus dominis suis. Et quod hæredes tenentur warrantizare si chartam cognouerint, vel probata fuerint, habetis de itinere M. de Pateshul, de loquela diuersorū comitatuū quæ fuerūt super iudiciū in itinere suo anno regni H. tertio de magistro militiæ templi in Anglia. Item si quis dederit alicui domui religiosæ terram, cum corpore suo, in extrema voluntate, et inde moriatur seysitus, nō valet donatio, nisi interueniat hæredis confirmatio, quæ omnē supplet defectum. Et vnde si hæres post confirmationē petat per assisam, obstabit ei exceptio cōfirmationis, licet prima facie videatur, ¶ cōfirmatio nulla, vbi donum præcedens inualidum iudicetur. Si autem per tres dies vel quatuor ante mortem suam, vel antequam religioni se transtulerit, dederit, et seysinam domui religiosæ fecerit, non succurritur hæredi per assisā mortis antecessoris ad seysinam recuperandam, quia seysitus non obijt, et

De acquirendo rerum dominio. Fol. 28.

et statim efficitur liberum tenementum, cum simul concurrunt ius & seysina, vt de vltimo itinere M. de Pateshul, in comitatu Eborum. Item pluribus fieri poterit donatio simul et in eodem tempore, sicut in diuersis temporibus et successiue.

¶ De donationibus factis pluribus simul siue successiue. 2. Si pluribus bastardis simul de concubina. Cap. 11

Pluribus & legitimis poterit fieri donatio successiue, vt supradictum est, vel simul omnibus ab initio, et quorum omnes possunt esse plenæ ætatis, vel infra ætatem, vel quidam eorum. Et si omnes infra ætatē sint, oportet q̄ donator omnibus det tutorē, quia ipse donator tutor esse non poterit, ne seysinam suā continuare videatur, nec poterit minor donationi consentire, nisi hoc faciat tutore authore. Si autē omnes plenæ ætatis extiterint, non erit necessaria tutoris autoritas, quia quilibet eorum sufficit sibi ipsi. Si autē quidam infra ætatem, & quidam non, si donator voluerit, possunt maiores esse tutores minorum, dū tamē nulla suspitio habeatur, q̄ machinari velint in mortem minorum, tollitur autem suspitio, vt si fiat donatio patri vel matri, et eorum pueris legitimis. Aliud tamen esset, si fratri, vel auunculo, vel nepoti, propter ius accrescendi. Sed cum aliquis eorū sine hærede decesserit, cum sint ita feoffati simul et non seperatim, quæritur si pars decedentis accrescere debeat superstitibus, vel ad donatorem reuerti pro defectu hæredum? et verum est quod non ad donatores, nec ad superstitēs, per ius accrescēdi, sed ex iure successionis, quia poterit quilibet esse hæres alterius, cum sint legitimi, quod esse nō potest de bastardis, sicut inferius dicitur. Nec ratione alicuius partis decedentis competit domino capitaliseysina, quia si se poneret in seysinam, sic superstitibus faceret disseysinam, cum nullā partem seiat vt possit distinguere ab alia, et quam partem debeat habere custos. Sed quid si vnus moriatur, relicto hærede infra ætatem existente, quæritur in cuius custodia remanebit, et quam partem habere debeat custos in custodia? cum nullā sit pars certa vel determinata. Oportet igitur de necessitate q̄ fiat partitio rei datæ vt dominus capitalis certam partem habeat in custodia. ¶ 2. Item fieri poterit donatio pluribus bastardis, de concubina natis, sicut legitimis, vt si fiat donatio pueris alicuius bastardi, duobus vel pluribus, et quo casu, dari possunt curatores (vt supra) si fuerint infra ætatem, et si vnus illorum obierit sine hærede de se: quæritur vtrum reuerti debeat pars decedentis ad ipsum donatorem pro defectu hæredis? cum deficient hæredes de corpore decedentis, et non poterit eorum aliquis alteri succedere de iure successionis, cum quilibet eorum alteri sit extraneus, quo ad successionem, videtur quod ad donatorem reuerti debeat, facta partitione, nisi sit qui dicat, quod pars decedentis accrescere debet superstitibus, per ius accrescēdi: cum non possit de iure successionis. Si autem facta fuerit donatio pluribus simul, tam legitimis quam bastardis et eorum hæredibus, et legitimus moriatur, nulla facta partitione, relicto hæredibus, fiet partitio vt supra, quia bastardi habere poterint hæredes de corpore suo: si autem nullos reliquerit, tunc videtur, quod

Lib. ii. De acquirendo rerum dominio.

q̄ locum habere debeat ius accrescēdi, et eodem modo fiat de bastardo, sicut superius dictū est, et sic videtur, q̄ quāmdiu vnus eorum vel aliquis eorum h̄redum superstes fuerit q̄ nihil ad donatorem reuerti debeat, nisi tunc demū, cū omnes defecerint. Item fieri poterit donatio pluribus pueris, tam nominatis quā non nominatis, et tam natis quā nascituris, et tam absentibus quā pr̄sentibus, et itā q̄ si minores sint, et eis tutor detur, vbicunquē fuerint, pr̄sentes vel absentes, nati vel nascituri, acquiritur eis per tutorem, qui nomine eorum fuerit in possessione, quia ipse possidet, cuius nomine possidetur, et eis acquiritur absentibus p̄ curatorem, tanquā p̄ procuratorem, sicut domino, absentī & ignorāti, et etiā dormienti per seruum acquiritur, vt per procuratorem, si nomine domini stipuletur, et etiā sicut acquiritur vero h̄redi absentī per custodem, cū nomine veri h̄redis fuerit in possessione. Item fieri poterit donatio legitime concubinæ suæ, et pueris suis, pr̄sentibus & absentibus, natis & nascituris, et si omnes infra ætatem extiterint, poterit mater esse in seysina nomine proprio, et nomine puerorum suorum, sicut tutrix & curatrix, et sic poterit ipsa habere liberum tenementū nomine proprio, et curationem nomine liberorum, in eodem tenemento, et sic acquirere poterit sibi ipsi liberum tenementum cū fuerit in possessione ex causa donationis, nomine proprio, et pueris suis omnibus tam minoribus quā maioribus, vt prædictum est, et ex sua procuratione. Et vnde si cū in possessione fuerint, eijciantur, quidam vel omnes, competit eis assisa nouæ disseysinæ ad seysinam suam recuperandam, et cū absentes fuerint & non admittantur, eodem modo competit eis assisa, quāuis per se ipsos personaliter prius in seysina nō extiterint, quia sufficit si alius nomine eorum, sicut procurator, vel curator, quia per procuratorem acquiritur possessio absentī, et retinetur sicut corpore proprio, et similiter animo procuratoris, sicut animo proprio, cū acquiri possit ignoranti, sicut sciēti, & absentī sicut pr̄sentī. Item fieri poterit donatio pluribus personis simul, extraneis, sicut ex parentela coniunctis, vt supra, vt si A. donationē fecerit B. & C. simul, qui sese non contingūt & eorum h̄redibus, qui si h̄redes habuerint, cui libet eorū locus erit partitioni. Si autē alicui ipsorū tantū, ipsius h̄redes succedunt in solidū, propter vnionē donationis, & ius accrescendi. Et si nullos h̄redes habuerint, reuertetur terra data ad donatorem. Itē si pluribus fiat donatio, sicut viro et vxori simul & nō p̄ se & eorū h̄redibus, et nō vt maritagium, sed vt purū feoffamentū: tūc refert vtrū certis & coarctatis h̄redibus, vel vtrū vniuersaliter omnibus. Si autē coarctatis & certis h̄redibus, et illis deficientibus reuertitur res donata ad donatorem, quibus alij extiterint. Si autē vniuersaliter omnibus, tūc si cōmunes eorū h̄redes extiterint, tales alijs præferuntur, si autē defecerint, tūc separati (vt videtur) admittantur. Si autē fiat mentio q̄ terra data sit in maritagium cū vxore & eorū h̄redibus, cōmunes h̄redes de corpore vtriusq; admittantur, qui si defecerint, reuertitur terra data, & alij remotiores excluduntur: quia res data, est liberū tenementū vxoris, & nō viri, cū nō habeat nisi custodiā cū vxore. Si autē sic detur terra in maritagium, viro cū vxore, et eorū h̄redibus, p̄ homagio & seruitio viri (quod

De acquirendo rerum dominio. Fol. 29.

(quod fit aliquādò) licet detur in liberum maritagium, quæ sunt sibi adinuicem aduersantia siue repugnãtia, tunc præfertur homagium, & erit ac si fieret donatio, tam viro quàm vxori. Item si vxor rem viri dederit sine assensu viri, viro competit restitutio, vel per assisam nouæ disseysinæ, vel per breue de ingressu, sicut cuilibet alij de populo. s. de eo, quod sine voluntate sua alienauit. Si autem econtrariò, vir rem vxoris suæ dederit, nunquã reuocabitur in vita ipsius viri, eo quòd viro suo, vxor contradicere non potest. Si autè vir rem tam sibi quàm vxori datã dederit, vxor donationem viri in vita viri reuocare non potest, sed si vxor donationem fecerit, vir illam reuocare poterit.

¶ Si vir vxori donationem facere possit constante matrimonio. Cap. ii.

Item queritur an vir vxori donationem facere poterit, vel econtrariò: constante matrimonio. Matrimonium autem accipi possit, siue sit publicè contractum, vel fides data, quæ separari non possunt, & reuera donationes inter virum & vxorem, constante matrimonio, valere non debent, et est causa, ne fiant propter eorum libidinem, vel nimis eorum immoderatã egestatẽ. Et quæ huiusmodi donationes nõ valent, probatur in rotulo de termino sancti Mich. anno regni regis H. xv. comitatu Lincolnie, de itinere, Assisa mortis antecessoris, si Helewisa, cui quidam Eudo donationem fecerat, postquã eam affidauerat, & cum qua publicè postea contraxit, & vbi hæredes Helewise nihil ceperunt per assisam mortis antecessoris de seysina ipsius Helewise. Ad idem facit de termino sancte T. anno regni regis H. xvij. de Petronilla quæ fuit vxor wilhelmi de sancto Martino, comitatu Norf. quæ cum post mortem viri sui eiecta esset de tenemento ei sic dato, recuperare non potuit seysinam per assisam nouæ disseysinæ, quia donũ & seoffamẽtum illud, ipso iure nullum. Item ad hoc facit de termino sancti H. anno reg. Henrici octauo comitatu Not. de Roberto de walingh: & Iohanna vxore eius vbi dicitur quod nõ valet talis donatio, maximè, quia vxor cui donatũ fuit, nunquã seysinã habuit, ante desponsationem, & ex quo vir suus obiit inde seysitus: & quia terra illa nunquã separata fuit ab alijs terris ipsius viri sui. Sed quid si post diuortium factum, fiat talis donatio: bene valet, & tenet. Item esto, quod cum talis donatio directè fieri non poterit a viro vxori, vel econtrã constante matrimonio, si fiat indirectè, ita quòd vir dederit extraneo, vt extraneus statim vel post mortem suam rem datam det vxori, vel econtrariò. Si vxor donationem velit facere viro, videtur quòd valere non debet, quia sic fit fraus constitutioni, & perinde est ac si directè fieret donatio, nec refert, vtrum quid fiat, vel per simile, vel per id quod tantundem valet. Contrarium tamen factum fuit, & malè de errore curiæ, & quasi de consilio curiæ, de Godfrido de Crewcombe, qui dedit terrã Roberto de Muscegros, vt idem Robertus illam daret post mortem ipsius Godfridi, vxori ipsius Godfridi. Item esto, quòd fiant donationes antè sponsalia, et ante matrimonium, videndum an valere debeant, & quòd prima facie valere debent videtur, quia donationes in concubinato collatas non posse reuocari constat, nec si matrimonium fuerit postea

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

postea inter eos contractum, ad irritum recedere non poterit, quod ante de iure valuit, sed hoc erit cum distinctione, quia refert utrum hoc fiat ob causam & affectionem matrimonij subsequenter, vel non, quia post, si inter tales personas contractum sit matrimonium, manifeste videtur quod maritalis honor & affectio pridem precesserat personis comparatis, considerata vite coniunctione. Sed esto quod post talem donationem ad alia vota conuolauerint vir & vxor, & ad actus contrarios, reuocari non poterit talis donatio, si fuerit pura & sine omni conditione. Si autem conditionalis, ut si ita contrahatur, do ut facias: reuocari poterit, quasi causa non sequuta. Simples donationes faciende non sunt, nec ante nuptias nec ante matrimonium, nec in ipso matrimonio, sed propter nuptias, ut si fiat dotis constitutio & ita tamen quod dotis quantitatem non excedant, scilicet tertiam partem, quae dicitur dos rationabilis, ut C. de donationibus ante nuptias L. Cum milite. Si igitur ubi dicitur quod si nomine & substantia nihil distat a dote donatio ante nuptias facta viro, quare non ea simili modo & matrimonio contracto dabitur? scimus itaque, omnes licentiam habere, siue priusquam matrimonium contraxerit siue postea, mulieribus donationes facere, propter dotis donationes, ita quod vir constituere possit dotem ante matrimonium, & in matrimonio, & post, ut tamen non simplices donationes intelligantur, sed hoc propter dotem, & propter nuptias factas: simplices etenim donationes non propter nuptias fiunt, sed propter nuptias vetite sunt & propter alias causas, propter libidinem forte, vel vnius partis egestatem, & non propter ipsarum nuptiarum affectionem efficiuntur, secundum quod superius tactum est. Et si tales fieri possunt donationes ob amorem inter virum & vxorem habitum, posset alter eorum egestate & inopia consumi, quod non est sustinendum, et vnde donatio inter virum et vxorem ab initio inualida est, & nullo tempore valitura, nisi post mortem eorum interueniat confirmatio heredum, qui possent huiusmodi donationem infirmare. Confirmatio vero talium, validam facit donationem, quae prius fuit inualida & omnem supplet defectum.

¶ Si feo post feloniam donationem fecerit vel dimiserit ad terminum. Cap. 13.

Item inter alia videndum est, an ille, qui feloniam fecerit, donationem facere possit, & feoffare, vel ad terminum dimittere, ad hoc quod valeat donatio vel dimissio, & si ea, quae ante feloniam fecerit, quando voluit & potuit, valere debeant, & tenere, siue terram dimiserit ad terminum, vel in feodum, et etiam ea quae post feloniam factam fecerit, aliquo vel omni tempore valere debeant & tenere. Ad quod videndum est, verum donatio facta fuerit ad terminum, vel in feodo, & perfecta quando voluit & potuit, & valet quidem quod agitur, tam de termino quam de feoffamento. Item nec pater felonis, si forte filius primogenitus fecerit feloniam in vita patris, si pater videns quod hereditas ad heredes suos remotiores descendere non posset, sic fecerit donationem, non valebit: nisi hoc fuerit per modum donationis: ut si pater ita feoffatus fuerit per char-

tam

De acquirendo rerum dominio. Fol. 30.

tam sibi et hæredibus suis, vel cui dare vel assignare voluerit, quod quidem facere non potuit, si donatio tantum facta fuerit sibi & hæredibus suis. De feoffamento verò planum est. Sed de termino possit dubitari, quia videtur prima facie, quod terra sic data ad terminum, ante feloniam, statim cum fuerit condemnatio subsequuta, licet terminus non sit completus, debeat esse eschaeta domini capitalis, quasi deficiente warranto ad similitudinem eius quod dicitur, quod si aliquis dimiserit terram aliquam alicui usque ad terminum annorum, & ille qui dimiserit ante terminum completum moriatur, hærede relicto & infra ætatem existente: si capitalis dominus firmarium eiecerit, cum confirmatio sua non interuenerit, remanebit terra in manu capitalis domini, cum blado & fructibus in terra illa inuentis, usque ad hæredis ætatem, quamuis hæres terminum illum warrantizare teneatur. Et sic videtur, quod multotiens eijci potest firmarius post feloniam factam & conuictam, quasi deficiente warranto suo. Et sicut videri poterit de vxore felonis dotem suam petente, quia obstabit ei exceptio, quod warrantum de dote sua non habuit: Et in quo casu distinguendum erit, vtrum terra vel tenementum dimissum fuerit ad terminum vel ad firmam, ante feloniam commissam, quando dominus rei voluit et potuit, vel post feloniam, quando voluit & non posset. Si autem ante feloniam quando voluit & potuit, tunc tenet terminus, sicut & omnia alia quæ ritè facta sunt ante feloniam, tempore congruo & licito. Et cum feoffamentum tali tempore factum valeat & teneat, multò fortius valere debet terminus, & tenere, quia si potest quis id quod maius est, multò fortius & id quod minus est: & vnde si capitalis dominus se posuerit in seysinam, & firmarium eiecerit, perquirat sibi firmarius per breue commune, sicut quilibet de populo, nec obstat quod dicitur de seysina custodis, quia in vno casu se in seysinam ponit, non vt dominus rei, sed vt custos, & custodia non adimit terminum, sed differt, nec terminus custodiam adimit nec differt. In alio verò casu non ingreditur seysinam vt custos, sed vt dominus et loco hæredis, & cum loco hæredis ingrediatur, omnia facere debet quæ pertinent ad hæredem, & quæ ille facere deberet, cui ipse succedit, quamuis nomine eschaetæ, ac si feloniam non commisisset, scilicet warrantizare, acquietare & defendere debet. Nec succedit dominus capitalis ratione eschaetæ, nisi in vniuersum ius, quod ille habuit cui succedit, & vnde cum ille qui dimisit non posset firmarium, de iure eijcere si feloniam non commisisset, pari ratione nec ille qui plus iuris non habet quam ille qui dimisit. Et si post feloniam commissam, dimiserit felo ad terminum, semper tenebit terminus imperpetuum, quousque conuincatur, nec obstat quod dicitur, de vxore felonis dotem petente, quod obstat ei exceptio, quod warrantum non habeat post feloniam conuictam: quia quæuis dos ritè constituta fuit ante feloniam factam & conuictam, tamen si petat post feloniam conuictam, obstabit ei exceptio quod warrantum non habeat, omnia enim quæ antè feloniam factam ritè acta sunt, semper valent & tenent, siue subsequuta fuerit condemnatio siue non. Ea verò quæ post feloniam facta sunt, semper valent & tenent, nisi fuerit condem-

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

ratio subsequuta, & si fuerit subsequuta non valent, & omnia quæ incepta fuerunt ante feloniam, vel post feloniam, post condemnationem nunquam perducere poterunt ad effectum, nec finem accipere, obstante exceptione felonie, & unde in hoc casu non est distinguendum, nisi inter ea quæ perfecta sunt & ea quæ perficienda, & utrum condēnatio subsequuta fuerit, vel non subsequuta. Et sic sufficienter dictum est de ijs quæ ad terminum dimittuntur. Si autem in feodo, siue ante feloniam vel post, omnia valent & tenent quousq; fuerit condemnatio subsequuta, & sic ea quæ perfecta fuerint ante feloniam semper tenent, & valēt, & ea quæ facta sunt post feloniam semper remanent in suspenso, quousquē condemnatio subsequuta fuerit, vel non subsequuta. Ea verò que imperfecta sūt, quocunquē tempore fuerint incepta, ante feloniam vel post, nunquā post condemnationem produci possunt ad effectum. Sed esto quod iustitiarij terram datam in feodo, vel ad terminum dimissam, ante feloniam factam, cum felo conuictus fuerit aliquo genere conuictionis de facto (licet non de iure) ceperint in manum domini regis, & ita q̄ habuerit annū & diem, nunquā poterit dominus capitalis talē seysinā recuperare, qualē rex habuit, non de iure, quia terram datam in feodo non poterit felo foriffacere, nec etiam datam ad terminum, ante terminū cōpletū alicui tenendam in dominico, propter seruitutem quam firmarius sibi acquisiuit ante feloniam perpetratam, de vsu fructuū habendo ad terminū vitę vel ānorū. Sed reuera quia post terminum reuersura est ad capitalem dominū, tanquā eschaeta sua, habebit rex terminū suū, dum tamen in fine termini satisficiat firmario ad valentiam, ita q̄ nihil firmario deperat. Et si fortē capitalis dominus autoritate sua propria se ponat in seysinam, post annum & diem, firmarius habebit regressum versus eū per commune breue. s. quare se intrusit in terrā illā infra terminum suū. Si autē felo dimiserit ad voluntatē suā terrā, & de anno in annum ante feloniam perpetratam vel post, statim post condemnationē, terra illa erit eschaeta capitalis domini, dum tamen dominus rex habeat terminum suum. Et quod nunquam ante condemnationem, vel donec felonia conuincatur, possit terra felonis esse eschaeta capitalis domini, conuenit lex cum consuetudine Anglicana F. de donatione L. post contractū, vbi dicitur q̄ post contractū capitale crimē, donationes factę valent, nisi cōdēnatio subsequuta sit.

1 ¶ Si fiat donatio de re aliena.

Cap. 14.

Vidimus in præcedentibus quæ donatio valeat cum effectu, de re propria, & quæ reuocari non poterit, cum donator illam statim fecerit accipientis: Nunc autem videndum si donatio fiat de re aliena, & quæ quidem non valet cum effectu, quantum ad ipsum, cuius res fuerit, licet valeat & statim fiat accipientis quantum ad donatorem & donatorium, & quantum ad illos qui ius non habent, non tamen valet, quantum ad illum qui ius habet, statim, sed post tempus: quia si incontinenti ei jciat feoffatum, per assisam recuperabit. Sed si per negligentiam vel patientiam tempus habuerit, sine breui & iudicio disseysiri non poterit: Poterit autem

De acquirendo rerum domitio. Fol. 31.

tem res esse omninò aliena & ex toto, quantùm ad ius & proprietatem, & feodum, & liberum tenementum, vsùm fructuum & nudum vsùm, & aliquis posuerit se in feysinam, per disseysinam vel per intrusionem, cùm forte inuenerit rem vacantem. Et si talis dum ita fuerit in feysina donationem fecerit, valebit quantùm ad ipsum & feoffatum suum, & alios qui ius non habent, vt priùs dictum est, donec per illum, qui ius habet, reuocetur. Item poterit esse aliena quantùm ad omnia prædicta, et alicuius in possessione existentis quoàd nudum vsùm, vel quoàd hoc quòd seruitutem habeat in re quoàd vsùm fructuum percipiendum, siue ad certum terminum vel ad voluntatem. Item quoàd hoc, q̄ habeat custodiam, vel curam, vel huiusmodi, in quibus casibus si dum sic fuerit in feysina, quali quali, donationem fecerit, statim fit res data accipientis quoàd dantem & accipientem, & quoàd alios, qui ius non habent. Sed quoàd verum dominum nunquam erit liberum tenementum, nisi ex lōga & pacifica feysina, & unde si incontinenti post tale feoffamentum posset verus dominus ponere se in feysinam, omnes quoscunq; tenere posset exclusos a possessione. Item poterit res esse propria pro minima parte, & aliena pro maiori, vt si quis habeat liberum tenementum de re aliqua, & alius proprietatem & feodum, vt si mulier in possessione fuerit nomine dotis, vel alius qui tenuerit ad vitam suam per donationem vel per legem Anglię, vel donec ei prouisum fuerit, vel huiusmodi, & tales donationem fecerint, statim faciunt accipientis liberum tenementum, & si eijciantur, statim recuperabunt per assisam, versus quoscunq;, præterquã versus verum dominum, si ille statim eijciat. Et cùm tales liberum habeant tenementum, statim & sine mora ex causa donationis ad alios transferunt id, quod habent, Sed si dominus proprietatis, antequam tempus habeant & longam possessionem & pacificam, taliter feoffatos eiecerit, nunq̄ recuperabunt versus eum, quia feysinam non habet, nec tempus, quod sufficere possit ad habendum liberum tenementum. Nec ipsi donatores aliquo tempore habebunt regressum, ex quo, animo et corpore, & sine spe reuertendi recesserunt a possessione. Si autem p̄ negligentiam vel patientiam domini proprietatis, per tantum tempus extiterint in feysina, q̄ sine breui eijci non possunt, si a proprietario fuerint implacitati, vocare possunt ad warrantum feoffatores suos, & cùm eis fuerit warrantizatum, tenere possunt ad vitam feoffatorum, & post mortem eorum, habebit proprietarius regressum versus eos, per breue de ingressu, si post feoffamentum tale, non interuenerit confirmatio proprietarij, vel hæredum ipsius, cùm ius ad ipsos peruenerit. Et hæc vera sunt, nisi sit qui dicat, q̄ tales qui sic alienauerint ad exhæredationem veri hæredis, haberi debent pro mortuis, et ita huiusmodi donationes statim validæ sunt, quoàd dantes & accipientes & alios qui ius non habent, & quoàd proprietarium et eius hæredes, in pendentibus sunt & inualidæ, quousquẽ per eos infirmetur vel confirmetur. Item poterit quis habere ius merum, & proprietatem feodi & liberum tenementum, ex aliqua iusta causa acquisitionis, & ex iusto titulo, & alius hæc omnia, sed maius ius merum & proprietatem & liberum tenementum ex alia iusta causa acquisitionis, p̄pter tēporis prioritatem. Sed quid dicetur de eo qui nullam

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

nullam omnino feysinam habuit, nec aliquam iuris scintillam, si donationem fecerit de re quam alius tenet, per seipsum vel per alium nomine suo; non faciet rem accipientis, cum ipse nihil teneat, quia non potest plus iuris ad alium transferre quam ipse habet, nec plus valebit ista donatio quam valeret, si aliquis transiens per aliquod manerium ab aliquo possessum, diceret socio suo viatori, do tibi tale manerium quod talis possidet, quia nihil aliud esset dicere, quam dare ei plenam pugnata ex nihilo, cum possessio non sit vacua. Item esto quod seruus, qui a domino possidetur, villenagium quod a domino tenuerit, dederit alicui, & tunc observetur in omnibus secundum quod superius dicitur, & secundum quod donatorius longam habuerit feysinam vel breuem, & secundum quod dicitur inter placita que sequuntur regem, anno regni regis H. xxj. Assisa noue disseysing, si Simon filius wydonis. Item esto quod quis donationem fecerit alicui de terra, que pro parte est aliena, ut si proprietarius donationem fecerit alicui de terra, quam mulier tenet ad vitam nomine dotis, vel aliter per legem Anglie, vel alio quocumque modo ad vitam, talis donatio non valet, nisi ille qui ad vitam tenuerit, se dimittere voluerit & a possessione recedere. Aliter enim non poterit donator proprietarius inducere donatorium in vacuum possessionem. Si autem se sic non dimiserit, non valebit donatio cum effectu, ante mortem mulieris, sed quatenus ad ipsum pertinet, inducere poterit donatorium in feysinam, & dare ei quod ipse habet. s. ius proprietatis & feodum, & attornare ipsi donatorio seruitium mulieris, & quod sit ei intendes sicut warranto suo de dote sua, & quocumque casu si donatorius post mortem mulieris primam habuit feysinam, & donator vel eius heredes petierint, defeditur donatorius vel eius heredes in possessione per exceptionem. Si autem donator vel eius heredes primam habuerint feysinam, dabitur donatorio vel eius heredibus, actio ex conventionione. Item esto quod proprietarius donationem fecerit secundo viro vxoris, cuius ipse fuerit warrantus de terra quam ipse vir & vxor simul tenent nomine dotis, de dono primi viri sui, & si talis warrantus donationem facere voluerit, non potest donatorium inducere in feysinam vacuum, cum sint idem corpus & eadem caro vir & vxor, nec poterit donator attornare seruitium vxoris viro suo, ratione predicta. Et unde si post mortem vxoris eiectus fuerit, ex tali donatione feysinam non recuperabit.

1 ¶ *Qualiter in donationibus mutatur vna causa possidendi in aliam causa possidendi. 2. Si fiat donatio alicuius rei excepta aliqua parte. Cap. 15.*

MVtatur quandoque per donationem vna causa possidendi in aliam causam possidendi, ut si quis ab initio habuerit in aliqua re nudum usum, ex concessione proprietarii habere poterit usum fructuum. Item si ab initio habuerit usum fructuum & terminum, habere poterit, existente termino, & dum sic fuerit in possessione, liberum tenementum, absque eo quod se ponat extra feysinam; dum tamen interueniat solempnitas in ipsa mutatione, ne contingat donationem deficere pro defectu proba-

De acquirendo rerum dominio. Fol. 32.

probationis. Item mutari poterit vna causa in aliam, vt si quis habenti liberum tenementum concedatur, dum sic fuerit in feodo, quod illud teneat in feodo, & inde habeat proprietatem, sicut videri poterit de illis qui tenent nomine dotis, vel per legem Anglię, vel huiusmodi, poterunt enim de libero tenemento feodum facere possidentis: Vel quod id quod quis prius ad terminum habuerit, dari ei possit in feodo, & quę solemnitas inde erit faciendā, siue presentes fuerint donator & donatorius siue absentes, non itaque mutatur causa & possessio ipso iure, quia aliud est habere ius vtendi & vsum fructuum tantum, & aliud longē dominium & proprietatem, & vnde tutius est, quod adhibeatur solemnitas ad probationē mutationis, quę nisi fuerit adhibita, deficere poterit probatio, licet ius nō deficiat. Et poterit donator & verus dominus, cum voluntate tenentis, mutare vnā causam possidendi in aliam, sine mutatione possessionis, nec est necesse resumere rem semel datam ad causam mutandam, cum semel fuerit quis in possessione, ac si de nouo fieri deberet donatio, quia si quis per intrusionem vel disseysinā semel habuerit ingressū, possit ei verus dominus concedere rem tenendā in feodo, sine mutatione possessionis licet iniusta sit, multo fortius si iusta. Sed hoc facere possit, sine preiudicio alterius, vt si primò facta fuerit donatio minori in feodo, cuius causa mutari non poterit ad damnum & preiudicium, sed vt eius melioretur conditio, mutari non poterit infra etatem ad damnum suum. s. quod habeat ad vitam, quod ei prius datum fuit sibi & hæredibus suis, vel quod ei datum fuit in feodo, vel ad vitam, detur alteri, ad damnum minoris. Est etiam ecclesia eiusdem conditionis, quę fungitur vice minoris, sicut in comitatu Lincolnie de quadam ecclesia in Heblād, vbi quædā terra primò data fuit personę & ecclesię & successoribus, & postea mutauit donationē donator de ecclesia in priuatas personas. s. personę & hæredibus suis, quod esse nō debuit, quia hoc esset in preiudiciū & dānū ecclesię. Et sic poterit donator mutare causā possidendi de vna causa in aliā sine pmutatione possessionis, & de persona in personā non poterit sine mutatione possessionis, nec de ecclesia ad priuatā personā cū dāno ecclesię. Itē esto quod quis donationē fecerit viro de dote vxoris quam habuit de donatione primi viri sui, & qualiter donatorius vt debet seysina sua, non enim poterit habere vacuam possessionem; nec vti per se. Et si vxor vellet resignare in manū domini proprietatis dotē suā, vt inde feoffaret virū suū, sic esset donatio, quę est prohibita, inter virum & vxorem, & fieret fraus constitutioni. Si autē vellet seruitium vxoris attornare viro suo, non valeret, cum omnia quę vxoris sunt, sunt ipsius viri, nec habeat vxor potestatem sui sed vir & vnde dicitur quod talis donatio valere non debeat. Sed præmortua vxore, cum vir fuerit in possessione, si donator petierit vel eius hæres, obstabit petenti exceptio donationis, si autem extra, vir per actionem obtinebit, si autem vir pminoratur, non dabitur hæredi suo actio, ex quo vxor nunq̄ mutauit statū suū. Sed esto quod tantū fiat donatio vxori sine viro p se, de terra quā in dotē tenuerit, benè valet, et tenet donatio, facta mutatiōe de libero tenito vsq; in feodū. Si autē vtriq; illorū fiat donatio, et eorū hæredib⁹ seperatis vel cōmunib⁹, benè valet donatio, facta mutatiōe cōmunis possessionis.

Item

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

¶ 2. Item sic donatio alicuius rei, excepta aliqua parte certa, & tunc refert, utrum pars illa excipiat in initio donationis, ut si dicat donator, do tibi tale manerium cum pertinentijs, per hæc verba transfertur totum manerium, & cum addat & dicat incontinenti, excepta tali parte: Ita extra capitur pars illa post donationem, quavis ante traditionem non. Si autem sic dicat, do tibi tale manerium cum pertinentijs, retenta mihi tali parte, vel salua, aliud erit: quia in hoc casu nihil transfertur ad donatorium, nisi id tantum quod transferri voluit, & ita illa pars quam retinuit, semper cum eo est & semper fuit. Et unde si hæres donatoris postea donationem confirmaverit, nihil aliud confirmat per illam generalitatem donatorio, nisi rem illam, secundum quod data fuerit, & cum eisdem pertinentijs, quia nihil aliud confirmat per illam generalitatem, nisi illud tantum quod fuit in donatione comprehensum, & unde si in prima donatione, excepta fuit aduocatio ecclesie, illa generalis confirmatio, aduocationem non comprehendit, & secundum quod res data transfertur, ita confirmatur, quia confirmatio nihil confert donationi, nec detrahit, vel diminuit. Sicut poterit donator mutare causam possidendi de re donata in personam donatorij absque resumptione & mutatione possessionis, sed non transferre de persone in personam sine mutatione possessionis: Ita poterit donator in donatione sua cum consensu accipientis, legem, conditionem, & modum apponere quem voluerit, dum tamen hoc non sit in preiudicium aliorum, quavis hoc esse possit in preiudicium sui ipsius, & hæredum suorum, quamuis hoc sit contra legem terre, & consuetudinem regni, cum conuentio quandoque legem vincat. Et simplex esse poterit donatio, mera, & pura sine conditione, vel modo, & totius rei, absque aliqua retentione de re ipsa, vel eius pertinentijs, poterit enim quis dare rem, & partem rei retinere, vel partem de pertinentijs. Et quod fuit pars pertinentiarum post donationem factam, statim definit esse de re illa vel de pertinentijs eius, quantum ad donatorium. Item potest quis dare totum ius quod habet in re. s. tam possessionis, quam proprietatis ipsi donatorio & hæredibus suis quiete de se & hæredibus suis imperpetuum: & ista donatio dicitur simplex & pura, & tali donationi poterit donator si voluerit, in initio donationis legem apponere & conditionem, ut res data, post tempus ad ipsum reuertatur cum iure possessionis tantum, tenendi ad vitam suam, & ita quod rei proprietatis remaneat cum donatorio, vel ita quod utrumque; ius tam possessionis quam proprietatis remaneat cum donatorio, et quod usus fructus, reuertatur post tempus ad donatorem, ad terminum vite vel annorum. Item qui proprietatem habet tantum, & alius habeat possessionem sed liberum tenementum, id quod habet alteri dare potest. s. proprietatem, saluo tenenti libero tenemento suo, & iure possessionis, ad vitam, & quod post mortem eius reuertatur possessio ad proprietatem, & quo casu attornare debet ille, qui possidet, de seruitio & alijs, ei qui proprietatem habet, sicut prius fuerit attornatus donatori. Et eodem modo si quis habens utrumque; ius, concesserit alicui usum fructum, videlicet ad terminum, id quod habet alteri concedere potest, saluo tamen firmario termino suo. Item si quis habens utrumque; ius proprietatis & possessionis, concesserit alicui ius utrumque; tali adiecto modo,

ut

Ca. 15^a
De acquirendo rebus dominio. Fol. 331

ut post tempus reuertatur ad ipsum possessio, tenendi ad vitam, & ut inde habeat liberum tenementum, remanente proprietate cum donatorio, non statim ingrediatur donator, quocumque colore: sicut causa hospitali eodem die, nec in crastino, nec vterius recenter utendo ut prius, quia per hoc presumitur quod nunquam animum habuit recedendi a possessione, cum utrumque consurgere debeat in donatione, videlicet quod donator possessionem relinquat animo et corpore. Et post longum tempus ex conuentione si ingrediatur, si contra conditionem reiciatur, habet assisam recuperandi ex conuentione. Si autem alius .s. donatorius contra ipsum assisam portauerit, habebit exceptionem ex conuentione et si forte ingredi non possit, ex conuentione habebit actionem. Item eodem modo, si ex recognitione post aliquod tempus facta in curia domini regis quæ recordum habet, dum tamen recognitio & confessio vera sit, cum oporteat confessionem in ea re factam, esse veram & naturalibus conuenire, valebit quod actum erit. Et si donator forte confiteatur donatorium fuisse in seysina tempore confessionis factæ, cum non sit, non valebit confessio, nec ea quæ sequuntur, locum habere debent. Si autem donator post tempus longissimum, videlicet decem annorum vel vterius, quod quidem tempus obliuionem inducit, qualiter tunc utatur ut dominus vel aliter, hoc donatorio non nocebit, propter tempus. Item si in omnibus istis casibus supradictis, quancumque ingrediatur donator, refert si statum suum mutauerit omnino vel in parte, vel non mutauerit. Quia si omnino mutauerit statum suum, quod ubi prius usus fuit ut dominus, modò utatur ut seruiens; vel mercenarius, hoc donatorio non nocebit, quia donator omnino statum suum mutauerit, et valde inhumanum esset, si filius vel amicus donatorem hospitio non reciperet, saltè ut hospitem, cum se non ingerat sicut prius; vel sicut dominum. Si autem ex toto vel in parte ingressus, non ex conuentione vel recognitione se gerit ut dominus, tunc aliud erit. Ut si quis donationem fecerit suo filio primogenito & hæredi, vel frater antenatus fratri suo post nato, ne per homagiū excludatur hæres, vel frater antenatus a successione, si forte donatorius sine hærede de se decefferit. Item poterit quis dare filio suo post nato sic, ut primogenitus non excludatur ab hæreditate, ut si quis ita dederit. Do tali filio meo postnato, pro seruitio suo, tantam terram, tenendam de me tota vita mea, sibi & hæredibus suis, et post mortem meam de capitalibus dominis feodi, pro seruitio quod ad terram illam pertinet: si postnatus præmoriatur, antenatus succedet ei, quia homagiū non interuenit. Si autem sic, tenendū de capitalibus dominis, si excludit se a custodia. Item si sic fiat donatio filio antenato a patre communi, pro seruitio siue homagio, tenendum de capitalibus dominis, et talis in vita patris moriatur, postnatus siue fuerit maior siue minor, succedet ei, patre excluso a custodia, et si minor fuerit, ad dominum capitalem pertinebit custodia. Si autem maior tunc releuium.

Lib.ii De acquirendo rerum dominio.

De distinctione chartarum. 1. De distinctione chartarum, alia regia, alia priuatarum.
2. De distinctione chartarum, regium debent iusticiarij distingarum et ras iudicari. 3. Charta
etiam dandi dedit, oportet quod certa firma seruitus que remane debent in compensationem pro re
data. 4. De rebus et clausulis contentis in charta. 5. De seruitijs et consuetudinibus
contemptis in charta. 6. Que seruitia dicuntur spiritus et quare. 8. De seruitijs que
nec dicuntur intrinseca nec spiritus sed concomitantia. 9. Quod tenementum dici de-
bet locarium, et quod militare feodum. 10. De clausula warrantie. 11. Quod non ob-
stante dominio, potest quis excauari le warrantie per clausulam appositam in charta ne
beneficium warrantie. 12. De officitate signi et de testibus. Cap. 16.

Speritis autē dictū est q̄ si donatio alicui ob causā pręteritam, quā
diū seruit, vel pręsentem, quā benę seruit, vel futurā, quā benę ser-
uiet, & talis donatio benę dici poterit seruitij futuri remuneratio . .
Nunc de donationibus que dantur p̄ homagio & seruitio simul. Et sicut
oportet q̄ certa sit res que datur, ita oportet q̄ certa sint seruitia que dan-
tur pro re data. Et fiunt aliquando donationes in scriptis, sicut in chartis,
ad perpetuam memoriam, propter breuem hominum vitā, et vt facilius
probari possit donatio. Et tamen nihilominus valet, licet scriptura nō in-
teruenierit, dum tamen alias habeat p̄bationes. ¶ 2. Et sciendum quōd
chartarum, alia regia, alia priuatarum: et regiarum, alia priuata, alia con-
munitatis, et alia vniuersitatis. Itē priuatarū, alia de puro feoffamento et sim-
plici, alia de feoffamento conditionali, siue conuentionali, et secundū;
omnia genera feoffamentorū fieri potest. Itē priuatarū, alia de recogniti-
one pura vel conditionali. Itē alia de quietē clamantia, Item alia de con-
firmatione. Et de hac materia inueniri poterit infra, de finali concordia.
Charta verō de puro feoffamento, est de simplici feoffamēto, sine aliqua
adiēctione. Conditionalis, vt si cōditio donationi sit adiecta, vt supra vi-
deri poterit. Item de recognitione, vt si tenens rem quam tenet et ab eo
petatur, recognouerit ius esse petentis. Vel econuerso, si petens rem quā
tenēs tenet, recognouerit ius esse tenentis, tenēdū de se vel de alio, vel si
illā remisit et quietū clamauerit. Itē de pura quietā clamantia, vt si pe-
tens purē remisit, et quietā clamauerit tenenti, terram quam petijt
vt ius suum. Item charta de confirmatione, quę alterius factum consoli-
dat, et confirmat tantū, et nihil noui attribuit, sed aliquando confir-
mat et addit. Item earum quę sunt priuata et simplices de pura donatio-
ne, remanent donatorio & eius hęredibus. Si autem communes sint, du-
plicari debent quōd quilibet habeat partem suam: Vel deponi in aqua
manu cuiuslibet partium, cūm necessariē fuerit exhibenda. Et si penes do-
natorium remanserit, donator, eo quōd sua interest, petata donatorio
exhibitionem, cūm donatorius fortē aliquid petata donatore quod do-
nator negauerit, vel de quo dubiretur, vel si donator petat es donatorius
negat, tunc donatorius vel exhibeat instrumentum, vel ei denegatur ac-
tio, si petens fuerit, vel si ab eo petatur, remaneat in defensus, commu-
nis enim esse poterit aliqua ratione, vt si terra datur ad tertium annū
rum vel ad firmam. Item communis esse poterit alia ratione et perpe-
tua, vt si quis donationem fecerit alicui de aliqua re, retenta sibi ali-
qua parte illius rei, vt si quis manerium dedit, retenta sibi quarta parte

parte, vel de eius pertinentijs. Vt si quis manerium dederit, retenta sibi aduocatione ecclesiæ vel huiusmodi, et si tenens dicat se totum tenere, cum donator petat, ostendere debet tenens chartam ad probandam exceptionem suam, quod si non fecerit, exceptio sua nulla, et amittat sicut indefensus. Si autem chartam fortè exhibere non possit, quia illà ad manum non habuerit, de necessitate erit ad patriam recurrèdum. Et eodem modo si casum allegauerit, et casum pbauerit. Et sciendum q̄ priuatorū instrumentorum tres sunt species, nam facit aliquandò quis scripturam sibi ipsi, et tali scripturæ non erit fides adhibenda, aliquandò facit contra se, et tali scripturæ adhibetur fides, aliquandò tamen facit quis scripturam sibi ipsi et alij, et contra se & pro se, quæ communis est, et de qua superius dicitur, et de quibus agitur, de conuentionibus factis inter priuatas personas, et talis scripturæ dicitur charta cyrographata, quæ scinditur per medium, et vna pars remanet parti vni, et altera alteri. Et vnde quàmuis non liceat alicui partium a conuentionibus recedere, tamen non solet aliquandò necessitas imponi curiæ domini regis, de huiusmodi conuentionibus priuatis discutere. Sed tamen si quis a cōuentione recedat, succurritur alteri parti, per actionē de conuentione, secundum quod inferius dicitur. Et notandum quòd omniū scripturarum priuatarum, quibus quis vti voluerit in iudicio pro se, copiam faciet aduersario suo contra se: sed petens petere non debet quòd tenentis instrumenta exhibeantur ad suam intentionem fundandam, cum nō teneatur armare aduersarium suum contra se, nisi fortè instrumenta sua sint communia, nec etiam poterit tenens petere quòd exhibeantur ei instrumenta petentis ad exceptionem suam probandam, secundum quod prædictum est, maxime nisi sint communia. ¶ 3. De chartis verò regijs & factis regum, non debent nec possunt iusticiarij, nec priuatæ personæ disputare, nec etiam si in illa dubitatio oriatur, possunt eam interpretari, et in dubijs & obscuris, vel si aliqua dictio duos contineat intellectus, domini regis erit expectanda interpretatio et voluntas, cum eius sit interpretari, cuius est concedere, et etiam si omninò sit falsa propter rasuram, vel quia fortè signum appositum est adulterinum, melius & tutius est quòd coram ipso Rege procedatur ad iudiciū. Item nec factū regis, nec chartam potest quis iudicare, ita quòd factum domini regis irritetur. Sed dicere poterit quis, q̄ rex iusticiam fecerit, et benè, et si hoc, eadem ratione quòd malè, et ita imponere ei quòd iniuriam emendet, ne incidat Rex & Iustic. in iudiciū viuentis dei, ppter iniuriā. Rex autem habet superiorem, deum. s. Itē legem, per quam factus est rex. Itē curiā suam, videlicet Comites, Barones, quia Comites dicuntur quasi socij regis, et qui habet sociū, habet magistrum, et idè si rex fuerit sine fræno. i. sine lege, debent ei frænū ponere, nisi ipsi met fuerint cum rege sine fræno, et tunc clamabunt subditi et dicent, domine Ihesu Christe in chamo & fræno maxillas eorum constringe, ad quos dominus, vòcabo super eos gentem robustam & lōginquam & ignotam, cuius linguam ignorabūt, quæ destruet eos, et euellet radices eorū de terra, et a talibus iudicabuntur, quia subditos noluerunt iuste iudicare, et in fine, ligatis manibus & pedibus eorum, mittet eos in

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

caminum ignis, et tenebras exteriores, vbi erit fletus et stridor dentium.

¶ 4. Si priuata persona fecerit donationem de re certa, ex causa futura, oportet q̄ certa sint ea, quę donatori præstari debent in retributionē p̄ re data, vt si fiat donatio pro homagio & seruitio, vel pro seruitio tantū sine homagio, fieri enim poterit donatio p̄ homagio & seruitio propriē de feodo militari, impropriē verò fit homagiū de sockagio, cū inde fieri deberet tantū fidelitas, et nō homagiū, et si de facto fiat homagiū, non tamen sequitur propter hoc, q̄ ad dñm capitalē pertineat custodia & maritagiū, quia custodia et maritagiū non semper sequitur homagium, quia ad quē huiusmodi pertineant, per homagiū non determinetur, sed p̄ seruitium, secundū quod tenementū tenetur p̄ seruitium militare, vel per sockagiū. Vt si quis donationem fecerit filio suo primogenito, et heredi, vel frater antenatus fratri suo postnato, ne p̄ homagiū excludatur hæres vel frater antenatus a successione, si fortē donatori sine herede de se decesserit. Itē potest quis dare filio suo postnato, sic, vt primogenitus nō excludatur ab hereditate. Vt si quis itā dederit. Do tali filio meo postnato pro seruitio suo tantā terram, tenendam de me tota vita mea sibi et heredibus suis, et post mortē meā, de capitalibus dominis pro seruitio quod ad illam terrā pertinet: si postnatus præmoriatur, antenatus succedet ei: quia homagiū non interuenerit. Si autē sic: tenendā de capitalibus dominis, sic excludit se a custodia. Item si fiat donatio filio antenato ab ipso patre cōmunī, pro seruitio siue homagio, tenendū de capitalib⁹ dominis. et talis in vita patris moriatur, postnatus frater, siue fuerit maior, siue minor succedit, patre excluso a custodia. Et si minor fuerit, ad dominū capitalem pertinebit custodia & maritagium. Si autem maior, tunc releuium. Et qui teneantur ad homagium & fidelitatē, et qui non, et quę sequuntur homagia, pleni⁹ dicetur inferi⁹, de homagijs. ¶ 5. Fit autem donatio in scriptura per hæc verba. Sciant præsentēs et futuri, q̄ ego talis, dedi et concessi, et hac præsentī charta mea confirmauī tali, pro homagio et seruitio suo, tantā terram cū pertinentijs in tali villa &c. vt infra. Et vnde p̄ hoc, quod dicit, Ego talis, vult quod certa persona cōprehendatur in donatione quę dat, et per hoc quod dicit, dedi, vult q̄ res data fiat accipientis, et per hoc quod dicit, concessi, perpendi poterit ex hoc, quod donationi cōsensum præbuit, quia nō multum differt dicere concessi, q̄ dicere consensi. Itē per hoc quod dicit, præsentī charta mea confirmauī, per hæc innuit q̄ vult, quod voluntas sua, per quā res transfertur ad donatorium, et quę firma esse debet, præsentis charta, sigillj sui munimine, cōfirmetur.

b. Est enim cōfirmare, id quod pri⁹ firmū fuit, simul firmare. Item per hoc quod dicit, tali, vult quod certa persona exprimat̄ cui fit donatio. Hoc videtur contrarium ei, quod dicitur supra de pluribus bastardis filijs de concubina &c. Item quod fieri poterit donatio pluribus pueris, vbi dicitur, quod pueris natis et nascituris fieri poterit donatio: Sed non nominati et nascituri sunt incertæ personæ, ergo incertis personis fieri poterit donatio: et itā non est necesse, quod certa persona comprehendatur in donatione, cuius contrarium innuitur hīc. Sed non est contrā, quia licet dicatur quod donator vult exprimere certam personam cui facit donationem,

nationem; cum eam tali personæ fecit, ut hic: non tamen negat per hoc quin fieri possit incertæ personæ, ut ibi. Item per hoc quod dicitur, pro homagio & seruitio suo, vult quod certa sit causa, pro qua fit donatio. Et idem si sic dicat, pro seruitio sine homagio. Item per hoc quod dicit, tantam terram, vult quod certa res deducta sit in donatione, et certæ pertinentiæ quæ tunc pertinuerunt, cum res venit in donationem. Item per hoc quod dicit, in tali villa, vult quod certus locus comprehendatur, in quo res sita est quæ datur. Item contineri debet, habendam et tenendam tali et hæredibus suis generaliter, vel cum coarctatione hæredum, liberè et quietè, honorificè, benè et in pace, vel in liberum maritagiū, tali et hæredibus suis talib⁹, vel tali Abbati, vel priori, et successoribus suis, in liberam & puram eleemosinam. Item tali et hæredibus suis vel assignatis, secundum quod, superius videri poterit in exemplo manifestè. Et per hoc quod dicitur tali & hæredibus suis, vult donator quod comprehendantur certæ personæ ad quas descendere debet res donata post mortem donatorij per modum donationis, et per quod perpendi poterit si tales hæredes defecerint, quod per modum tacitū reuerti debeat res donata ad donatorē. Item per hoc quod dicit, liberè, non vult quod rei datæ, seruitus imponatur: ut si quis velit uti aliquo iure in re data, ad quā seruit⁹ non pertinet, neq; vsus. Item per hoc quod dicit, quietè, vult quod quietem habeat & pacem, quod uti possit donatorius re data pacificè, et non inquietetur. Est enim quies idē quod requies, siue pax, et si componatur cum hac præpositione (in) erit ibi in quies. s. non quies. Et non refert ad hoc, quod non possit uti omnino vel minus commodè, secundum quod, inferius videri poterit, de consuetudinibus et seruitijs præstatis in assis. ¶ 6. Itē dicitur, reddendo inde per annū tantum, ad certos terminos tales, et faciendo inde talia seruitia, et tales consuetudines, quæ omnia debent esse certa & expressa in charta, quibus expressis & in charta nominatis, cum infinita sunt genera seruitiorum & consuetudinū, alia omnia seruitia & consuetudines, quæ expressa non sūt, tacitè videntur esse remissa. Et impossibile esset omnia in charta exprimere, ad quæ donatorius non teneretur, licet charta expressè non æquiequet, satis enim acquiequet, ex quo specialiter non onerat. Item dicitur, pro omni seruitio, consuetudine seculari, exactione & demanda, per quam generalitatem, videtur expressè remittere omnia alia seruitia, consuetudines, et demandas seculares quæ ad dñm pertinet de tenemēto, licet hoc in charta expressè non contineatur. Sunt enim seruitia & consuetudines quæ pertinent ad dominū feodi, et consuetudines et seruitia quæ pertinent ad regē, sicut sectæ ad iustitiam faciendam, per breue de recto, et ad pacem, sicut de latrone iudicando, et pro aförciamento curiæ in prædictis. Ad dñm verò fundi donatorē, pertinet seruitia ratione rei datæ, sicut reddit⁹, siue debeat aurū, siue argentū, in pecunia numerata, ut si dicatur, reddendo inde per annū x. aureos vel argenteos siue x. solidos, vel si seruitiū consistat in fructu, ut si dicatur, reddendo inde per annū x. coros tritici, siue x. quarteria vel hmoi, si seruitiū consistat in solido, si autē in liquido, ut si dicat, reddēd' inde per annū x. dolca vini, vel x. cados olei. Itē si certa res repromittat vel sub distictione, ut si dicat, reddēd' inde per annū quādam calcaria deaurata vel

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

vel sex denarios, vel vnam libram piperis, vel cumini, vel cere, vel quadam chirothecas, vel tot denarios, et in quo casu, tenens habet electionem, vtrum istorum soluere velit, et vnum soluendo, liberatur, et hæc omnia & plura alia consistunt in redditibus et in redditionibus. Est tamem quoddam genus redditus, qui datur ab aliquo, percipiendus de re aliqua certa, cum distinctione vel sine, qui non dicitur seruitium, sed quasi ex feoffamento liberum tenementum, de quo infra dicitur, de Assisa. Item sunt quedam seruitia quæ pertinent ad dominum capitalem, et quæ consistunt in factionibus, et fiunt ex consuetudine, de termino in terminum, et de quibus oportet quod fiat mentio in scriptura, et alioquin peti non poterunt, vt si dicatur, et faciendo inde sectam ad curiam domini sui et hæredum suorum, de quindena in quindenam, vel de tribus septimanis in tres septimanas, quolibet anno, de termino in terminum. Item faciendo inde tot aruras & tot messuras, tot falcationes, et quæ omnia pertinent ad dominos feodi, ex tenementis sic datis liberis hominibus, et proueniunt ex tenementis, et dici possunt feodalia, siue prædialia seruitia, et non personalia, nisi ratione prædiorum et tenementorum. Item poterit quis feoffare alium per seruitiam, quæ quidem multiplex esse poterit, et vnde quedam pertinent ad ipsum dominum feoffantem, et quedam ad ipsum regem, vt si dicatur, per seruitium equitandi cum domino suo, vel domina, qui proprie dicuntur Rodknightes, vel per seruitia tenendi placita dominorum suorum, vel portandi breuia infra certa loca, vel pascendi leporarios & canes, vel mutandi aues, vel inueniendi arcus & sagittas, vel portandi, et de ijs seruitiis non poterit certus numerus comprehendi. Et huiusmodi seruitia omnia dici possunt intrinseca, quia in chartis et in instrumentis sunt exprimentia, et dominis capitalibus remanebunt. Et cum propter exercitum regis & patriæ tuitionem non fiunt: Ideo ex talibus seruitiis nullum competere deberet maritagium, nec custodia domino capitali, non magis quam de Socagio. Eccem hic dicitur, quod ex paruis seruitiis, quæ non respiciunt Regem nec patriæ defensionem, vt equitare cum domino vel domina, et portare breuia et huiusmodi, non habetur maritagium, cuius contrarium ponit per exemplum. Contrarium autem habetur de quadam Abbatisa de Berking, inter placita, quæ sequuntur regem, anno regni regis Henrici coram W. de Raleigh, et quæ recuperauit custodiam & maritagium de hærede cuiusdam tenentis sui, qui tenebat tenementum suum in manerio de Berking per seruitium equitandi cum ea de manerio in manerium, quod quidem S. de Segraue non approbavit. Sunt & alia genera seruitiæ, quæ ad dominum capitalem non pertinent, sed ad dominum regem, pro exercitu regis ad patriæ tuitionem vel defensionem, et hostium deprehensionem: vt si quis ita feoffatus fuerit, s. per seruitiam inueniendi domino Regi vnum hominem vel plures, ad eundem cum eo in expeditionem ad exercitum, equites vel pedites, cum aliquo genere armorum, et ex tali seruitia competit domino capitali, siue de domino rege tenuerit, siue de alio, custodia et maritagium hæredis, quod quidem non esset tenendum in casibus prædictis. Illud idem seruatur si quis teneat per seruitium, inueniendi domino regi, certis locis, et certis temporibus,

poribus, unum hominem, et unum equum, et saccum cum brochia p ali-
qua necessitate vel utilitate exercitum suū contingētē. ¶ 7. Item sunt
quædam seruitia, quę dicuntur forinseca, quę sunt in charta de feoffamē-
tis expressa & nominata, et quę ideo dici possunt forinseca, quia pertinet
ad dominum regem, et non ad dominum capitalem, nisi cum in propria
persona pfectus fuerit in seruitio, vel nisi cum p seruitio suo satisfecerit
domino regi quocunq; modo, et fiunt in certis temporib^o, cum casus &
necessitas euenerit, et varia habent nomina, et diuersa. Quandoq; enim
nominantur forinseca, largē sumpto vocabulo, quoad seruitium domini
regis, quandoq; scutagiū, quandoq; seruitiū domini regis, et ideo forin-
secum dici potest, quia fit & capitur foris, siue extra seruitiū, quod fit do-
mino capitali. Item scutagium, q̄ talis præstatio pertinet ad scutum, quod
assumitur ad seruitium militare. Item dicitur regale seruitium, quia spe-
cialiter pertinet ad dominum regem, et nō ad alium, et secundū quod;
In conquestu fuit adinuentū, et huiusmodi seruitia persoluantur ratione
tenementorū, et non personarum, quia ex tenementis pueniunt, vt si di-
catur in charta, faciendo inde forinsecū seruitium, vel regale seruitiū, siue
seruitium domini regis: quod idem est, secundum modum feoffationis
s. quantum pertinet ad feodū vnius militis, vel duorum in eadē villa, vel
de eodem feodo, vel ad scutagia. c. s. ii. marcas vel tres, et ad plus, plus, et
ad minus, minus. Et quia tale seruitiū forinsecum nō semper manet sub
eadem quantitate, sed quandoq; præstatur ad plus, quandoq; ad minus,
ideo de qualitate regalis seruitij, et quantitate fiat mentio in charta, vt te-
nens certum tenere possit, quid & quantum persoluere teneatur: quod qui-
dem dici poterit de sectis, quę pertinent ad dominum capitalem, cum
possint ibi varia & diuersa tempora denotari, de quibus fit mentio supra.
Sed si sic dicatur, reddendo inde per annum tantum, et faciēdo tales sec-
tas pro omni seruitio, excepto regali seruitio, vel saluo forinseco, tunc
videndum erit in primis si feodum illud in ipsa donatione forinsecum
debit ab initio vel non. Si autem nullum debuit ab initio, nec sit certum
forinsecum in charta expressum, nunq̄ præstabitur nec peti poterit, pp-
ter incertitudinem. Si autem ab initio nullum, sed in ipsa donatione cō-
uenerit q̄ detur scutagium, et in charta exprimat certum, erit omnino
præstandum. Et sicut poterit donator liberiūs dare q̄ ipse tenuerit, et o-
nerare se ipsum et hæredes suos erga suos feoffatores, ita poterit suum
feoffatum onerare ad plura seruitia et ad alia, quā ipse teneatur feoffa-
tori suo. Poterit enim de socagio, facere seruitium militare, et e cōuersō,
si ita conuenerit ab initio inter ipsum et feoffatum suum. Sed quid si fe-
odum feoffatoris non debeat forinsecum, et donator dederit pro forin-
seco, tunc refert, vtrum certum & expressum vel nō. Si autem incertum,
tunc tale quid peti nō poterit, si autē forinsecū debuit ab initio, sed tamē
in charta donationis nō exprimat certū, videtur prima facie, q̄ peti nō
possit. Sed reuera sic erit intelligēdū, q̄ tale & tātūdem præstādū sit, quātū
præstant alij qui tenent tenementa in eadem villa, & de eodem feodo per
seruitiū militare. Item potest quis dare tenementum, quod ipse tenuit p
seruitium militare, tenendum in villenagiū per villanas cōsuetudines &
seruitia,

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

seruitia, dum tamen certa & expressa. Si autem dicat quòd dat ità liberè, sicut aliqua terra liberius dari possit, hoc intelligendum erit, quantum pertinet ad donatorè, et erga suum feoffatorem defendet quantum ad ipsū pertinebit. Si autem res data tam erga alios q̄ erga dominum suum capitale obligata fuerit, nō tenetur ad hoc, per hæc verba ipsū erga alios acquietare, nisi specialiter in se illud onus suscepit, et tunc versus omnes defendat, si habeat vnde, si non, respondeat pro seipso. Item dare poterit ità liberè, sicut ipse illā vnq̄ liberius tenuit, vnde si per ipsum aliquo tēpore inde fuerit onerata vel seruituri supposita, ipse eam tenetur liberare ppter modum donationis. Eodem modo si dicat, ità liberè sicut ipse vel aliquis antecessorum suorum illam vnquā liberius tenuit, et sic eodem modo præstet donator quod promisit. Item sicut aliqua terra vel aliqua elemosina liberius dari poterit, hoc est de omni quod ipsum tangit et feoffatorem suum, et si habet vnde acquietet. ¶ 8. Sunt etiam quedam consuetudines, quæ nec dicuntur intrinsecæ nec forinsecæ, sed sunt quædam seruitia cōcomitantia, sicut seruitia regalia et militaria, et etiam homagia, et ideò in chartis non sunt exprimenda, quia si homagiū precesserit & regale seruitium, sequitur exindè q̄ ad capitalem dñm pertinebit. Releuiū & custodia & maritagium, siue seruitium sit militare, vel seruitia propter exercitum, ad plus se habuerit vel ad minus, saltem ad vnum obolum. Sunt etiam quedam consuetudines, quæ seruitia non dicuntur, nec cōcomitantia seruitiorum, sicut sunt rationabilia auxilia ad filium primogenitū militem faciendū, vel ad filiam primogenitā maritandā, quæ quidē auxilia fiunt de gratia & non de iure, et pro necessitate, & indigentia dñi capitalis. Nunq̄ igitur exigitur auxilium, nisi præcedat necessitas, nec tenetur aliquis ad huiusmodi auxilium præstandū, nisi ex indigentia domini sui capitalis, et ex eo q̄ est liber homo suus. Et sunt huiusmodi auxilia personalia & non prædialia, personas enim respiciunt et non feoda, secundū quod, perpēdi poterit ex præcepto domini regis per breue suum. Est itaque præceptum suum tale, quòd vic. iuste et sine dilatione, habere faciat tali, rationabile auxilium suum de militibus & liberè tenentibus suis in balliua sua, ad primogenitum filium suum militem faciendū, et in eadem forma fiat breue de filia sua primogenita maritanda, secundū quod inferius dicitur. Primogenitæ filie non dabitur auxilium tale, quia istud auxilium pertinet ad capitalem dominum, sicut pertineret si non esset nisi vnus hæres, cū omnes sunt quasi vnus hæres. Et cū huiusmodi auxilia dependeant ex gratia tenentium, et non ad voluntatem dominorum, nec sunt feodalia sed personalia, haberi debet respectus ad personam vtriusquè, tam domini, quā tenentis, vt domini necessitas, secundū quod maior esset vel minor, releuium acciperet, et quòd tenens grauamen non sentiret, sed quòd auxilium accipienti cederet ad commodum, & danti ad honorem. Sunt etiam inter alia quedam præstationes personales, quæ non dicuntur seruitia, sed auxilia vic. quæ non tenetur feoffator warrantizare. Item sunt omnes fines communes p toto comitat, vt in itinere iustic. et alibi pro misericordijs, vt si comitatus pro transgressione in misericordiā inciderit, quæ quidem non

De acquirendo rerum dominio. Fol. 37.

non sunt inter seruitia continentanda. Sunt etiam quædam communes præstationes, quæ seruitia non dicuntur, nec de consuetudine veniunt, nisi cum necessitas interuenerit, vel cum rex venerit, sicut sunt hidagia, coraagia et caruagia & alia plura de necessitate & ex cõsensu cõmuni toti regni introducta, & quæ ad dñũ feodi non pertinent, & de quibus nullus tenetur tenentem suum acquietare, nisi se ad hoc specialiter obligauerit in charta sua, & vnde cum dicat feoffator & dominus capitalis, ego & hæredes mei, warrantizabimus tali & hæredibus suis tantam terram cum pertinentijs, contra omnes gentes imperpetuum per prædictum seruitium, hoc erit intelligendum, tantam terram cum pertinentijs de omnibus seruitijs, & secularibus demandis, quæ ad dominos feodi pertinent ratione prædicti tenementi. Igitur seruitia quæ pertinent ad dominum regem p iustitia vel pace, sicut secte ad comitatũ vel hundr & tres secte p̄nominatę, ad curias, auxilia vic. & ad fines communes & misericordias, excluduntur, cum non pertineant ad dominos feodorum, sed ad regem, nisi ipse dominus feodi ad hoc specialiter se obligauerit in charta sua. Poterit enim dominus si voluerit se obligare ad indebita, & teneri & debita remittere, si voluerit, vt si tenenti suo remittat custodiam, maritagium & releuium cum euenerint. Ea verò que pertinent ad regem, remittere non potest, et onerare seipsum in præiudicium domini regis nec tenentem acquietare: cum huiusmodi, personas hominum requirunt, sicut visus franciplegij, et alia, quæ introducta sunt pro pace et communi vtilitate. Nec etiam dominus ea remittere poterit tenenti suo, si ipse dominus huiusmodi libertates concessas habeat a domino rege, non magis quàm facere sub se iustitarios, cum ipse in hac parte sit iustitarius domini regis, nisi ipse rex factum et concessionem domini feoffantis confirmauerit. Sed tunc cum ex confirmatione domini regis, factum domini roboratur, non poterit dominus contra factum suum venire, cum hoc non sit ad alicuius præiudicium nisi suum proprium. Nec ipse rex contra suam confirmationem. Quod quidem aliter esset, si huiusmodi libertates tantum pertinerent ad dominum regem, et non ad aliam. Vnde remittere non potest, obligare tamen potest & onerare seipsum. Item poterit quis feoffari ab alio per diuersa genera seruitiorum faciendã. s. per seruitium vnius denarij et reddendo scutagium, et per seriantiam vnam vel plures. ¶ 9. Et vnde si tantum in denarijs & sine scutagio vel seriantijs, vel si ad duo teneatur sub disiunctione, scilicet ad certam rem dandam pro omni seruitio, vel aliquam summam in denarijs, id tenementum dici potest focagium. Si autem superaddat scutagium et seruitium regale, licet ad vnum obolum, vel seriantiam, secundum quod superius dictum est, illud dici poterit feodum militare. ¶ 10. In charta vero de donatione quandòq; adijcitur hæc clausula. Et ego & hæredes mei warrantizabimus tali et hæredibus suis tantum, vel tali et hæredibus suis & assignatis et hæredibus assignatorum, vel assignatis assignatorum et eorum hæredibus, et acquietabimus et defendemus eis totam terram illam cum pertinentijs (secundum quod prædictum est) contra omnes gentes imperpetuum, per prædictum seruitium. Per hoc autem quod dicit, ego et heredes mei, obligat se & hæredes suos

L.i.

ad

*in uariis
Casi aptand.*

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

ad warratiã, propinquos & remotos, presentes & futuros, ei succedentes in infinitũ. Per hoc autẽ quod dicit, warratisabimus, suscipit in se obligationẽ, ad defendẽdum suũ tenẽtẽ in possessione rei datę et assignatos suos, et eorum hęredes, & õnes alios, secundũ quod supradictũ est, si fortẽ tenemẽtum datum petatur ab aliquo in dominico. Per hoc autẽ quod dicit, acquietabimus, obligat se et hęredes suos ad acquietadũ, si quis plus petierit seruitij vel aliud seruitiũ q̃ in charta donationis continetur. Per hoc autẽ quod dicit, defendem°, obligat se & hęredes suos ad defendendũ, si quis velit seruitutẽ imponere rei datę, cõtra formã suę donatiõis. Itẽ nõ sufficit si rẽ illã ei warrantisat, nisi warrantisauerit eius pertinẽtias, siue consistãt in corpore, siue in iure, in corpore, vt si pertineant hambeletti qui non sunt de corpore rei datę, in iure, vt si permaneat aduocatio in proprio, vel seruitus in alieno. Item poterit esse warrantisatio larga & stricta, larga, vt si dicatur. Ego, et hęredes mei warrantisabimus tali & hęredib° suis. largior, vt si dicat tali & hęredib° suis & assignatis et hęredib° assignatorum. Itẽ largissima, vt si dicat, tali et hęredibus suis et assignatis, et eorum hęredibus et assignatis assignatorum et hęredib° eorũ, et sic tenetur donator & hęredes eius õnibus warratisare, per modũ donatiõis, si res data ad tot manus deuenierit, & hoc immediatẽ. Si autẽ ita dicat, tali & hęredibus suis warrantisabimus, si talis vlteriũ dederit vel assignauerit, non tenetur ipse principalis feoffator talibus warratizare immediatẽ, sed per mediũ. s. q̃ quilibet vocet ad warratum suum feoffatorem, de gradu in gradũ ascendendo. Item poterit esse warratia stricta, vt si dicatur, tali & hęredibus suis, quos de vxore sua sibi desponsata, procreatos habuerit, hęc vero coarctatur warratisatio ad hęredes tantũ exp̃ssos et nõ ad alios. Item strictior, vt si dicat, ego & hęredes mei warrantisabimus tibi, quo casũ excluduntur a warrantia hęredes donatorij. Item strictissima, vt si dicat, ego warrantisabo vobis, nulla facta mentione de hęredibus donatoris, vel donatorij. ¶ II. Item q̃ quis in donatione interueniat homagium & seruitium per modum in donatiõne appositum, excusari poterit a warrantia, si hoc adijciat in charta donationis, ne ipse nec hęredes sui teneantur ad warrantiam &c. quia in multis casib° vincit conuentio legem. Cũ autem donator teneatur ad warrantiam, et feoffatum suum in leysina sua defendere voluerit, et petens contra eum obtinuerit, tenetur donator ad excambium ad valentiã. Et qui teneantur warratizare, et cui, et quandõ, et quãdõ nõ, dicitur pleniũ infra in tractatu, de warratia, quod quidẽ esset lógum hęc enarrare & difficile. Itẽ dicitur in charta, cõtra õnes gẽtes, ad quod sciendũ, quod poterit vnus vel plures a tali generalitate extra capi, vt si dicatur, warrantisabimus contra omnes gentes preterquãm contra tales. Itẽ videndum cũ dicat ita generaliter contra omnes gentes, an ipse et hęredes sui warratizare debeant cõtra seipsos, et sciendum q̃ sub hac generalitate nõ cõprehenduntur, quia si terrã petant in dominico contra donationem & chartam suam, eliditur actio per exceptionem donationis, cũ illi petere non possunt, qui contra alios deberent warratizare. Eodem modo si seruitium petant indubitum, defendentur feoffati per chartam suã, vel dabitur eis actio ne indēbitas

De acquirendo rerum dominio. Fol. 38.

litas exigant consuetudines & seruitia, nec stare poterit simul, q̄ quis petat, vbi defēdere deberet, nec si feoffator petat versus feoffatū suū, nūquā locū habebit placitū, De warrantia chartę. Itē dicitur, p̄ pdictū seruitiū, i. p̄ seruitiū in charta donationis cōprehensū, quā si nullum esset in charta donationis expressū, superflua esset adiectio. s. p̄ pdictū seruitiū, & vnde videtur q̄ ōnia seruitia & cōsuetudines exprimi debent in charta donationis, quę ptinent ad dñm capitalē per feoffatorē ex testō dato, & q̄ nihil aliud peti possit, nisi q̄ in charta donationis expressū fuerit. Videtur etiam p̄ hęc v̄ba, q̄ donator ad warrantiā tenebitur, quāuis homagium nō interuenerit nec fidelitas. ¶ 12. Et quoniā huiusmodi scripturę nō esset fides adhibenda, nisi signū interuenerit, quōd talis donatio & scriptura a conscientia & voluntate donatoris emanaret, idē in testimonium et approbationē rei gestę, apponit donator signū, adijciendo in charta donationis clausulā istā, quōd vt ratum sit & firmum &c. Vel sic, in cuius rei testimoniū, huic scripto sigillū meū apposui. Debent etiam testes ad hoc vocari, vt sub p̄sentia eorum, ōnia cum solēpnitate p̄cedant, vt veritatem dicere possint, si inde fuerint requisiti, & corū nomina debent in charta cōphēdi, & si in confectōne chartę p̄sentes non fuerint, sufficit si postmodū, in p̄sentia donatoris et donatorij fuerit recitata & concessa: & vtilius et melius si in locis publicis, sicut in comitatu & hundred, vt facilius p̄bari possit, si fortē fuerit dēdicta, & cū talis fuerit solēpnitas adhibita, non multū refert, vtrū proprio vel alieno sigillo sit signata, cū semel a donatore corā testibus, ad hoc vocatis, recognita et cōcessa fuerit: Si autē testes p̄sentes non fuerint, nec talis solēpnitas adhibita, si de signo & charta oriatur dubitatio, si cū testes fuerint requisiti, dicant se nil inde scire, ita deficere possit charta, quāuis vera sit & bona, p̄pter defectū p̄bationis, deficere enim poterit p̄batio, quāuis nō deficiat charta. Si autem dubitauerint de charta, donationē non probant, quā quotiescunq; dubitatur an quid sit, p̄ inde est ac si non esset illud. Si autē dicūt, secundū credulitatem suam, non tamen probant, sed p̄sūptionē inducunt, cui standum erit, donec p̄betur in cōtrariū. Si autē dicat vnus eorū se p̄sentē fuisse, nec hoc sufficit ad plenā probationē, sed semiplenā, quā similiter iuducit p̄sūptionē. Si autē duo dicāt se interfuisse, sufficit ad plenā p̄bationē, licet alij dicant se nil inde scire: cū duobus nō contradicant expressē, et cū in ore duorū vel triū testiū, stet ōne verbū. Si autem testes contrarij fuerint in suis testimonijs, et quidā illorum dicant contra chartā et donationē, et quidā p̄ charta, et fuerint impares numero, maiori et digniori parti standū erit: Si autē pares in numero et dignitate, erit p̄ charta & donatione iudicandum, vt donatio magis valeat quā pereat. Item si dicant testes, quōd interfuerint vbi p̄locutio donationis facta fuerit, vel cōfēctioni & recitationi notulę, nec hoc sufficit, quā adhuc possunt partes resiliere. Item non sufficit chartam esse factam et signatam, nisi p̄betur donationem esse perfectam, et quōd ōnia quę donationem faciunt ritē p̄cesserūt, et subsequutam esse traditionē, alioquin nunquā transferri potest res donata ad donatorium. Poterit enim homagiū p̄cessisse, et quōd charta ritē facta sit, & vera et bona, et cum solēpnitate

L.ij.

reci-

L. ii. De acquirendo rerum dominio.

recitata & audita, tamē nunq̄ valebit donatio, nisi tunc demum cum fuerit traditio subsequuta, et sic poterit charta esse vera, sed sine facta seysina, nuda. Itē aliquandō, visē vera, poterit donatio esse vera et perfecta, & charta falsa, vt si quis, cum donationē fecerit, & seysinā donatorio & hora cōgrua & sine charta, obierit, vel mēte alienatus fuerit, & donatori post hęc chartā donationis acquisierit, licet signū cognitū fuerit, nihilominus tenebit donatio; & charta nulla erit. De hac matēria plenius dicitur infra, de fide chartarū & instrumentorum, si eis fuerit in iudicio cōtradictum.

¶ De possessione et quod non valet donatio nisi subsequatur traditio, et idē vidēdū de diuisione possessionum, et qualiter acquiratur possessio rerum. 2. Quid sit possessio. 3. Qualiter diuidatur possessio. Cap. 17.

Donationum, secundum quod p̄dictū est, alia p̄fecta, alia imperfecta, sed cum dare, sit rē accipientis facere, nūq̄ erit perfecta donatio, atēquā donatorius plenā habuerit possessionē, siue seysinā & per se siue per aliū, qui ius clamauerit in re, et donec sibi tradita res fuerit, quā traditionib⁹ & vsu captionibus, possessiones et rerū dominia trāferūtur. Nō enim sufficit si ius alienū alicui cōcedatur, nisi donatorius seysinam habuerit vel fuerit cōsequutus et adeptus. Sed quoniā possessio siue seysina multiplex est: In primis vidēdū erit quid sit possessio, & qualiter diuidatur. Itē qualiter acquiratur p̄ traditionē, vel alio modo, & per quas p̄sonas acquiratur, et qualiter, cū acquisita fuerit, retineatur, & qualiter quis vti debeat, et si pluribus fiat, quis p̄feratur, et cū acquisita fuerit, qualiter amittatur, et cū amissa fuerit, qualiter restituatur. Idē dicitur, quis est in possessione vel quasi. ¶ 2. Quid sit possessio videndum. Et sciendū quod possessio, est corporalis rei detentio. i. corporis et animi cum iuris adminiculo concurrente. De re autem corporali idē dicitur, quā incorporalia nō possunt possideri nec vsucapi, nec sine corpore traditi, quā per se traditionem non patiuntur: Idē dicitur, quasi possideri, traditi enim possunt, vel quasi, per patientiam et per vsū. Et possessio idē dicitur rei detentio, quā naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit. i. corporaliter. De hoc autem quod dicitur, corporis & animi cum iuris adminiculo concurrente, dicitur infra plenius, & cū quis in possessione fuerit et ei cōtrouersiam moueamus, aut pertinet ad hoc, vt nostrū petamus quod non possidemus, & fortē iniuste fuerimus eieci de possessione propria, vel si alienam possessionem, sicut antecessorum nostrorum petierimus q̄ nobis restituatur, vel ad hoc, quod per interdictum, nobis retinere liceat liberē et quietē, benē et pacificē possidemus. Restituendē enim possessionis ordo, per actionem expeditur. Retinendē vero duplex est, aut exceptio aut interdictum. Exceptio vero datur multis de causis. ¶ 3. Diuiditur autem possessio sic, possessionum autem alia civilis, alia naturalis. Civilis autem est, quā animo tantum retinetur. Naturalis, quā corpore, & aliquandō iusta est & aliquandō iniusta. Et potest quis vtroque modo possidere, scilicet animo et corpore, ita quod neq; animo per se, neque corpore per se, et acquirere nemo potest possessionem nisi vtroque modo, animo & corpore, et sicut non potest possessio nisi animo et corpore acquiri

quiri, si non potest nisi utroque amitti, et cum utroque acquiratur, licet corpore poterit amitti, animo solo poterit retineri. Item possessionum, alia iusta, alia iniusta, secundum quod inferius videri poterit in tractatu, de assisa noue disseysine. Item alia vera, alia imaginaria, siue colorata siue fictitia. Imaginaria vero, ubi quis se gesserit ac si possideret, cum alius possideat. Item alia nuda, alia vestita. Nuda, ubi quis nihil iuris habet in re, nec aliquam iuris scintillam, sed tantum nudam pedum positionem: vestita, iure, titulo, vel tempore. Item quedam bona et firma, quedam adepta, & quedam adipiscenda, et quedam nuda et infirma. Item quedam propria, quedam aliena, et alienarum, quedam propinqua et quedam remota. Item quedam vetus, & quedam recens et noua. Item est quedam que nihil iuris habet in re, sed aliquid possessionis, ut si quis fuerit in seysina vel possessione per intrusionem. Est etiam alia possessio que aliquid habet possessionis, sed nihil iuris, ut si quis fuerit in possessione ut custos, vel creditor & huiusmodi. Est et alia possessio que multum habet possessionis, & parum iuris, sicut est possessio antecessoris in causa possessionis, de qua quis moritur seysitus, ubi alius habet ius merum, et antecessor feodum et liberum tenementum. Est et alia possessio, que plurimum habet possessionis et aliquid iuris, ubi conuertitur causa proprietatis, ut si quis tenuerit ad terminum vite vel annorum per concessionem alicuius, qui illam sic dimisit in vita sua, & non obiit inde seysitus. Est et alia possessio que multum habet possessionis, et multum iuris, sicut illa, ubi quis habet in re aliqua ius merum, et proprietatem feodi, & liberum tenementum cum seysina, sed de qua non obiit seysitus. Item possessionum, quedam breuis est & tenera, & quedam longa & tempore firmata, ut si quis per intrusionem vel disseysinam in seysina fuerit, vel ab eo qui nihil iuris habuerit, vel si aliquid habuerit, in preiudicium veri domini feoffauerit, qui merum ius habuit et proprietatem, vel contra conventionem vel modum donationis, et huiusmodi, ubicumque vertitur in alterius preiudicium, talis possessio sepe erit tenera, donec ex tempore (quod pro titulo sufficiat) fuerit firmata, per negligentiam veri domini, vel per impotentiam. Si autem facta fuerit donatio ab aliquo, qui ius habet et proprietatem, feodum & liberum tenentum et seysinam, cum donatorius animo retinendi ingressus fuerit, & donator a possessione recesserit, cum familia, sine animo vel spe reuertendi, statim & sine mora erit donatio firma, & acquiritur liberum tenementum accipienti, ex quo concurrunt, sine alicuius preiudicio, ius et seysina. Item possessionum, alia pacifica, alia contentiosa, & poterit contentio esse iniuriosa vel iusta, secundum quod possessio fuerit iusta vel iniusta. Item possessionum, alia continua et longa, alia interrupta vel breuis, ut si male fidei possessor, sicut intrusor vel disseysitor, in longa & pacifica extiterit possessione, liberum tenementum acquirit, ex tempore, ita si verus dominus statim & recenter impetrauerit, vel natus eos eicere, licet non possit, talis possessio dicitur interrupta, & ita quasi post longum tempus eiecerit, incontinenti dicitur eiecisit, dum tamen continua sit vis & inuasio. Item possessionum, alia iusta ciuilitate & naturaliter, quantum ad quasdam personas, quantum ad alias iniusta utroque modo, scilicet quantum ad verum dominum poterit esse tenera, quantum

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

quantum ad alios qui ius non habent, firma & bona, vt si quis alium feof-
fauerit de re aliena, vt supra tactum est (Si fiat donatio de re aliena) talis po-
terit esse tenera. Item est quedam possessio precaria, vt si quis concesserit a-
licui habitationem, vel usum fructuum in re sua ad voluntatem suam, quae
satis dicitur nuda, eo quod tempestiue & intempestiue poterit reuocare, & si
talis contra voluntatem veri domini seysinam retinere contenderit, statim
eijciatur, & si eijci non possit, eijciatur per assisam. Item est possessio con-
cessa pro precio, & tunc refert utrum certum sit precium constitutum vel in-
certum. Si autem certum precium, ad certum tempus vel imperpetuum,
eijci non poterit pro voluntate concedentis, si autem incertum, tunc fiat vt
supra dicitur de precario.

¶ De traditionibus. 2. Quid sit traditio. 3. Qualiter fieri debet traditio, et qua sufficiunt
ad traditionem. 4. Facta traditione, videndum quando donatorius incipit possidere,
et quando donator dimittit. 5. Quod solo corpore retinetur possessio. 6. Per quas per-
sonas acquiritur possessio. 7. Si de vna re, pluribus facta sit donatio simul vel successiue,
quis praesertur. Cap. xii.

Item non valet donatio, nisi subsequatur traditio, quia non transfertur
pro homagium res data, nec per chartarum vel instrumentorum confectionem,
quae in publico fuerint recitata. Item neque per imaginariam traditionem, vbi
corpore recedit & animo retinet possessionem, et vult potius quod res data cum
eo remaneat, quam transcat ad donatorium, et vnum agit & alterum agere simu-
lat, sed tunc demum cum donator plenam fecerit seysinam donatorio pro se, si
praesens fuerit, vel pro procuratore, & literas, si absens fuerit, ita quod charta do-
nationis & litterae procuratoriae coram vicinis, ad hoc specialiter conuoca-
tis, legantur in publico, & etiam cum donator corpore & animo recesserit
a possessione, si absens fuerit in ipsa traditione, sine aliqua spe & animo re-
uertendi, vt dominus, & cum donatorius in possessione vacua extiterit corpo-
re & animo, & cum voluntate retinendi possessionem, & quod vnus desi-
nat & alius incipiat possidere, quia donator nunquam desinit possidere, do-
nec donatorius plenarie fuerit in seysina, nec iacebit seysina, aliquo tem-
pore medio, vacua. ¶ 2. Videndum est primo quid sit traditio, et est tradi-
tio, de re corporali propria vel aliena, de persona in personam de manu pro-
pria vel aliena, sicut procuratoria, dum tamen de voluntate domini, in al-
terius manum gratuita translatio. Et nihil aliud est traditio in vno sensu,
nisi in possessionem inductio de re corporali, ideo dicitur quod res incorpo-
ralis non patitur traditionem: sicut ipsum ius, quod rei siue corpori inheret,
et quia non possunt res incorporeales possideri, sed quasi, ideo traditionem
non patiuntur, sed quasi, nec acquiruntur nec retinentur nisi pro patientia
& usu. De re propria vel aliena ideo dicit, quod refert quis traditionem facere
possit, et sciendum quod omnes qui donationem &c. siue sit dominus siue non dominus.
Si autem fiat traditio a vero domino, statim et sine mora incipit donato-
rius habere liberum tenementum, propter coniunctionem iuris et seysinae, et
mutuum utriusque partis consensum, et sufficit semel voluisse, in ipsa traditione
vel post traditionem, et quia res quae traditione, nostra fuerint, iure gentium
nobis acquiruntur. Nihil enim tam conueniens est naturali equitati quam desi-
derium domini, volentis in alium rem suam transferre, ratum habere. Et nihil inter-
est

De acquirendo rerum dominio. Fol. 49.

est an ipse dñs p se tradat alicui rō suā datā, an ali' voluntate ipsius, sicut per pcuratorē si ipse pñs nō fuerit, vel p nuntū, cū literis tamē pcuratoris patētibus, vt supradictū est in parte, cōtinētibus voluntatē ipsi' donatoris. Et in quo casu ostēdantur litterę & charta, vt dici poterit, talis habuit & breue & chartā, secundū quod Anglicē dicitur, **hee had bothe writ and charter**. Et siue fiat traditio p ipsum dñm vel p pcuratorē, et si cui fieri debeat traditio de aliqua domo p se, vel mesuagio ratione alicuius fundi, eo animo vt donatorius totū fundum possideat, vsq; ad certos terminos, cum ōnibus iuribus et pertinētis suis, & vbi nō est necesse oēs glebas circūire, nec vbiq; nec vndiq; pedem ponere, fieri debet traditio per ostiū et per haspā vel anulū, et sic erit in possessione de toto, ex voluntate & aspectu & possidēdi affectu. Si autē nullum sit ibi ēdificium, fiat ei seysina, secundū quod vulgariter dicitur, per fustim et per baculū, & sufficit solā pedis positio cum possidēdi affectu, ex volūtate donatoris, quāuis statim expletia nō ceperit: poterit enim quis habere liberum tenētum ex traditione, quāuis statim nō vtatur, nec expletia capiantur, quia vsus et expletia nō multum operatur ad donationē, valēt tamē multoties ad possessionis declarationē, & dici poterunt vestimenta donationum, sicut traditio. Si quis enim equum emerit, in ipsa traditione, suus erit, licet eo statim nō vtatur, & illud idē dici poterit de vestimēto & huiusmodi. Eodem modō si quis fundum emerit, nō poterit statim arare nec excolere, quia boues fortē nō habet, nec carucā nec aliquod quo vti possit, vel quia dies feriatas, et sufficit talis seysina, quoad liberū tenētum. Itē nec expletia capere possit, quia nōdum venit tēpus messuum, nec vindemearum. Si autē fructus nō maturos perceperit, vel arbores prostrauerit, ista nō debēt dici expletia, cū sint potius ad dñm quā ad cōmodum. Idē dici poterit de pastu pecorum, quia sufficit quoad seysinā, quod quis habeat aspectū & possidēdi affectum, quāuis statim pecora nō immittat & secundū numerum debitum. Itē si traditio nō interueniat, sufficit pro traditiōe quoad seysinā & liberum tenemētum, longa seysina & pacifica & longus vsus quāuis in re aliena, vt si quis ingressum habuerit in rem vacuam, & a nullo possessā, sicut in hæreditatem nō aditam, longa enim possessio sufficit pro traditione & parit ius. Item cū pcesserit donatio, & donatorius, propria authoritate, sine donatore vel eius procuratore, vel sine breui & nuntio se posuerit in seysinam sine traditione, non valet talis seysina. Potest enim donator ante traditionē mutare voluntatem, cū imperfecta sit donatio, & possessionem retinere corpore et animo, et si talis se teneat in possessione, competit domino assisa nouę disseysinę. Sed si donator post talem seysinam bonę memorię existens, quāuis impotens sui, ratam habuerit donationem, et talem seysinam approbauerit, ex ratihabitione conualescit. Item sufficit pro traditione corporali, nuda voluntas domini ad alium, quasi mutata causa possessionis, dum tamen fiat cum solempnitate, quod probatio non deficiat: vt si quis rem alicui locauerit, vel concesserit ad terminum vitę vel annorum, et postea eidem vendiderit vel donauerit, licet eam ex tali causa primō non habuerit, eō tamen, quod ipse dominus patitur eam, ex tali causa vel aliā quacunque, apud

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

apud eum esse, sua efficitur. Eodem modo si ex nulla iusta causa pcedere, sed si per intrusionem vel disseysinā sit aliquis in possessione rei alterius, & velit dominus proprietatis quod sua sit, sua erit, quamuis possessio apud verum dominum non fuerit: fingitur enim per voluntatem domini, quod res quasi ex eo, & per manum suam, ad detentorem peruenerit, possessio & dominium. Item videndum quid transferat qui tradit, & sciendū est quod illud totum (& aliter quam ipse teneat, & seipsum obligare potest) transferat ad eum qui accipit, quod est apud eum qui tradit, vt si quis in fundo dominium habuerit, & merum ius & proprietatem feodi, & liberum tenementum & vsum fructuum & totum, tradendo statim totum transfert ad donatorium. Et cum animo tali transferatur fundus, & donator totum transferat, & donatorius totum recipiat, non sufficit q̄ donatorius vtatur in aliqua parte, siue in principali siue in pertinentijs, nisi donator & omnes sui omnino a possessione exeāt, quia donator vtēdo in parte par se vel suos, totum retinet fundum cum pertinentijs, quamuis donatorius in aliqua parte vtatur, siue in principali siue in pertinentijs, quia per talem vsum nihil acquirit. Sed si fiat inquisitio de vsum, & inquiratur q̄ donator in aliqua parte vsus sit vsq; ad mortem, non erit vterius inquirendum si donatorius in aliqua parte vsus fuerit, quia ita inquisitio esse debet, cum donatorius ex ea nil debeat consequi. Et semper videndum est, quæ sit res principalis, quæ venit in donationem, vt rum inde terra, fundus, vel manerium vel domus, & tunc qualis debet esse traditio & qualis vsus. Si autem totum non habuerit statim, trāffert id quod habet, & si nō nisi vsum fructuum tantū, tamen statim facit suo feoffato liberum tenementum, quantum ad se & alios qui ius non habent, sed quantum ad verū dominum, non nisi post tempus. Si autem nihil omnino habuerit qui tradit, nec aliquam seyfinam, ad eum qui accipit nil transfert, quia dare & transferre non potest nec tradere, id quod non habet. Cum autem dominium tradatur, transfertur ad accipientem tale dominium, quale fuit apud eū qui tradidit, vt si fundus fuerit seruus vel oneratus, transfertur cū seruitutibus & onere, nisi donator in se susceperit on^o in ipsa donatione, in toto vel in parte, si autem liber fuit fundus, transfertur tunc vt i fuit. Item si donator liberum fundum esse dixerit cum tradiderit, qui re vera seruus fuerit, nihil iure seruituti fundi detrahit, sed obligat se debere prestare quod dixerit. Si autem fundum tradiderit cum pertinentijs & seruitutib^o, pertinentias & seruitutes transfert ad eum qui accipit, et si nihil aliud transferre poterit donator ad accipientem q̄ ipse habuit: vt si non nisi nudum vsum vel si vsum fructuum, tamen ad aliud transfertur quoad accipientem s. ad ius merum, feodum & liberum tenementum, quia ex eo q̄ quis, in possessione fuerit quali quali: poterit hæc omnia facere suo feoffato quoad dominium vel saltem quoad excābium, licet dominus rei non extiterit. Sed statim non efficitur accipiens dominus, nisi post seyfinam pacificam & longam, quantum ad verum dominum, & vnde si verus dominus recēter eum eiecerit, per assisam non recuperabit, si donator plenum ius in re non habuit, vt si non nisi ad vitam tenuerit, vel non nisi vsum fructuum, vel nudum vsum habuerit. Si autem donator talem eiecerit, vel alius qui ius non

non habuerit, versus omnes tales quolibet tempore, per assisam recuperabit. Si autem donatio & traditio facta fuerit de eadē re vni, ab vno domino, et alij a non domino, traditio facta a domino praeualebit, et idem si a duobus, quia vna poterit reuocari, et altera non. Item si a duobus nō dominis fiat donatio et traditio de eadem re, vni vel duobus, vtraq; a vero domino poterit reuocari, et quātūm ad donatorios, ille praefertur qui prius fuit in seysina. Et idem dici potest de duobus quibus dñs vel nō dominus donationem vel traditionem fecerit, et vnde versus. Rem domino vel non domino vendente duobus, In iure est potior, traditione prior. Item videndum qualiter donatorius, et p quem poni debeat in seysina, & sciendum q per seipsū vel per procuratorem quēcūq; hominē pprium vel alienum, qui nomine suo recipiat seysinā, siue cūm absens dñs sit hoc fiat siue praesens, vel cūm hoc sciat vel ignoret, dum tamē cūm sciuerit cōsentiat. Itē seysinam accipere potest quis, absens vel praesens, sciens vel ignorans, si ille qui in seysina fuerit ad terminum vitę vel annorum, attornatus fuerit donatorio, & cūm ipse de voluntate sua se attornauerit ei et ei fecerit seruitium, itā quōd donatorius fuerit in seysina per se vel per attornatū suum, per hoc quōd sit notorium quōd veritas possit pbari, qui si fuerit eiectus p donatorem recuperabit. Si autē p aliū ad quē nō p̄tinet, et donatorius portauerit assisam, vocand⁹ erit donator, et si ratam habuerit donationē, recuperabit donatorius, et si irritā, primò discutatur inter eos, et postmodūm pcedat assisa versus extraneum vel non procedat. ¶ 3. Acquiritur res per traditionē, quia traditionibus & vsucaptionibus &c. Et quod dicitur, traditione acquiri possessionē, regulariter quidē verū est, q inter viuos nō acquiritur dñium sine inductione in possessionē: sed tamē aliquandō acquiritur benē sine possessione vacua. Illa enim verba, in vacuam possessionē, dicuntur demonstratiue & nō causatiue. Regulariter autē dixi ideō, quia quādōq; sine traditione transit dñium & sufficit patientia: vt si tibi vendā quod tibi accomodauī, aut apud te deposui vel ad firmā vel ad vitā, et si quod ad vitam, vēdo tibi in feodo, et sic mutauerim casum possessionis, hoc fieri poterit sine mutatione possessionis. Ex hoc enī quod patior rem meā esse tuā ex aliqua causa, vel apud te esse, videor tradere. Idē est de mercibus in orreis. Idē etiā dici poterit & assignari, quādō res vēdita vel donata est ī cōspectu, quā vēditor vel donator dicit se tradere, vt si ducat in orreū vel campū. Itē retentio vsus fruct⁹, et traditio instrumenti rei de firma & termino, p traditione accipitur. Item illud idem poterit assignari, cūm rem illā, quam tibi donauī & non tradi di, conducam a te, sic videor tradere. Item si rei petitę acceperim preciū, vt si petam a te rem meā, & res sit in praesenti, transfero pprietatē in emptorē, si emptor postea nanciscatur possessionē voluntate mea. Item si res animo vacua non fuerit, vt si dos, vel alio modo ad vitam, trāfferri poterit p ea parte quę vacua fuerit, vt si ego do dominium et proprietatem & liberum tenementum, et alius vsū fructuum, quod meum est transferre poterō, sine prauiditio vsufructuarij. Item quod meū est, si habuero proprietatem, & alius liberum tenementū, quod meum est &c. sed itā, q ille qui itā partim nomine meo & partim suo pprio, attornatus fuerit donatorio,

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

torio, sicut fuit donatori, et ipse se attornauerit sicut warranto suo & ita q̄ donator nec heredes sui nunq̄ habeant regressū aliquo tēpore &c. Item sufficit p̄ traditione, etsi traditio non p̄cedat, rati habitio donatoris si in pura voluntate p̄stiterit cū memoria bona. Itē oportet q̄ vestita sit traditio, et nō nuda. s. q̄ traditionem p̄cedat vera causa, vel putatiua, quia transeat dñium. Et illud non refert, vtrū tradat dñs an alius, eius tamen voluntate. Et non refert multum, vtrū p̄cedat vel subsequatur volūtas, vt si p̄curator liberā habens administrationē negotiorū vniuersorum, si talis vendiderit & tradiderit, rem facit accipientis, voluntate dñi subsequita. Itē cōtra voluntatē dñi quandōq; transfertur dñium. s. p̄ iudicē, quia iuditiū ruit in inuitum. Et hoc non fit tantū inter viuos, sed etiā in vltima voluntate, dum tamen donator bonā habeat memoriā, sicut fieri solet inter viuos. Itē quēdam transeunt cū vniuersitate, licet de eis specialiter nō fiat mentio, sicut sunt p̄tū & iura. Itē in incertā p̄sonā, sicut sūt missibilia. Itē sine traditione, res habita p̄ derelicta, vbi dñs statim desinit esse dñs, si autem causa nauis alleuiandę, nō sic, quia non ea voluntate eiecit quis vt desinat esse dñs, vel nolit, si autē ea mente vt nolit esse dñs, aliud erit. Item sine traditione, si velit quis id quod est apud te disseysina vel intrusione tuum sit &c. remaneat tanq̄ datum vel venditum. ¶4. Videndū est etiā quandō donatorius post traditionem incipit possidere, et donator desinit, et tunc refert, vtrum donatorius fuerit in possessione p̄ se, et vacuā habuerit seysinam sine donatore vel suis, vel si donator fuerit in possessione simul cum donatorio, vel aliquis de suis nomine suo. Et sciendū q̄ donator nūq̄ desinit possidere, antequā donatorius possidere incipiat, quia vno incipiente desinit alius, dū tamen donatorius in possessione fuerit vacua, et donator et sui extrā possessionē extiterint corpore & animo possidendi, et donatorius in possessione corpore p̄prio vel alieno nomine suo cū animo possidēdi, et sic desinit donator & incipit donatorius possidere. Desinit donator possidere, cū corpore & animo donandi & trāfferēdi ad donatoriū, se posuerit extra seysinā, corpore dico, p̄prio & suorū, et incipit donatorius, cū ingressus fuerit vacuā possessionē p̄ se, vel p̄ suos. i. corpore p̄prio vel suorū cum animo possidendi & retinēdi, et sic desinit vnus & incipit alius. Sed qualiter perpendi poterit quo animo donator donationē fecerit? cū solus deus cor hominis intueat, & homo secūdū faciē iudicare oportet p̄ exteriora, secūdū opera exteriora, & secūdū visū & intellectū hominū, dicere enim poterint, vidi m̄ q̄ talis gratis & volūtate sua exiuit & sine aliqua coactione, & q̄ donatorius liberē intrauit. Et sciendū q̄ animo & corpore simul acquiri possesio & nō corpore p̄ se nec animo p̄ se, & sicut acquiri vtroq; itā nō amittit nisi vtroq; quia si quis a possessione eijciatur, nō amittit statim vtramq; possessionē naturalē & ciuilē, quia animo retinere potest ciuilē, licet fuerit extra possessionē, secūdū qd' inferiūs dicitur, de assisa. ¶5. Itē solo corpore, quod nō est multum in vsu, sine animo, vt post mortem alicui, donec corp' efferatur ad sepulturā, quia ante, nō erit possessio vacua, quando animo vel corpore retineatur, et cū corp' efferatur, iam vtroq; desinit possidere, & de hac materia dicitur plenius infra, de assisa. Itē desinūt quidam

quidam possidere in veritate, quidam quodam opinione hominū, quia imaginaria poterit esse donatio & similiter traditio, quia poterit quis naturaliter possidere verè & iuste, et etiam naturaliter iniuste & nō verè. Est enim naturalis possessio iusta et iniusta, iusta, ut si iusta facta traditione, extiterit donatorius in possessione vacua et per se: naturalis & iniusta, ut si cum donator donatorium induxerit in possessionem, ambo simul remanserint in possessione, et quo casu, dum donatorius in possessione fuerit, si utatur ut prius & statum non mutauerit, uterque habebit naturalem possessionem, sed donator iustam, et donatorius iniustam, et idem erit si uterque utatur ut dñs, quia donator utendo, possessionem suam continuat & donatorius utendo, nihil sibi acquirit. Si autem donatorius utatur ut dñs, et donator non, adhuc non incipit donatorius possidere, quia vacuum non habet possessionem. Et idem dici poterit de familia donatoris, ut si cum donator donatorium in possessionem induxerit, et sic corpore proprio & animo recesserit, relictis ibi in possessione vxore et pteris, vel alia familia nomine donatoris, licet donatorius tenemento utatur, tamen per tale usum nihil acquirit, prædicta ratione, quia vacuum non habet possessionem. Item esto quod cum donator donatorium in possessionem induxerit, & simul in possessione extiterint per aliquod tempus, et simul a possessione recesserint, quia poterit esse donatio & traditio imaginaria & fictitia de veritate et partium voluntate, et animo constare non poterit, nisi per usum. Per usum enim, in hoc casu, declarari poterit veritas, et in hoc casu est usus necessarius, quia quis per inductionem in possessionem presumi posset donationem et traditionem esse veram, et cui standum erit donec probetur in contrarium, tamen posset donator ipso facto docere contrarium, utendo (ut prius) per se, vel per suos, & per factum tale vincitur presumptio, eo quod facit contrarium facto precedenti, per exteriora enim presumi poterit de interioribus, secundum quod dicitur, Monstratur per vultum, quid sit sub corde sepultum, & multo fortius monstrare poterit per factum. Item cum ambo simul a possessione recesserint, iniungat donator familie sue quod sit intendens donatorio, sicut dñs, in omnibus vel cum sacramento vel sine, et si sic factum fuerit, sufficiens erit donatio & traditio: si autem fecerit contrarium, ita poterit esse donatio et traditio imaginaria & non vera, maxime si donator reuersus, negotium sic gestum ratum habuerit. Si autem hoc non approbauerit, firma erit donatio, et tenebitur familia donatorio per actionem negotiorum gestorum. Sed esto quod cum quis donationem fecerit, et traditionem, fructus exceperit, tunc refert, utrum extantes vel futuros. Extantes vero bene poterit excipere, quia per extantes non impeditur donatorius quin possit statim uti & frui, si vero futuros, tunc refert, utrum ad certum tempus vel imperpetuum. Si autem non possit uti frui ante tempus, perfecta erit possessio quodam liberum tenementum, plenaria tamen non erit ante usum fructuum. De hoc autem quod dicitur, quod vacua debet esse possessio, duo principaliter exiguntur, quod perfecta sit alicuius rei donatio et traditio, ad hoc quod competat actio donatorio contra donatorem. s. quod res tradatur, & quod sequatur missio rei in vacuum possessionem: vacua enim possessio tradi non intelligitur, si quis eam possederit per se, vel si quis in eadem possessione fuerit, si-

M.ii.

cut

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

cut procurator, colonus vel inquilinus, hospes, seruus vel amicus, licet subiectus non sit ei, cuius nomine est in possessione, cum non sit in seysina nomine donatorij. Itē si cum ambo fuerint in possessione, siue simul utatur, siue non, in parte vel in toto, siue imaginaria sit donatio siue non, et donatorem poenituerit fecisse traditionē, et donatoriū eiecerit, nō recuperabit eiectus p̄ assisam, quia vacuum possessionē nō habuit, eō q̄ donator a possessione non recessit. Et econtrariō, si donatorius donatorē, donator recuperabit p̄ assisam, prædicta ratione, quia nūq̄ desijt possidere. Item cum donator donatoriū in possessionem induxerit & statim recesserit, et postmodū sine mora reuersus, sub colore hospitandi hospitium petierit, adhuc esse poterit donatio imaginaria, et non vera. Sed & tunc refert, vtrum sub eodē colore admittatur, vel repulsus fuerit: si autem repulsus, per assisam non recuperabit, quia de sua voluntate et nō cōpulsus exiuit, et rata et firma erit donatio, ex quo semel voluerit. Si autem gratis admittatur, tunc videndū vtrum se gerat vt dominus, sic vtendo, agendo et præcipiendo sicut prius, et si hoc egerit, tunc videtur quod anima possessione non recessit, sed illam animo potius continuauit. Si autem post longum tēporis interuallum redierit, et donatorius in medio tēpore in possessione extiterit, et p̄ se vsus fuerit, erit traditio bona, quia tēpus purgat vitiū, et maximē ex noua cōuentione, si cōuentio de nouo interuenerit, et sic tenere poterit donatio et valere, quāuis fructus et alia in vsu proprios cōuertat tēpore vitę suę. Videtur etiam (sine præiudicio melioris sententię) q̄ siue statim redierit, postq̄ semel exiuerit, siue non, si sic nō agat vt dominus, sed statum suum ex toto mutauerit, quod agat vt procurator, vel senescallus, vel seruiens, vbi prius fuit dñs, et quod sit ministrator vbi prius maior & præceptor, non erit talis donatio vel traditio imaginaria, quia per factum & vsum veritas declaratur. Itē cum ambo fuerint in possessione, et donator semel exiuerit, et cum regredi voluerit nō possit, vel cum donatori in possessione fuerit, poenituerit donatorem donationis & ingredi non possit, ponat se in aliquā partē terrę donatę, facit donatorio disseysinam, quia licet donatorius totū fundū non circumiuerit, vel in omni parte nō extiterit, tamen ex ipsa traditione, totum acquisiuit, cum tempore traditionis eo animo seysinā nactus sit, q̄ totum fundū cū pertinentijs possideat vsq; ad terminos, et eō quod donator in traditione nihil sibi excepit, quod si excepisset, aliud esset. Itē esto quod donator in donatione et traditione excipiat, ne donatorius vti possit vel frui, talis donatio p̄fecta erit, licet inefficax et effectū non habeat vel p̄fectionem. Item esto quod procurator negotia gerens sui domini, rem emerit in absentia dñi sui, vel stipulatus fuerit ex causa donationis, et facta traditione recedat donator animo & corpore, et procurator nomine domini sui in possessione extiterit corpore et animo retinendi, et cum dñs inde certioratus fuerit factū procuratoris non approbauerit, et venerit aliquis a latere & procuratorē eiecerit, videndū cui cōpetat assisa, non donatori, quia animo & corpore recessit a possessione: Itē nec procuratori, quia nomine suo non recepit, sed alieno. Item non dño procuratoris, quia factū procuratoris non approbauerit. Videtur igitur q̄ cū disseysitore remanebit, quod esset iniquū, cum

cum ex maleficio suo non debet lucrum reportare. Reuera cōpetit affisa donatori, quia licet animo & corpore recefferit, tamen possidere non desijt, ex quo donatorius possidere nō incepit. Item incipit quis possidere, quando de volūate donatoris nactus fuerit possessionē vacuā, corpore, & animo retinendi p. ipsum donatorē, vel eius pcuratorē, p. literas vel p. nuntiū, secundum quod p̄dictū est. Sed cum pcuratorē miserit vel nūtiū, ante traditionē p̄nituerit donatorē donationis, queritur an donatio reuocari possit ex p̄nitentia: videtur quod sic. Sed refert, vtrum cōstitit pcuratori vel nuntio de volūate donatoris mutata vel non: si autem cōstitit, non valebit donatio, licet fuerit traditio subsequuta, si autē non, benē tenebit. Itē esto quod donator antē traditionē moriatur, siue hoc ignorauerit siue nō, non valebit donatio. Et illud idē dici poterit de morte donatorij si p. pcuratorē adeptus fuerit possessionē. Itē esto quod post donationem factā antē traditionē furere ceperit donator, vel esse nō sanę mentis, vel nō bonę memorię, et postea subsequuta fuerit traditio, benē valebit donatio, quia voluntatē quā habuit donator ante furorem, et quę non fuit reuocata superueniente furore, mutare nō potuit, siue ipse donatorius cū autoritate vel sine se posuerit in seysinā & ex quo donator nūq̄ mutauit voluntatē, quod quidē si donatorij se posuerit in seysinā p̄pria autoritate, cum donator esset sanę mentis, vel si furiosus, dū tamen dilucidis gauderet interuallis, reuocare vellet donationem, benē posset, quia non interuenit autoritas vel traditio seysinę. Si autē donatorius post donationē & ante traditionem furere ceperit, vel esse nō sanę mentis, non valebit donatio, vel traditio, quia licet donator in voluntate tradendi extiterit, tamen donatorius animū retinendi non habet, nec recipiendi, et ideō donator nūq̄ desinit possidere, ex quo donatorius incipere nō potest. Item sine traditionē poterit quis incipere possidere, p. lōgam & pacificā seysinam, et cōtinuum vsum, licet alius possidere non desinat, quia dicitur superius quod traditionibus & vsu captionibus rerum dominia & possessiones transferunt. Itē poterit esse seysina tenera & bona x firma. Ad quod breuiter notandū, q̄ nūq̄ erit tenera, nisi cōcurrant ius & p̄prietas & seysina, vt si ius descendat alicui hēreditariē & se posuerit in seysinā vacuā sine cōtentione (vacuā dico animo & corpore) statim habebit liberū tenementū in ipsa cōiunctione (sine cōtentione dico) secundū qd' cōtentio iusta fuerit vel iniuriosa, & secundū qd' inferius dicitur. Itē eodē modo cum ius & possessio cōiūcta sint vel fuerint & vnita in eadē p̄sona & sub eadē cōiunctione, ex quacūq; causa acquisitionis, cum ipsa re trāfferunt ad aliū, ille qui accipit statim habet vtrūq; & p. cōsequēs in ipsa traditione statim habet liberū tenētū. Si autē facta sit donatio de re aliena, vel cōtra cōventionē vel cōditionē vel intrusionē vel disseysinā, nunq̄ erit ibi possessio firma & valida, sed tenera erit quousq; substantiam ceperit ex tēpore longo & pacifico, quod sufficere possit p. titulo, maxime contra verū dñm, vel contra cōuentionē & cōditionē. Cōtra donatorē verō vel vēditorē & alios q̄ ius nō habēt, firma erit & valida, quātū ad tales, quia statim facit liberū tenētū in ipsa traditione, et sic aduersus quosdam erit valida ab initio, inualida autē & tenera quantū ad alios.

¶ 6. Pet

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

¶ 6. Per quas personas nobis acquiratur possessio videndum est, et sciendum quòd per nosmetipsos, et per liberos et per seruos, quos sub potestate nostra habemus, scienter et ignoranter, dum tamen factum eorū et negotium necessarium fuerit et approbatum: per seruos, tam illos qui sunt in potestate nostra, quàm extra potestatem. Item tam per alienos quàm proprios, dum tamen bona fide possideamus. Per proprios acquirimus qui sunt extra potestatem, sed tamen nihil accipimus antequàm corpora fuerint diffracta. Item per liberos acquirimus, sicut per procuratores, custodes, et curatores, vt si nomine nostro stipulati fuerint procuratores, vel custodes nomine nostro in possessione, et nos recognouerint ad heredes. Dum tamen verum heredem propinquum, vel propinquiorē recognouerint ad heredem et non ante: Et cum hères recognitus fuerit, et ante venerit et homagium fecerit, et optulerit domino suo, quicquid de iure facere debeat, quia non valet antequàm ita fit: quia et si verus sit hères, poterit hereditatem recusare, et vnde si dominus capitalis in seysina fuerit, donec sciuerit quis sit hères, vel donec hères ad ipsum peruenerit facturus &c. vel alia ratione quacunque, quàm quis dicat quòd fit in seysina nomine talis hæredis, non valet, quia per hoc non erit hères in seysina. Si verò alius quàm verus hères sit in seysina vel verus hères, et alius se faciat heredem, si capitalis dominus homagiū capere velit, sic illud capiat: saluo iure cuiuslibet, vel talis nominati qui se facit heredem. Et eodem modo acquiritur surdo et muto naturaliter: licet omninò audire nō possunt, neque loqui, ad similitudinem eius qui est infra ætatem, quia talibus descendit ius merum et proprietas sicut alijs. Item per procuratores, cum infra ætatem nobis facta fuerit donatio, et donator nobis dederit curatorem, quia minor affectum retinendi habere non poterit, non magis quàm furiosus sine curatore, quia non est aliud de eis nisi ad similitudinem eius, qui dormienti pluuiam in manum proiecerit. Et qui accipere debet et retinere, oportet quòd habeat affectionem et intellectum percipiendi et retinendi. Item qui curare debet et custodiam habere, oportet eodem modo quòd habeat intellectum, quia si minorem vel furiosum, liberum vel seruum miseris vt possideas, nequaquam per eos videris possessionem apprehendisse, quia intellectum non habent. Item de seruis, per seruum enim alienum acquirimus, quando bona fide possidemus, quia credimus illum nostrum esse, non habentes conscientiam rei alienæ, per seruum enim quem scimus esse alienum, acquirere non possumus, nec etiam ipse aliquid domino suo acquirat, quia ab alio quàm a domino suo possidetur. Per communem autem seruum acquirimus, etiam singuli in solidum, si ad hoc tamen agat seruus communis vt vni tantum acquirat, si autem ad hoc non agat, tunc singulis acquiratur in communi. Item acquirimus per seruum in quem habemus vsum fructuum, quàmuis ipsum non possideamus, sicut ex operibus suis. Item acquiratur domino per ancillam, sicut per seruum .i. per sceminam sicut per masculum. Item impubes per seruum impuberem, dum tamen tutoris auctoritate. Item per seruum qui in fuga est, dum tamen a nullo possidetur, quia quàm diu ab alio non possidetur, a domino videtur possideri, vel donec

donec exceptionem habuerit, per quam se tueri possit in statu libero, ut dominus habeat actionem, seruis habet exceptionem, si autem nullam, et dominus per actionem eam acquirat, omnia acquisita per seruum dominus obtinebit. Item per seruum acquiritur hereditas, dum iacet non adita, quia hereditas tibi est loco defuncti domini. Item si plures seruientes sunt, per unum poterit hereditas retineri. Et a simili videtur, quod si plures tenentes teneantur ad redditum, si quidam partem soluerint, per hoc totus redditus retinetur. Item a simili, si cui pastura ad C. animalia dederint, licet donatorius C. non immittat, per unam ouem immittam ad tantum numerum pasturam retinebit. Item liber homo, si scire se esse liberum hominem non possidet, nec per ipsam acquiritur. Acquiritur tamen per ipsam qui creditur esse seruus, si mala fide possidetur liber homo, si non liber, sed seruus alienus existimetur. Item per procuratorem et tutorem possessio nobis acquiritur, etiam nobis ignorantibus. Et si dicatur per eos nobis non acquiri, qui nostro nomine accipiunt, futurum est, ut nec ipse possideat, si procurator & tutor, cui res aliena sic tradita est, quia non habent animum possidendi, nec ijs qui tradidit, quia concessit possessionem, nec erit medio tempore vacua possessio. Acquiritur tamen minori, etiam si non consentiat, cum plene aetatis extiterit. Et habebit versus procuratorem actionem negotiorum gestorum si in tali contractu se male gesserit, de maiore autem non sic, ut supra. Item acquiritur possessio & dominium per procuratorem & sine apprehensione, ut si quis procuratori suo tradi iusserit rem emptam, vel datam, etiam in ipsa iustione, quia per iustionem suam declarat voluntatem suam. Item si custodem in rem posuerit. Item si claves cellule, viuarie, vel horreorum tradiderit, quis domino vel procuratori, vana et merces tradi videntur, et si procurator non erret et dominus erret, adhuc domino acquiritur possessio: et vice versa, si procurator erret & dominus non, acquiritur nihilominus, sufficit enim si vnus non erret, secus esset si vterque, quia non consentit qui errat. Item quicquid per seruum iuste acquiritur id domino acquiritur, sed ea que ex maleficijs seruus apprehenderit, ad domini possessionem ideo non pertinent, quia nec peculij causam apprehendunt. Item tradi potest possessio per procuratorem, sicut acquiri, et si quis per procuratorem tradi iusserit alicui, et ipse auctoritate sua propria sine procuratore se posuerit in seysnam, quamuis vacuam, talis recte per se in possessionem non veniet, quia posset donator ante traditionem reuocare donationem, quod quidem post traditionem facere non posset. In pendente igitur erit donatio, quousque donator illam ratam habuerit, vel irritam tenuerit, tenebit tamen si illam ratificauerit tacite vel expresse, expresse, quod hoc voluerit, tacite si illam in vitam non reuocauerit. Si autem amicus venditoris, cui mandauit quod donatorium induceret in possessionem, donatorem mortuo priusque, veris heredes id sciret (heredibus non prohibentibus) donatorium in possessionem induxerit, recte tradita erit possessio. Sed si id fecerit, cum sciret donatorem esse mortuum, vel cum sciret quod heredes id facere nollent, non erit rite facta traditio. Sed si heredes hoc affectauerit, aliud erit. Item dicitur supra in principio, cum iuris adminiculo &c. quod nisi interuenierit iuris adminiculum non videtur quis

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

quis possidere, licet corpore et animo rei insit, tamen propter rem que possideri non potest, sicut res sacra & religiosa, que a nullo possideri potest, cum tantum sit in bonis dei, nec ab ignorate, nec a sciente, licet possessor religionem contempnat. Item propter causam, quia liber homo, a sciente ipsum esse liberum, nullo modo possideri potest, ab eo autem possideri potest, qui credit illum esse seruum suum et non alienum. Item ab hostibus captus, non magis quam seruus, aliquid possidere potest, quia ab alijs possidetur, et vnde cum nihil possidet, sequitur quod nihil dare potest nec transferre ad alium, nec facere accipientis cum effectu re que non habet, nec valet quod agit, dum fuerit sub hostium potestate constitutus. ¶ 7. Qualiter, et per quas personas possessio retineatur, satis dictum est supra, sed restat videre quid iuris, si pluribus de vna et eadem re facta fuerit donatio, simul vel successiue, in eo q̄ superius minus dictum est. Vt, si quis vnum primò feoffauerit et chartam ei fecerit de feoffamento & homagium suum ceperit, et in possessione induxerit, siue talis vsus fuerit vel expletia ceperit siue non, si idem ille feoffator cum fuerit extra possessionem, et nihil habeat quod vterius tradere possit, nisi tantum seruitutem vel seruitium & homagium, cum voluntate tenentis alium feoffauerit, sicut primum, & in possessione induxerit, et primam feoffatum eiecerit, vterq; facit disseysinam tam donator q̄ donatorius, et eodem modo licet ipsum primum non eiecerit, si secundo feoffatus vti voluerit contra voluntatem primi, siue arando, siue seminando vel aliud opus faciendo. Et idem erit si primò feoffatum vti non permiserit qualicumq; impedimento, se dominum esse contendendo. Itē non refert, cui primò facta sit donatio, cum omnibus que faciunt donationem, nec qui primò vsus fuerit vel expletia ceperit, sed qui primò facta fuerit traditio. Itē refert, quis eorum primò habuerit seysinam de voluntate & autoritate domini per traditionem, vel se posuerit quis eorum in seysinam propria autoritate, et quo casu, ille preferatur qui autoritatem habet et traditionem. Item esto q̄ quis tenementum primò alicui tradiderit ad firmam & terminum annorum, et postea alium de eodem tenemento feoffauerit, omnibus concurrētibus que faciunt donationem, et postea illum in seysinam induxerit, firma erit donatio & bona sine alicuius preiudicio, dum tamen firmarium vti & frui non impediat, quia bene sese compatiuntur de eadem re due possessiones, dum tamē ex diuersis causis, sicut traditio ad firmam, & traditio in feodo, ex causa donationis, quia vsus fructus per se stare potest in persona vnius, et liberum tenementum per se in persona alterius, & ille qui habet terminum non habet nisi tantum ius vtendi fruendi in alieno tenemento, & sic sese bene compatiuntur iste due traditiones, ad terminum & in feodo, & cum donator ita per traditionem desierit esse dominus & possidere, & firmarium postea de facto feoffauerit, firmarius per tale feoffamentum, licet vtatur & fruatur & in possessione sit, tamen donator causam suam possidendi ex tali donatione mutare non poterit, s. terminum in feodum, et vnde si firmarius ex tali feoffamento se gerat vt dominus, facit disseysinam primo feoffato, & si per assisam amisit, amittit vtrumq; terminum, & tenentem, quia gerendo se vt feoffatum, videtur tacite termino renūciare, et quod dicitur de duobus, dici

De acquirendo rerum dominio. Fol. 45.

dici poterit de pluribus qui successiue fuerint feoffati. Plures tamé possunt simul et semel feoffari de eodem tenemento, et omnibus simul fieri poterit traditio, & erit vna traditio et vna donatio. Et quid si primò feoffatus expletia: capere nō possit propter terminum vsufructuarij, nihilominus valet donatio, quia semper saluari debet terminus. Et si secundus feoffatus postq̄ se tenuerit vt feoffatus ad feoffamentum, et expletia ceperit, hoc erit potius de libero tenemento primi feoffati quàm suo, quia de alieno. Et cum donator semel dederit, nihil sibi vlteriùs retinet, quod donare possit, nisi nudum dominium. Casus iste euenit apud Clarindone in presentia Iohannis de Lexinton, & malè fuit ibi terminatū, obiecta quadam exceptione seruitutis, contra primò feoffatum, qui tulit assisam noue disseys: contra secundò feoffatum et donatorem. Item si pluribus fiat donatio, possit quidem quibusdam fieri traditio in absentia aliorum, partim nomine proprio, partim nomine aliorum, s. nomine procuratorio, et sic acquiritur absentibus, de facto eorum qui presentes sunt. Item sicut fieri potest donatio pluribus ab vno, de iure vel de facto: ita possunt plures donationem facere vni vel pluribus, de re quam tenent in communi et erit donatio & traditio quasi vna. Si autem non fuerit res communis, tunc refert quis fuerit in possessione ex quacunque causa, siue ius habuerit siue nō, & si talis donationem fecerit & traditionem, valebit donatio, licet donator ius non habuerit, cum possit quis rem dare alienam, et facta traditione, statim incipit donatorius possidere & donator desinit. Et vnde si verus dominus eundem donatorium vel alium feoffauerit, & chartā fecerit et homagium ceperit, donatio non valebit, quia tradere non potest, cum sit extra seysinam, id quod non habet, et quia feoffamentum quod quis habet ab aliquo ex vna causa, illud ab alio habere non potest ex eadem causa, quia quod semel meum est ex vna causa & ab vno, durante possessione mea, non poterit illud iterum esse meum ex eadem causa & ab alio. Nec magis poterunt duo vnicam rem dare ex vna causa vel diuersis, nisi res fuerit communis vt prædictum est, quàm vnicam rem simul et in solidè possidere; nec simul et in solidè vnicam rem possidere, nō magis quàm vnus stare, vbi alius stat, & vnus sedere vbi alius sedet, et eisdem rationibus dare non potest qui non possidet. Sed si quis ius habuerit in re aliena et non seysinam, poterit possidenti recognoscere possessionem esse ius possidentis et remittere ius suum, vel simpliciter remittere sine recognitione. Poterit etiam si dominus fuerit ex noua concessione siue traditione (vt superiùs dictum est) mutare causam possessionis, vt si primò concesserit vsum fructuū ad terminum, poterit concedere tenenti sine traditione ex noua causa liberum tenementum. Si autem primò ad terminum vitæ et vt liberum tenementum, poterit mutare causam vsquè in feodum, sed superuacuum esset omninò, si vnus eandem rem vni bis traderet et ex eadem causa, cum ex prima traditione omninò desierit possidere. Si quis autem in possessione fuerit alicuius rei propriæ vel alienæ, si ab eo petatur, potest illam recognoscere esse ius petentis, et omninò remittere vel tenendum de se et hæredibus suis, vel de alio, secūdū quod inferiùs dicitur, de finalibus concordijs. Item poterit quis desinere

N.i.

possidere

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

possidere & alius incipere tam de facto proprio quàm de alieno . Item tam ex tempore quàm ex animo et corpore, vt infra, de assisa. Ex tempore, vt si præsens fuerit, per negligentiam, & si absens, per obliuionem. Longa enim absentia sicut decem annorum: vel amplius, inducit obliuionem.

¶ Quibus modis amittitur possessio. 2. Si ille cui datum est, rem datam ulterius dare possit sine præiudicio, et cum quis poterit dare terram alienam; quare non poterit dare propria. 3. Quæ sit donatio libera et quæ conditionalis. 4. Quid sit libertas et quid seruitus
Cap. 19.

QUum autem semel fuerit possessio acquisita, amitti poterit multis modis: videndum igitur quibus modis amittatur, et sciendum est quòd eisdem modis amittitur quibus acquiritur. Acquiritur non corpore tantùm, nec animo tantùm, sed vtroq; animo tamen retineri poterit, sine corpore, amitti tamen non poterit sine vtroquè scilicet animo et corpore, quia retinetur animo sine corpore, et corpore sine animo, et cum vtrûquè defecerit, amittitur ex toto. Qualiter vero amissa contra voluntatem possidentis restituatur, satis dicetur infra, de assisa nouæ disseysinæ. ¶ 2. Item videndum an ille cui datum est, rem donatam ulterius dare possit sine præiudicio dominorum capitaliũ, et videtur quòd sic, quia si ulterius fiat donatio, licet capitalis dominus ex hoc damnum consequatur, tamen per hoc ei non iniuriatur, quia non omne damnum inducit iniuriam, sed e contra iniuria damnum. Iniuria autem dici poterit omne id, quod non iure fit, et ex iniuria sequitur actio ad tollendum iniuriam, & id quod iniuria fit, sed ybi damnum et nulla iniuria, non sequitur actio ad tollendum nocumentum, per quod fit damnum. Sed posset aliquis dicere quod ex hoc quòd donatorius ulterius dat & transfert rem donatam ad aliòs, quòd hoc facere non potest, quia per hoc amittit dominus seruitium suum, quod quidem non est verum, salua pace et reuerentia capitaliũ dominorum. Et generaliter verum est, quòd donatorius rem et terram sibi datam donare poterit cui voluerit, nisi ad hoc specialiter agatur in possessione nè possit. Cum enim quis tenementum dederit, certum dat tenementum tali modo, vt certas consuetudines recipiat et certum seruitium, secundùm quod superius dictum est. Et vnde de iure plus petere non poterit si habuerit quod conuenit, et sic tollat quod suum fuerit et vadat. Non enim fit donatio tali modo quòd habeat custodiam terræ et hæredis et maritagium, sed quòd habeat homagium & seruitium, sed cum homagium habuerit, et tale debeat forinsecum seruitium quòd domino capitali, debeat releuium, & custodia terræ, & maritagium hæredis cum euerint, & quæ sequuntur forinsecum sicut seruitium domini regis, nunquàm tamen habebit dominus capitalis ista simul, sed vnum istorum tantùm, cum euerint, aut releuium, aut custodiam & hæredis maritagium. Et benè poterit esse q̄ vnum istorum semper eueniet, et aliud nunquàm: & vnde si dominus tantũ releuiũ habeat, et teneat inde se contentum, quàmuis plus valeant custo-

De acquirendo rerum dominio. Fol. 46.

custodia et hæredis maritagium, et quia ubi quis tenetur ad duo sub diuisione, vnum soluendo vel faciendo liberatur, & vnde cum quis capitalis dominus tenentem suum impedierit & dare non possit, facit ei iniuriam & disseysinam apertam, ex quo illum re sua & seysina vti non pmitit. Tenens vero nullam facit iniuriam domino suo ex tali donatione, quousdam damnum, cum ipse dominus habere possit releuium de suo feoffato, et eius hæredibus, et licet damnum ei facit, non tamen iniuriosum erit, prædicta ratione. Item videri potest quod capitalis dominus iniuriam facit, ponendo se in seysinam in ipsa donatione tenentis sui recenter, vel post tempus, si hoc ei non liceat ex conuentione. Quia esto, quod cum ponere se voluerit in seysinam repellatur, vel cum in seysina fuerit statim eijciatur, vnde ad hoc quod ei competat actio de repetenda seysina, oportet dicere & docere, quod competit ei ius, et quod facta sit ei iniuria: vnde cum repulsus fuerit sine seysina habita, non video quod competat aliqua actio per quam acquirere possit seysinam suam quam nunquam habuit, vel seysinam alicuius antecessoris, vel cum eiectus fuerit, liberum tenementum recuperare non poterit per assisam, liberum tenementum quod non habuit. Si autem summoneri fecerit donatorium, quare feodum suum intrauit, respondere poterit, & docere rationem & causam quare: scilicet quia ille, cuius tenementum illud fuit, & liberè tenuit, sine aliqua exceptione et seruitute imposita, illum inde feoffauit per chartam suam, quam statim ostendat si velit. Si autem quo warranto? producat statim incontinenti feoffatorem suum si præsens fuerit, qui warrantizer, vel ostendat chartam suam de feoffamento. Si autem quærat quare intrauit feodum suum sine licentia sua, & ad damnum suum, tale videlicet, quod amittit seruitium suum & hæredis maritagium et custodiam terre, Respondere poterit & (vt prius) ostendere poterit donatorius causam quare: et quod si damnum habuerit, illud non est ei iniuriosum, quia iniuria non sequitur omne damnum. Habet enim ex tenemento illo, quicquid pertinet ad dominum feodi ratione homagij et seruitij, licet non ad tale commodum, quando tenens suus in manu sua tenuit tenementum, sicut custodiam terre, & hæredis maritagium, sufficit enim si habeat releuium, quasi ex duobus alterum. Aliud tamen esset si in ipsa donatione esset talis seruitus adiecta, ne tenens omninò alienaret, vel nè certis personis, et quo casu, si fieret alienatio contra conuentionem et modum donationis, et donatio fiat tunc cum fuerint simul in possessione donator et donatorius, quo casu, si capitalis dominus donatorium eiecerit, non recuperabit donatorius per assisam, quia possidere non incipit, ex quo donator possidere non desinit. Si autem donatorem eiecerit, competit ei assisa, ex quo nunquam a possessione recessit. Eodem modo fiet si donator eiecerit per se, ante traditionem. Si autem solum donatorium in possessione inuenerit post traditionem, et ipsum statim et recenter eiecerit, per assisam non recuperabit eiectus, quia quamuis statim habeat liberum tenementum, quantum ad suum feoffatorem et alios qui ius non habent, tamen non quantum ad capitalem dominum, propter modum et conuentionem in donatione appositam, non nisi ante tempus. i. post longam

N.ij.

gam

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

gam & pacificam possessionem, et quo casu iniquum esset quòd possessio cum eo capitali domino remaneret, nisi hoc haberet ex còuentione. Ideò paratus esse debet dominus capitalis restituendi possessionem suo feoffato, nisi fortè dare voluerit valorem vel precium, & maximè si donator hoc affirmauerit, vel quantùm donatorius dare voluit, si tenementum ex causa emptionis acquisiuit. Si autem capitalis dominus, presens per longum tempus dissimulauerit, donatorium eijcere non potest, quin recuperet: habebit tamen actionem ex conuentione versus tenentem suum, qui alienauit, & non alium siue soluendo sit, siue non. Et vnde si nihil habeat capitalis dominus, sibi ipsi imputari possit, quòd donationem contra conuentionem factam, per tantùm tempus dissimulauerit. Videtur igitur ex præmissis, quòd cùm donatio facta a domino tenenti suo, perfecta sit & libera, pura et non conditionalis nec seruilis, ex hoc non fit domino iniuria, si tenens vltèrius dederit: ex hoc enim prouenit iniuria, si contra modum vel conuentionem. Si tenens meus fecerit donationem, quæritur cui faciat iniuriam, non domino, quia dominus habet quicquid pertinet ad ipsum et tenementum obligatum & oneratum, quicquid dicatur, et ad quemcunquè peruenerit. Item nec feoffatus, quia nihil ad capitalem dominum quicunquè feodum suum tenuerit, cùm tenens sit tenens suus quàmuis per medium. Item si dicat quòd iniuste ingressus est feodum suum, dico nõ, quia non est feodum suum in dominico sed tenentis illius, et dominus nihil habet in feodo, nisi seruitium: & sic erit feodum tenentis in dominico, et feodum domini in seruitio, & si dominus prohibuerit ne tenens faciat voluntatem suam de tenemento suo quod tenet in dominico, sic intrat dominus in tenementum tenentis sui et facit ei disseysinam, nisi modus vel conuentio in ipsa donatione adiecta aliud inducat, cùm quilibet possit modum et conditionem in donatione sua apponere, et legem quæ semper obseruabitur: Feodum vero domini, dictum est id, homagium & seruitium, & non tenementum in dominico, & ideò qui intrat in homagium & seruitium suum facit ei iniuriam, et non qui intrat in tenementum quod tenens suus tenet in dominico, vt supra dictum est. ¶ 3. Et vnde necessarium est videre quæ donatio est libera et pura & quæ conditionalis (secundum quod superius dictum est) et quæ seruituti supposita, videlicet quæ donatorius faciat vel ne ei facere liceat, de hoc autem quòd dicitur libera, oportet videre quid sit libertas, quid seruitus, vt sciri poterit quid inde sequatur, quid autem sit dare satis dictum est supra. ¶ 4. Est autem libertas, naturalis facultas eius, quòd cuiquè facere libet quod voluerit, nisi quod de iure vel vi prohibetur. Seruitus autem, dici poterit contrarium, vt si contra libertatem teneatur quis ex conuentione aliquid facere, vel non faciat, cùm igitur donatio pura sit & perfecta sine conditione vel seruitute imposita, dici possit libera, & cùm donatio rem faciat accipientis & sit libera, & ex libertate sequatur quòd donatorius de re data facere possit quod voluerit, si rem vltèrius dederit, domino suo non iniuriatur, cùm totum habuerit quod ad ipsum pertinuerit. Item poterit donatio esse subiecta conditioni, vel seruituti in parte, vel in toto: Item quantùm ad omnes, vel quantùm

Ca. 19
De acquirendo rerum dominio. Fol. 47.

quantum ad quosdam , conditioni , secundum quod superius in parte dictum est. Vt si dicatur, do tibi tali tantum terræ, si naus venerit ex Asia, vel Comes Richardus effectus fuerit rex Allemanū, vel si hoc fecerit vel non fecerit, talis donatio perfecta non erit, donec ita sit vel non sit, cum dependeat ex insidijs fortunæ, & existente conditione, perfecta erit donatio facta traditione , quæ si non fiat, habebit donatorius actionem ex conuentione. Et idem erit si fiat mentio de hæredibus . Si autem sic dicatur, do tali & hæredibus suis sub tali conditione, quæ dependeat ex futuro, videlicet vt conditio referatur ad donatorium & hæredes suos simul, vel tantum ad hæredes, & non ad donatorium, tunc ad hoc q̄ donatorius liberum habeat tenementum in futuro, existente conditione vel feodo : Refert vtrum dicatur, tali & hæredibus suis coniunctim, vel tali & hæredibus suis diuisim, videlicet vt conditio referatur ad donatorium et hæredes suos simul, vel tantum ad heredes & non ad donatorium . Si autem coniunctim, non erit alicuius istorum liberum tenementum, nec perfecta donatio. Si autem diuisim, statim perfecta erit donatio & liberum tenementum donatorij, sed non quantum ad hæredes erit feodum antequam existat conditio . Idem erit si dicat, do tali & hæredibus suis, si hæredes habuerit de corpore suo, vel si quos &c. statim erit liberum tenementum donatorij, sed nunquam feodum, nisi cum tales habuerit, propter conditionem quæ dependet ex fortuna expendenti & euentu dubio . Si autem sic dicatur, do tali & hæredibus suis, vel tali & hæredibus suis de corpore suo procreatis, vel quos de corpore suo &c. statim erit perfecta donatio, & feodum donatorio : Licet in fine addatur talis conditio, quod si tales non extiterint, vel si extiterint & defecerint, quod terra reuertatur ad donatorem, nihilominus perfecta erit donatio ab initio, facta traditione, sed resoluitur sub tali conditione, quæ quidem tacita esse possit sicut expressa, & de necessitate reuertitur res data ad donatorem propter defectum hæredum, cum non extiterint, vel si extiterint & defecerint . Item si certis hæredibus fiat donatio, licet defecerint, et alij remotiores generaliter admittuntur ad successionem ex conditione, vt si dicatur, do tali & hæredibus suis, si hæredes habuerit de corpore suo, si tales habuerit licet defecerint, alij remotiores vocantur ad successionem, sed semper erit liberum tenementum, & non feodum, quousquē tales esse inceperint, & si tales nunquam procreati fuerint, omnes hæredes remotiores excluduntur, quasi non existente conditione, & semper erit liberum tenementum donatorij & nunquam feodum. Item quandoquē obligatur persona donatorij ex ipsa donatione, & quandoquē tam donatorius quam ipsa res; donatorius, vt si dicat donator, do tibi talem rem vt inuenias mihi necessaria, ex hoc obligatur donatorius & non ipsa res, & ex tali donatione non obligatur ipsa res sed donatorius, ad necessaria inuenienda . Si autem sic dicat quod inuenias sibi necessaria ex re data, ex tali donatione obligatur tam ipsa res quam persona, scilicet res, non vt donator rem possit repetere, sed vt ex re data sibi inueniantur necessaria, Item eodem modo, si in ipsa donatione conuenerit inter dona-

Lib. ii. De acquirendo rerum dominio.

ter donatorem & donatorium, ne donatorius faciat, et fecerit, adhuc rem donatam reuocare non poterit, agere tamen potest ex conuentione ad consequendum tantum suum interesse. Item si ulterius procedatur in obligatione, vt si non fiat vt conuenit, vel contra hoc quod conuenit quod fieret, vel non fieret, quod bene liceat donatori et hæredibus suis ponere se in rem datam, tenend' sibi et hæredibus suis vt prius, vel ad vitam, sic obligatur tam res quam donatori, et quo casu, si donator se posuerit in seysinam per conuentionem, et donatorius petat per assisam, obstabit ei exceptio conuentionis. Si autem in seysinam se ponere non possit donator, habebit actionem ex conuentione, ad seysinam recuperandam. Item si dicatur sic, do tibi talem rem, habendum tibi & hæredibus tuis, vel cuiuscunque dare vel assignare volueris, exceptis viris religiosis & Iudeis, obligatur sic, tam res quam persona: Res, ne detur talibus, persona, ne detur talibus, et sic non erit libera donatio, quoad personas vetitas, quia prohibitum ne faciat, libera autem quoad omnes alias personas. Et siue donator rem datam retinuerit, vel illam ulterius dederit, non credo quod donator ex tali obligatione rem datam possit repetere, sed ex conuentione agere, ad suum interesse, nisi ita conuenit, quod si contra premissa factum fuerit, possit donator se ponere in seysinam, ad quoscunque res illa postmodum peruenerit contra vetitum. Et quo casu, si donatorius rem datam ulterius dederit liberè, omnino nullius persona excepta, tamen adhuc erit res obligata, quod dare non possit: quia transit cum suo onere. Et si primus donator, ex conuentione inter ipsum et suum feoffatum, se posuerit in seysinam, & ultimo feoffatum eiecerit, ei petenti restitutionem per assisam, obstabit exceptio conuentionis, licet secundus donatorius obligatus non sit ex conuentione inter alios facta, & licet ipse non teneatur, tenetur tamen ex quo detinet rem obligatam: & licet eiectus fuerit et extra seysinam, habebit tamen regressum ad excambium versus suum feoffatorem, quia tenetur ei suus feoffator facere quod promissit, promissit enim in sua donatione, rem esse liberam, quam ex postfacto inuenit oneratam. Si autem donator ingredi non possit, secundum quod in donatione conuenit, habebit actionem ex conuentione versus vtrumque, tam contra secundum donatorium, quam ab eo feoffatum, quia donatorius tenetur ex conuentione obligatus, et suus feoffatus tenetur: quia rem detinet obligatam, & null' eorum per se: donatorius non, quia non potest restituere, licet teneatur ex conuentione, nec feoffatus ab eo, quia non tenetur ex conuentione, licet possit restituere. Facta igitur conuentione, vtriusque procedat actio simul contra vtrumque, et quo casu, cum primus feoffator obtinuerit, faciat secundus excambium suo feoffato. Item poterit fieri donatio cum tali modo, ne res detur alicui, præterquam ipsi donatori, et qualiter fieri debeat in hoc casu, satis elici poterit ex premissis. Item fieri poterit donatio, ne cui detur a donatorio vel hæredibus suis, & sic non erit donatio libera, cum sit seruituti supposita. Et vnde si dicatur generaliter, tenendum liberè, detrahitur tamen libertati per adiectionem quæ sequitur, ne det, & nihilominus obligatur res cum persona. Item poterit fieri donatio ne fiat. i
ne

Ca. 19

De acquirendo rerum dominio. Fol. 48.

ne donatorius det rem sibi datam, vel eam conferat, si mobilis sit, vel ea
vratur vel fruatur. si immobilis, et si hoc dici debeat donatio, inutilis erit
omnino & infructuosa, licet interueniat traditio, quia non fit accipien-
tis, & ideo potius dicenda est nulla. Item dari poterit terra liberius quam
ipse tenuit qui dedit, & tamen quia res transit cum suo onere, semper ma-
net obligata primo feoffatori. Item per maius seruitium, & per hoc, primus
feoffator nullum commodum consequitur, nisi in casu, ut si forte homa-
gium sui tenentisei acciderit, ut eschaeta, vel pro defectu heredis, vel
pro feloniam, vel ratione custodiae vel huiusmodi. Item quod quis tenet
per seruitium militare, dare poterit tenendum in Socagio, et e contra: bene
enim poterit tenens alicuius mutare feoffamentum & seruitium, quan-
tum ad ipsum et tenentem suum, et ita quod ei non competat custodia,
nec heredis, tenentis sui, maritagium, quamuis haec omnia competant
suo feoffatori. Et quid si pro defectu heredis vel propter feloniam vel alio
modo eueniat, quod ultimum feoffator tenere debeat de primo feoffatore
cum ratione sui feoffamenti per seruitium militare, competat ei custodia
& maritagium heredis, et de feoffamento tenentis sui super socagium, &
de natura socagij non competat ei pro releuio nisi redditus duplicatus,
soluat hoc si poterit diligens & prouidus curialis. Item cum quis liberius
dederit quam tenuerit, tenetur feoffatum suum warrantizare, & defendere
per seruitium in charta nominatum, quod si facere noluerit, vel non pos-
sit, dominus capitalis se capiat ad feodum suum, quia res transit cum o-
nere, & tenens faciet seruitium statim, donec habere possit regressum ver-
sus suum warrantum. Item dari poterit res liberius quam donator illam
tenuerit, ut si teneatur de domino suo ad certum seruitium, & ipse dede-
rit in liberam, puram & perpetuam eleemosinam, vel in liberum marita-
gium, et cum res transeat cum onere, propter modum donationis suae, te-
netur feoffatum suum in seysina defendere. Et quid si donator contrari-
us sit sibi ipse in donatione sua, ut si dicat, do tibi talem rem in libera
puram, et perpetuam eleemosinam, faciendo inde tale seruitium, et quo-
casu, libera, & pura non potuit esse eleemosina, cum sit seruitio obligata.
Videtur igitur (sine praedictio melioris sententiae) quod contra donato-
rium debeat interpretari, ex quo scienter in charta sua voluit ad seruitium
obligari. Item si dicat donator, do tibi talem rem, habendam & tenendam
in liberum maritagium cum tali, faciendo inde tale seruitium, ista duo si-
mul stare non possunt, quia res data sit in liberum maritagium, & quia inde fi-
at homagium & seruitium, ante tertium heredem inclusiuum, et unde si statim
fiat homagium vel ante tertium heredem quandocumque, homagium sequi-
tur seruitium, et sic pro homagio erit interpretandum. Item si sic conuenerit
inter donatorem et donatorium, ne fiat donatio vel venditio, nisi tantum
donatori, vel eius heredi, et si contra factum fuerit, statim post traditio-
nem, poterit donator se ponere in seysinam, cum res ex conuentione ma-
neat obligata, post tempus vero non potest, quin faciat disseysinam: ne-
gligens enim trahitur ad consensum. Si autem ab initio conuenerit, quod
se in seysinam ponere possit, tum multo fortius, dum tamen incontinen-
ti. Si autem sic conuenerit, quod se ponere posset in seysinam cum voluerit,
et quan-

Lib.ii. De acquirendo rerum domínio.

et quando voluerit, omni tempore se ponere possit, cum non currat tēp^r contra ipsum, eò q^d res est taliter obligata, et ille vltimò feoffatus sibi imputare poterit, q^d rem sic obligatam ex donatione accepit, siue hoc fecerit ignoranter vel scienter, scit autem (vel scire debet) quilibet qui cōtrahit, quæ vel qualiter sit res, quam accepit, libera vel serua, onerata vel nō onerata, obligata vel non, vitiosa vel non, et omnia debet diligenter perscrutari et inquirere : cum ignorantia ipsum non excusat, et cum liceat contrahentibus sese adinuicem decipere . Sed hæc quæ dicuntur, magis habent locum in venditionibus quàm in donationibus, secundum quod inferiùs dicetur plenius, de emptione & venditione. Cum enim capitalis dominus ex tali conuentione se posuerit in feysinam, rem retinere nō poterit, nisi tantum dederit, quantum quilibet alius dare voluerit : Hoc enim tacitè intelligitur, licet in instrumento expressè non exprimat, et si illam sic recusauerit, benè liceat feoffato suo inde facere quod voluerit, dum tamen res priùs offeratur domino sub eadem conditione, & hæc vera sunt, nisi priùs inter dominum et tenentem suum cōuenerit de certo precio. Item poterit donator ex speciali conuentione, contra ius commune, conditionem suam meliorem facere in causa donationis, vt si pro homagio et seruitio suo donationem fecerit, ad homagiū verò pertinet warrantizatio et defentio, et excambium si warrantizare non possit, et ex speciali conuentione exonerari possit dominus, si specialiter in donatione conuenerit, ne warrantizet, et sic poterit tenens gratis renuntiare ijs, quæ pro se introducta sunt a lege, contra ius commune. Item vice versa, poterit donatorius conditionem suam meliorem facere in causa donationis, ex speciali conuentione contra ius commune, ita videlicet cum ad homagiū et seruitium regale pertineat custodia et hæredis maritagium, ex speciali conuentione poterit tenens exonerare suos hæredes & suum tenementum, ne capitalis dominus habeat custodiam et maritagium, si ita specialitèr conuenerit, contra ius commune, et ita poterit tenens conditionem suam meliorare, et dominus suam peiorem facere . Et vnde cū hæredes tenentis semel acquietantiam habuerint in vita capitalis domini, vel hæredum suorū, licet hæredes capitalis domini infra atate fuerint, et in custodia dominorum suorum, tales capitales domini nil iuris clamare poterunt in custodia vel maritagio hæredis vltimi tenentis, quia si petant, nihil petere possunt nisi nomine hæredis sui feoffati, sed si ipse esset plenæ etatis, nihil petere posset, opposita conuentione, nec ipsi per consequens qui petunt nomine suo. Vnum tamen obstare possit, si vterq; hæres infra etatem extiterit, & hæres vltimi tenentis acquietantiam nunquam habuit, quia si capitalis dominus petat, et excipiat contra ipsum de conuentione, et ad probandam exceptionem, licet charta vel aliud instrumentum producat, replicari poterit a domino, quod hæres tenentis sui non poterit ad exceptionem et chartam respondere, & sic obtinebit ea vice. Sed quæritur an propter hoc debet charta vacua remanere, videtur quòd non, quia adhuc durat obligatio inter hæredes primi tenentis et secundi, & non sunt desitati, cum vti vellent si possent. Et ita poterit quis, ex conuentione speciali, renunciare ijs, quæ pro se introducta sūt & suis,

et suis, qui a se causam trahunt & originem; et sicut poterit quis renuntiare ijs quæ pro se et suis introducta sunt contra ius cõmune, Ita nõ poterit renuntiare ijs quæ pro alijs introducta sunt, et in præiudicium aliorum, quia hoc esset iniuriosum alijs, cum hoc noluerint, sibi ipsi non erit iniuriosum, cum hoc voluerint, licet cõtra ius commune: Scienti enim & volenti non fit iniuria, et ideo dicitur scienti & volenti, quia qui errat nõ consentit. Item esto, quod quis donationem faciat sub ijs verbis. s. tenendum tali et hæredibus suis, vel cui dare vel legare voluerit, videtur prima facie quod hæc dictio (legare) superflua sit, et haberi debet pro nõ adiecta, cum laicum feodum legari non possit, nisi in rebus specialibus, sicut burgagijs, et unde si laicum feodum petatur ex causa testamentaria in seculari foro, audiri non debet legatarius, quia causa testamentaria nõ tractatur in tali foro, sed specialiter excipitur ne tractetur. Si autem petatur in foro eccllesiastico, ibi obstabit regia prohibitio, et unde videtur quod in quolibet foro deficit ei actio, cum sit extra possessionem. Sed si in possessione extiterit ex causa legati, et hæres petat per assisam mortis antecessoris, queritur an elidi possit actio petentis per exceptionem donationis ex causa legati, ex quo antecessor testator hoc noluit, licet contra ius commune, ad tollendam assisam mortis antecessoris. Respondeo, videtur quod talis adiectio valere non debeat, quia legare possit, cum legatum sit donatio mortis causa, et legatum tantum morte confirmatur, et donatio inter vivos, traditione. Si autem esse debet donatio inter vivos, tunc oportet quod traditio sequatur in vita donatoris. Si autem causa mortis, sequitur traditio post mortem. Sed si nulla traditio ante mortem, tunc non valebit donatio inter vivos, non magis quam assignatio. Si autem post mortem fiat traditio, quasi ex donatione inter vivos per modum adiectum in donatione, quasi de legato, non valebit vt donatio inter vivos: quia in vita non est subsequuta traditio, nec etiam vt legatum, quia non est pure legatum, sed adiectio et sequela donationis inter vivos, et ideo nulla ratione valere debet vt donatio vel legatum, et tamen tali donatorio nulla competeret actio si esset extra seysinam merito, nec competeret ei exceptio contra assisam mortis antecessoris, cum sit in seysina.

Qualiter quis vti debeat seysina. 2. Quod non valet donatio nisi donator totaliter se dimittat de re data et totaliter se teneat extra. Chap. 20.

QUum autem possessio fuerit acquisita, quamvis donatorius liberum habeat tenementum, statim tamen ad declarationem possessionis, ne imaginaria sit donatio, quamvis inducatur in vacuam possessionem, oportet vti seysina sua, et unde, cum res data fuerit minori vel maiori, oportet qd ille cui data fuerit, si maior fuerit vtatur fruatur seysina sua per seipsum, vel per procuratorem quemcuq, liberum vel seruum, qui nomine suo fuerit in possessione, et qui fructus, et prouetus et proficua conuertat in vsus donatorij, et nihil in vsus donatoris. Si autem minor fuerit vel impotens sui, oportet quod vtatur per tutorem, vel procuratorem datum a donatore, quia si ipse donator, pater, vel alius in

O. i.

seysina

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio

seysina remanserit, et profectus in vsus proprios conuertat, quamuis hoc fecerit quasi curator, et ita seysitus obicit, quamuis homagium & charta interuenerit, & seysina cum solennitate, adhuc non valebit donatio, nec etiam si donatorius ratione predictorum, post mortem donatoris se posuerit in seysinam, et statim eiectus fuerit, per assisam noue disseysinæ nõ recuperabit. Si autẽ p negligentiam veri hæredis longam habuerit seysinã & pacificam, et post interuallum eiectus fuerit, recuperabit, quia sine iudicio, et vero hæredi competit assisa mortis antecessoris. Idem erit, quod non valebit donatio, si cum simul fuerint in possessione, terram simul excoluerint, et fructus expendierint in communi, ex toto vel ex parte, p vsũ enim videri poterit, quid lateat in animo donatoris, et hæc vera sunt, siue continua sit possessio donatoris, siue per particulas distincta, donator enim per talem vsum propriam seysinam continuat, et seysinã donatorij impedit, et adnihilat. Et videtur p talem vsum, quod a possessione nõ recessit, animo nec corpore. Item si in charta donationis contineatur, quod donator rem integram donauerit, et donatorius in parte aliqua vsus fuerit, et donator in alia, continuat per hoc donator seysinam suam in toto, nisi aliqua pars specialiter sit excepta. Sed si donatorius in parte aliqua vsus fuerit, ita quod donator in nulla parte, et eo animo vt fundum possideat, vsq; ad terminos, talis vsus sufficit ad totum fundũ retinendum. Si autẽ donatorius in pertinentijs, et donator in principali, donator totum retinebit p vsum suũ, et donatorius p vsum suum, nihil acquiret, quia aut totum aut nihil: quia in animo donatoris esse debere totum transferre, et in animo donatorij totum recipere. Male actum est in contrariũ, inter Rogerũ de Reyne & Robertũ de Shute, de terra de Vuluertõ cum hũdr̃ pertiũ, vbi per talem vsum adiudicatum fuit, quod Rogerus retineret hũdredum propter vsum de hundredo, vbi Richardus frater Rogeri, donator nõquã recessit a terra, ad quã hundredum pertinuit, et est solutio vt videtur, quod si simul vtantur in principali, valere non debeat donatio, multò fortius valere non debeat, si donator in principali et donatorius in pertinentijs, cum principale, sit caput, et pertinens mēbrum, et vtrumq; corpus fit, et sic vtuntur simul in vno corpore, quod est ipsa res, integrè data. Si autem diuersæ essent res, et quarũ nulla aliam contingit & simul datæ, vt si dicatur, do tibi talem rem, et talem, aliud erit, vel si quis aliam rem dederit cum pertiũ, retenta tantũ sibi aliqua parte rei donatæ, non enim pdest donatorio donatio, vel vsus suus in aliqua parte rei donatæ, si donator vtatur in parte aliqua rei donatæ, siue simul siue vicissim, in vna domo vel in diuersis, in vno loco vel in diuersis, quæ sunt de corpore vel p̃tinentijs rei datæ, quia donator animũ habere debeat, vt totũ transferat & donatorius, vt totũ recipiat, et cum vterq; vtatur, donator p vsum suũ totum retinet, et donatorius p vsum suum nihil acquirit. Itẽ si statim & eodẽ die quo recessit, vel i crastino reuertatur, hospitium charitatiuè petiturus, secundũ quod in parte dicitur superius, et admissus, vtatur fruatutur vt prius et se gerendo vt dñs, licet voce p̃fitatur contrariũ, per hoc videtur qd a seysina animo nõ recessit, et vnde si ita admissus, alium fortẽ feoffauerit, vel donatoriũ eiecerit, donatorius p assisam nõ recuperabit.

Si

Si autem hoc fecerit post longum interuallum, sicut annum vel post biennium, dum tamen finis & cyrographum in curia domini Regis interuenerit, aliud erit, donatore extra seysinā existente, erit etiam quasi nouus contractus, cum veterem non tangat donationem. Et illud idem dici potest, si extra curiam regiam per aliam scripturā sine fine & cyrographo regio, dum tamen probari possit conuentio & scriptura, quę lecta sit in publico et audita. Et ita mutari poterit donatio post interuallum, de partium voluntate. Et quod ea quę dicta sunt vera sunt, uideri poterit per exemplū, vt de Itinere episcopi Dunholm, et M. de P. in comitatu Eborū añ regis H. tertio Assisa nouæ disseysinæ si Rogerus de Halgheton, vbi dicitur, quod quidam dedit filio suo iuniori vnam virgatam terræ per quinque annos ante mortem suam, et fecit ei seysinam, & omnem solennitatem in donatione faciendam, et postea recessit a terra illa vsq; ad aliam terram suam, et ita habuit filium suū in custodia sua tota vita sua, sed omnes fructus in proprios vsus conuertit, et quando pater obiit, posuit se puer ille in terram illam, et verus hæres statim eiecit eum, et puer non recuperauit: Quia pater excepit expletia tota vita sua, quamuis iuratores dicerēt, quod hoc fecit ratione custodiae pueri sui, et si hæres eum statim eijcere non possit, recuperare poterit per assisam mortis antecessoris, vt de termino sancti Michaelis anno regis H. tertio incipiente quarto. Item eum simul fuerint in possessione donator & donatorius, et donator alius seoffauerit, et in seysinam posuerit, et prius seoffatum eiecerit, per assisam nouæ disseysinæ non recuperabit, vt de termino sancti Michaelis anno regis H. decimosexto incipiente decimosextimo in comitatu Suffolke de Wilhelmo de Fraxino. Item esto, quod quis dederit alicui medietatē terræ suæ in maritagiū cum filia sua, siue certa sit pars siue incerta, et omnes in vna domo et eadem terra insimul commorentur, & blada expenderit in communi, et donator ita moriatur seysitus, non valebit illa donatio, vt de vltimo itinere M. de P. in comitatu Suffolke, Assisa nouæ disseysinæ si Anselmus. Item facit ad materiā istam, quod habetis de itinere Simonis de Pateshull in comitatu Leic. & Suff. vbi dicitur, quod si donator et donatorius simul fuerint in seysina vsq; ad mortem donatoris, licet donatorius omnia cepit expletia, cum homagio & fidelitatibus hominum, et licet donator publicē protestetur quod terra nō sit sua, sed donatorij, et quod ipse sit hospes & charitatiuē susceptus vt hospes, adhuc non valebit donatio: quia nihilominus donator continuat seysinam suam. Item facit ad materiā istam, quod habetis de vltimo itinere M. de P. in comitatu Suffolke, de quodam Iohanne filio Hugonis & Alano fratre suo antenato. Casus talis est. Idem Alanus in vita Hugonis patris sui, concessit Iohanni fratri suo postnato, per quādam conuentionem inter eos factam, totam hæreditatē quę ei descendere debuit de prædicto Hugone patre eorum cōmuni, et Hugo se dimisit in curia domini capitalis, et capitalis dominus cepit homagiū ipsius Iohannis, sed Alanus tunc reclamauit, et Hugo postq̄ posuit Iohannē in seysinam, vagauit p̄ patriam per duos menses, et postea reuersus, posuit se in terram illam, et sic fuit in seysina cum prædicto Iohanne p̄ vnum annum & dimidium, et sic obiit

O.ii.

seysitus

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

seysitus, et quia sic obiit seysitus; et quia sic reclamauit Alanus, et quia facta fuit concessio de re non vacante, et longe antequam idem Hugo se dimisisset, idem Iohannes eiectus per Alanum, non recuperauit seysinam suam per assisam.

¶ 2. Item facit ad materiam istam quod habetis de ultimo itinere M. de P. in comitatu Lanc. anno regni regis H. decimosexto, ubi capta fuit quedam iurata apud Lincolniam, si Rogerus de Monte Vegonis anno & die quo obiit, fuit in seysina de quibusdam terris, et qui dixerunt quod predictus Rogerus non fuit seysitus, anno et die quo obiit, quia diu ante mortem suam dedit terram illam cuidam Iohanni de Lunguilers, qui semper postea remansit in seysina, usque ad mortem ipsius Rogeri, et excoluit terram illam & blada expendit, et redditus et expletia cepit, et etiam quintamdecimam dedit domino regi apud Lincolniam, & unde in itinere eiusdem apud Lanc. eodem anno, conuicti fuerunt iuratores per triginta sex milites de comitatu Eborum & Lanc. sicut continetur in principio rotuli. Et unde triginta sex milites dixerunt, quod idem Rogerus venit ad comitatum Lanc. et dedit cuidam Iohanni de Lunguilers terram illam, per quandam chartam, et liberauit eam chartam in pleno comitatu, sed Rogerus semper remansit in seysina, quousque ad mortem, et cepit omnia expletia, & legauit omnia bona mobilia, & nunquam amouit balliuos nec seruitentes suos, quos ibi prius posuerat, nec in aliquo statum suum mutauit, et unde ibidem adiudicatum fuit, quod Rogerus obiit seysitus, & quod xij. de comitatu Lincolniam falsum fecerunt sacramentum, et ideo conuicti, quia dixerunt contrarium: et quod prima iurata conuicta fuit per secundam. Illud idem inuenietis ibidem, de eodem Rogerus, et Henrico de Maris, quia idem Rogerus semper cepit expletia, usque ad mortem. Item esto, quod cum donator & donatorius ita fuerint simul in seysina, quod donatorius rem sic datam dederit alicui: queritur an valet donatio? Reuera non valet, quia neuter eorum inducitur in vacuam possessionem, si autem cum ambo in possessione fuerint, donator alteri dederit, et primum donatorium eiecerit, et eiectus non recuperabit, quia seysinam vacuam, et per se non habuit, nec possidere incipit, ex quo donator possidere non desistit. Cum autem uterque sic fuerit in possessione, tam donator quam donatorius post donationem, et simul exiuerint a possessione, non aliter preponderari poterit, de voluntate donatoris quam per usum, quia per exteriora presumitur de interioribus; et per interiora iudicare debemus, & quis in recessu utriusque, donator seysinam liberauit donatorio, nihilominus tamen habere poterit animum possidendi, et retinere possessionem ciuilem. Homo enim secundum faciem iudicat ut homo, solus autem de corde hominis intuetur, qui nouit abscondita cordis, et renes scrutatur et corda: Nullum enim apud deum secretum. Per usum igitur poterit veritas declarari, sed si cum animo reuertendi recessit donator a possessione, cum donatorium induxerit in possessionem, et mox reuersus quacumque de causa simulata non admittatur, si repellatur, non competit ei assisam noue diffinitionis. Quis dicat quod animum recedendi a possessione non habuerit, et in hoc casu prefertur opinio veritati, quia ex quo gratis cum sollemnitate non coactus exiuit, presumitur vehementer ad manus quod animum verum reuertendi non habuit, et siue causam haberet siue non, posset quilibet dicere quod animum non haberet recedendi, et sic reuocare quod actum esset. Et unde siue sic siue non sic,

sic cōsultè faciet donatorius, si extra seysinā tenuerit donatorem, & cūm donatorio p̄ assisam fuerit adiudicata seysina, p̄ hoc firma erit im̄petuū seysina donatorij, et vlteri⁹ non erit imaginaria donatio nec simulata, & vnde p̄ hoc possit donatorius sine suspitione cōcessionē facere donatori tenēdi ad vitā rem donatā. Itē vice versa, si donator reuersus, siue ab initio animū reuertendi habuerit siue nō, et donatoriū eiecerit, si donatorius statim ipsum eijcere nō possit, cōpetit ei assisa nouē diss. nō obstante sibi aliqua exceptione tenerē seysinē, prodest enim possidere, quotiens ex voluntate eius, ad quē res p̄tinet, possideri ceptū ē, et sufficit semel voluisse, omnibus cōcurrentibus quē faciūt donationē validā, et si posteaq̄ ceptum est possideri, voluntas eius, ad quem res pertinet, accesserit, licet nulla ab initio interuenerit, sufficit tamen ex postfacto, et prodesse debet possessori. Itē si quis, voluntate eius ad quē res p̄tinet, possidere inceperit, quāuis volūtas eius postea nō pseueret, nihil nocet possessori, quia semel cepit possidere ex volūtate, vt i primo casu. Et idē erit, si cūm ambo a possessionē recesserit, facta traditione, et nemine in possessione relicto, statim reuersus donator, mittat se in possessionē, si donatorius statim reuersus, eum eijcere nō possit, cōpetit assisa nouē disseyfinē donatorio.

1 ¶ *Qualiter amittitur possessio acquisita. Cap. 11.*

DICTū est suprā, qualiter possessio retineatur, et per quas personas, et qualiter donatorius vti debeat: Nunc autē dicendū, qualiter acq̄sita amittatur. Et sciendū, q̄ ferē eodē modō amittitur possessio, quo acquiritur: Acquiritur enim corpore et animo, et nō amittitur nisi vtroque modo, licet retineri poterit tantūm animo, secundūm quod, superius dictū est. Et vnde, cūm quis naturalem habuerit possessionem & ciuilē ex aliqua iusta causa acquisitionis, statim cūm donationem fecerit p̄ traditionē animo transferendi, statim amittit & desinit habere vtrāq; ex ipsa traditione. Et eodē modo si quis vtrāq; habuerit, et cōtra voluntatē suā disseyfit⁹ fuerit & eiectus, statim amittit naturalē, ciuilē autē nequaq̄, donec iterū se reponere velit in seysinā & repellatur, vel si crediderit se posse repelli, absteineat a seysinā, & ad superiorē recurrat, & tūc desinit possidē. Sed si recēter dū ciuilē habuerit, reiecerit eiectorem, recuperat naturalē, et sic habet vtrāq; tā naturalē quā ciuilē, et sic quādōq; desinit quis possidere, et ali⁹ incipit statim cūm alius desinit, siue fuit naturalis possessio p̄ se, siue naturalis & ciuilis cōiunctim. Itē cūm quis eiect⁹ fuerit, et naturalē possessionem amiserit, si ad tēpus p̄ negligentia vel impotentia vel patientia iniuriam dissimulauerit, amittit vtramq; , tam naturalē quā ciuilem, cūm patientia trahatur ad cōsensum, et sic desinit verus dñs possidere, et incipit possidere possessor violentus. Et eodē modo, si verus dñs a possessione recesserit nemine suorum in possessione relicto, adhuc retinet vtrāq; , naturalem et ciuilem, quousq; alius ingrediatur contra voluntatem suā, eo sciante vel ignorante: et tunc desinit verus dominus habere possessionem naturalem iustam, et intrusor incipit habere naturalem sed iniustam, sed retinet verus dominus ciuilem, quousquē reuersus repellatur sine spe ponendi se in seysinam, vel cūm suspicetur se posse repelli, et tunc

Lib.ii De acquirendo rerum dominio.

tunc amittit vtramq; et intrusus incipit habere vtrūq; et cū intrusus vtrāq; habuerit, et sine iudicio a vero domino eiectus fuerit, tunc fiet de eo sicut suprà dicitur de vero domino, et verus dominus ppter suam iniuriam amittit actionem suam & assisam, secundum quod, inferiūs dicitur de assisa. Si autem hoc fecerit cum iudicio, & per assisam, vel recentè sine assisa, aliud erit. Item cū malè fidei possessor ita vtrāq; habere inceperit, si ab extraneo eiectus fuerit, tūc fiat de eo, sicut fieri deberet de vero domino, quantum ad extraneas personas. Item amittit quis vtramq; morte naturali vel ciuili, morte naturali, ciuilem amittit in exitu animæ, et naturalem, cū corpus efferatur, ciuilem et naturalem simul. Ex morte ciuili, cū habitum religionis assumpserit, itā quòd ad seculum redire non possit. Itē cū in possessione extiterit licet eiectus non fuerit, si tamē prohibitus fuerit vti frui, vel quòd commodè non possit, nec modo debito, per se nec per suos, vel si alius vti voluerit contra voluntatem suam, retinet dominus naturalem possessionem iustam, et impediens vel p̄turbans, ex longa possessione, per impotentiam vel negligentiam veri domini incipit habere quodammodò vtramq;, naturalē et ciuilem: sed naturalem iniustam. Et eodem modo fit, vbicunq; res alicuius siue in possessione fuerit siue extrā, contra voluntatem suam fuerit communicata, vel contractata, edificando, arando, seminando, aquam diuertendo, falcando, fodiendo, vel quid aliud tale faciendo. Ecce hic, quòd si quis sp̄te permittat alium arare, seminare vel meliorare terram suam, nō est disseysina, nec est negligentia eius, qui patitur, sed cautela, si non permittat asportare fructus. Si autem voluntas ipsius, cuius res fuerit, interuenerit, aliud erit, cū scienti et volenti non fiat iniuria. Vt si aliquis terram meam arauerit, seminauerit, et stercorauerit, vel alio modo meliorauerit, et ego dissimulauero ad tempus, vt fructus consequi possim, si tamen ipsū vel alios statim arare, seminare, non impediuero, siue meliorare: non tamen propter hoc desino possidere, cū hoc faciat de voluntate mea, quòd si contra faceret, statim esset ibi disseysina, et vnde non erit ibi negligentia, imo cautela, vt fructus lucri faciat, vel alio modo conditionem veri domini meliorem. Sed cū malæ fidei possessor fructus & blada asportauerit, cū hoc sit contra voluntatem domini, erit disseysina manifesta. Infra plenius de hac materia dicitur, inter assisas nouè disseysinæ.

1 ¶ Qualiter acquiritur possessio per vsu captionem. 2. Qualiter acquiritur possessio Inuris, quod tradi non potest legum vsu. Cap. 22.

Dictum est in p̄cedentibus, qualiter rerum corporalium dominia ex titulo, et iusta causa acquirendi, transferuntur per traditionem. Nunc autem dicendum qualiter transferuntur sine titulo, & traditione, per vsucaptionem. s. p̄ longam, continuam, et pacificam possessionem, ex diurno tempore et sine traditione: sed quān esse debeat non definitur a iure, sed ex Iustitiariorum discretione. Continuum dico, itā quòd non sit interrupta: Interrūpi enim poterit multis modis, sine violentia adhibita, per denuntiationē et impetrationem diligentem, et diligentem prosecutionem, et per talem interruptionem, nunq̄ acquirere possidens

De acquirendo rerum dominio. Fol. 52.

possidens, ex tempore, liberū tenementū. Pacificam dico, quia si cōtentio-
 osa fuerit, idem erit quod prius, si cōtentio fuerit iusta, vti si verus dñs sta-
 tim cū intrator vel disseysior ingressus fuerit seysinam, recēter & incō-
 tinenti (si p̄sens fuerit, vel si absens cū redierit) nitatur tales virib⁹ re-
 pellere et expellere, licet id quod inceperit p̄ducere non possit ad effectū
 dum tamen cū defecerit, diligens sit ad impetrandū & prosequendum.
 Et nota, q̄ ex hoc capitulo habetur, q̄ acquiritur possessio & liberū tene-
 mentum ex tempore, et sine titulo et traditione, p̄ longam, et pacificā sey-
 sinā, habitā p̄ patientiā & negligentia veri dñi. Iniuriosa autē esse poterit
 contentio, vel iniusta, vt si quis, ad quē non p̄tinet, talibus quēstionē mo-
 ueat vel contentionē vel interruptionē, et vade si quis p̄ intrusionē post
 mortē alicuius ante aditam hēreditatē ab hērede, propria autoritate se
 posuerit in seysinam vacuā, vel cum autoritate eius qui ius nō habet do-
 nandi, cū nō sit verus dñs. Item si disseysior cū disseysinā fecerit. Itē
 si firmarius p̄ longū tempus, post terminū p̄teritū: Itē si quis cōtra
 cōventionē, quāuis inter alios factā, vel contra modū donationis, vt q̄
 omnindē dare nō posset vel alienare, vel nō certis p̄sonis. Itē si quis se po-
 suerit in seysinā ex causa donationis eius, qui ius non habet, vel non nisi
 ad vitā, quacūq; ratione, ad exhēredationē veri hēredis. Itē si frater post-
 natus, pp̄ria autoritate, se intruserit in seysinam, vel fortē cū habuerit
 autoritatē a capitali dño, vel ab aliquo ad quem non p̄tinet, et quorum
 casus sunt infiniti: Tales siue titulū habuerint siue non, quantum ad verū
 dñm, qui ius habet & pp̄rietatem, nūquā liberū tenementū habebunt
 nisi p̄ longam, continuam, et pacificā possessionē, vt p̄dictū est, quantū
 vero ad non dominos qui dederunt, vel quantū ad alios, qui ius non ha-
 bent, statim & incontinenti incipiunt habere ius & liberū tenementū, et
 incipiunt possidere, et cū longa, et pacifica & continua possessio inter-
 uenerit, incipiunt possidere quoad omnes, et habere liberum tenementū
 itā quod sine breui vel iudicio eijci non possunt: quia sicut tēpus est mo-
 dus inducendē & tollendē obligationis, itā erit mod⁹ acquirendē posse-
 sionis, longa enim possessio (sicut ius) parit ius possidēdi & tollit actionē
 vero dño petenti quandōq; vnā, quandōq; aliā, quandōq; omnem, quia
 omnes actiones in mundo, infra certa tempora habent limitationem. Sic
 enim, vt p̄dictū est, acquiritur possessio & liberū tenētū ex tempore, sine
 titulo & traditione, p̄ patientiā & negligentia veri dñi. Et sciendū quod
 non valet si fuerit violenta, si incontinenti resistatur, et hoc verū est, nisi
 fuerit precaria, quē omni tempore reuocari poterit, et idem si de gratia:
 gratia enim volūtaria est, & de voluntate cōtraria reuocatur. Item vbi fu-
 erit clandestina, sicut noctuaria, vel cōcessa a balliuis in absentia dñorū.
 Item si ad preciū incertū .s. quolibet anno vel tempore mutatū, et alter-
 natū, secūs si ad certū. Et hęc locū habent inter priuatas p̄sonas, inter re-
 gem et priuatas p̄sonas non tenet istud, quia Rex parem non habet, nec
 vicinum, nec superiorem. ¶ 2. Dicitū est, qualiter quis acquirit posses-
 sionē rei corporalis ex tēpore & sine traditione, cū vsu vel sine: nunc autē
 dicendū qualiter acq̄rit possessio rei incorporalis, sicut possessio iuris, vz
 alicuius seruitutis, p̄ patientiam quē trahitur ad consensum, & longū vsū
 et

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio:

et pacificum, sine constitutione vel expressa voluntate. Patientia vero trahitur ad consensum, et acquiritur possessio iuris per usum, ut si dominus proprietatis liberum habens fundum, ex patientia permiserit uti vicinum suum, presens et sciens, in fundo suo aliqua servitute, ubi ius utendi non habuerit, sicut in pastu pecorum, itinere, vel actu vel aquae ductu, vel huiusmodi per longum tempus, pacifice sine interruptione: ex tali usu et patientia praesumitur de consensu, et de voluntate: et ita acquiritur possessio ex tempore, ita quod taliter utens, sine brevi et iudicio ei non poterit, et sicut consensus esse poterit tacitus, sicut expressus, sic poterit esse voluntas tacita vel expressa. Praesens et sciens dico, quia si absens fuerit, vel praesens & ignoraverit, et si sciret prohiberet, talis usus non valebit, cum sit clandestinus, et idem erit si nocturnus. Item idem erit si violentus. Item idem si precarius, qui tempestive et intempestive revocari poterit, cum dependeat tantum de gratia & voluntate concedentis, sicut de tempore in tempus, de termino in terminum, sicut de anno in annum, pro certo servitio, vel incerto cum termino praefinito, dum tamen si certum sit precium vel servitium cum termino, erit possessio vera & sufficientes. Si autem incertum sit servitium cum termino vel sine, ut si aliquis haberet aliquando plus, aliquando minus, erit ibi potius locatio herbagij, quam pastura. Si autem in absentia veri domini utatur quis de patientia, et permissione servientis, vel alterius qui ius non habet concedendi, vel constituendi servitutem, talis usus non sufficiet, nec valebit ad possessionem acquirendam.

¶ De acquirendo rerum dominio incorporalium, sicut de Iuribus, libertatibus et servitutibus. 2. Qualiter quis uti debeat servitute in communia pastura. 3. Qualiter in iure praesentandi et qualiter transferatur scyffina. 4. Quod advocatio ecclesiae cum aliquo tenemento transferatur quum dari debeat. 5. Quod donatio de advocacione ecclesiae valere non debet antequam donator fuerit in possessione praesentandi. Chap. 23.

Dictum est superius qualiter acquiruntur rerum corporalium dominia, quae traditionem patiuntur vel quasi, ex causa donationis, et qualiter postea transferuntur traditione expresse de persona in personam ex mutuo consensu, tacito vel expresse: Tacito, qui sufficit pro traditione, eo quod donatio expresse non revocatur, cum possit, Expresse, per rati habitationem expressam. Item cum quis adeptus fuerit possessionem, per se sine titulo & traditione, qualiter acquiritur possessio & dominium rerum ex tempore. Item qualiter rerum incorporalium, sicut iuris. s. alicuius servitutis, in alieno acquiritur dominium et possessio per longum, continuum & pacificum usum, sine consensu expresse, per patientiam veri domini, qui sciuit & non prohibuit, sed permisit de consensu tacito. Nunc autem dicendum est qualiter acquiruntur rerum incorporalium dominia, & possessio, sicut iurium, ex consensu expresse, ex causa donationis & constitutionis servitutis. Iura siquidem, cum sint incorporalia, videri non poterunt, nec tangi, et ideo traditionem non patiuntur, sicut res corporales. Oportet igitur ex necessitate, quod in huiusmodi contrahatur donatio ex affectu contrahentium, et solo animo & voluntate transferendi, & accipiendi, & aspectu rei cor-

De acquirendo rerum dominio. Fol. 53.

corporalis, cui insunt huiusmodi iura, & sic quasi possidentur ex fictione iuris, & ille qui sic in possessione fuerit ex iuris fictione, semper quasi vitur, donec fuerit disseysitus per violentiam vel sine violentia per non usum. Acquiri enim poterit possessio rei corporalis sine usu, & similiter rei incorporalis, quasi possessio, sine usu. Sed cum usus interuenerit in re incorporali, retinetur possessio per usum, & efficitur vera, quæ prius fuit fictitia, & cum quis usus fuerit iure tali, ad alium transferre poterit ius, & usum simul, quod non potuit ante usum. Item si ille cui constituta fuerit seruitus, in vita sua cum nolit, vel non possit, usus non fuerit, hæres eius uti poterit, si seruitus fuerit constituta sibi & hæredibus suis, & sic de hærede in hæredem prope quos & remotos, per modum donationis. Si autem sic constituta fuerit seruitus, tali & hæredibus suis, vel cui dare vel assignare voluerit, omnes tales per modum constitutionis siue donationis admittuntur ad usum successiuè, cum sint quasi in possessione, & omnes alij ab usu penitus excluduntur. Huiusmodi autem iura, sicut seruitutes, dici possunt pertinentiæ alicuius rei corporalis, & pertinent de re corporali ad rem corporalem. s. de fundo vel de tenemento alieno ad fundum vel tenementum alicuius proprium, et hoc multis modis, secundum quod infra dicetur plenius, de assisis. Transferuntur autem huiusmodi iura de persona in personam, per usum & quasi ante usum, ut prædictum est. Item sicut pertinent iura ad aliquem ex alieno, ita pertinent in proprio, ut si quis fundum habuerit, ad quem pertinet aduocatio ecclesiæ, ius presentandi pertinebit ad dominum, & quamuis ecclesiæ, secundum quod constructur lignis & lapidibus, sit res corporalis, ius tamen presentandi erit incorporale, & unde aliud est dare ecclesiæ, & aliud dare aduocationem. Laici tamen, secundum communem usum, propter eorum simplicitatem, dant ecclesiæ, & nihil aliud est dicere, quam præsentare. Laicus igitur præsentat ad ecclesiæ vacantem, secundum quod constructur ex lignis & lapidibus, ut præsentatus ecclesiæ regat, & episcopus eam dat, scilicet præsentatum admittit ad regimen, et instituit. Si autem dominus fundi aduocationem dederit. s. illud ius presentandi, aliud erit. Si quis autem donationem fecerit viris religiosis, & dederit eis ecclesiæ, ita quod illam habeant in proprio usus, sic remanebit ecclesiæ illa imperpetuum, sed tamen ius aduocationis ad illos non transfertur, quia ius aduocationis semper remanet cum patrono, & unde illam ulterius conferre non poterunt alicui clerico, cum ius aduocationis, & ius presentandi semper remaneat cum patrono. Si autem dederit quis eis ius aduocationis alicuius ecclesiæ, ipsi, de gratia et dispensatione, poterunt eam in proprios usus retinere, vel ad eam presentare, & ius aduocationis vel patronatus sibi retinere. Habet tamen huiusmodi donatio ex consuetudine & ab usu aliam interpretationem, & alium intellectum, ut si dicat quis, do talē ecclesiā talibus viris religiosis, ubi mentionem facere deberet de aduocatione, sufficit donatio talis, quantum ad ius aduocationis transferendum, & propter simplicitatem laicorum interpretatur, quod laicus per hæc verba dat quicquid iuris habuit in ecclesiā illa. s. ius aduocationis, simul cum ecclesiā illa, secundum quod, inueniri poterit de termino sanctę Trinitatis, anno regni regis Henrici quarto in

P.i.

Comitatu

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

Comitatu Lincoln, de ecclesia de Wichine, data priori de Markeby. ¶ 2. Itē videndū qualiter quis vti debeat iure sibi concessō, ad retinendā possessionē & iuris sui declarationē, & primò de seruitutibus, vt si cui concedatur in alieno, i^o pascēdi, statim cū possit, imittit pecora sua, vnū vel plura, & p hoc retinebit seysinā suā, vnū dico, quia si ad plura vsq; ad mille vel sine numero, sufficit ad seysinā retinendā si vnicū immittat. Itē si ius pascendi p totū fundū concedatur, sufficit ad seysinā retinendā p totum fūdū, si vnicū immittat, eo animo vt p totū pascat, quod quidē si ei pmisū nō fuerit, q vt oninō nō possit vel cōmodē, cōpetit ei assisā nouē diff. licet antea nō vsus fuerit in veritate, ppter quasi seysinā & quasi vsū ex prima voluntate cōcedentis, & cū sic in veritate vsus fuerit, illud ius cū vsu transmittit ad hæredes suos & assignatos, quod prius facere potuit sine vsu, & extūc ad extraneos illud ius transmittere poterit cū vsu & seysina, quod prius facere nō potuit, sine vsu. Et quod dictū est de iure pascendi, fiat de iure eūdi, agendi, aquaūe ducendi, & de onib⁹ alijs seruitutibus, quæ sunt infinitæ & non refert. ¶ 3. De iure autē aduocatiōis restat videre, qualiter transferatur, & quæ debeāt concurrere ad hoc, q trāfferri possit. Oportet igitur q ille, qui aduocatiōē dederit, in seysina sit p̄sentandi: hoc est q vltimò p̄sentauerit aliquē, qui ad p̄sētationē suā admis⁹ fuerit & institutus, vel saltē cōmissa custodia, cū p hoc recognoscatur ipsū esse patronū, vel saltē q p̄sētationē suam euicerit ab aliquo de seysina antecessoris, vel q antecessores sui p̄sētauerint immediatē, vel aliquis nomine eorū, vel nomine suo, sicut custos vel firmari⁹. Cū autē sic in seysina fuerit, ius aduocatiōis ad aliū transferre poterit, sed nō solo animo & affectu, sicut seruitutē, secūdū quosdā. Cū ius aduocatiōis incorporale sit, quod videri non possit nec tangi, oportet de necessitate, quòd cū corpore transferatur, ad quod p̄tinere possit, quia sine corpore rectē possideri nō possit, licet ab aliquib⁹ dicatur, quòd quasi ad similitudinē seruitutis. Et quòd aduocatiō quæ incorporalis est, transferri nō possit sine re corporali & teñto, p̄batur de termino sancti H. anno regis H. nono, comitatu Norf. inter abbatē de Messēdene & Hubertū de Burgo, de ecclesia de Ow Walton, vbi idē abbas p̄tulit quandā chartā cuiusdā walteri de la Penne, quæ testabatur, quòd idē walterus dedit ei aduocatiōē illius ecclesiæ, sed quia postea conuictum fuit, quòd idem walterus nullū teñtum habuit in manerio, in quo ecclesia sita fuit, nec aliquis per eū, nec idē walterus nūq̄ p̄sētauit ad ecclesiam illam: consideratū fuit, quòd Abbas nihil caperet. Item ad hoc facit quod habetis de termino sancti Hillarij anno regis Henrici sexto, comitatu Staff. de Rau⁹ Comite Cestrie & Priore de Kenelwyde, de ecclesia de Stoke, vbi dicitur quòd ille qui dedit aduocatiōem priori, nec aliquis antecessorum suorū nunquam seysinam habuit p̄sētandi, nec aliquod teñtū in villa illa, consideratū fuit quòd donatio illa nulla. Item ad hoc facit, quod habetis de termino Pasche, anno regis H. nono in comitatu Cornub. de Richardo de Wyks & Priore de Triwardray, Assisā vltimē p̄sētationis de ecclesia de Wyks, vbi non valuit donatio facta de aduocatiōe, quia ille qui dedit, nunquam fuit in seysina p̄sētandi, nec terram aliquam habuit

De acquirendo rerum dominio. Fol 54.

habuit in villa illa, ad quã aduocatio illa potuit pertinere, quãuis multæ cõfirmationes episcoporũ, & dñorũ capitaliũ interuenissent. ¶ 4. Oportet igitur, q̃ aduocatio cũ re corporali trãsseratur, cũ seysina illi^o cui trãsseratur, vel alicui^o antecessorũ suorũ, & cũ sic facta fuerit donatio aduocationis, cũ tenito, facta traditione rei corporalis vidz teniti, statim incipit donatorius possidere tenitũ illud, & quasi possidere ius p̃sentandi: seysinã autẽ nunquã habebit, antequã ecclesia vacauerit, et tunc p̃sentare possit. Et vnde si donatio facta fuerit tãtũm donatorio sine hæredib^o suis, si in vita sua vacauerit, p̃sentare poterit, & vti seysina sua. Si autem nõ, remanebit p̃sentatio cũ donatore, vel si illã in vita sua dederit alicui a tequã vacet, nõ valebit donatio, ex quo nõ fuit in seysina p̃sentãdi, sed remanebit cũ donatore. Si autẽ sic facta fuerit donatio, sibi & hæredibus suis, si in vita donatorij nõ vacauerit, quòd p̃sentare possit, ius tamẽ p̃sentandi transmittit ad hæredes suos p̃pinquos et remotos in infinitum, de seysina donatoris & warrãti sui, sicut de seysina alicuius antecessoris, & donatorius sēper ex donatione est quasi in possessione, & videtur vti, donec seysinã amiserit, p̃ nõ vsũ, hoc est, si donatorẽ vel alium, ex negligentia vel patientia sua p̃sentare p̃miserit ad ecclesiã, cũ vacauerit, quo casu nunquã recuperabit ipse, nec hæredes sui, quia vacua erit charta & donatio sine seysina. Si autẽ donatorius antequã ecclesia illa vacauerit, vel antequã p̃sentauerit, vel hæredes sui aduocationem illã dederint alicui, cum tenito vel sine, non valebit donatio, quia quãuis ius p̃sentandi transferatur, tamẽ seysinã nõ transferunt, quam non habent, sed semper remanebit cũ donatore, qui vltimò p̃sentauit, nisi fortẽ sit ita, quòd donatio facta sit donatorio & hæredibus suis, vel cuicunq; dare & assignare voluerit, propter modum donationis, quia donatorij & assignati erunt loco hæredũ. Sed si cũ nulla facta sit mētio de assignatis, donatorius vel ei^o hæredes dederint vel assignauerint antequã seysinã habuerint, & donatorius vel ei^o assignati, cũ ecclesia vacauerit, p̃sentauerit, & p̃ negligentia vel p̃ patientiam primi donatorij admissus fuerit cleric^o, ad eorũ p̃sentationem, sic incipient possidere ex negligentia vel patientia aliorum, & incipiet valere donatio, ex quo concurrunt ius & seysina, iustẽ vel iniustẽ. Sed quid si vterq; p̃sentauerit, primus donator vidz & secund^o donatorius, primus donator p̃ferri debet propter seysinam, a qua nõ recessit, nec secundus donator potuit ad alium plus conferre quã ipse habuit. s. nil nisi ius sine seysina, & licet assignatus ipsũ vocare vellet ad warrãtũ, non possit ei plus warrãtizare, q̃ ei dedit vel dare potuit, nec etiã potest eũ defendere in seysina p̃sentationis, quã suus assignatus nõ habuit. Itẽ esto, quòd antẽ seysinam p̃sentationis, facta fuit donatio vel assignatio, & casu aliquo reuertatur tenitum cũ aduocatione ad eum qui dedit, sicut eschaeta, vel alio modo, & inceperit ecclesia vacare tunc primò, & vterq; p̃sentauerit. s. primus donator et primus donatorius, adhuc erit p̃ferendus in donatione primus donator, propter seysinã p̃sentandi, a qua non recessit, et si donatorius instrumenta donationis p̃tulerit, vacua erunt, quantũ ad ius p̃sentandi, quia quicquid habuit, suo feoffato contulit, et iam ex alia causa, et ab alio possideri incepit de

P.ij.

nouo

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

nouo, q̄ ex prima causa donationis & a feoffatore suo. ¶ 5. Et quòd donatio facta de aduocatione valere nõ debeat, antequã donator fuerit in possessione præsentandi, pbatur in rotulo, de termino sancti M. año reg. H. octauo incipiẽte nono in comitatu Bed. de Iohãne de Trahillz & priore de Niwenhã, Assisa vltimę præsentationis, de tertia parte ecclesiã de Sudmels, vbi prior respondit ad assisã, quòd walterus de Trahyllz, antecessor prædicti Iohannis, dedit aduocationẽ illius tertię partis Falkz de Bureflute, & ille Falkz, illã dedit domui suę p chartã suã, sed quia idẽ prior recognouit quòd idẽ walterus fecit vltimã præsentationẽ, & quòd Falkz nunquã præsentauit, consideratũ fuit, quòd Iohannes recuperaret seysinã suã de seysina walteri antecessoris sui. Item ad hoc facit, quod habetis de itinere M. de Pateshull in comitatu wygorñ, anno regis Henrici quinto: vbi dicitur, quòd si ille cui data fuerit aduocatio vel donatorius antequã præsentauerit, illã vltius donauerit, nõ valebit donatio, quia vltimus donatorius warrantũ non habuit. Itẽ non valet donatio aduocationis, si ille qui dedit nunquã habuit seysinam præsentandi, nec aliquid de manerio, vel tenemento, ad quod aduocatio pertinuit, vt inter placita quę sequuntur regem, anno regni regis Henrici tertij vicesimo secundo in comitatu Salop, de Godefrido de Gamages, vbi idẽ Godfridus dixit corã rege, quòd quidã antecessor suus dedit patri suo quandã terrã, cum aduocatione ecclesiã, & inde postmodũ conuictũ fuit, quòd idem antecessor nõquã seysinã inde habuit, & ideo donatio nulla, licet idẽ Godfridus & pater suus postmodũ inde essent in seysina. Itẽ ad hoc facit, de termino Pasche año regni reg. H. decimo in comitatu Leyc. Assisa vltimę præsentationis, inter walterũ de Rideware, & priorẽ de vndeleigh, vbi idẽ walterus nil capere potuit p assisã, quia Comes de Ferrarijs, qui maneriũ illud, ad quod aduocatio illa ptinuit, dedit prædicto waltero, nunquã præsentauit ad ecclesiã illã. Itẽ ad hoc facit, quod habetis de termino sancti M. anno reg. H. nono incipiente decimo, Assisa vltimę præsentationis, inter priorẽ de Lewes, & Adã de nouo mercato, de ecclesia de Hatfelt, vbi idẽ Adam recuperauit præsentationẽ suã de seysina aui sui ex parte matris. Casus quidẽ talis est. Auus quidã ipsi Adã &c. De hac materia habebitis pleniũ infra, de assisa vltimę præsentationis, & hic supabundat vel ibi. Item videtur, quòd sine corpore poterit ius aduocationis trãfferri ad aliũ p se, & quasi possideri, sicut seruitus, donec vacauerit, & tunc p vsũ & præsentationẽ retineri, ad similitudinẽ seruitutis, nõ est enĩ necesse, vt videtur, quòd sem p adhæreat fũdo vel teñto cui insit, cũ inesse poterit ecclesiã, secundũ quod ecclesia construitur ex lignis & lapidibus, & vnde dicitur aduocatio talis ecclesiã, & vnde si ecclesia donetur sine teñto, adhuc poterit trãfferri aduocatio vel retineri, & cũ p se data fuerit aduocatio & cũ ecclesia vacauerit, donatorius præsentauerit, & ius aduocationis retinebit p seysinam, & sic desinet esse aduocatio de fundi pertinentijs. Et vnde videtur quòd si ille qui aduocationẽ dedit siue ante vacationẽ ecclesiã, siue post, fundũ dederit cũ õnibus pertinentijs suis, & cum aduocatione ecclesiã expressẽ, non valebit donatio, quantũ ad aduocationem, licet valeat quantũ ad fundũ, trãfferẽdo sine aduocatione

De acquirendo rerum dominio. Fol. 35.

catione, quia donator id quod prius dedit, sine voluntate donatorij resumere non poterit, nec iterum dare, licet videatur prima facie, quod semper in seysina extiterit, donec donatorius presentauerit. Sed reuera dare non poterit, cum donatorius ius non habeat presentandi & sit quasi in seysina, donec ecclesia vacauerit, & sic per imaginariam seysinam, remanet vera seysina in suspenso, usque vacatione ecclesiae, et tunc presentet donatorius, si aduocatione ad alium non transfulerit, vel donator si hoc non fecerit, & sic erit obseruandum, ubi aduocatio separata est a fundo, & non est de fundi pertinentijs. Item esto, quod de fundo fiat donatio cum aduocatione, et antequam ecclesia vacauerit, vel post, fuerit donatorius per donatorem vel per alium disseyfitus, & tunc vacare incipiat ecclesia, non presentabit donatorius ad ecclesiam cuius aduocatio est de pertinentijs, antequam fundum recuperet quod est principale, & sic agi oportet in pluribus casibus, quod seysinam habere non poterit quis de pertinentijs vel accessorio, antequam adquisierit principale. Item quandoque transit ius aduocationis cum corpore. id est cum ipso fundo, vel tenente ad quod aduocatio pertinuerit, quandoque cum expressione, & quandoque sine, cum expressione, ut si dicatur, do tibi fundum istum cum omnibus pertinentijs suis & cum aduocatione ecclesiae, vel sine expressione, ut si dicatur, do tibi fundum istum cum omnibus pertinentijs suis, sine aliquo retento, siue hoc sit in feodo, vel ad firmam, in quo casu, transit aduocatio cum ipso fundo ad donatorium, & si partem fundi dederit, quamuis cum omnibus pertinentijs suis, et partem retinuerit, non propter hoc transfertur aduocatio, sed cum donatore remanebit, licet minimam partem fundi retinuerit, non enim transfertur aduocatio cum aliqua parte fundi, nisi specialiter transferatur. Item si pluribus fiat donatio de fundo aliquo, per particulas cum omnibus pertinentijs simul, vel successiue, sine aliqua expressione aduocationis, vltimo seoffatus, quantum ad ius aduocationis, erit omnibus alijs preferendum, habita tamen distinctione, secundum quosdam, si aduocatio specialiter excipiatur: vtrum donator sic dicat, do tibi tantam terram cum omnibus pertinentijs suis, excepto tanto terrae de praedicta terra cum pertinentijs, vel, retento mihi tanto terrae de eadem terra: quia in primo casu videtur excipi ab illo quod donator totum transferat ad donatorium scilicet aduocationem cum omnibus alijs pertinentijs, et vnde cum postea, ab illo toto excipiat partem, videtur quod aduocatio remanere debeat donatori, ex quo cum parte specialiter excepta non transfertur. Si autem sic dicat, do tibi tantam terram cum omnibus pertinentijs suis, salua mihi, vel retenta tali parte, videtur quod aduocatio remanere debeat cum parte retenta vel saluata. Item esto, quod alicui fiat donatio de tenemento, cum aduocatione, donec ei prouideatur, si ante prouisionem, & antequam in seysina fuerit presentandi, donatorius rem cum aduocatione, vel aduocationem per se, etiam post presentationem ad alium transfulerit, qui similiter presentauerit ante prouisionem, & postea donatorio prouisum fuerit, & iterum ecclesiam vacare contigerit, & omnes presentauerint scilicet donator primus & donatorius primus & secundus, donator primus erit alijs omnibus preferendus, quia si primus donatorius & secundus prima facie actionem habeant de presentatione, donator habebit exceptionem de prouisione, &

non

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

non poterit primus donatorius dare ad remanentiam vel cū effectu, quia perpetuitatē nō habet, vel quia eius status dependet ex insidijs fortunę. De hac materia inueniri poterit, de termino Paschę anno reg. Henrici septimo in comitatu Bed. de Falkz de Briante, et priore de Nywenhā, Alūsa vltimę p̄fētationis de ecclesia de Haspele.

1. ¶ De libertatibus, quis eas dare possit et qua sunt regis. 2. Quid est corona regis.
3. De warennis et libertatibus concessis a domino Rege, qualiter possidentur et vtantur. 4. Breue si quis alium vexauerit contra libertatem. 5. De intentione querentis proponenda. Chap. 24.

Dictū est suprà, qualiter iura et res incorporales trāfferuntur, et qualiter traduntur, vel quasi, & qualiter possidētur, vel quasi, & qualiter p̄ verū vsū retinentur: nūc autē dicēdū erit de libertatib⁹, quis cōcedere possit libertates, & quib⁹, & qualiter trāfferuntur, & qualiter possidentur vel quasi, & qualiter p̄ vsū retinentur. Quis? Et sciendū quod ipse dñs rex, qui ordinariā habet iurisdictionē & dignitatē & potestātē, super ōnes qui in regno suo sunt, habet enim ōnia iura in manu sua, quę ad coronā & laicalē ptinet potestātē & materialē gladiū, qui ptinet ad regni gubernaculū, habet etiā iustitiā, & iuditiū quę sunt iurisdictiones, vt ex iurisdictione sua, sicut dei minister & vicarius, tribuat vniciq; qd' suū fuerit. Habet etiam ea quę sunt pacis, vt populū sibi traditus in pace sileat & quiescat, & ne quis alterū verberet, vulneret vel malē tractet, ne quis alienā rē p̄ vim & roberīā auferet vel asportet, ne quis hominē mahemiet vel occidat. Habet etiā coercionē, vt delinquentes puniat & coerceat. Item habet in potestate sua leges, & constitutiones, & assisas in regno suo, puīas & approbatas, & iuratas, ipse in propria persona sua obseruet, & a subditis suis faciat obseruari. Nihil enim prodest iura condere, nisi sit qui iura tueatur. Habet igitur rex huiusmodi iura, siue iurisdictiones in manu sua. Habet etiam p̄ ceteris ōnibus in regno suo, de iure gentiū, priuilegia propria, quę de iure naturali esse deberent inuentoris, sicut Thesaurus, wreccū Maris, Crassus piscis, Sturgio, wayuiū, quę in nullius bonis esse dicuntur. Habet etiam, de iure gentium, in manu sua quę de iure naturali deberent esse cōmunia, sicut feras bestias & aues nō domesticas, quę deberent esse cōmunia de iure naturali & p̄ apprehensionē, & captionē, et aucupationē, propria. Itē p̄ occupationē & apprehensionē rei alteri⁹, vt si quid abijciatur & p̄ derelicto habeatur. Ea vero quę iurisdictionis sunt & pacis, & ea quę sunt iustitię & paci annexa, ad nullū ptinent, nisi ad coronā & dignitatem regiam, nec a corona separari poterunt, cū faciant ipsam coronā. ¶ 2. Est enim corona regis facere iustitiā & iuditiū, & tenere pacē, & sine quib⁹, corona consistere non potest; nec tenere. Huiusmodi autē iura siue iurisdictiones ad p̄sonas vel reū trāfferri non poterunt, nec a priuata persona possideri, nec vsus nec executio iuris, nisi hoc datū fuerit ei desuper, sicut iurisdictione delegata non delegari poterit, quin ordinaria remaneat cū ipso rege. Ea vero quę dicuntur priuilegia, licet pertineant ad coronā, tamē a corona separari possunt & ad priuatas personas trāfferri, sed de gratia ipsius regis speciali: Cuius gratia & concessio specialis, si non interuenerint, temp⁹, a tali petitione, regem

De acquirendo rerum dominio. Fol. 56.

regē non excludit. Nullū enim tēpus currit donationi regis, vel cōtra eū in hoc casu, cūm p̄batiōe nō egeat: Cōstare enim debet ōnib^o, quòd huiusmodi p̄tinēt ad coronā, nisi sit aliquis qui docere possit, ex speciali gratia habita, cōtrariū. In alijs verò vbi p̄batio necessaria fuerit, currit tempus cōtra ipsū: sicut contra quoscūq; alios. Huiusmodi autem libertates, cūm a rege cōcessę fuerint, statim quasi transferūtur, & quasi possidētur, & ille cui conceduntur, statim quasi vtitur, licet casus quo vti debeat statim non euenerit. Cūm autē euenerit, & vsus fuerit, statim retinet possessionē p̄ vsū, & siue vsus fuerit verē siue non, sem̄p̄ erit in possessione vel quasi, vel iurisdictionis delegatę vel rei, donec amiserit p̄ abvsū, vel non vsū. Vti autē non poterit quis verē, licet quasi, tali libertate, donec casus euenerit quo vti possit, vt si quis habeat curiā & potestatē placitandi in curia sua, placita vetiti namij, & tenendi placitū p̄ breue de recto, licet sit quasi in possessione, tamē verē vti non poterit, ante breuis impetrationē & sūmonitionē. Itē si cui concedatur libertas, q̄ inquirere possit & iudicare de assis & mēsuris infractis contrā cōstitutionē regiā, licet possit inquirere, tamē iudicare nō poterit antequā fuerit transgressū, licet fuerit quasi in possessione. Itē si cui concedatur talis libertas, quòd habeat Soke & Sake, Toll & Them, Infangthef & vřfagthef. ¶ 3. Iuditiū vitę & membrorū, & furcas & alia quę pertinent ad executionē iuditiij, talis nō priūs vti poterit tali libertate, antequā latro captus fuerit, de quo iuditiū fieri possit & debeat, sed sem̄p̄ priūs quasi vtitur, cūm sit in potestate vtendi tali libertate, donec illā libertatem amiserit, per non vsū: hoc est donec ali^o de latrone capto, infra libertatē suā iustitiā fecerit & iuditiū, & illum abduxerit extra libertatē suā, semel scyfiendo, p̄ negligentiam & patientiam suā, eo p̄sente & sciente, & p̄mittente. Cū autē hoc sciuerit, & diligenter & recēter sibi p̄quisuerit, repetere poterit libertatē suā. Si autē negligēs fuerit, & p̄ negligentiam & patientiam p̄ lapsū temporis illā amittit, & extūc sine rege restitui nō poterit, cūm p̄ lapsū tēporis suā amiserit actionē. Itē eodē modo si cui concedatur talis libertas, quòd quietus sit de Theolonio & cōsuetudinibus dandis p̄ totū regnū Anglię, in terra & in mari, & quòd Theoloniū & consuetudines capiat infra libertatē suā, de ementibus & vendentibus, statim erit quasi in possessione, & possessionem retinebit cūm Tolnetū & consuetudines receperit, et cūm alibi in regno, extra libertatē suā, p̄ talē libertatē p̄tēxtu talis libertatis, p̄ iuditiū, vel alio modo, habuerit quietantiā in nūdinis & mercatis. Et quod hic dictū est exempli causā, dici poterit in ōnib^o alijs cōmunib^o casibus consimilib^o, sicut in ijs quę p̄tinēt ad coronā, sicut in placito de vetito namij, de visu frāciple-gij. Itē de priuilegijs supradictis. Est enim libertas, euacuatio seruitutis, et contrario modo sese respiciunt, & ideò simul nō morātur. Esse enim poterit libertas, vt si quis teneatur ad dandū ex seruitute, sicut Theolonium & consuetudines, ex libertate defendi poterit ad non dandum. Item si ex seruitute teneatur quis ad non capiendum, ex libertate concessā capere possit consuetudines & Theolonia. Item si quis ex causa venandi vel aucupandi ingredi possit fundum alienum, ex seruitute fundo imposta, per negligentiam vel patientiam minorū, ex libertate concessā, p̄hiberi

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

hiberi poterit ne ingrediatur. Itē si ex seruitute vel quasi, ingrediatur balliui fundū alicui^o, sicut vic. et seruiētes regis, ex libertate a rege cōcessā, a rege phibeantur ne ingrediatur, sed vt p̄ dñm libertatis, sūmmonitiones fiant, & attachiamēta, & visus franci plegij, & ōnia alia quæ pertinet ad coronā. Cū autē dominus rex ita libertates concesserit, sicut prædictum est, illas concedere non debet in præiudicium aliorum, vt si prius fortē alicui concessit talem libertatē, q̄ habeat warrenniam p̄ totam terrā suam, & totum fundum suum, si postmodū illud idem concedat alteri infra eandem libertatem, iniuriatur & detrahit libertati prius concessā, qua forte vsus est quis per multa tempora, & quod semel dedit, sine iuris iniuria resumere non poterit, nec alijs dare, & maximē de quo ipse in feysina non fuerit, quod si fecerit de facto, & cū charta libertatis publicē lecta fuerit & audita, et cū vt in ceperit donatorius, imeditus fuerit p̄ illū, qui primā habuerit libertatem, absquē eo quod hoc prius domino regi ostenderit, q̄ factū suū, quod magis volūtariū est quā iustū, reuocet, & emendet, amittere poterit imperpetuū, eo q̄ factū domini regis, propria authoritate impedit et ei resistit, cū hoc non liceat alicui, nec etiam, quod magis est, de facto suo disputare, vt de Abbate sancti Albani et Galfrido de Chyldwike, apud westm̄ coram ipso domino rege, vbi idem Galfridus warrennam suam retinuit, quā idem Abbas, absq; eo quod hoc ostenderit domino regi, ipsum vt impediuit. Item nec mutare poterit idem rex de iure, libertatem prius cōcessam, vt si dominus rex tenenti suo concesserit talem libertatem, quod nullus vic. vel balliuus ingressum habeat in terram suam, vel feodum suum, ad aliquam summonitionem, vel attachiamētum, vel districtiōem pro seruitio faciendo, si seruitium tenentis sui alicui attornauerit, & concesserit, talis, returna breuium non habebit, contra libertatem prius concessam tenenti suo, qui returna habuerit prius, vt cogatur returna recipere per mediam personam, quæ prius recepit sine medio, per manus vicecomitum vel balliuorum: Et quā non poterit quis seruitiū tenentis sui ita attornare alicui ad damnum ipsius vel grauamen, et hoc verum est, nisi hoc prouenerit ex voluntate tenentis, vel per negligentiam vel patientiam longam. Itē esto quod dominus rex, duobus concesserit aliquam libertatem, vt si alicui vniuersitati, sicut ciuibus vel burgenfibus vel aliquibus alijs, q̄ mercatum habeant vel feriam in villa sua, ciuitate vel burgo, vel consuetudines capiat, & thelonia, & quieti sunt per totum regnū suum in terra & in mari de thelonio dando, vel aliqua alia consuetudine, si postmodū concedat consimilem libertatem aliquibus in regno suo, q̄ capiant & quieti sint, secundū quod prædictum est, videndum erit qui illorum præferri debeant in tali libertate, cū quibusdam concessum sit quod thelonia capiant & cōsuetudines, & alijs ne dent, quod quidem simul stare nō poterit. Recurrendum igitur erit de necessitate, ad prioritatem impetrationis, si nullus eorum vsus fuerit sed quasi. Si autem vn^o eorum vsus fuerit, itā q̄ ab alijs ceperit thelonium & cōsuetudines, in villa, & mercato, vel nūdinis, & quod quietantiā habuit in villa, mercato vel nundinis, talis præferri debet, propter vsū, & retinere, cū prior sit vsu, quāuis non impetra-

impetratione, & hoc verum erit, vbi posteriores impetratione vsi fuerint, nisi illi qui priores sūt impetratione, statim & recenter sibi pquisiuerint. Si autem illi qui priores sunt impetratione, prius vsi fuerint, et quod ceperint ab alijs consuetudines in villa aliorum, libertates suas retinebunt, tam propter prioritatem impetrationis, quā prioritatem vsus. Si autem post talem impetrationem libertatis, & vsū, alij impetrauerint libertatem, quōd vti possunt, alij qui priores sunt, propter hoc, libertatem suam non amittūt. Sed esto quōd illi qui priores sunt impetratione & vsu forte p non vsū vel abusū amiserint, et antequā restituti fuerint ad libertatem, alij impetrauerint & vsi fuerint, alii qui priores fuerint impetratione, et vsu nunq̄ restituentur. Si autem priores, post impetrationem aliorum, sed ante vsū restituti fuerint, sic per restitutionem libertatem prius habitam retinebunt, et alijs præferentur: propter verum vsū, qui vsui fictitio debet præferri. Si quis igitur contra huiusmodi libertates, illos quibus concessæ fuerint grauare vel vexare præsumpserit, summonetur quōd sit coram rege vel eius Iustic. inde responsurus per tale breue.

¶ 4. Rex vic. salutem. Sūmoneas per bonos summonitores, maiorem & balliuos talis ciuitatis, burgi vel ville, quōd sint coram nobis &c. vel corā Iustic. nostris apud talem locū, tali die, ad respondendum tali, vel talibus, quare ceperunt Theoloniū & consuetudines in villa sua tali, de hominibus ipsius talis, vel de talibus burgenſibus, contra libertates, quas idem talis vel tales habent, per chartam nostram, vel antecessorum nostrorum regum Angliæ, quibus hucusquē vsi sunt, vt dicunt, et habeas ibi sūmonitores et hoc breue. Teste &c. ¶ 5. Qui cū post Essoniū & dilationes venerint, pponat querens querelā suam, et intentionē hoc modo. Dicat quōd cū ipse et antecessores sūt, et homines sui de tali villa, vel ipsi tales burgenſes, a tali tempore quieti extiterint, et ipsi quieti esse debeant de Theolonijs et aliis consuetudinibus dandis, tam in terra q̄ in aqua, vbiquē in regno Angliæ, per chartas domini Regis et antecessorum suorum Regum Angliæ, si sint mercatores merchandisas suas exercentes, exceptis talibus merchandis et talibus, ipsi balliui distringunt ipsum, et homines suos, vel burgenſes tales, ad dandum theolonium & alias consuetudines, contra prædictas libertates, itā quōd ceperunt de tali, qui talem rem vendidit, tantum, nomine theolonii, et de tali tantum. Et præterea ceperunt talem et imprisonauerunt, vel verberauerūt & male tractauerunt, et vnde per talem iniustam captionem, dānum habent ad valentiam tanti, et quod tales habeat libertates, et quōd talem acquietantiam habere debeat, per chartam domini regis et antecessorum suorum regum Angliæ, profert chartam talem Regis, factam tali anno, tali mense, tali die regni sui, quæ testatur, quōd inter alias libertates quas cōcedit tali, vel antecessoribus suis, concēdit & confirmat ei, quōd ipse & hæredes sui, et homines eorum de tali villa, quieti sint et liberi de omni theolonio, et omnibus consuetudinibus secularibus, quæ ad ipsum pertinent in omni foro, et in omnibus nundinis, per totum regnum suū, tam per terram quā per mare, vbicunq; peruenerint et per omnes terras suas, vbicunq; libertates dare ei poterit, profert etiam chartam talem, al-

Q. j.

terius

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

terius regis, tali anno regni sui, tali mense, tali die confectam, quæ primâ chartam confirmat, et per eadem verba, et sic proferre potest plures chartas regum antecessorum Angliæ. Profert etiam chartam talis Regis qui nunc est, tali anno, tali mense, tali die confectam: per quam omnes chartas præcedentes confirmat, et per eadem verba, et per quam etiam concedit, quòd si prædictus talis vel tales, vel eorum antecessores, prædictis libertatibus vñ non fuerint per tempus aliquod, per quod illas amiserunt per non vsum, quòd nihilominus ipsi et hæredes sui illis de cætero vtantur liberè et sine impedimento. ¶6. Et talis maior & tales balliuu veniunt, et defendunt vim et iniuriam, et iniustam captionem theolonij, et consuetudinem, et dicunt, quòd antequam aliqua libertas concessa esset talibus burgenfibus qui queruntur, vel eorum antecessoribus, ab aliquo Rege concessa esset, vel antequam ipsi qui queruntur haberent villam vel burgum, vel mercatum, vel feriam, vel etiam portum: habuerunt ipsi burgenfes, de quibus queritur, villam suam, burgum, ciuitatem vel portum ad feodi firmâ, de antecessoribus domini regis, sibi & hæredibus suis, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus, ad villam suam pertinentibus, de donatione talis Regis, tenendum de eo et hæredibus suis, reddendo inde tantum per annum, et qui illam concessit ita liberè per chartam suam, sicut ipse illam vnquam liberius habuit in manu sua, die quo concessionem illam eis fecit, et inde proferant chartas antiquiores, si quas habuerint, et regum succedentium confirmationes. Et vnde dicere potuerunt, quòd sicut charta eorum aunciata est & libertas anterior, non potuit aliquis rex talem libertatem alijs concedere, in eorum præiudicium et iniuriam, et inde petere iudicium. Ad quod, poterit a quærentibus replicari, quòd si illi, de quibus queritur, chartam habuerint aunciatam, nūquam tamen vñ fuerunt ipsi, vel antecessores eorū tali libertate, antequam eis, qui queruntur, et antecessoribus eorum talis concessa esset libertas, q̄ capere possent theolonium in villa tali, et quieti essent per totam terram regis, de theolonio et consuetudinibus dādis, quia nullus burgenfis de villa sua vnquam prius venit ad villam prædictorum, de quibus queritur, qui aliquid emeret vel venderet vel aliud faceret p̄ quod teneretur dare theoloniu, vel alias cōsuetudines. Ad quod poterit ab illis, de quibus queritur, triplicari, q̄ si nullus prædictorū burgenfium, de quibus queritur, veniret in villam suā vt aliquid emeret vel venderet, tamen libertatem suam non amiserunt p̄ non vsum, quia quam citò venerunt et emerunt, siue post siue ante libertatem eis cōcessam, ceperunt theolonia & consuetudines, quia prius vti non potuerunt. Itē q̄ ante libertatē eis cōcessam vñ fuerint, ratione prioritatis, ita quòd ceperunt theoloniu, et consuetudines de tali, qui emit talē rem vel vendidit, et tantū dedit p̄ consuetudine sua, et alius talis talē rem, et tantū dedit, et sic de pluribus, et petunt quòd p̄ patriam inquiratur. Dicere etiā poterunt, quòd q̄uis ita vñ nō essent, vt prædictū est, tamē cū charta eorū aunciata sit, et libertas anterior, non sunt devisitati, quia nūquam ante euenit casus q̄ vri possēt, siue hoc fuerit ante libertatē posteri cōcessā, siue post. Item dicere possunt, quòd si forte libertates suas amississent p̄ non vsum,

tamen

tamen restituti sunt per dominum regem per verba in charta sua de confirmatione contenta, quæ talia sunt, quòd si fortè libertatibus illis prius eis concessis vsi non fuerint omninò, vel cum vsi fuerint illas amiserunt p nò vsu, quòd nihilominus illis vtatur de cetero. Ad quod vero, a parte aduersarij poterit triplicari, quòd quàmuis tales ità restituti fuerint ad libertatem, quam prius amiserunt per non vsu: tamen medio tempore ante restitutionem, concessit eis dñs rex per chartam suam, libertatem quam nunc habent, et vnde cum talis libertas ità eis concessa fuerit, non potuit dñs rex eis restituere libertatem, quam prius alijs concessit, vel dicere poterit, quòd quàmuis charta eorum postnata sit, et libertas posterior, tamen vsu priores extiterint, et quàmuis fortè libertatem suam talem, qua vsi fuerunt, et vsu priores per non vsu amitterent: licet vtriquè restituti essent, tamen ipsi siue priores siue posteriores impetratione vel vsu, primam habuerunt restitutionem, et sic, vt videtur, in omni libertate cõcessa, in impetratione, vsu vel restitutione, erit prioritas pferenda.

¶ De confirmationibus. 2. Quid est confirmatio. 3. Quando quis possit confirmare et quando valet confirmatio, et quando non. Chap. 25.

Quia aliquandò donationes cum perfectè sint, ab hæredib⁹ impediuntur: eget aliquandò donatorius confirmatione hæredū, et aliquandò dominorum capitalium, sicut domini Regis, et aliorum inferiorum. Item si cum a vero domino facta fuerit donatio, et acquisitum dominium, cum homagio et seruitio et solennitate debita, et sit ibi defectus in donatione, q̄ in vita donatoris non sit sequuta traditio, et ità quòd imperfecta sit donatio, si donatorius quocūq; casu post mortem donatoris nactus fuerit seysinam, non valet donatio, cum sit inualida, licet aliqua, nisi confirmatio hæredis interuenerit, quæ si interuenerit, donatio conualescit. Item si quis rem alienam dederit, licet ab initio valeat donatio, quantum ad donatorem & donatorium, non valebit tamē, quantum ad verum dominum. Vt si quis, quocunq; modo, tenuerit ad terminum vite, vel annorū, vel ratione custodię, vel pignoris, siue vadij, aliquam rem, et illam alicui dederit, licet valida sit donatio quantum ad dantem et accipientem, inualida tamen erit et in pendentia, quousquē a vero domino fuerit donatio talium reuocata, vel talium confirmata.

¶ 2. Videndum igitur quid sit confirmatio, et est cõfirmatio, prioris iuris et dñij adepti firmitate donationis, nihil enim noui attribuit, sed ius vetus consolidat, et cõfirmat. Si autē a capitali domino, vel ab alio non domino facta fuerit ei a latere, et vnde si ab initio donatio facta a vero dño, valida fuerit, confirmatio facta ab alijs statim valida erit, et ità verū erit quod dicitur, quòd vbi donatio valida, et confirmatio valida erit. Item si facta fuerit donatio a non dño, sicut ab illo qui tenet ad terminū, vel alio modo, sicut p̄dictū est, valebit confirmatio a latere facta, donec fuerit donatio a vero dño reuocata, et cum reuocata fuerit, incipit nō valere, quantum ad dantem & accipientem, et quantum ad verum dñm, cum autē confirmata fuerit a vero dño, tunc valet & tenet sicut in initio donationis, et tunc primò incipit valere in p̄sona veri

Q.ii. domini

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

domini. Si autem donatio omninò nulla, quia a lege omninò prohibita, sicut donatio inter virum & uxorem, vel donatio facta ab eo qui nullam omninò seysinam habuit, & tradere posset, et rem accipientis facere, confirmatio a latere facta non valebit, et ibi est quod dicitur, quod ubi donatio nulla omninò, nec valebit confirmatio. Sed generaliter, cum quis in possessione fuerit ex quacumque causa vera vel fictitia, et verus dominus sciens et presens hoc voluerit, et donationem vel venditionem a quocumque factam confirmauerit, confirmatio validum facit quod actum fuit, ex quo dominus hoc voluit, voluntas enim sua et confirmatio omnes supplet defectus, licet id quod actum est ab initio, non valuit. Et hoc dico, nisi error fuerit ab initio in donatione, quia si error fuerit ab initio in donatione, non plus valebit confirmatio, quam valet donatio. Poterit enim esse error, tam rei quam personae in donatione, et eodem modo in confirmatione, et siue erratum fuerit in persona siue in re, non valebit quod agitur, quia qui errat non consentit: ut si quis donationem fecerit alicui, sicut heredi talis cum non sit haeres, et postea sequatur confirmatio, non valebit confirmatio, non magis quam donatio. Item si cum capitalis dominus aliquem posuerit in seysinam alicui hereditatis, et credat ipsum esse heredem, cum non sit, sicut partus suppositus: vel alius a vero herede, & homagium suum ceperit, et confirmationes interuenerint, non valebit quod agitur, propter errorem personarum, sed hoc detecto, dissoluendum erit homagium, quia ipse qui homagium fecit, nihil iuris habuit in tenemento de quo homagium fecit, nec de eo tenere debet tenementum, de quo homagium fecit. Item eodem modo poterit esse error, de ipsa re in donatione, ut si donator senserit de una re, et donatorius de alia, non valebit donatio, nec confirmatio quae sequitur ex tali donatione. Item non valebit confirmatio si in donatione erratum non sit, et erratum sit in confirmatione. ¶ 3. Item videndum quando quis possit confirmare, et sciendum quod non priusquam ius ei acciderit, videlicet hereditas, vel dominium, quod possit infirmare donationem antecessoris propter aliquem defectum, ut si in vita donatoris non fuerit traditio subsequuta, unde in vita donatoris non valebit confirmatio. Item si cum ius ei descenderit, totum ius suum ad alium transtulerit siue res corporalis fuerit, siue incorporalis, sicut ius. Item nec valet confirmatio facta ei qui fuerit extra seysinam rei, de qua fit confirmatio, sicut videri poterit per exemplum. Quidam dedit quandam aduocationem cuiusdam ecclesiae cuidam abbati (cum tenemento vel sine non refertur) et fecit ei chartam, super donatione illa, obiit donator antequam ecclesia vacaret, et haeres donatoris praesentauit ad ecclesiam illam qualitercumque, de facto, et clericus admissus fuit ad suam praesentationem, et ita quod charta Abbatis vacua fuit pro non usum, moritur haeres sic in possessione, et transfert possessionem suam ad heredem suum, iste haeres, ex quacumque causa, transfert ad alium, manerium ad quod pertinet aduocatio, cum omnibus pertinentiis suis, sine aliqua retentione, tenendum in feodo, Abbas, cum charta sua vacua impetrat ab herede qui transtulit, et qui est extra possessionem aduocationis, confirmationem donationis factae ab antecessore suo primo donatore, ut validam faciat primam donationem (per confirmationem) quae effecta fuit

fuit inualida & vacua per non vsum, confirmat ei, et super hoc faciunt inter se finem per Cyrographum, postea vacat ecclesia, praesentat Abbas, praesentat donatorius secundus. Dicit Abbas quod ad ipsum pertinet aduocatio & praesentatio, et ad hoc probandum profert quandam chartam talis antecessoris de donatione & confirmatione haeredis, et finem factum. Donatorius vero dicit, quod ad ipsum pertinet praesentatio, quia habet totum manerium illud cum omnibus suis pertinentijs, sine aliqua retentione de donatione praedicti haeredis, cuius antecessor praesentauit post confectionem illius chartae quam Abbas profert, et ita quod charta illa vacua est. Ad quod respondet Abbas, quod charta valida est & bona, et si ab initio vacua esset per non vsum, tamen haeres donatoris facit eam validam per confirmationem sequentem, quae omnes defectus supplere potest, sine alicuius praesudicio, et quae confirmatio, per finem et cyrographum quod sic ostendit, roboratur. Ad quod dicit donatorius, quod nec confirmatio, nec finis qui sequitur ex ea, valere debeant, quia cum haeres confirmauit, et ante dederat ipse manerium, ad quod pertinet aduocatio ipsi donatorio cum omnibus pertinentijs suis sine aliqua retentione, et quia facta fuit confirmatio post donationem & translationem iuris sui ad alium, et sic dum fuit extra seysinam, valere non debeat confirmatio, nec finis qui sequitur ex ea, et exinde nec charta, cum sit vacua, nec confirmatio sine seysina, nec finis qui sequitur ex ea. Item esto, quod haeres cum sic sit in seysina, manerium cum pertinentijs dimiserit ad firmam, ad terminum annorum, et post dimissionem, durante termino, confirmauerit Abbati donationem factam ab antecessore suo, eodem modo quo praedictum est, vacat ecclesia, praesentat abbas, praesentat haeres, praesentat firmari. Abbati praesentanti respondet haeres quod charta antecessoris sui vacua est, per non vsum. Ad quod Abbas respondet, quod licet charta antecessoris sui vacua sit ab initio, tamen efficitur valida per confirmationem, vel per finem. Ad quod haeres respondet, quod nec charta, nec confirmatio, nec finis valere debeant, quia ante haec omnia, dederat ipse ad terminum, manerium cum aduocatione. Ad quod abbas respondet, quod hoc ei nocere non debet, quia quis haeres manerium cum pertinentijs daret ad terminum, tamen remansit ei proprietates & liberum tenentum, et propter quod valida debet esse confirmatio. Ad quod firmarius respondet, quod ad ipsum pertinet praesentatio, quia ante confirmationem, dimissum ei fuit manerium sine retentione ad terminum, cum omnibus pertinentijs suis, et quod confirmatio subsequens nihil iuris ei auferre potuit, et quo casu firmarius obtinebit, et cum ita praesentauerit, continuat possessionem haeredis, cuius nomine praesentauerit, et sic confirmatio illa est vacua, nisi post terminum ratificata fuerit ab haerede. Sed retento primo casu, si infra terminum ecclesia non vacauerit, semper erit confirmatio facta post traditionem in pendentem, quousque terminus praeterierit, et cum ecclesia infra terminum non vacauerit, extunc incipiet confirmatio firma esse & valida, et extunc pertinebit praesentatio ad Abbatem. Et haec omnia locum habebunt in omni casu, vbi tenementum ad quod aduocatio pertinuerit, ad dominum proprietatis, post tempus & terminum, erit reuersurum. Vt si cui concedatur tenementum cum pertinentijs usque ad etatem alicuius, vel donec prouisum fuerit, vel si quis tenuerit

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

tenuerit ad vitam quacunquè ratione, quòd confirmatio omninò non
22 valeat, vel remaneat in suspensò. Si autem fiat donatiò et concessio alicuius rei corporalis vel iuris, ab aliquo, sine aliqua spe reuersionis, et sequatur traditio, extunc si fiat confirmatio alicuius donationis præcedentis, quæ imperfecta fuerit, vel cuius seysinam quis amiserit per non usum, 23 non valebit, licet postea res ex alia causa, sicut per eschaetam, reuertatur ad donatorem, quia extunc alia confirmatione opus erit. Si autem dubium fuerit an reuertatur, tamen non valebit confirmatio, si forte fuerit per præsentationem interrupta. In hoc passu habetur, quòd non valet confirmatio, nisi ille qui confirmat sit in possessione rei, vel iuris vnde fieri debet confirmatio, et eodem modo, nisi ille, cui confirmatio fit, sit in possessione. Et in omni casu, oportet quòd ille qui confirmat vel recognoscit, sit in possessione rei vel iuris, de quibus fieri debet confirmatio, vel recognitio, et eodem modo ille cui fit, quia si nullus, non valebit quod actum erit. Item fieri poterit confirmatio sic, quòd confirmatio dependeat ex prima donatione, vt si quis dicat, confirmo tali talem rem, vel donationem talem, sicut rationabiliter facta est, ex tali confirmatione non valebit prima donatio, nisi in se valida fuerit et perfecta, per huiusmodi enim verba coarctatur, et restringitur, ita quòd nullum suppleri poterit defectum, quòd non est in simplici confirmatione, vbi nõ requiritur, vtrum donum sit rationale vel non, perfectum vel imperfectum, vel omninò nullum. Item sciendum quòd confirmatio specialis, debet referri ad tempus illud, quo donatio conscripta sit, sicut ad alias ratiabitiones negotiorum. Est autem confirmatio, quasi quædam ratiabitio, sufficit tamen quandoquæ per se, si etiam in se contineat donationem, vt 24 si dicat quis, dedi & confirmaui, licet iuuari possit ex aliqua donatione præcedente. Effectus autem confirmationis est, quòd ille qui alicuius donum confirmat, siue suum proprium, siue alienum, vel antecessoris vel extraneæ personæ, proprium, vt si quis dum fuerit infra ætatem, vel dum non fuerit sanæ mentis, vel non sui iuris, vel per vim donationem fecerit, cum plenæ ætatis extiterit, vel sanæ mentis, vel sui iuris, vel extra violentiam constitutus, eam confirmauerit, illam nunquam infirmare poterit. Item si donum antecessoris vel alterius confirmauerit hæres, siue donum perfectum fuerit siue non, validum vel inuolidum, illud infirmari non poterit. Quod autem dictum est de aduocationibus, quæ sunt de pertinentijs in re propria, obseruandum erit in seruitutibus, quæ pertinent ad liberum tenementum alicuius in re aliena, vt si cui concedatur & hæredibus suis ius pascendi, et eundi in fundo alieno, et huiusmodi, quàmuis ipse non vtatur in vita sua, hæredes tamen in donatione comprehensi vti poterunt. Et eodem modo assignati & donatorij (si de illis in donatione mentio habeatur) propter modum donationis. Si autem nulla, donator usum transferre non potuit, quem non habuit. Sed si per negligentiam, et patientiam primi donatoris tales diu vsi fuerint, vel si confirmatio ipsius vel hæredum suorum interuenerit, vsus conualescit, per virtutem confirmationis. Sed & diuersæ sunt causæ acquirendæ rerum dominia, vt causa testamētaria, causa emptionis et vëditionis, et ex locato, con-

et conducto. Sed quia succurritur agentibus, et ius suum prosequenti-
bus in eisdem, per breue de Debito, vel quasi, ideo inferius de debito
pleniùs dicitur.

1 ¶ De donationibus inter mortuos et mortis causa. 2 De quibus rebus poterit quis conce-
dere testamentum. Cap. 26.

EST autem inter alias donationes donatio mortis causa, quæ morte cõ-
firmatur, cuius tres sunt species, vna cum quis nullo præsentis mor-
tis periculi metu conteritur, sed sola cogitatione mortalitatis do-
nat: alia, cum quis imminente periculo mortis commotus, ita donat, vt
statim fiat accipientis. Tertia, vt si quis commotus periculo, non dat
sic vt statim fiat accipientis, sed tunc demum, cum mors fuerit inseque-
ta. Et mortis causa donatio potest esse multiplex, vt si quis contempla-
tione, vel suspicionem mortis, alicui dat, cuiusmodi donationes sæpe fi-
unt ab ægrotantibus, vel ab eis qui in aciem sunt ituri, vel per mare na-
uigaturi, vel peregrè profecturi, et in se tacitam habent conditionem,
vt huiusmodi donationes reuocentur, si ægrotus conualuerit, si mi-
les ab acie redierit, si nauta a navigatione, et peregrinus a peregrinatio-
ne. Et donationes quæ sic fiunt propter mortis suspicionem, morte te-
statoris confirmantur, et sic fiunt: vt si quid humanitatis contigerit de testa-
tore, habeat is, cui legatum est, legatum, si autem contalescat, retineat, vel reha-
beat legatum, vel si prius moriatur ille cui legatum est. Et si duo, qui si-
bi inuicem mortis causa donauerint pariter decesserint, neutrius hæres
repetet, quia neuter alterum superuixit. Et est res vera talis donatio mortis
causa, cum testator, rem legatam se ipsum magis habere voluerit, quam
eum cui legata fuerit, et eum, cui legata est, magis quam hæredem suum.
Si autem sic donetur mortis causa, vt nullo casu reuocetur: causa donan-
di, magis est quam mortis causa donatio, et ideo perinde haberi de-
bet, sicut alia quæuis inter viuos donatio, et ideo inter viros et vxores
non valet. Mortis causa donare licet, non tantum infirmæ valitudinis
causa, sed periculi, et propinquæ mortis, ab hoste vel a prædonibus,
vel ob hominis potentis crudelitatem, vel odium, aut causa nauigatio-
nis, vel peregrinationis imminente, aut si quis fuerit per insidiosa lo-
ca iturus, hæc enim omnia instans periculum demonstrant. Tenentur
autem hæredes, parentum suorum, et aliorum antecessorum quorum
hæredes extiterint, testamenta seruare, et eorum debita, ad quæ cattalla
sua non sufficiunt, acquiescere. In primis autem debet quilibet qui testa-
mentum fecerit, dominum suum de meliori re quam habuerit, recog-
noscere, et postea, ecclesiam de alia meliori. Et quibusdam locis habet
ecclesia melius auri de consuetudine, vel secundum, vel tertium me-
lius, in quibusdam nihil: et ideo consideranda est consuetudo loci.
Item de morte vxoris alicuius (dum vir superstes fuerit) de toto grege
comuni secundum melius auri, quasi de parte sua, sed hoc non nisi de p-
missione et gratia viri sui. Et quamuis non teneretur quis aliquid dare ec-
clesiæ suæ, nomine sepulture, tamẽ cum consuetudo illa laudabilis existat,
dominus

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

dominus papa non vult eam infringere, postq̄ verò quis ecclesiam suam ita recognouerit, deinde parentes & alias personas, secundum quod ei placuerit, respiciat. Mulier vero, quę sui iuris extiterit, testamentum facere potest, sicut alia quæuis persona, et disponere de rebus suis, et fructibus in dote sua existentibus, siue seperati sint a solo siue nō, quod quidem olim facere nō potuit, sed nunc potest, sed de gratia. Si autē fuerit sub potestate viri sui constituta, testamenti factionem non habebit absq; viri sui voluntate, propter honestatem; tamen receptum est quandòq; quòd testamentum facere possit de rationabili parte, quā habitura esset si virū superuixisset, et maximè de rebus sibi datis et concessis ad ornamentū, quæ sua propria dici poterunt, sicut de robis et iocalibus. ¶ 2. De quibus rebus quis testamentum condere possit videndum erit, et sciendū q̄ de rebus suis mobilibus, vel de se mouentibus, et quantenus superfuerit, deducto ere alieno. s. debitis aliorū, quā qui centum solidos habet, et centū solidos debet &c. Item si pluribus debeatur, videndū quis debet præferri. Et sciendū, q̄ si testator, dño regi teneatur, ipse rex erit omnibus alijs præferendus, et benè licebit vie. vel alijs balliuis dñi regis, si ostenderit literas dñi regis, de summonitione scaccarii patentes, imbreuiare, et attachiare bona & catalla defuncti, inuenta in laico feodo suo, ad valentiam ipsius debiti, quod debetur dño regi, per visum legalium hominū, et ita q̄ nil inde amoueat, donec debitum, quod clarum fuerit, persoluatur, et residuum catallorum executoribus relinquatur. Debitum verò defuncti, quod debetur Iudeis, non vsurabit, quamdiu heres infra ætatē extiterit. Et si debitū Iudei in manum dñi regis deuenit, non capiet rex nisi sortem. s. catallum in charta contentum. Ad quę etiam debita, vel alia acquietantia, vxor defuncti, si superstes fuerit, nil conferet de dote sua, cum dos vxoris debeat esse libera. Item si liber homō, intestatus & subito decesserit, dominus suus nil intromittat de bonis defuncti, nisi de hoc tantū, quod ad ipsum pertinuerit. s. q̄ habeat suū heri oth, sed ad ecclesiam & ad amicos pertinebit executio bonorum, nullam enim meretur poenā quis, q̄ quis decedat intestatus. Postea verò, primò deduci debēt debita aliorum, quę clara sunt & recognita, inter quę connumerari poterunt seruitia seruientū, et stipendia famulorum, dum tamen certa sunt. Si autem incerta sunt, sicut de seruientibus, qui sine precio certo steterint in seruitio alicui, licet ex voluntate dependeant, tamen cum ex arbitrio testatorū & amicorum taxata fuerint, ex bonis defuncti deducantur. Item prædici debent expensę faciendę circa funus. Itē necessaria habeat vxor, vsq; ad quarentenam, nisi ei fuerit sua dos citius assignata. His igitur omnibus, de bonis defuncti deductis, peculiū erit quod superfuerit. Si autē nihil superfuerit, vel fortè defunctus, tempore mortis, nil in bonis habuit, per hoc remanebit heres oneratus. Si autem post debita deducta, et post deductionē expensarum quę necessarię erunt, prædictum est, id totum quod tunc superfuerit, diuidatur in tres partes, quarum vna pars relinquatur pueris, si pueros habuerit defunctus, secunda vxori, si superstes fuerit, et de tertia parte habeat testator liberam disponendi facultatem. Si autē liberos nō habeat, tunc medietas defuncto, et alia medietas vxori refer-

De acquirendo rerum dominio. Fol. 61.

referetur. Si autem sine vxore decesserit, liberis existentibus, tunc medietas defuncto, & alia medietas liberis tribuatur. Si autem sine vxore & liberis, tunc id totum defuncto remanebit. Eodem modo, si ab initio nullis fuerit debitis operatus, fiat de bonis suis, secundum quod predictum est. Hæres autem defuncti tenebitur ad debita prædecessoris sui acquietanda eatenus, quatenus ad ipsum peruenerit, scilicet de hereditate defuncti, & non ultra, nisi velit de gratia; & si nihil, multo fortius: Sed si ad ipsum aliquid aliunde peruenerit, in humanum esset si debita parentum insoluta remanerent. Et ea quæ dicta sunt, locum habent & tenent, nisi sit consuetudo quæ se habeat in contrarium, sicut in ciuitatibus, burgis, & villis. Habet enim ciuitas Londoni in consuetudine, quod si certa dos vxori constituitur, siue in denarijs, siue in alijs cattallis, siue domibus, quæ loco cattalorum habentur, nihil ulterius petere poterit quàm dotem suam de iure, nisi hoc fuerit de gratia & voluntate viri sui, si ei specialiter aliquid reliquerit ultra dotem, plus vel minus, et secundum quod fuit bene merita in vita viri sui, vel non. Et est ratio quare plus petere non possit quàm dotem constitutam, secundum quosdam, quia ipsa ante omnes debitores dotem suam prædeducet, totam vel partem, quamdiu tantum remanserit in bonis viri sui, & cum totam dotem suam sic habere debeat præcipuam, sic vice versa, si plura sint bona dotem excedentia, nihil amplius capiet quàm dotem nominatam, nisi hoc fuerit de speciali gratia, ut predictum est, & bene merito. Et illud idem obseruandum erit de liberis talium, ut quidam dicunt, scilicet quod non amplius capient de bonis defuncti de iure (de bonis dico mobilibus) quàm fuerit eis specialiter relictum, nisi hoc sit de speciali gratia testatoris, secundum quod dicitur de vxore, & si bene meriti fuerint in vita parentum. Et vnde nihil possunt pueri petere magis, quàm vxores de iure, nisi tantum de gratia, vix enim inueniretur aliquis ciuis, qui in vita magnum questum faceret, si in morte sua cogeretur inuitus bona sua relinquere pueris indoctis vel luxuriosis, et vxoribus male meritis, & ideo necessarium est valde, quod illis, in hac parte, libera facultas tribuatur. Per hoc enim tollet malefium, animabit ad virtutem, et tam vxoribus quàm liberis bene faciendi dabit occasionem: quod quidem non fieret, si se scirent indubitater certam partem obtinere, etiam sine testatoris voluntate. Si autem plura sint debita, vel plus legatum fuit ignorantèr vel scièter, ad quæ cattalla defuncti non sufficient, excepto domini regis priuilegio, fiat vbiquæ defalcatio, excepto eo, quod si debitum fuerit in eo quod defuerit, remaneat hæres obligatus. Fieri autem debet testamentum liberi hominis, ad minus coram duobus, vel pluribus viris legalibus & honestis, clericis vel laicis, ad hoc specialiter conuocatis, ad probandum testamentum defuncti, si opus fuerit, si de testamento dubitetur. Executores autem esse debent illi, quos testator elegerit, siue sunt extranei, siue parentes, propinqui vel remoti, & si de testamento oriatur contentio, in foro ecclesiastico debet placitum terminari, quia de causa testamentaria (sicut nec de causa matrimoniali) curia regia se non intromittit. Item quero an testator legare possit actiones suas? & verum est quod non, de debitis quæ in vita testatoris conuicta non fuerunt nec recognita, sed huiusmodi actiones cõ-

R. i.

petunt

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

perunt heredibus. Cum autem conuicta sint & recognita, tunc sunt quasi in bonis testatoris; & competant executoribus in foro ecclesiastico. Si autem competant heredibus, ut predictum est, in foro seculari debent terminari; quia antequam communicantur & in foro debito, non pertinet ad executores, ut in foro ecclesiastico conuincantur. Et in fine notandum est, quod de bonis defuncti, primo deducenda sunt ea quae sunt necessitatis, & postea quae sunt utilitatis, et ultimo quae sunt voluntatis.

¶ De acquirendo rerum dominio ex causa emptionis. 2. De arris datus. Cap. 17.

Est autem quaedam causa acquirendi rerum dominia, quae dicitur causa emptionis & venditionis, cum quis rem suam vendiderit alicui, mobilem vel immobilem, emptor tenetur venditori ad precium, et venditor emptori e converso ad ipsam rem tradendam, secundum quod, superius obseruatur, in donationibus, quia sine traditione non transferuntur rerum dominia. Et quo casu, oportet quod certa sit res quae venditur, & quod certum constituatur precium: nulla enim emptio esse potest sine certo precio, nec etiam aliqua res incerta, peti poterit. Certa itaque esse possit ex certa quantitate, ut si dicat quis, vendam tibi unam carucatam terrae, vel virgatam terrae & huiusmodi. Item ex numero, ut si dicat quis, vendam tibi tot carucas, tot virgatas, vel tot acras, vel huiusmodi. Item si dicat quis, vel quod tantundem valeat: ut si dicat, totam terram quam talis tenuit, vel de qua talis seysitus fuit die quo obiit, vel totam terram quae continetur inter tales diuisas, et huiusmodi. Emptio vero & venditio contrahitur, cum de precio conuenerit inter contrahentes, dum tamen a venditore, arrarum nomine aliquid receptum fuerit, quia quod arrarum nomine datum est, argumentum est emptionis & venditionis contractae. Et si scriptura interuenire debeat, non erit perfecta emptio & venditio, nisi cum fuerit partibus tradita & absoluta. Et cum arrae non interuenerint, vel scriptura, nec traditio fuerit subsequuta, locus erit poenitentiae, & impunè recedere possunt partes contrahentes a contractu. Sed si precium solutum fuerit, vel eius pars, & traditio subsequuta, perfecta erit emptio & venditio, nec poterit postea aliquis contrahentium a contractu resilire, praetextu precij non soluti, in parte vel in toto: Sed agere poterit venditor, ad recuperandum id, quod de precio defuerit, per actionem competentem, sed non ad ipsam rehabendam. Nec etiam se ponere possit in seysinam rei venditae, quin faciat disseysinam, nisi hoc faciat pactum incontinenti appositum in ipso contractu, & modus vel conditio, ut supra dictum est plenius, de donationibus, & infra dicetur de disseysina. Si autem inter contrahentes ita conuenerit, quod res empta sit tanti, quanti talis estimauerit, nisi ille talis precium definierit, vel si ille definire noluerit, vel non possit, nulla erit emptio vel venditio, quasi nullo precio definito, vel constituto. ¶ 2. Itē cum arrarum nomine aliquid datum fuerit ante traditionem, si emptorem emptionis poenituerit, & a contractu resilire voluerit, pdat quod dedit: Si autē vendito-

De acquirendo rerum dominio. Fol. 62.

vēditorem, quod arrarum nomine receperit, emptori restituat duplicatū.

Cū autem venditor rem ipsam vendiderit tanquā sanam, & sine mahemio, & postea mahemiata inuenta fuerit, vel minus sana, & probari possit ab emptore quod tempore contractus talis fuerit, tenebitur venditor rem suam rehabere. Sed si tempore contractus sana et sine mahemio fuerit, quicquid de ea postea contigerit, non tenebitur. Item cū rē immobilem vendat quis, vt terrā, et in venditione promiserit eam esse liberā, cū sit serua, vel non onerata, cū sit onerata, vel nō obligatā cū sit obligata, propter hoc non rescinditur contractus, sed agere potest emptor contra venditorem, ad hoc quod ei teneat quod promisit. Cū emptio & venditio contracta fuerit, vt prædictum est, ante traditionem & post periculum rei emptæ et venditæ, illum generaliter respicit qui eam tenet, nisi aliter ab initio conuenerit, quā re vera qui rem emptori nondum tradidit, adhuc ipse dominus erit, quā traditionibus et vsucaptionibus &c. vt supra, de donationibus, secundū quod videri poterit, vt si Bos venditus, mortuus fuerit ante traditionem, vel ædes incendio consumptæ, vel fundus vi fluminis in parte vel in toto consumptus, vel ablati & huiusmodi, quibus rationibus, videtur quod totum periculum pertineat ad venditorem. A cōtrario verō videtur, quod si post emptionem, ante traditionem, fundo vendito aliquid per alluionem vel alio modo accreuerit, quod commodum ad venditorem pertinebit. Ipsū enim sequi debent commoda, quem sequuntur incommoda, & commodum eius esse debet, cuius est periculum. Item poterit emptio vel venditio contrahi inter aliquos, tam sub conditione quā purē, sub cōditione ita: vt si talis res emptā infra certum diem emptori placuerit, sit ei emptā aureis tot, & si displicuerit emptori, restituatur. Si quis autem rem sacram, quæ vendi non potest, a venditore emerit, cū contractus stare non poterit, emptor a venditore consequetur, quatenus sua interfuit non fuisse deceptum, quamuis emptor scire teneatur, quæ, & qualis sit res quam emerit, sacra vel non sacra, obligata vel non obligata. Emptori verō & hæredibus suis tenetur venditor & hæredes sui rem emptam warrantizare, siue mobilis sit siue immobilis, dum tamen si immobilis, fiat vt infra dicitur de warrantis, si autem mobilis, fiat vt infra dicitur de furtis.

1 De Locato et conducto. 2. De vsu vestimentorum. Cap. 28.

Cū autem locatio & conductio, proxima sit emptioni & venditioni, quā sicut emptio & venditio contrahitur postquā de precio contenerit, ita locatio & conductio. Ex locato enim & conducto solet res deberi vel ad vsū vel ad habitationem. Vt si quis rem suam mobilem vel immobilem alicui locauerit vsquē ad certum tempus, pro certa mercede constituta, tenetur locator obligatus, rem locatam ad vsū dare, & conductor tenetur mercedem soluere, & si res immobilis locata fuerit & conducta, sicut domus, & huiusmodi, omnia inuecta & illata tam pro mercede quā alijs pignori sunt annexa. Et quid si nihil in

R. ij.

do-

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

domibus locatis & conductis inueniatur? recurrendum erit ad corpora conductorum, si inueniantur, quod locatori prospiciatur de securitate, si ab initio non sit prospectum. Si autem corpora non inueniantur, hoc poterit locator suę imputare negligentię vel imperitię, quod sibi cautius non prospexit. Si autem aliquis tenens fuerit, & redditum suum fortę domino suo non soluerit, cum ad vitam suam tenuerit, vel in feodo, ad distinctionem faciendam aliter erit procedendum. Mortuo vero conductore infra tempus conductionis, hæres eius eodem iure in conductionem succedit, nisi ille conductor in vita, vel in morte aliter duxerit ordinandum. Item elapso tempore conductionis in vita conductoris, benę poterit locator se ponere in rem locatam auctoritate propria, si eam vacuam inuenerit & non obligatam. ¶ 2. Qui pro usu vestimentorum, auri vel argenti, vel alterius ornamenti, vel iumentum mercedem dederit, vel promiserit, talis ab eo desideratur custodia, qualem diligentissimus paterfamilias suis rebus adhibet, quam si præstiterit, & rem aliquo casu amiserit, ad eam restituendam non tenebitur, nec sufficit, aliquem talem diligentiam adhibere, qualem suis reb⁹ proprijs adhiberet, nisi talem adhibuerit, de qua superius dictum est.

1 ¶ De acquirendo rerum dominio ex causa successionis, et qualiter hæredes succedunt parentibus. 2. Quid sit hæreditas. 3. Quis dici debeat hæres legitimus. 4. Qualiter illegitimi legitimantur. 5. De presumptionibus quod partus debeat esse legitimus, eod quod nascitur ex vxore. Cap. 29.

Est etiam alia causa acquirendi rerum dominia, quę dicitur causa successionis, & quę competit singulis hæredibus, de omnibus, de quibus antecessores eorum obierunt seysiti vt de feodo, vel etiam seysiti aliquo tempore vt de feodo et iure hæreditario, quod quidem descendere debet hæredibus propinquioribus, masculis vel fœminis, recta linea vel transuersali venientibus. Descendit itaque ius, quasi pōderosum quid cadens deorsum, recta linea vel transuersali, & nunquam reascendit ea via qua descendit, post mortem antecessorum. A latere tamen ascendit alicui, propter defectum hæredum inferius prouenientium. Et si seysina siue possessio aliquem exorbitet, ita quod ius merum non sequatur, in fine tamen ad proprietatem reuertetur, si sit hæres qui petat. Item descendit ius vero hæredi, ubicunque natus fuerit, vel in vtero matris, citrà mare vel vltra, nec potest aliquis sibi facere hæredem, quia solus deus hæredem facit. Et quia hæres dicitur ab hæreditate, & non hæreditas ab hærede, Ideo primò videndum est quid sit hæreditas, postea quis sit hæres legitimus, et quis ex pluribus pferatur. ¶ 2. Et sciendum, quod hæreditas est successio in vniuersum ius, quod defunctus antecessor habuit, ex quacunque causa acquisitionis, vel successionis, cum seysina siue sine, vt si cum seysina, quocunque tempore seysitus fuerit, in vita sua vel in morte scilicet die quo obijt. Et si ius ad plures hæredes descendat successiuè & sine seysina, tamen eadem seysina competit hæredi, quam antecessor habuit in vita vel in morte. Et cum ius proprietatis

De acquirendo rerum dominio. Fol. 63.

tis concursum habuerit cum seysina, statim & sine mora acquiritur hæredi liberum tenementum. ¶ 3. Item videndum quis dici debeat hæres legitimus, quia, secundum quod inferius dicitur, liberorum, quidam sunt filij & hæredes, sicut sunt illi qui ex iustis nuptijs procreati sunt et progeniti, & ibi pleniùs. Legittim' vero hæres & filius est, quem nuptiæ demonstrant esse legitimum: sicuti ille qui natus est ex legitimo matrimonio, vel ille qui in facie ecclesiæ legitimus reputatur, quamvis in veritate matrimonium non fuerit, cum ambo, tam vir quam vxor, bona fide coniuncti, credentes se legitime copulatos esse, cum sint re vera consanguinitate vel affinitate coniuncti, vel alio modo, quod matrimoniũ stare non posset, vel dummodò alter eorum tantum hoc credat. Quia cum mulier alicui coniugato nubat bona fide, credens eum esse solutũ, cum sit alteri mulieri copulatus, et ex eo filios suscipiat, tales legitimi iudicantur et hæredes, siue post matrimonium contractum progeniti sunt et nati, siue ante matrimonium geniti, et in matrimonio nati, siue in matrimonio geniti, et post matrimonium nati, siue solutũ sit matrimonium per mortem parentum, vel in vita parentum ex quacunque causa per diuortium, & hoc siue inter parentes publicè contrahantur sponsalia vel matrimonium, dum tamen si diuortium in vita parentum celebretur, vel si inter tales clandestina fuerunt coniugia ab initio, vel contracta contra interdictum ecclesiæ in gradu prohibito, etiam ignoranter: Soboles de tali coniunctione suscepta prorsus illegittima est censenda, de parentum ignorantia, nullum habitura subsidium, cum illi taliter contrahendo clandestina coniugia, non ex parte sciente, vel saltem affectatores ignorantia, videantur. Pari modo proles illegittima est censenda, si ambo parentes, impedimentum scientes legitimum, etiam præter omnem interdictum, in facie ecclesiæ contrahere præsumpserint, quod quidem non esset, si in facie ecclesiæ hoc facerent ignoranter, vterque scilicet vel eorum alter. Sed in omni casu vbi clandestina sunt coniugia, non excusabit ignorantia, nec etiam si publicè contracta, si hoc fuerit præsumptiuè contra interdicta ecclesiæ. Et ad hoc facit decretale, cuius verba hæc sunt. Cùm inter I. virum et .V. mulierem diuortij sententia sit canonicè prolata, filij eorum non debent exinde sustinere iacturam, cum parentes eorum publicè et sine contradictione ecclesiæ inter se contraxissent noscantur, ideoque sanctimus, vt filij eorum, quos ante diuortium habuerint, & qui concepti fuerunt ante latam sententiam, non minus habeantur legitimi, et quòd in bona paterna hæreditario iure succedant, & de parentum facultatibus nutriantur. ¶ 4. Sequitur videre qualiter illegittimi legitimantur: et sciendum, quòd si quis naturales habuerit filios de aliqua & postea cum eadem contraxerit, filij iam nati, per matrimonium subsequens, legitimantur, et ad omnes actus legitimos idonei reputantur, sed tamen non nisi ad ea quæ pertinent ad sacerdotium: ad ea verò quæ pertinent ad regnum, non sunt legitimi, nec hæredes iudicantur, quòd parentibus succedere possunt, propter consuetudinem regni, quæ se habet in contrarium. Spurij verò qui ex dånato coitu procreantur a talibus, inter quos matrimoniũ esse non potuit, òni prorsus

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

prorsus beneficio excluduntur. Legittimantur etiam quandòquè quasi per adoptionem, & de consensu & voluntate parentum, vt si vxor alicuius de alio conceperit quàm de viro suo, & licet de hoc constiterit in veritate, si vir ipsum in domo sua susceperit & aduocauerit, & nutrierit vt filium, erit hæres & legittimus, vel si expressè non aduocauerit, dum tamen illum non amouerit, siue vir omninò ignorauerit, vel sciuerit, vel dubitauerit, talis legittimus et hæres iudicabitur, eò quòd nascitur de vxore, dum tamen præsumi possit, quòd potuit ipsum genuisse. Et illud idem dici possit de partu supposito, & sic quandòquè communis opinio præfertur veritati. ¶ 5. Si autem violenta præsumptio se faciat in contrarium, in prædictis casibus, vt eccè, maritus probatur propter aliquam infirmitatem, vel frigiditatem, vel aliam impotentiam coeundi, per multum tempus non concubuisse cum vxore, vel si probetur quòd extra regnum, vel prouinciam per biennium & vltra longè extiterit, & quòd vehementer præsumi possit quòd ad vxorem accessum habere nõ potuit, et cùm redierit prægnantem inuenerit vel paruulum habentem anniculum, siue talem aduocauerit & nutrierit vel non, erit talis filius (non immeritò) a successione repellendus, quia talis filius, nec hæres esse poterit. Sed vice versa, vbi vir sanus erit & incolumis, & semper steterit cum vxore in prouincia, in vna domo & vno lecto, siue partus conceptus fuit ab alio, siue suppositus, & ipse eum nutrierit & habuerit pro filio, vel etiam ipsum deaduocauerit & amouerit, si postea ipsum recognouerit ad filium coram viris fidedignis, qui hoc probauerint, si opus fuerit, vltèrius deaduocare non poterit, sed erit filius legittimus & hæres. Et de hac materia inueniri poterit de termino Pasche anno vndecimo R. H. in comitatu Suffex de Iohanne de Monte acuto. Sed esto q̄ vir talem in vita sua ad hæredem non recognoscat, sed cùm amouerit talem, moriatur, licet post mortem suam a custode, vel ab aliquo cuius hæreditas non fuerit, ad hæredem recognoscatur, non valebit. Cùm autem fuerit talis natus, vel suppositus, vir statim talem a domo sua amoueat, nec faciat eum nutriri in domo sua pro filio, nec alibi, nec permittit eum redire ad ipsum. Et de hac materia inueniri poterit de termino sancti Michaelis anno R. H. quarto incipiente quinto, comitatu Lincoln de Bartho filio Richardi, & vbi tenens paratus fuit se ponere in magnam assisam, vel super patriam, de iure: vtrum ipse haberet maius ius tenendi terram in dominico quæ petita fuit, an ille qui petijt, sicut ille qui non habebatur p̄ filio a patre communi, nec nutritus pro filio in domo patris, sed amotus a domo patris, et sicut ille qui nunquam redijt ad patrem in vita sua, sicut filius, nec post mortem, ad capitales dominos feodi, factururus eis quod de iure facere deberet, & in quo casu tenens retinuit sine Assisa, Iurata, vel in questione, quia petens non potuit præmissa deducere.

1 ¶ De statu et differentia liberorum. 2. De qualitate hæredum, qui propinqui sunt et propinquiore & de eorum scysina. 3. Quid faciat hæredem propinquiorem. Cap. 30.

Quia

Quia dictum est supra quod naturales, & legitimi vocantur præ alijs ad successionem, non est inutile videre statum & differentiam liberorum, quæ quidem multiplex est. Liberorum autem, secundum quod prædictum est, quidam sunt naturales & legitimi, qui ex iustis nuptijs & legitima uxore procreantur. Item quidam naturales tantum, & non legitimi, sicut sunt illi qui procreantur & nati sunt de legitima concubina, cum qua tempore procreationis posset esse matrimonium, sicut de soluto & soluta. Quidam verò nec legitimi, nec naturales, qui nati sunt ex prohibito coitu, ex talibus videlicet, inter quos non posset esse matrimonium tempore procreationis, sicut sunt spurij, qui ad nihilum apti sunt. Item eorum, qui legitimi sunt & naturales, quidam sunt filij et hæredes, sicut sunt illi quibus descendit aliqua hæreditas, ex parte patris, vel ex parte matris, vel ex parte vtriusq; in domino vel in seruitio. Item eorum quidam sunt filij et non hæredes vnius, sed filij secundum quod hæreditas descendit tantum ex parte patris, vel ex parte matris. Item eorum, quidam sunt legitimi filij et naturales, sed nullius hæredes, quia ex nulla parte descendit eis hæreditas aliqua. Item eorum, quidam incipere possunt esse hæredes et desinere, & quidam non. Item eorum, qui sunt naturales, legitimi & hæredes, quidam sunt propinqui et quidam propinquiores, et quidam remoti et quidam remotiores, et omnes, quotquot sunt, sunt hæredes recti et iusti, quotquot descendunt gradatim a communi stipite primo per lineam directam descendentem in infinitum, et postea per lineam transversalem, descendendo in infinitum, illis deficientibus qui sunt in linea recta, et ultimo cum illi defecerint qui sunt in linea transversali descendendo, vocantur illi qui sunt in linea transversali ascendendo tantum, quia per lineam rectam ascendendo, per quam ius descendit propter mortem antecessorum, ius illud nunquam per eandem lineam reascendit, et quamuis omnes sunt in infinitum ascendendo & descendendo recti sunt hæredes & iusti, tamen non omnes simul vocantur ad successionem, quia propinquior excludit propinquum: i. propinquus remotum, remotus remotiorem. Quibus etiam omnibus deficientibus, vel propter defectum vel propter delictum, reuertitur ius, de necessitate, ad eum qui se offauit, scilicet ad dominum capitalem, cum aliam viam non inueniat, & evanescit homagium, secundum quod inferius plenius dicitur de eschaetis. Item hæredum, quidam sunt sub potestate parentum et infra ætatem, quidam sunt sui iuris & plene ætatis, ut si fuerint emancipati vel forisfamiliati in vita parentum, et post mortem, quidam eorum sunt plene ætatis et sui iuris, & quidam infra ætatem & sub tutela siue custodia capitalium dominorum, & quidam sub cura parentum propinquorum, secundum quod, inferius dicitur. ¶ 2. De eo autem quod superius dicitur, quod hæredum quidam sunt propinqui, & quidam propinquiores, sciendum est, quod si quis habuerit plures filios, omnes sunt hæredes propinqui, postnatus sicut antenatus, quantum ad seysinam parentum, et pares in iure possessionis: dum tamen postnatus (per negligentiam vel patientiam antenati) in seysina per tantum tempus extiterit, quod a seysina, sine iudicio,

eijci

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

eijci non possit, & sine breui, quia ex tunc pares sūt in iure, et par, parem non eijcit, in iure possessionis. Sed extunc recurrendum erit ad ius proprietatis, secundū quod, inferius dicitur, in Assisa mortis antecessoris. Si autem postnatus post mortem antecessoris se prius posuerit in seyfinam quam antenatus, si statim eijciatur, non recuperabit per assisā nouā disseynæ, quia liberum tenementum habere non potuit, nisi ex longo tempore & pacifica possessione vel seyfina, propter ius proprietatis, quod est cum antenato. Si autem statim eijci non possit, ad interrumpendam possessionem suam, sed ante natus statim impetrauerit sibi per assisam mortis antecessoris, & diligentē prosequutus fuerit, tamen non pcedit assisa inter eas, sicut inter alias quascunquē personas, quia sunt de vno stipite, quamuis pares sunt quoad ius possessorium, antenatus & postnatus, tamen possessio postnati nulla est, cum sit interruptio per diligentem impetrationem & diligentem prosequutionem antenati: cum sit igitur hæres propinquus, poterit esse heres remotus. Est autem hæres remotus, vt si quis haberet plures filios, & vnicam filiam, masculi erunt heredes propinqui & filia hæres remota. Si autem plures filios & nullam filiā, sed nepotes ex filijs, filij erunt heredes propinqui, et nepotes heredes remoti: Item dici poterunt remotiores respectu hæredum remotorum, sicut pronepos, abnepos, atnepos, trinepos, et sic vterius descendēdo in infinitum linea recta. Si autem filij & filia, et neptes defecerint, tunc erit hæres propinquus, frater & soror ei qui fuerit in seyfina hæreditatis. Si autem filios habuerit, deficiente filia & nepotib⁹, erit auunculus vel amita in linea transuersali, hæres remotus, & omnes ex illa prouenientes in eadem linea transuersali, erunt heredes remotiores, filijs autem & filiabus, nepotibus, auunculo, et amita deficientibus, tunc erit proauunculo, & proamita hæres propinquus, & alij superiores remoti & remotiores. Item sunt propinqui & propinquiore, propinquior autem dici poterit ille, ad quem ius proprietatis immediatē post mortem antecessoris descendit, vel propter ætatem. Vt si quis plures haberet filios, ius proprietatis sepe descendit ad primogenitum, eo quod ipse inuentus est primò in rerū natura, & alij remanebunt ei propinqui vel propinquiore, secundū quod, liberos habuerit vel non habuerit. Si autem in vita patris, antenatus decesserit sine hærede de se, frater postnatus locū suū optinebit, et incipiet esse patri communi hæres propinquior, & alij postnati propinqui, & sic fiet de alijs in infinitum. Si autem frater antenatus in vita patris communis obierit, relicto hærede de se, nepos vel neptis ex eo incipiet esse in potestate aui, & hæres propinquior auo, propter ius proprietatis quod ei descendit, quamuis gradu remotior, & vnde si auunculus vel amita hæres propinquus & nō propinquior (quamuis gradu propinquior) extra seyfinam, petat versus nepotem vel neptem, qui fuerit in seyfina, obstabit eis exceptio proprietatis, et quod heredes propinquiore esse non poterunt auunculus vel amita. Et eodem modo, si petant versus extraneas personas, obstabit exceptio proprietatis, quia nepos vel neptis, vel alius maius ius habuit. Si autem auunculus vel amita, prius q̄ nepos vel neptis, se posuerint in seyfinam, tunc fiet per omnia, secundū quod dicitur superius

perius de fratre postnato, quod procedit inter eos breue de consanguinitate, vel de recto, secundum quod, auunculus vel amita longam seyfinam vel breue habuerit. Et quod dicitur de fratre postnato, auunculo, vel amita heredibus propinquis, obseruetur de omnibus alijs heredibus propinquis in casu consimili. ¶ 3. Item sexus facit heredem propinquiorem, vt si quis hereditatem habens et vxorem, genuerit ex se filium vel filiam vnam, vel plures, si omnes fuerint heredes antecessoris, masculus sexus semper in successione preferri debet sexui foeminino: nunquam enim ad successionem vocatur foemina, quamdiu aliquis haeres superfuerit ex masculis, nisi contrarium faciat modus donationis, vt eccè. Aliquis dat alicui terram in maritagiū cum filia sua et heredibus de corpore suo procreatis, procreatur filia, moritur maritus, alius ducit matrem in vxorem, generat ex ea filium, moritur mater: filia, propinquior erit haeres, et excludit masculum a successione, et sic facit modus donationis filiam heredem propinquiorem, et excludit a successione sexum masculum. Item eodem modo, facit linea heredem propinquiorem foeminam, in linea recta descendente, et excludit masculum in linea transuersali: Vt si quis filiam habuerit, vel filium, et ex eo nepotem vel fratrem, filia vel neptis fratri praefertur in successione, propter lineam rectam quae praefertur transuersali. Item sanguis facit heredem propinquiorem, et ius sanguinis excludit masculum, et praefertur foemina, vt eccè. Aliquis ducit vxorem, et ex ea generat filium, et filiam, et mortua ea, postea ducit aliam de qua generat filium, mortuo patre descendit hereditas antenato filio de prima vxore, moritur seyfitus sine herede de se, dominus capitalis ponit se in seyfinam, soror de eodem patre et eadem matre petit per assisam de seyfina fratris sui, et frater de alia vxore eodem modo, soror de eodem patre et eadem matre obtinebit, & ius sanguinis excludit masculum. Item ius sanguinis eodem modo facit heredem propinquiorem, et excludit tam sexum masculinum a successione quam foemininum. Verbi gratia. Quidam duxit quandam in vxorem, et ex ea generat filium vel filiam, postea, mortua prima vxore, ducit aliam, de qua generat filium vel filiam, filius de secunda vxore facit acquisitum, moritur sine herede de se, soror de secunda vxore petit per assisam, frater vel soror de prima vxore eodem modo: soror de secunda vxore obtinebit, et excludit tam masculum quam foeminam ex prima; quod verum est. Sed ea quae dicta sunt, secundum quosdam, locum habent de perquisito in vtroque casu, de hereditate vero descendente aliud erit: quia habito respectu ad communem antecessorem talium, de quo hereditas descendit, ius proprietatis nunquam respiciet foeminam, dum tamen ibi masculus fuerit vel pueniens ex masculo, siue heredes procreati fuerint ex vno patre & vna matre, vel diuersa. Et quod dicitur de heredibus propinquieribus & propinquis, obseruari debet in omni consimili casu, in omnibus alijs heredibus, remotis & remotioribus. Et de hac materia inueniri poterit casus expressus, de termino sancte Trinitatis anno regni regis H. tertio, in comitatu Suffex. Assisa mortis antecessoris si Radulphus de la Roche. Item de Wilhelmō de Maundeuill comite Essex. et Matilda comitissa Hereford.

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

ford. Et ad hoc facit, de termino sancti Michaelis añ regni regis Henrici quarto incipiente quinto in comitatu Lincoln, de Ozberto filio Richardi & Bartholomeo fratre suo, vbi frater postnatus fuit in seysina & retinuit. Quod autem idem obseruari debeat de hæreditate descendente, quod de perquisito obseruatur videtur, cum quilibet de seysina propria facit stipitem & primum gradum, sed re vera non est ita. Verbi gratia. Aliquis habet duos filios ex diuersa matre & duas filias, frater antenatus erit patri suo propinquior hæres, & filius postnatus post eum propinquus, & filiarum hæredes remotæ. Cum autem hæreditas descenderit filio antenato vt hæredi propinquiori, frater postnatus incipit esse hæres propinquior fratri antenato, sorores hæredes propinqui. Mortuo igitur fratre antenato sine hærede de se, descendit hæreditas propinquiori hæredi, hoc est fratri postnato, & non filiabus, licet sint hæredes propinqui, nec est multum curandum vtrū sint de eodem patre & eadem matre, vel diuersa. Si autem frater antenatus de prima vxore, vel postnatus de secunda vxore, perquisitum fecerit, si sororem habuerit de eadem matre, propter ius sanguinis duplicatum tam ex parte patris quàm ex parte matris, dicitur hæres propinquior soror, quàm frater de alia vxore, licet sit hæres propinquus. Possunt quidem esse pares quo ad ius possessionis, cum postnati liberum tenementum acquisierint ex tempore, vel impares ante. Itē eodem modo quo ad ius sanguinis & poterint hæredes esse pares, cum fuerint de vno patre vel de vna matre, a quibus ius descendit. Si autem de diuersis tunc impares. Et erit propinquitas sanguinis sicut propinquitas successionis. Refert etiam a quo fiat perquisitum, vtrum ab extranea persona, vel a patre communi, vel ab alio antecessore sicut a fratre antenato. Et poni poterit casus in persona trium fratrum. Verbi gratia. Sit quod pater communis seoffauit filium antenatum, qui est hæres suus propinquior, & mortuo primogenito sine hærede de se, antequàm hæreditas acciderit ei, succedit ei frater medius de perquisito, sicut hæres propinquior, & erit frater postnatus, tunc fratri medio hæres propinquior. Et si in vita primogeniti descendit ei hæreditas patrua, & de perquisito homagiū interuenerit, statim pertinet ad fratrem medium successio & ius successionis, cum primogenitus de perquisito non possit hæres esse & dominus. Non enim possunt simul stare perquisitum & dominium, propter homagium: homagium enim expellit perquisitum. Si autem perquisitum factum fuerit ab extraneo vel ab alio vtz quàm a communi antecessore, si hæreditas superuenerit homagium factum ex perquisito extraneæ personæ, non expellit perquisitum quia in hoc casu non erit primogenitus hæres & dominus. Esto enim & facta sit donatio fratri postnato a patre communi vel fratre antenato, & eo mortuo sine hærede de se, erit frater antenatus hæres propinquior fratri postnato, & cum eo remanebit hæreditas si homagiū non interuenerit, & quis homagiū interuenerit, & hæreditas paterna ei descenderit, seper habebit antenatus primam seysinam passam mortis antecessoris, si capitalis dominus vel alia extranea persona fuerit in seysina. Si autem frater medius se prius posuerit in seysinam, tunc consulitur antenato per breue de recto, & cum antenatus seysinam habuerit & homagiū inter-

interuenerit, si sit hæres propinquior antenato qui petat, non poterit seysina cum eo remanere, ratione supradicta, sed descendit ius primo filio vel filia liberis antenatis, si liberos habuerit, et consulitur eis, si petere velint seysinam, per breue de recto, facta narratione & computatione de seysina fratris postnati. Si autem liberos non habuerit frater antenatus, tunc statim fit descensus iure ad fratrem medium, et competit ei actio, per breue de recto, sicut competit liberis supradictis. Sed quid si dum frater medius petierit, incipiat frater antenatus hæredes procreare, talibus procreatis, cadit actio fratris, et incipit actio competere pueris: Sed si frater ante procreationem puerorum seysinam recuperauerit, non propter hoc erit seysina auferenda, sed ei & hæredibus suis imperpetuum remanebit. Et vice versa, si cum ab initio antenatus pueros habuerit et agere inceperint, et pendente placito esse deserint, extunc statim incipit actio in persona fratris medij, sicut ab initio, si pueri non extarent, et idem ius quod competit fratri medio, competit hæredibus suis in infinitum. Item esto quod frater medius cum seysinam adquisierit, sine hærede de se moriatur, adhuc illud idem erit dicendum de fratre medio, quod dictum est de fratre postnato. s. quod frater antenatus est eius hæres propinquior. Sed quid si sine hærede fratres decesserint ut prædictum est, nec antenatus habuerit liberos, tunc vocandi sunt remotiores. Et quid si nulli omnino apparuerint hæredes qui petant: sic poterit seysina remanere cum antenato, non obstante homagio: quia licet actio non deficiat neque ius, deficit tamen probatio, cum non sit qui petat. Item esto quod frater medius fecerit perquisitum et moriatur sine hærede de se, et capitalis dominus siue extraneus se posuerit in seysinam, adhuc competit assisa mortis antecessoris fratri antenato non obstante homagio, et non fratri postnato, et cum per assisam recuperauerit antenatus, extunc competit actio per breue de recto, vel pueris antenatis, vel fratri postnato, modo quo prædictum est, et non ut ex tali placito procedatur ad magnam assisam vel duellum, sed quod fiat propinquitatis & parentelæ computatio. Sed quid si postnatus frater primam seysinam habuerit pacificam, et tempus, quod sine breui ei dici non possit, et sine iudicio, extunc competit actio fratri antenato & eius hæredibus, si ipse præmoriatur, per breue de recto, ut facta computatione, sciatur quis eorum sit hæres propinquior: quo probato, non erit postnatus, ut videtur, per iudicium ei sciendum, quia si constiterit quod frater antenatus sit hæres propinquior, tamen (quia homagium interuenerit) iudicandum erit in eodem iudicio, quod postnatus in seysina remaneat, cum seysina cum antenato non poterit remanere propter homagium, nec alia actione opus erit, per breue de recto, quod super eodem iure inter easdem personas veniat actio super actionem, non magis quam assisa super assisam, sed cum frater antenatus ab initio fratrem postnatum recenter ei scire vellet, vel si non possit, et statim sibi acquirit per assisam mortis antecessoris, antequam postnatus liberum tenementum habere poterit ex tempore, si per assisam obtineret antenatus in iure possessorio & in causa possessionis, nihilominus sequi posset actio in persona postnati super iure proprietatis, nisi sit qui dicat quod

Saj.

contra

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

contra assam & cōtra actionem per breue de recto possit postnatus defendere se per exceptionem, s. quòd antenatus non possit simul esse hæres & dominus. Item propinquiōres hæredes esse possunt plures sicut vnus, et cuilibet ius descendit quasi vni hæredi, propter iuris vnitatem, sicut sunt plures filiae prouenientes de eodem patre, & eadem matre, a quibus descendit hæreditas, & vbi omnes simul & insolidum hæredes sunt, eò quòd masculus non apparet, & non refert vtrum eundem habuerint patrem & eandem matrem, vel diuersos, habita tamen distinctione, secundum quòd prædictum est, vtrum sit hæreditas descendens vel perquisitum, & vtrum fuerit de vno & eodem patre & eadem matre, vel diuersis, & erit hæreditas inter illas diuidenda in omnibus quæ recipiunt diuisionem ratione personarum, pro virilibus portionibus, sed non ratione rei. Qualiter autem homagium facere debent, & quibus, & quando, & quomodo, & a quibus accipi debeat, infra plenius dicetur, de homagij. Item possunt esse hæredes propinquiōres plures in vna hæreditate, masculi sicut foeminae, sed non ratione personarum, sed ratione rei, & nõ simul & insolidum, sicut foeminae & sicut vnus hæres, sed sicut hæredes plures participes, & sicut partem capientes. Sunt autem hæredes & cohæredes, et cohæredum quidam sunt participes, & quidam non .s. nullam partem cum hæredibus capientes. Item possunt esse plures hæredes foeminae & participes, tam ratione personarum, quàm rei, vt si quis teneat hæreditariè terram aliquam, quæ partibilis sit, & habuerit plures filias & hæredes, & sic erunt filiae hæredes propinquiōres, quia participes hæreditatis & capaces. Poterit etiam quis habere plures filias de vna matre, & plures de alia, & sic sint omnes participes, & capaces hæreditatis paternæ descendens, quantum ad hæreditatem paternam descendentem, non erunt tamen participes & capaces quantum ad perquisitum fratris vel sororis qui fuerint de eadem matre. Illæ vero quæ fuerint de eadem matre erunt hæredes propinquiōres, participes & capaces de perquisito fratris vel sororis propter sanguinem. Et illi qui sunt de diuersa matre, masculus siue foemina, propinqui erunt hæredes & recti, & in vita aliorum nunquam participes nec capaces in vita talium, sed post mortem. Et regularitèr verum est, quòd omnes illi, propinquiōres dicuntur esse hæredes, ad quos ius proprietatis descendit iure hæreditario. Si autem de necessitate, per conuentionem & conditionem tacitam vel expressam, vel pro defectu hæredum vel propter delictum, ius proprietatis ad donatorem vel ad dominum capitalem reuertatur, qualitercunque, vt eschaeta, licet hæres non sit, & in aliquo casu loco hæredis, propter terram quæ ad ipsum reuertitur in dominico, seysina semper sequetur ipsum, cum sit loco hæredis, licet non sit hæres, & cum eo permanebit hæreditas, vt eschaeta, & extinguitur homagium, & seruitium, cum non sit hæres qui petere possit vel qui petat. Cum autem ius proprietatis sic ad donatorem reuersum fuerit, licet alius fuerit in seysina ex donatione eius, qui donare non potuit, extinguitur omninò warrantum, vt si donator ad warrantum vocatus fuerit, warrantizare non tenetur, eo quòd ius habet petendi terram illam in dominico, quòd si homagium ceperit, vel seruitium, vel

vel confirmauerit tale donum, vt supra dictum est, tunc tenebitur ad warrantum. Et notandum quod hæredum, quidam sunt veri hæredes, & quidam sunt quasi hæredes, in loco hæredum, & pro hæredibus habentur, veri hæredes ex causa successionis, quasi hæredes, & loco hæredum, vel pro hæredibus, per modum donationis: sicut sunt assignati, vel loco hæredum sicut domini capitales, quibus reuertitur hæreditas, propter defectum, vel propter delictum, sicut eschaeta propter defectum hæredis, cum hæredes deficiant in linea descendente: propter delictum. i. propter feloniam, vbi impeditur discensus, licet hæredes extiterint aut pariter. Item propter modum donationis, vt si donator dicat, do tali & hæredibus suis de corpore suo procreatis, & si hæredes tales non habuerit, vel si habuerit & defecerint, tunc do tali & hæredibus suis quos de corpore suo habuerit, & sic in infinitum de pluribus, tales succedunt non ex causa successionis, sed hæredes erunt per modum donationis.

1. ¶ De gradibus successionis et parentela. 2. De personis eorum qui alijs succedere debent, et de ordine successionis. 3. De hæredibus qui succedunt non ex successionis sed substitutione per modum donationis. Cap. 31.

Dictum est supra de qualitate hæredum & differentia, & qui vocatur ad successionem, & qui alijs in successionis præferuntur, sicut hæredes propinquiores. Sed quoniam hæreditas, & ius successionis descendit per gradus: Ideo videndum est de gradibus successionis, & parentela, & qualiter ius descendit, & p quas personas, ad eum qui in iure proprietatis seysinam petierit alicuius antecessoris. Et sciendum quod cognationum siue parentelarum alia sunt supra, alia sunt infra, alia ex transuerso, siue a latere. Parentes vero qui sunt supra, dici poterunt antecessores & parentes, sed qui mortui sunt & hæredes antecedunt, i. cedunt ante, & hæredes cedunt eis sub, quasi succedunt. Est enim cedere, quasi recedere, et est cedere alio sensu venire. Illi vero qui sunt infra rectam lineam, vel transuersalem, dici poterunt recte cognati & hæredes. Illi vero qui sunt supra in linea transuersali, dici poterunt recte parentes et hæredes, deficientibus illis qui sunt inferius, & alio modo, quauis improprie cognati dici poterunt, & hæredes, eo quod antecessores succedunt p defectu inferiorum. Superior autem cognatio parentum, siue antecessorū qui mortui sunt in linea recta ascendente est, & incipit a primo gradu, v. z. a patre vel matre ascendente vsq; ad auum a secundo gradu. s. ab auo, vsq; ad proauum, a tertio gradu. s. a proauo, vsquē ad abauum, & sic a quarto gradu. s. ab abauo vsq; ad atauū, sic a quinto gradu. s. ab atauo, vsq; ad tritauū qui obtinet in computatione sextum gradum. Vtcrius autē non fit cōputatio ascensus, quia talis cōputatio excederet memorias hominum; Et sic resoluēdo a triauo cōputato p patre, vel tritauia p matre, fieri poterit descensus iure vsq; ad trinepotē & trineptē. Et est inferior cognatio, faciēda. Est etiā cōputatio liberorū & heredū recta linea descendētium, a primo gradu. s. a patre vel matre vsq; ad trinepotē vel trineptē, vt a patre vel matre vsq; ad nepotem vel neptē, & a nepote vel nepte, vsq; ad pnepotem, vel proneptem, & sic de gradu in gradum vsquē ad trinepotem,

et

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

& vlteriùs si necesse fuerit. In quo casu, nullus debet vocari ad successio-
nem in linea transuersali, descendendo vel ascendendo, masculus nec fe-
mina, quàm diu aliquis hæres superstes superfuerit in linea recta descen-
dente, sed illis omninò deficientibus in parentela, de necessitate reuertitur
ius proprietatis ad eos, qui sunt in linea transuersali descendentes.
Et incipienda est computatio parentelæ in primo gradu per omnes gra-
dus, & hæredes, ad quos ius proprietatis descenderit, sicut a communi
stipite eorum qui vtrumquè ius habuerint, videlicet proprietatem et pos-
sessionem per omnes gradus, & psonas illas, quas seysina sequi deberet, si
viui peterent, vel tempus, quòd hæredes esse potuissent, expectassent. i. si
aliquid ad eos descenderit, mortuis antecessoribus. Et in quocunq; gra-
du in linea rectè descendente hæredes defecerint, reuertitur de necessi-
tate ius proprietatis ad eos qui sunt in linea trãsuersali silicet ad fratrem
patris vel matris, vel sororem & promedium quasi per plures gradus. Si
autem nullus omninò peruenerit hæres a primo gradu in linea rectè def-
cidente, & frater antenatus obierit in vita patris communis sine hære-
de, vel si hæredem habuerit, & in vita patris defecerit, & omnes fratres
præmortui, tunc fiat computatio a primo gradu immediatè, sicut a com-
muni stipite, a patre vel a matre existentibus in seysina, vsq; ad fratrem vel
sororem exantem in linea transuersali: qui quidem cùm seysinam suam
obtinuerint, faciunt stipitem & lineam rectam descendendo, quantum
ad suos hæredes. Si autem tempore descensus, filius vel filia defecerint,
& hæredes habuerint recta linea descendendo. s. ad nepotes vel neptes
vel vlteriùs, & quidam defecerint, & quidam nò, per omnes gradus, & p
omnes personas per quas ius descendisse debuit si viuerent, fiat compu-
tatio discensus & iuris, ad illum qui superstes est & petit. Si autem tales a-
liquandò extiterint & defecerint, in tali omninò linea descèdente in vita
antecessoris, tunc quia ius de necessitate reuertitur ad alios qui sunt in a-
lia linea transuersali, fiat computatio parentelæ & descensus a primo gra-
du, & communi stipite, vsquè ad talem per omnes gradus & personas ad
quas ius descendit dum viuerent, vel descendere debuit si expectarent
quòd hæredes essent, ommissis illis omnibus qui mortui sunt in vita ante-
cessoris, ac si nunquam essent in rerum natura. Et si vlteriùs ad aliquè ius
descenderet, fiat per omnia vt suprà dictum est de hæredibus inferiorib:
recta linea vel transuersali venientibus. Illis autem omninò deficientib:
ad quos ius descendit inferiùs in linea recta descendente, vel transuersa-
li, oportebit de necessitate quòd ius proprietatis descèder ad parètes vel
cognatos qui sunt in linea transuersali ascendente, sicut ad fratrem aui, &
sic in linea descendente per omnes hæredes suos vsquè ad illum qui pe-
tit, et si omnes tales defecerint, tunc ad superiores, videlicet ad fratrem
proau, & omnes heredes suos, & sic de gradu in gradu, & herede in he-
redem, vsquè ad illum qui petit. Diuiditur autem aliquando computatio
descensus per plures lineas, & per plures gradus, propter hæredum plu-
ralitatem qui cadunt in descensus, videlicet vbi hæreditas descendat plu-
ribus filiabus, quarum omnes sunt cohæredes participes & capaces. Et
ibi diuiditur ius proprietatis in personas plures, & plura capita, & quan-
doq;

dòquè bifariè, trifarie, quadrifarie per subdivisiones, secundùm quod inferiùs in narratione iuris, per breue de recto, manifestùs apparebit. Et vbi quælibet persona facit sibi stipitem in primo gradu & lineam rectam descendantem, non autem p omnes psonas quæ aliquandò hæredes extiterint, licet propinquiores, facienda est computatio descensus, nisi tantù p illas, quæ expectauerint mortè antecessorù, per quam ius pprietatis ad eas descendit, vel saltem ad hæredes de corpore suo venientes: quia si quis plures habuerit filios & filias, & antenatus hæres ppinquior in vita patris communis, sine hærede de se decesserit, postnatus statim post eum est hæres propinquior, ex quo nihil iuris descendit fratri antenato dum vixerit, ac si nunquàm esset in rerum natura, non fiet mentio de persona sua, sed immediatè fiat computatio descensus, ad fratrem postnatum qui expectauit, quòd ius ei descèdit. Idem etiam erit, si frater antenatus liberos ex se habuerit, & in vita patris communis omnes decesserunt, antequàm eis aliquid ius descenderit. Si autè frater antenat^o, vel liberi si quos habuerit, patrem còmunem superuixerit, saltem per vnà horam, & sic expectauerit descèsus iuris ad eos, & sic statim obierint, oportet facere mentionè in descensu iuris de persona ipsius ad què ius descendit. Et eodem modo si plures sint psonæ & hæredes, ad quos ius descendit gradatim & successiue, de singulis hæredib^o oportebit facere mentionè in descensu: sic incipiendo a còmuni stipite, & vnde talis antecessor fuit seysit^o in dominio suo vt de feodo &c. Et de talibus, vt quidà dicunt, descendit hæreditas, & descèdere debuit tali vt filio & hæredi, & de talibus vsq; ad talem, & sic de hærede vsq; ad hæredè, vsq; ad petentè, quod quidè dici poterit, nò de eò qui sine hærede in vita patris decesserit, vel si hæredes haberet, & omnes in vita patris decesserint, antequàm aliquid ius eis descenderit. Si autem frater antenatus, relicto hærede in vita patris decesserit, tunc fiat computatio talis descensus infra. Et vnde talis antecessor fuit seysitus &c. Et de tali antecessore descendere debuit ius tali, vt filio & hæredi. Sed dici non debet q aliquid ius ei descendit, cum nò expectaret q descenderet. Et idè sic facta mentione de eo qui in vita patris sic obiit dicatur, & quia talis filius non expectauit vt ius ei descenderet a tali antecessore, descendit ius tali, vt nepoti vel nepti, & sic deinceps, descendendo vsq; ad petentè. Sed re vera siue antenatus moriatur in vita patris, vel alterius antecessoris, & siue liberos habuerit siue nò, semper debet mētio fieri de eo in quolibet descensu, ppter ius quod ei descenderet, si mortè antecessoris expectaret. ¶ 2. Facta mentione de gradib^o, bonū est videre de psonis succedentiū, & qui in successione alijs præferuntur, a primo gradu vsq; ad vltimū. In primo verò gradu sedet pater & mater, qui faciūt stipitè còmunè. In secūdo vero gradu in linea descèdente sunt fili^o & filia. In tercio nepos & neptis, & sic deinceps in infinitū, secundùm quod prædictū est in parte, & vbi omnes ppinquiores remotioribus præferuntur. Et istis onino deficientibus, tunc in secundo gradu in linea transfuersali sunt frater patris & matris soror, et hæredes eorū in infinitū descendentes. Itè in linea recta ascendente, auus, pater, in suis gradibus, & sic vlteriùs secundùm quod prædictum est, et eorum hæredes a latere prouenientes

in

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

in infinitum, vt supra dictum est. Item frater patris, et soror dicuntur patruus & amita, et si ex amita procedat filius, vel filia, dici poterunt quantum ad nepotem pprior amitiu⁹ et proprior amitiua, & sic eorum filij & filia, nepos & neptis, & vterius descendendo in infinitum. Illi verò qui ex patruo procedunt, filius vel filia, patruus nuncupantur, & sic deinceps eorum filius & filia in infinitum descendendo. Item in linea recta descendente vel transuersali, ex parte filia alicuius, soror filia vel frater, de vno eodemque patre & diuersa matre, consobrina dici poterit, et frater ex talibus consobrinus, & horum filius vel filia, nepos, neptis, & sic deinceps. Item soror filia vel frater de vna & eadem matre, sed diuerso patre, soror vterina, frater vterinus, dici poterunt, et sic eorum filius & filia, & sic deinceps vt supra. Item soror patris dicitur amita, et soror matris dicitur matertera, & eorum filius & filia, et sic in infinitum. Et istis omnibus deficientibus, ad superiores fiet descensus, sicut ad fratrem aui vel auia, vel ad sororem in linea transuersali, sicut ad patruum magnum, vel amitam magnam, & ad eorum hæredes, filium vel filiam, et sic deinceps. Et illis omnimò deficientibus, tunc ad fratrem proauis ex parte patris, qui dicitur propatruus magnus, vel eius sorore, quæ dicitur pamita magna, & sic deinceps ad filios & filias, eorum nepotes & neptes. Illis autè deficientibus, ex parte patris, tunc vocentur fratres abauis & abauia, qui dicuntur abpatruus magnus, & abauita magna, et eorum hæredes in infinitum. Et istis deficientibus ex parte patris, frater atauis vel atauia, qui dicuntur atrpatruus magnus, et atauia magna & eorum hæredes in infinitum. Quibus deficientibus, vocantur ex parte patris frater, et soror, triauis & triauia, qui dicuntur tripatruus magnus, et tritauia magna, et eorum hæredes in infinitum. Et ex alia parte transuersali a parte matris, vt si auunculus vel matertera, et omnes alij hæredes defecerint, tunc vocantur fratres & sorores aui vel auia ex parte matris, et vocantur auunculus magnus, & matertera magna, & eorum hæredes in infinitum. Et illis deficientibus, tunc vocantur ex parte matris frater proauis & proauia, vel soror qui dicuntur proauunculus magnus & promatertera magna, & eorum hæredes in infinitum. Et sic gradatim vocandi sunt abauunculus magnus, & abmatertera magna, et atauunculus magnus, & atmatertera magna ex parte matris in linea transuersali, triauunculus magnus & trimatertera magna ascendendo, et eorum hæredes in infinitum. Et qualiter gradus cognationis computentur, et quo gradu, quis distet ab alio in linea descendente vel ascendente, in figura superius in arbore ante principium libri picta, manifestius quasi ad oculum apparebit. ¶ 3. Succedit quis alteri, vel quasi succedit, non quidem iure hæreditario vt hæres, sed propter defectum hæredis, vel delictum, sicut capitalis dominus vel feoffator in eschaetam suam, de quo superius fit mentio in titulo, de donationibus. Succedit etiam quis alteri, vel quasi, non quidem iure hæreditario, vel iure successionis, vt hæres, sed ex causa substitutionis, per modum donationis, de quo etiam superius fit mentio titulo eodem, vt si dicat donator in donatione facienda. Sciant &c. quòd deditali, tantam terram & tantam cum pertinentijs, habendum & tenendum sibi & hæredibus

De acquirendo rerum dominio. Fol.69.

redibus suis de corpore suo procreatis tantum, et quo casu, cum omnes hæredes remotiores excludantur, sit terra reuertura ad donatorem per conditionem tacitam vel expressam, si tales hæredes defecerint, sicut adijciat donator in charta donationis: et si talis, tales hæredes non habuerit, vel si habuerit, et defecerint, q̄ terra illa reuertatur ad alium fratrem suum, vel extraneum, habendum et tenendum sibi et hæredibus suis, de corpore suo procreatis, vt prædictum est, et sic deinceps pluribus successiue. Si tales hæredes non habuerit primus feoffatus, ad substitutum non descendit aliquod ius, per quod competat ei assisa mortis antecessoris, de seysina primi feoffati, in iure possessionis, nec breue de recto, super iure proprietatis. Et vnde q̄ res magis valeat q̄ pereat, & q̄ effectum habeat donatio, quæ de voluntate donatoris præcessit, si post mortem primi donatorij substitutus se iuste posuerit in seysinam, et donator vel eius hæres petierit, contra actionem suam substituto dabitur exceptio, de modo donationis. Si autem extra seysinam positus substitutus petat, non consulitur ei, nisi per breue formatum de substitutione facta, per modum donationis, quod in se modum contineat: breue autem tale erit vt liquere poterit.

1. ¶ De partu supposito, et cum vxor fecerit se prægnantem cum non sit, ad exhæredationem veri hæredis.
2. Breue de videndo mulierem vt sciatur vtrum sit prægnans vel non.
3. Breue Constabulario q̄ recipiat eam in castro suo.
4. Item q̄ ad querelam hæredis videatur.
5. Itē q̄ vic. faciat eam venire coram Iustic. apud westmonasterium.
6. De præsumptione quia nascitur ex vxore.
7. Breue de eo q̄ nutruerat aliquem in domo vt filium et hæredem qui nec est filius nec hæres.
8. Item cum verus hæres moriatur infra ætatem supponit custos alium extraneum, vel si habeatur suspitio q̄ mortuus sit, breue q̄ videatur.
9. Breue si hereditas hæredis mortui debeat esse eschæta domini regis.
10. Cum talis mulier in iudicio convicta fuerit vel cõfessa q̄ prægnans non sit, breue de faciendõ seysinã vero hæredi. Cap. 32.

Dictum est supra quod præsumitur q̄ quis sit hæres, eò q̄ nascitur ex vxore, et quod sit hæres, quem nuptiæ demonstrant. Et quoniã aliquandò supponitur partus ab vxore, quæ se facit prægnantē cum nõ sit, & aliquandò a custode, qui (mortuo vero hærede) supponit extraneum, et nutrit vt hæredem ad hereditatem, et ad exhæredationē veri hæredis, cum non sit filius nec hæres: Ideo de partu supposito videndum, et qualiter huiusmodi malitia in curia regis conuincatur. Esto igitur q̄ vxor alicuius in vita viri sui se prægnantem fecit, cum non sit, vel post mortē viri sui se prægnantē fecit cū nõ sit, ad exhæredationē veri hæredis, vel fortē cū prægnans sit, non sit verisimile quod partus possit esse viri defuncti. Et in duobus primis casibus, vbi se fecerit prægnantem, cum nõ sit, ad querelam veri hæredis, per præceptum domini regis, faciat vic. venire talem mulierem coram eo, et coram custodibus placitorum coronæ, vel etiam coram aliquo quem dominus rex iustic. constituerit, et faciet eam videri a discretis mulieribus, et tractari per vbera, et per ventrem, ad inquirendam veritatem, et si suspitio habeatur alicuius falsitatis, qualiter debeat custodiri. Et de hac materia inueniri poterit in rotulo de termino sancti Hillarij et de termino Paschæ año regis Hærici quinto in comitatu Norfolk. De Petro constabulario de Manton, et Muriella quæ fuit vxor wil-

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

helmi de Maütö, et in quo casu, necesse erit inquirere ab vxore de tēpo-
re conceptus sui, et de morte viri sui, et de accessu vel recessu suo, sub ea
forma, breue erit tale. ¶ 2. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi, quòd omni
dilatione et occasione postposita, venire facias coram te, et coram custo-
dibus placitorum coronę nostrę in pleno comitatu tuo, vel coram tali
quem ad hoc iustic. nostrum constituimus, A. quæ fuit vxor B. et quæ se
facit prægnantem, et coram prædictis custodibus facias eam videri per le-
gales et discretas mulieres, per quas veritas meliùs sciri poterit, et dili-
genter tractari a mulieribus prædictis per vbera, et per ventrem, modis
omnibus quibus inde melius possit certiorari vtrum prægnans sit nec ne,
et si prædicti custodes & mulieres viderint quòd prægnas sit, vel inde du-
bitauerint, tunc illam poni facias in castro nostro tali, et ita quòd nul-
la domicella quæ prægnans sit, vel alia, de qua suspitio possit haberi ali-
cuius falsitatis faciendæ, sit cum ea, et in castro illo moram faciat, quo-
usquè de partu suo constare possit. Prouideas etiam quòd in castro illo ita
discretè custodiatur, ne in custodia illa de partu suo possit falsitas eue-
nire, mandauimus enim constabulario tali quòd in prædicto castro eam
recipiat &c. Et si alius ad hoc quàm vic. constituatur Iustic. vt prædic-
tum est, tunc addatur in fine, clausula ista: Quia mittimus talem, vt
cum ipso & per ipsum negotium illud perducas ad effectum. Breue au-
tem quod dirigitur constabulario quòd eam recipiat, tale erit. ¶ 3. Rex
tali constabulario salutem. Præcipimus tibi, quòd talem mulierem, quæ
se facit prægnantem in tali castro (cùm peruenerit ad te) recipias & ita
in eodem castro moram faciet ad custum suum proprium, et si duæ mu-
lieres vel tres de progenie tali voluerint visum de ea facere singulis die-
bus, semel in die in prædicto castro, hoc eis permittas. Teste &c. Et hoc
ita fiat si vxor fecerit se prægnantem in vita viri sui: Si autem post mortem
viri se prægnantem fecerit cùm non sit, ad exhæredationem veri hære-
dis, et petat se mitti in possessionem bonorum nomine ventris, ad maliti-
am conuincendam fiat tale breue ad querimoniam hæredis. ¶ 4. Rex
vic. salutem, monstrauit nobis A. frater B. quòd cùm talis foemina, quæ
fuit vxor prædicti B. prægnans non sit, ipsa falsò dicit se esse prægnantem
de prædicto B. et ad exhæredationem ipsius A. de terra quæ fuit prædic-
ti B. quæ ad ipsum A. iure hæreditario descendere debuit vt dicit, tanquã
ad fratrem & hæredem ipsius B. si prædicta talis de eo prolem non habu-
erit. Et quoniam tantam excogitatam malitiam volumus impedire, tibi
præcipimus, quòd assumptis tecum discretis & legalibus militibus et dis-
cretis & legalibus mulieribus de comitatu tuo, in propria persona tua ac-
cedas ad ipsam talem mulierem, & coram prædictis militibus facias eam
videri a prædictis mulieribus, et diligenter tractari per vbera, et per ven-
trem, modis omnibus, quib⁹ meliùs et honestiùs inde poterit certiorari.
Et si ipsam inuenerint prægnantem vel in prægnantē, diligenter inquirant
de tempore conceptus, quoquo modo, quandò et vbi, et quãdò illa cre-
diderit se esse pariturã. Et inquisitionē, quã inde feceris, scire facias iustic.
nostris tali die apud westm̄ euidentè et distinctè, & apertè, p litteras tuas
sigillatas, et p discretos milites, ex illis, qui inquisitioni illi interfuerunt,
et cog-

De acquirendo rerum dominio. Fol. 70.

et cognita veritate, fiat inde, quod iuste fuerit faciendum, et interim prædicta talis saluo custodiarur in castro tali, vel alibi tuto loco, ad omnem suspicionem tollendam alicuius falsitatis faciendæ, donec de partu ipsius confiterit. Et habeas ibi hoc breue, et nomina militum, et mulierum per quorum sacramentū inquisitionē illā feceris, Teste &c. Si autē talis mulier venire debet corā iustic. apud west. tūc fiat breue in hac forma, q̄ vic, habeat corp° ei°. ¶ 5. Rex vic. salutē, præcipim° tibi, q̄ ōni occasione postposita, habeas coram iustic. n̄ris apud w. tali die, corpus A. quę fuit vxor B. quę se dicit esse prægnantem, cū non sit, ad respondendum C. quare se facit falsō prægnantem cū non sit, ad exhæredationem ipsius C. T. &c. Cū autem mulier sic fuerit cautē custodita, & omni suspitione per talem custodiam sublata, si fortē prægnans extiterit, et peperit, de facili perpendi poterit vtrum partus ille fuerit viri sui defuncti verē vel p̄sumptiuē, vel alterius: computato tempore, scilicet a tempore quo dicebat se concepisse, et etiam a morte viri vsquē ad diem pariendi. Dicunt enim quidam, licet alij sunt in contraria opinione, quod mulier tēp° pariendi etiam (per vnum diem) excedere nō potest, nisi fortē partus in vtero mortuus sit, vel ad monstrum declinauerit cum discrimine matris. Anticipare tamen potest tempus pariendi, vt pareat præmaturē, et si monstruosum vel prodigiosum enixa fuerit, partus ille inter liberos non cōputabitur, vel communerabitur, quantum ad successionem. Partus autē qui membrorum officia ampliauerit, vt si sex digitos habeat in vna manu, vel diminuit, vt si non nisi quatuor tantū, tamen quia aliquo modo videtur effectus esse vt homo, inter liberos communerabitur quoad successionē. Et notandum secundū quod superiūs dictū est, quod si cohabitauerint vir & vxor, nec sit impedimentum ex aliqua parte quin generare possent, et vxor de alio quā de viro conceperit, partus legitimus erit siue ipsum vir aduocauerit siue deaduocauerit: et legitimus erit propter præsumptionem, eō quod nascitur ex vxore. Talis enim præsumptio non admittit probationem in contrarium. Si autem simul habitauerint vir & vxor, & vir propter aliquod impedimentum legitimum, quod probari possit, generare non possit, si vxor de alio conceperit, propter cohabitationem præsumitur quod partus sit legitimus, eō quod nascitur ex vxore, et standum erit tali præsumptioni donec probetur in contrarium, & sic in istis duobus casibus, præsumptio præfertur veritati. Et si pater partum semel aduocauerit, iterum illum deaduocare non poterit, si hoc probetur. Si autem cū generare non possit, propter legitimum impedimentum, partum in vtero vel æditum deaduocauerit, et vt decet, a domo sua amouerit, nihilominus tamen standum erit præsumptioni, quod partus legitimus sit, eō quod nascitur ex vxore, admittitur tamen probatio in contrarium, si certis iuditijs doceatur, quod legitimum extiterit impedimentum, et sic vincit talem præsumptionem veritas, et probatio vera. Et licet per talem probationem, partus fuerit aduocatus a patre, partus nunquā efficietur legitimus, cū hoc esset in præiudicium veri hæredis. Si autem cū diu simul non cohabitauerint per biennium vel vltra: siue vir generare possit siue non, & vxor concipere vel

T. ij.

non,

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

non, si vxor ab alio conciperet, vel partum supposuerit, ita quod vehementer presumi possit, propter temporis interuallum et distantiam locorum, quod vir talem partum non genuerit, siue talem partum aduocauerit siue non, nunquam efficietur partus legitimus. Et licet presumatur quod legitimus sit, eo quod nascitur ex vxore, tamen non erit standam tali presumptioni, nec erit necesse probare contrarium, cum ipsa veritas, si de ea constiterit quod simul non cohabitauerunt, doceat contrarium. ¶ 6. Dictum est supra de vxore quæ falso se facit prægnantem in vita viri sui vel post mortem cum non esset, nunc autem dicendum est si vir vel vxor nutrierit aliquem vt filium & hæredem, qui nec est filius nec hæres, ad exhæredationem veri hæredis, siue partus sit suppositus, sine ab alio conceptus, & ad quærelam veri hæredis summonentur, quod sint coram iustic. per tale breue. ¶ 7. Rex vic. salutem præcipimus tibi, quod habeas coram iustic. nostris &c. corpus A. & B. vxoris sue, vel corpus alterius ipsorum, ad respondendum C. filio vel nepoti vel alteri hæredi ipsius A. qui se gerit pro hærede ipsius A. quare nutrirunt D. sicut filium & hæredem ipsius A. ad exhæredationem ipsius C. qui nec est filius nec hæres ipsius A. nec esse potest, vt idem C. dicit. Et habeas ibi hoc breue Teste &c. Et in quo casu, cum comparuerit pater vel mater, vel eorum alter, & talem nutritum produxerint, tunc si talem nutritum in iudicio ad filium & hæredem recognouerint, et præsumptio sit pro eis quæ non admittit probationem in contrarium, vt si nascatur de vxore, quæ concipere potest, licet ab alio quam a viro suo concipiatur, vel si forte supponatur, cum simul cohabitauerint, nec sit impedimentum ex parte viri quin generare possit nec est impedimentum ex parte matris, quin concipere possit, propter sterilitatem & senectutem, talis filius & partus erit legitimus. Si autem verus hæres docere possit contrarium aliud erit, licet parentes aliud in iure confessi sunt, dum tamen hoc probetur. Debet enim confessio facta in iure, naturæ & veritati conuenire. Pendente tali placito, antequam de tali partu constiterit, moritur partus & substituitur ei alius, & nutritur vt hæres, ad quærimoniam igitur veri hæredis fiat tale breue. ¶ 8. Rex vicecom. salutem. Ostendit nobis & consilio nostro A. frater B. qui se facit hæredem ipsius B. si C. vxor B. et filius ipsius B. sine hærede de corpore suo decesserit, quod cum placitum sit in curia nostra &c. inter ipsum B. & prædictam C. vxorem eius ex vna parte & eundem A. ex altera, et ipsi B. & C. in eodem placito fecerint attorn, et ad clamorem ipsius C. et multarum gentium, habita aliquandò suspicionem quod eadem C. mortua sit, et dictum sit multotiens attornato ipsius C. quod ad suspicionem talem tollendam, ipsam producerent coram iustic. & viuam exhiberent, ipsi eam nullatenus produxerint, propter quod maior iam suborta est suspitio quam solebat quod mortua sit, & mors eius conclata ad exhæredationem ipsius A. Et ideò ne falsitas veritati præferatur, tibi præcipimus, quod assumptis tecum quatuor militibus de comitatu tuo, quos ad hoc legales esse videris, in propria persona tua, simul cum prædicto A. accedas ad talem locum, vbi prædicta C. moram facit, sicut attornati sui in curia nostra nuper recognouerunt, et eam a prædic-

De acquirendo rerum dominio. Fol. 71.

prædictis militibus, simul cum prædicto A. et alijs, quos idem A. de familia sua secum adducet, et videri facias si adhuc superstes sit & viua, et si viua sit, tunc in quo statu eam inueneris, et secundum quod eam inueneris, certos reddas nos & iustic. nostros tali loco, tali die euidenter, distincte, et aperte per litteras tuas sigillatas sigillo tuo, et sigillis quatuor prædictorum militum, et habeas ibi nomina militum et hoc breue Teste &c. Item cum legitimus hæres fuerit in custodia alicuius domini capitalis, et mortuus sit, & ille capitalis dominus alium extraneum supposuerit loco talis, tunc ad quærimoniam veri hæredis vel alterius forte, ad quem pertinet hæreditas, vt eschaeta, vt si verus hæres qui mortuus est teneret de domino rege in capite vel de alio, & tunc fiat tale breue in persona regis. ¶ 9. Rex vicecom. salutem. Præcipe A. & B. vxori eius, quod iuste &c. reddant nobis tantam terram cum pertinentijs &c. in tali villa, quam clamamus vt eschaetam nostram, et quæ ad nos reuertit debet vt eschaeta nostra, eò quod C. filia & hæres B. qui de nobis tenuit in capite obiit sine hærede, & in quam prædicti A. & B. non habent ingressum, nisi per hoc quod prædictus A. duxit prædictam B. in vxorem, postquam falso & ad exhæredationem nostram, supposuit prædictam B. loco prædictæ C. quæ mortua est, et fecit eam nominari C. & nutriri ac si esset filia & hæres prædicti B. quæ nec est filia nec hæres eius, sed filia talis vt dicitur, & nisi fecerit &c. Et quid si prædicta B. supposita, prius homagium fecerit domino regi vel alteri, cuius eschaeta terra esset: quæritur an obstat debeat homagium, et est verum quod non, propter errorem persone, cepit enim homagium talis persone sicut filie & hæredis talis, quæ nec fuit filia nec hæres. Item de tenemento quod de eo tenere debuit cepit homagium, sed nullum tenementum de eo tenere debuit, cum non esset filia nec hæres B. et ideò homagium nullum, propter errorem, quia qui errat, non consentit. Cum autem mulier, quæ se facit pregnantem, in iudicio conuicta sit, vel confessa quod pregnant non sit, tunc habeat verus hæres tale breue capitali domino directum, de capiendò homagium suum. ¶ 10. Rex tali capitali domino salutem. Sciat qd A. quæ fuit vxor B. dedit nobis & consilio nostro intelligi, qd pregnant fuit de prædicto B. viro suo, et quonia hoc dicebat ad exhæredationem C. fratris & hæredis ipsius B. si prædicta A. prole ab ipsa B. non haberet, vt idè C. dicebat, nos ad quærimoniã ipsius C. fecimus eam teneri sub custodia, quousq; sciri possit, secundum debitum naturæ, vtrū pregnant esset necne. Et post multas inquisitiones, tandem didicimus per confessionem ipsius A. publicè factam, in iudicio corã iustic. &c. et per legales & discretos homines et mulieres a quibus visa fuit per præceptum nostrum, quod non fuit pregnant, sed quod decepta fuit, credens se esse inpregnatam cum non esset: Et ideò vobis mandamus, quod propter illam deceptionem non omittatis, quin capiat homagiũ prædicti C. qui in curia nostra pronuntiat hæres prædicti B. legitimus, et secundum regni nostri consuetudinẽ, scyfinã de hæreditate sua, quam de nobis tenere debet ei siue dilatione habere facias Teste &c.

¶ De

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

1. ¶ De hæredibus instituendis.
2. Si fieri debet partitio inter hæredes.
3. De Iustitiarj's constituendis ad partitionem faciendam.
4. De Iustitiarj's constituendis ut intersint partitioni.
5. Breue cum partes elegerint aliquos de comuni assensu ad partitionem faciendam.
6. Breue alterius modi sed de eodem, ubi partitio minus rite facta est per alios.
7. Breue de eodem sed istud deberet precedere proximo precedentens.
8. Breue de seysina faciendæ cohæredibus, cum conuenerit inter eos de partitione.
9. Item aliud de eodem si particeps tenens se cognoverit participi partem suam, et quod fiat extensio.
10. Breue quod quis eas ad capiendum sacramentum de extensoribus si faciendæ sit extensio extra comitatum.
11. Breue ubi extensores nihil fecerunt ad primū mandatum.
12. Breue si milites venerint et Vic. negligens fuerit.
13. Breue si extensio minus sufficienter facta fuerit.
14. Breue interlaqueatum ubi milites de duobus comitatibus conuenire debent ad faciendam extensionem.
15. Breue de eodem.
16. Breue de quærela filia primogenita et participis quæ non habet rationabilem partem suam nec asnetiam, et de partitione rationabiliter faciendæ per milites.
17. De habendis corporibus extensorum ad certificandum. Cap. 33.

Mortuo tenente alicuius, primò debet dominus capitalis seysire in manum suam feodum suū & tenentem, quod de eo immediatè tenetur, et tenere in manu sua, donec ei constiterit si defunctus hæredes habuerit vel non, et hoc dico: si vacuā inuenerit possessionē. Si autē hæres apparens sit, tunc aut vnus vel plures, qui sūt quasi vnus hæres vel contendūt se esse hæredes cum nō sint, & nescitur quis eorum sit propinquior, in quo casu, licitum erit domino capitali, tenere feodum suum in manu sua, quousque discussum erit inter cohæredes, quis eorum sit hæres rectus & propinquior. Si autem in seysina inuenerit aliquem, qui se facit hæredem, talem eijcere non possit, quin faciat disseysinam. Tenere tamen se poterit in seysina cum tali, donec talis, si hæres fuerit, ipsū recognoscat ad dñm, secundum quod inferiùs dicitur in Assisa mortis antecessoris in principio. Cum autem sit hæres apparens, vnus vel plures vnus ius habentes, ut prædictum est, et sint plenæ ætatis, siue inueniantur in castro siue non, in primis capiat eorum homagium, et rationabile releuium, et postea habeant seysinam hæreditatis. Et qualiter hoc fieri debet, inferiùs dicitur plenius. Si autē heres vel heredes plures, fuerint infra ætatem, qui recogniti fuerint ad hæredes, non prius habeat dominus capitalis custodiam hæredum & maritagium, antequam ceperit eorum homagiū, et capto homagio, tunc remaneant in custodia dñorum, sicut de feodo militari, vsq; ad legitimā ætatē suā. Et de custodia et maritagio, inferiùs dicitur plenius, post tractatū de capiendo homagio & releuio. ¶ 2. Cum autē plures sint hæredes vnū ius habētes, et diuidi debeat hæreditas inter eos ratione rei, vel ratione personarum: tunc statim post homagium captum fiat diuisio hæreditatis et partitio inter cohæredes. In partitione huiusmodi faciendā, nullum debet esse placitum inter cohæredes, qui ad hæredes recognoscuntur, licet inter eos sit contentio de partibus suis quod aliquis eorum plus habuerit ad partem suā, quam ad ipsum pertineat habendum, quia nihil aliud sequitur, nisi quod facta extensione, quilibet habeat partem suam rationabilem. Sed si antequam contentio terminetur, ille qui plus habuerit, seysitus moriatur, hæres suus, siue sit maior sine minor, sine breui non respondebit, propter seysinam antecessoris sui, iustam vel iniustam. Cum autem plures sint hæredes, ut prædictum

De acquirendo rerum dominio. Fol. 72.

dictum est, et inter eos conuenire non possit de partitione facienda, tunc fiat breue, quod nullum placitum contineat, sed quod conueniant ad partitionem faciendam, si sibi viderint expedire. Sed quoniam partitiō fieri non potest inter cohæredes nisi facta extentione et appreciatione, et extentio & appreciatio fieri non possit sine militibus, qui faciant extentionem cum vicecomitibus, et qui aliquando dicuntur iusticiarii, cum constituantur a rege, aliquando eliguntur a partibus de consensu communi, ideo videndum in primis qualiter a rege constituuntur, et per quod breue. Breue tale est. ¶ 3. Rex dilectis et fidelibus suis A. B. C. & D. salutem. Sciatis quod constituimus vos iusticiarios, ut coram vobis omnibus, vel aliquo ex vobis, si omnes interesse non possitis, fiat extentio per tale et tale de talibus honoribus, secundum quod predictis talibus et socijs suis per litteras nostras patentes significauimus. Et ideo vobis mandamus, quod tali die conueniatis apud tale locum, & per sacramentum predictorum talium, vel quorundam ex illis, si omnes electi per commune assensum partium non interfuerint, legaliter discretè & rationabiliter extendantis, et appreciari faciatis omnes terras & omnia tenementa de predictis honoribus de N. cum omnibus pertinentijs suis. scilicet in dominicis, villenagijs, et seruitijs liberorum hominum, in pratis, pasturis, boscis, et planis in omnibus alijs rebus, ad terras illas et tenementa pertinentibus. Et si forte omnes extensores electi, ad diem illum non venerint, vel cum venerint extentionem illam facere noluerint, tunc alios legales et discretos homines, loco eorum ponatis, quos ad hoc inueneritis magis vtilis, et per eorum sacramenta, extentionem illam & appreciationem fieri faciatis, secundum quod predictum est, ita quod extentio illa ultra diem illum nullo modo differatis. Et sciatis quod predictus talis & talis manuceperunt, habendi suos extensores scilicet a partibus electos, et superius nominatos ad eundem diem. Et extentionem illam & appreciationem, euidenter, distinctè et aperte scire faciatis nobis, vel iusticiarijs nostris talibus tali loco, tali die, sub sigillis predictorum extensorum. In cuius rei testimonium &c. T. &c. Item alia forma de eodem, et si illi de communi illo sint rebelles, qualiter alij, loco eorum assumendi sunt de alio communi, ad faciendam extentionem. ¶ 4. Rex dilectis & fidelibus suis talibus salutem. Sciatis quod constituimus vos iusticiarios nostros, ut interfueritis extensioni et appreciationi faciendæ inter tales & tales, de tali honore cum pertinentijs, ita quod extentio illa & appreciatio fiat coram vobis, tali die apud tale locum, per A. B. C. D. electos ex parte talis, per D. E. F. electos ex parte talis, si omnes tunc coram vobis presentes fuerint, et si non, vel si presentes fuerint et sint rebelles, quominus extentio illa fieri possit, tunc alios legales milites assumatis vobis, ex illis quos vicinoster talis coram vobis ibidem venire faciet, loco predictorum militum, per quos extentio & appreciatio illa melius fieri possit, et qui nec predictum talem et talem aliqua affinitate attingant, et per eorum sacramentum fieri faciant extentionem et appreciationem illam in hac forma, scilicet quod omnes terræ & omnia tenementa extendantur, secundum quod supradictum est. Præcipimus etiam vicinostro tali, quod venire faciat coram vobis ad predictum diem tale, tam milites quam alios legales homines, per quos negotium illud melius expediri possit. Et ideo vobis mandamus quod omni occasione postposita, predicto loco & die conueniatis, ad predictam extentionem & apprecia-

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

preciationem faciendam, secundum formam prædictã, et cùm facta fuerit, tunc valorem omnium terrarum illarum et tenementorum illorũ imbreuiari faciatis, & illã imbreuiationẽ habeatis corã Iustic. nostris tali loco, tali die, et quã citò extensio illa et appreciatio facta fuerit, vos, vna cum prædicta vic. nostro, statim habere faciatis, prædicto tali plenariam feysinam de honore prædicto cum pertinentijs : Exceptis terris et tenementis, quæ prædictus talis, alijs inde dedit in feodo, et quæ quidem appreciantur & extendantur p se, et inde valores p se similiter imbreuiantur, vt nos vel iustitios nostros tales, inde reddere possitis certiores, Teste &c. Cùm autẽ extensores ex cõmuni consensu partiũ eliguntur, ad extensionẽ et appreciacionẽ faciendã, tũc fiat breue extensoribus electis, in hac forma ex parte regis. ¶ 5. Rex A. B. C. D. salutẽ. Sciatis q̃ A. de N. & B. de N. in curia nostra corã &c. elegerũt vos, vt p sacramẽtũ vestrũ extendãtur et appreciantur õnes terræ, & õnia tenementa de tali honore, & vnde contentio fuit inter eos, & vnde cõcordati sunt in curia nostra corã Iusticiarijs nostris talibus, & itã q̃ si vnus vestrũ interesse nõ possit, quòd alius talis ponatur in loco eius, & sic de omnib⁹ alijs nominatis. Et idẽ vobis mandamus, firmitẽr præcipientes, quatenus tali die conueniatis apud talem locum, vel alibi, vbi meliũs & facilius conuenire possitis, & facto sacramento coram vic. tali, legaliter & discretẽ & rationabiliter extendatis, & appreciari faciatis omnes terras & omnia tenementa de prædicto honore, & tã illa tenementa quæ prædictus A. inde dedit quã alia, scilicet in dominicis, villenagijs &c. vt suprã, & illam extentionem & appreciacionem scirẽ faciatis Iustic. nostris talibus, tali loco, tali die. Mãdauimus etiam vic. nostro tali, quòd ad prædictum locum & diem, vobis occurrat, ad sacramentum vestrum capiendum, & quòd tunc coram vobis venire faciat omnes illos de prædicto honore, & alios de cõm tuo, quos viderit esse vocandos, et per quorum sacramentum auxilium habere possitis, ad extensionem illam & appreciacionem faciendam. Et scire faciatis præfatis iustic. nostris ad prædictum diẽ, quot homines et quos idem B. feoffauerit, & de quibus tenementis, & valor & precium illorũ tenementorum p se imbreuiantur. Et si omnes vestrum interesse nõ possitis, tot ex vobis ad minũs, intersint ad prædicta exequenda. In cuius rei testimonium, mittimus vobis has litteras nostras patentes Teste &c. Itẽ aliud breue de eodem, & vbi causatur partitio, eò quòd minũs bene facta est, & vbi constituũtur tres Iustitij propter præsumptionẽ extensorum. ¶ 6. Rex dilectis & fidelibus suis salutem. Sciatis q̃ nos, ad petitionẽ dilectorum & fidelium nostrorum A. & B. constituimus vos Iustic. nostros ad faciendam extensionem & partitionem inter prædictum B. & tales, filias & hæredes talis, quæ sunt in custodia ipsius A. de omnibus terris & tenementis, quæ fuerunt C. de N. in cõm tali, & vnde prædicti A. & B. conquesti sunt, q̃ partitio inde priũs facta per præceptum nostrum, facta fuit minũs rationabiliter, quã deberet. Et idẽ vobis mandamus q̃ assumpto vobiscum vic. nostro tali, cui dedimus in mandatis q̃ vna vobiscum sit ad faciendam partitionẽ illam, quã citiũs poteritis accedatis ad omnes terras & tenemẽta quæ fuerunt prædicti C. in prædicto cõm, & cõ-

& conuocatis coram vobis xij. vel vi. legalibus hominibus de qualibet villa, secundum quod melius expediri videritis, per eorum sacramenta extendi et appreciari faciatis quamlibet villam per se in dominicis et villenagijs &c. vt supra, secundum quod modò sunt, et in eodem statu quò nunc sunt; in omnibus rebus quæ extendi & appreciari possunt et debent. Et facta taliter extensione, qualibet villa diuidatur per medium, ita quòd medietas cuiuslibet villæ æqualis sit alteri medietati eiusdem villæ, & facta sic diuisione, mittatur fors super vtramq; medietatē, et p̄ sortē assignetur vtriq; parti sua medietas, salua tamen ipsi A. sua æfnetia, et cōputentur eidem A. in parte sua omnes terræ et omnia tenementa quæ idem A. dedit, secundum valorem illarum terrarum datarum. Et ad omnem contentionis occasionem tollendam, quæ oriri possit inter eos et balliuos eorum, et velle in qualibet villa terræ partitæ et diuise inter eos sine contentione remaneant, de consensu partium prouisum est & concessum, quòd vnicuiquē ipsorum habere faciatis partem per se, & ita q̄ portio quæ per sortem acciderit prædictis filiabus in aliqua villa, quæ si integra remaneret competens esset ipsi A. et necessaria cum sua parte, tunc eidem A. integrè remaneat partitio illa cum parte sua, & ita quòd integrè habeat totam villam illam. Et eodem modo, vice versa, fiat in alia villa de parte ipsius A. quæ si villa integra remaneret competens & necessaria esse posset prædictis filiabus & assignetur portio prædicti A. in villa illa ad valentiam illius portionis quam prædictus A. habuit de portione prædictarum filiarum in alia prædicta villa, secundum quod qualibet villa & terra extensa fuerit, et ita quòd prædictæ filie habeant integrè totam villam illam. Et si portio vnius in vna villa, minor sit portione alterius in alia villa, eiq; qui minus habuerit, ad quod defuerit, perficiatur alibi in loco competentis, de portione eius qui plus habuerit, ita quòd quilibet earum æqualem habeat portionem cōputatis terris datis &c. Et salua ipsi A. æfnetia sua. In cuius rei testimonium &c. Teste &c. Est etiam aliud breue quod istud breue præcedit, & vbi Iustic minùs ritè processerunt, & de quo sequitur istud breue præcedens, quod tale est & quod directum fuit vic. 7. Rex vic. tali salutem. Sciatis quòd reddidimus A. ad opus filiarum & hæredū B. quarum custodia idē A. habet, per finē quem fecit nobiscum, & custodiam medietatis omnium terrarum & tenementorum cum pertinentijs quæ fuerunt prædicti C. in balliua tua, vt rationabilem portionē dictarū filiarū prædictarū terrarū & tenementorū quæ eas contingit de hereditate ipsius C. &c. vnde B. qui habet aliam medietatem earundem terrarum, quæ fuerunt eiusdem C. est particeps earum de prædicta hereditate, & vnde conuenit in curia nostra coram &c. inter prædictos B. & A. quòd omnes terræ illæ, cum omnibus pertinentijs suis, quæ fuerunt prædicti C. extendantur & appreciantur, & postea inter eas diuidantur, salua tamen eidem B. æfnetia sua, & eam terræ illæ extensæ fuerint & appreciantur, idem B. habeat partem suam per se, sine parte quam idem A. habeat cum eo, ita quòd omnes terræ cum omnibus pertinentijs, quas prædictus B. prius dedit de terris quæ fuerunt prædicti C. computentur eidem B. in parte sua, secundum valorem illarum terrarum datarum, &

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

ita etiam, q̄ cum medietas prædictarum terrarum assignata fuerit eidem A. idem A. habere faciat eidem B. de medietate quam recuperat ad opus prædictarum filiarum, tantundē terræ in loco cōpetenti. Et ideò tibi præcipimus, q̄ assumptis tecum discretis &c. p̄ quos extētionem & appreciationē & partitionem illam meliùs facere poteris, in ppria p̄sona tua accedas apud talem locum, tali die, & p̄ eorum sacramentum terras illas cū pertinentijs, in omnibus rebus extendi & appreciari facias, & vnicuique ipsorum A. & B. partem suam habere facias & assignari, salua eidem B. vt prædictum est æsnetia sua, et saluo eidem B. tanto terræ de medietate ipsius A. per eadem extensionem, per quam idem A. recuperauit. Precipimus etiam tibi, q̄ de exitibus medietatis eiusdem terræ quam cepisti in manum nostram p̄ preceptum nostrum, et qui inde peruenerūt dum fuit in manu nostra, habere facias vnicuique ipsorum, secundum partem suam quam habuit p̄ prædictam partitionem, et siue prædicti A. et B. venerint siue non, non remaneat propter absentiam ipsorū aut alicuius ipsorū, quin terræ illæ extendantur & apprecientur & diuidantur modo quo prædictū est, & itā te habeas in hoc negotio &c. Teste &c. Est & alia forma breuis de extensione facienda de consensu partiu p̄ concordia, et dirigitur vic. ¶ 8. Rex vic. salutē. Scias q̄ cōuenit inter A. petentē & B. tenentē, de tali manerio cum p̄tinentijs in tali com̄, et de alio manerio cū p̄tinentijs in alio com̄ tali, et sic si plura maneria fuerint in diuersis com̄ de quibus fieri debet partitio inter partes, & tunc sic dicatur. s. q̄ medietas omnium terrarum prædictarum remaneat ipsi A. & h̄redib⁹ suis quietē de ipso B. & h̄redibus suis imperpetuū, et alia medietas cum p̄tinentijs cū omnibus rebus remaneat eidem B. & h̄redibus suis quietē de ipso A. et h̄redib⁹ suis imperpetuū, itā tamen q̄ cū omnes terre et feoda omnium prædictorum honorū, in omnibus rebus p̄ legales homines, de cōsensu ipsorū A. & B. electos, extenta fuerint & appreciata rationabiliter. A. et h̄redes sui habebunt medietatē suam de tali honore & tali, et B. & h̄redes sui habebunt suam medietatem de tali honore & tali. Et si alicui ipsorum aliquid defecerit in prædictis honoribus de medietate sua id quod ei defuerit, p̄ficietur ei de tali honore, loco competēti. Et ideò tibi præcipimus, quòd assumptis tecum &c. vt supra. Item aliud breue de eodem, si per concordia. ¶ 9. Rex vic. salutē. Scias quòd cū A. in curia nostra &c. peteret versus B. tantam terram cum pertinentijs in tali villa, vt rationabilem partem suam que eum contingebat de h̄reditate C. patris vel alterius antecessorum prædictorum A. et B. cuius h̄redes ipsi sunt: idem B. venit in eadem curia, et recognouit totam prædictam terram cum pertinentijs esse sua ipsius A. vt rationabilem partem suam, quæ eum contingebat de prædicta h̄reditate, habendum & tenēdum prædicto A. &c. et ideò tibi præcipimus, quòd assumptis tecum discretis & legalibus hominibus de proximo vicineto talis villæ, in propria persona tua accedas ad talem terram, & per eorum sacramentum, terram illam extendi facias & appreciari in domitijs, villenagijs, et seruitijs liberorum hominum, in pascuis, boscis, & omnibus alijs rebus, et cū extensio & appreciatio ista facta fuerit, tūc p̄ eorundē sacramētū, totā terrā illam

Illam cum pertinentijs æqualiter partiri facias in duas partes, et ita q̄ quælibet pars æqualis sit alteri, & facta sic partitione, unicuiq; ipsorū partem suam habere facias & assignari, salvo tamen eidem B. tanto terræ, quā sibi & hæredibus suis retinet sine parte, salva etiam eidem A. æstetia sua. Et quid, & vbi, & p̄ quas particulas unicuiq; eorū partē suam assignaueris, scire facias nobis vel Iustic. nostris &c. tali loco, tali die, euidenter, distinctè & aperte, p̄ litteras tuas sigillatas, & p̄ quatuor legales homines ex illis p̄ quas partitio illa facta fuerit. Et habeas ibi hoc breue, & nomina illorum, per quorum sacramentum partitionem illam feceris. Teste &c.

¶ 10. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi, q̄ omni dilatione postposita, sis tali die & tali loco, ad capiendū sacramentum de tali & socijs suis, electis ad extensionē et appreciationem faciendam, de terris & tenementis de tali honore, secundum quod in litteris nostris patentibus, quæ tibi inde ostendentur continetur, & si opus fuerit, coram eisdem militibus venire facias alios de prædicto honore, quos prædicti milites ad hoc vocari voluerint, vt eisdem militibus super sacramentum suum sint auxiliantes, ad prædictam extensionem & appreciationem faciendam, & cum extensio illa & appreciatio rationabiliter facta fuerit, plenariam seysinam habere facias tali, de omnibus terris & tenementis de prædicto honore cum pertinentijs Teste &c. Milites quandòq; ad primum præceptum regis non veniunt ad faciendam extensionem, vel fortè cum venerint, vic. negligenter faciat quod ei iūctum vel iussum est, et vnde si milites nō venerint fiat eis iterum tale breue.

¶ 11. Rex dilectis & fidelibus suis A. B. C. D. salutem. Satis recolimus, vobis aliàs dedisse in mandatis, quod A. et B. in curia nostra coram &c. eligerunt vos de communi consensu eorum, vt per sacramentum vestrum extendantur et apprecientur omnes terræ & omnia tenementa de tali honore, vnde contentiq; &c. vt supra. Et quia tunc ad mandatum nostrum nihil inde fecistis, iteratò vobis mandamus, & in fide, qua nobis tenemini firmiter præcipimus, quatenus omni occasione et dilatione postpositis, conueniatis tali loco, et tali die, et facto sacramento coram vic. nostro tali, vel corā dilectis et fidelibus nostris A. et B. quos ad hoc Iustic. constituimus, vel altero ipsorū, si ambo interesse non possunt, legaliter, et discretè et rationabiliter extendatis et appreciatis omnes terras & tenementa &c. vt supra. Et extensionem & appreciationem illam scire faciatis Iustic. nostris apud W. vel prædictis A. & B. Iustic. ad hoc cōstitutis, vel alteri eorū sub sigillis vestris, vt ipsi iusticiarij Iustic. nostros apud W. ad diem eis datum plenius certificare possunt. In cuius rei testimonium &c. Teste &c. Si autem, cum milites venerint vic. negligens fuerit, tunc fiat vic. tale breue.

¶ 12. Rex vic. salutem. Mandauim⁹ per litteras nostras patentes talibus militibus, quod tali die conuenirent apud talem locum, et facto sacramento corporali, legaliter, discretè & rationabiliter extenderent & appreciari facerent omnes terras & tenementa de tali &c. vnde concordia facta fuit inter A. & B. secundum quod in literis nostris patentibus, quas eisdem militibus inde transmittimus, plenius continetur. Mandauimus etiam tibi, quod omni occasione postposita, effes ibidem ad eundem diem, ad capiendum sacramentum prædic-

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

torum militum, ad extētionem & appreciationē illam faciendā de terris & tenementis prædicti honoris, & secundū quod plenius cōtinebatur in litteris nostris patentib⁹, & q̄ facta extensione plenariā seyfinā habere facias prædicto A. de omnibus terris &c. vt supra. Exceptis terris &c. vt supra. Et vnde ostēsum est nobis, ex parte prædicti A. quod prædicti milites nihil inde fecerunt, et quod tu p̄ negligentia tuam pmisisti prædictos A. & B. et prædictos milites recedere sine die, negotio penitus infecto. Et quia minū diligenter, & minū discretē te tunc habuisti in negotio illo, iterato tibi præcipimus, sicut tunc tibi præceperim⁹, quod in fide, qua nobis &c. sis apud talem locum tali die &c. vt supra. Et si aliquis ex prædictis militibus electis ex parte alicuius prædictorum A. & B. ad prædictum diem coram te nō venerint, tunc alios ponas loco eorum, ad extētionē & appreciationem illam faciendam, & redditus & exitus terrarum illarū saluo custodiantur Teste &c. Aliud breue de eodem, vbi vic. negligens fuerit & vbi causatur extensio. ¶ 13. Rex vic. salutem. Benē recolimus, aliās tibi præcepisse, quod assumptis tecum xii. &c. ita inferatur totum factū vt supra. Et in fine dicatur. Et vnde nihil inde fecisti vt audiuimus, vel aliter. Et vnde prædictus A. queritur, q̄ prædicta extētio & particio minū sufficienter facta fuit, eō quod eidem A. non assignasti ad partem suā, nisi tertiam partem illius terrę, et vbi ei assignasse debuisti medietatē, vel quid tale: et itā quod tota querela querentis inferatur. Et idē tibi precipimus sicut aliās tibi præceperimus, quod assumptis tecum iij. &c. vt sup. Et in fine addatur istud cōminatoriū. Et itā te habeas ī hoc negotio, ne p̄ negligentia tua, vel p̄ contemptu huius præcepti nostri, nos ad te grauitē capere debeamus. Et notandum quod semper variantur breuia ad extētionem faciendas, secundum varietatem dictorū, recordorum & concordiarū, secundū quod inferius plenius dicitur in tractatu de actionibus in excambijs faciendis. Si autē milites venire debeant de vno com̄ vsq; ad aliū com̄, ad faciendā extētionem & appreciationem cum alijs militibus de alio com̄, et quod dicitur breue interlaqueatum, tunc fiat in hac forma. ¶ 14. Rex vic. salutē. Præcipimus tibi, q̄ ad diē & locum quē dilecti & fideles nostri tales, tibi scire faciant, venire facias coram eisdem, octo tam milites quā alios liberos & legales &c. p̄ quos negotium melius expediri possit, vt p̄ eorum sacramentū, simul cū xij. in tali com̄ electi extendantur & appreciantur tales terrę in dominicis, villenagijs &c. vt supra. Et secundū quod in litteris nostris patentibus, eisdem talibus iustic. nris ad hoc cōstitutis directis, plenius cōtinetur. Et habeas &c. Teste &c. Itē aliud breue de eodē, et vbi causatur particio & extensio, cū particio facta fuerit. ¶ 15. Rex vic. salutē. Præcipim⁹ tibi q̄ sine dilatione eligas xij. milites de com̄ tuo vel de com̄ tuis, qui secundū consuetudinē regni Anglię faciant partitionem de dominicis terris, quę fuerint A. in com̄ tuo & quę hereditariē cōtingunt B. & E. sororem suam. Et tunc prædictis B. & E. habere facias rationabiles partes suas, secundū quod particio illa facta fuerit p̄ eosdē milites, Teste &c. Et postea si causetur particio illa quod minū rationabiliter facta sit, iterum præcipiat vic. quod extētionē & partitionem illam corrigat & emendet, vel si suspectus habeatur, con-

continuatur iustic. secundum quod superius sumi poterit exemplū. Si autē partes interesse noluerint fortē extensioni & appreciationi, vel partitioni ad partē suam recipiendā, nihilominus, pcedant, ad præceptū domini regis iustic. vel vic. p tale breue, cū vn^o particeps negetur esse co-hæres. ¶ 16. Rex vic. salutem. Ostensum est nobis ex parte A. & B. vxoris eius, quod cū ipsa B, particeps sit, et cohæres C. & B. filiarū & hæredū E. de tota hæreditate ipsius E. et filia primogenita ipsius E. Ipsi A. & B. æfnetia ipsius B. non habet partē suam rationabilem vt deberent, secundū regni nostri cōsuetudinē. Et cū teneamur vnicuiq; de regno nostro iusticiam exhibere, tibi præcipimus quod scire facias prædictis C. et D. quod sint coram nobis vel iustic. nostris tali loco, tali die si voluerint, et sibi viderint expedire et audituræ partitionē illius hæreditatis, & partem suam rationabilem si voluerint recepturæ. Alioquin in partitione illa & assignatione faciendā pur iustum fuerit, nihilominus ad diem illū pcedemus, vel pcedas Teste &c. Et quo casu cū tales venerint post sumonitionē, inquirendū erit ab eis in primis si aliquid sciāt dicere, quare ipsi quærentes participes esse non debeant, et partem suam cum eis habere, secundū quod quilibet eorum maior fuerit natus vel minor. s. antenat^{us} vel postnatus, et quare ille qui quæritur, habere nō debeat æfnetiam suā, et nihil dicere sciant in contrarium cū venerint, vel si sumoniti nō veniant, securē procedat partitio habita tamen ratione meliorationis & deteriorationis in psona cuiuslibet hæredis, de tempore quo quilibet ipsorum habuit in manu sua partem suam. Si autem extensores non venerint ad certificandum Regi vel vic. de extensione, appreciatione, & partitione facta, tūc habeat vic. corpora eorum p tale breue. ¶ 17. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi, quod habeas corā &c. tali loco, tali die, corpora A. B. C. D. extensorum talis manerij, ad certificandū nos vel iustic. nostros, qualiter & in quibus rebus, et p quas particulas, et p quam appreciationē fecerunt extensionem illam, et vnde prædictus A. dicit q prædicti extensores extenderunt tali xx. libratas terræ p decem, et tu ipse tunc sis ibi simul cū prædictis extensoribus, ad certificationem illam faciendam. Teste &c. Et notandum quod si inueniri possit, quod vic. negligens sit tepidus, vel remissus in executione præceptorum domini regis, p defectu eius præcipietur Coronatorib^{us}, quod ipsi exequantur, vt de termino P. anno regni regis H. octauo cōm Wil^{elmo} de Thoma de Gyemes &c. Itē & si tales negligentes extiterint, tunc præcipiatur custodibus eschaetorū.

1 ¶ De officio, extensorum, et qualiter debet extendi advocatio ecclesie. 2. Breue vic. de scyina faciendā cohæredibus post partitionem. Cap. 34.

Officium autē extēforū est, in reb^{us} hēreditarijs extendēdis & apreciādis, q in primis videāt, quid & quātū sit in dñico ī quolibet manerio. s. quot acræ terræ arabilis, vel quot virgatæ, et quātū valeat acra vel virgata per annum. Item quot acræ in pastura, et quid quelibet acra valeat p annū. Itē qd et quātū sit in vasto. Itē quot acre prati, et quo anno falcari possūt, et quo nō. Itē quot acræ bosci, et qd valeāt per annū, cū psona vel sine. Itē apreciātur gardina. Itē viuaria & piscariæ, si ibi fuerint, appre-

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio

apprecietur. Et in summa omnia alia que sunt de corpore manerij, & de quibus comodum posset euenire. Item quid & quantum sit in villenagio, & quot virgatae, & quid valeat qualibet virgata per annum, in redditibus, tallagijs, & omnibus alijs rebus. Postea vero extendantur seruitia liberorum hominum, et redditus. Si autem aduocatio ibi fuerit, extendatur & apprecietur aduocatio, simul cum alijs rebus hereditarijs. s. p. qualibet marca, secundum valorem ecclesie, extendatur xii. denarij, vt si ecclesia singulis annis, secundum communem estimationem, valeat C. marc. apprecietur aduocatio ad C. s. Facta autem extensione & appreciatione, vt predictum est, causari poterunt & calumpniari multis modis, q. non rite forte, quia ad minus vel plus appreciatae sunt res hereditariae quam valeant, vt cum talis res non valeat nisi tantum, vel cum plus valeat quam tantum, appreciata est ad tantum. Item causari poterit assignatio vel occasio sicut appreciatio. s. cum tale manerium tantum valeat, extensores non assignauerunt tali qui queritur nisi tale quod minimum est, & ideo si causatio iusta fuerit, alia extensione, vel appreciatione, vel assignatione opus erit, secundum quod, inferius plenius dicitur. Cum autem extensio & appreciatio rite facta fuerit, fiat rerum hereditarium partitio aequaliter in duas partes vel plures, secundum numerum coheredum participum, & ita q. qualibet pars, per omnia equalis sit alteri, & facta sic partitione, cuilibet coheredum assignetur pars sua, non vt quilibet post alium eligat partem suam, sed huius distributionis. Fortunam faciant iudicem, vt quilibet habeat partem illam, quae per sortem ei acciderit. Ita q. in pluribus schedulis scribantur nomina coheredum particularum, & nominata, & quasi ex improviso tradantur omnes schedulae particularum alicui laico, qui omnino litteras ignoret, & ipse tunc tradat cuilibet participi schedulam suam, et erit quilibet eorum contentus de parte illa, quae in schedula illa continetur, velit nolit. Et hoc ita erit, nisi forte de consensu ita eueniret, q. quilibet post alium habeat electionem, secundum aetatis prerogatiua. s. primogenitum primam, & postnatus aliam, & sic deinceps. Et siue sic siue non sic, statim irrotuletur quid, & cui, & vbi, & p. quas particulas fuerit pars qualibet assignata, in terris, & tenementis, & feodis militum, & redditibus, & omnibus alijs rebus ad perpetuam memoriam. Item & si aliqua terra sit quae post tempus ad haereditas reuertenda sicut dos, vel alia quaecumque, fiat irrotulatio, quid quis tollere debeat, & tunc statim capiantur homagia, cum fuerint seruitia attornata. Non autem veniunt in diuisionem omnes res hereditariae, aliquando propter privilegium, propter personam cui competat ratione aetatis, sicut propter primogenituram & aeternitatem, secundum quod, inferius dicitur. Item propter ipsam rem, quae diuisionem non recipit, cum propter consensum coheredum, qui desiderant, q. aliqua res hereditaria remaneat in communi. In primis autem videndum est, quae veniant in diuisionem, et hoc viso, de facili propendi poterit, quae non veniant. Et sciendum, q. in diuisionem veniunt, tam dominica quam villenagia, quae dici possunt dominica: Item veniunt seruitia liberorum hominum, & homagia. Item veniunt in diuisionem plura capitalia mesuagia, & vnum, siue sint in diuersis baronijs constituta, siue non. Non enim poterit aliquis participes ratione primogeniturae & aeternitatis, sibi vendicare omnia capitalia mesuagia,

gia, habet tamen priuilegium, propter æfnetiam, quòd primam habeat electionem, vt si plures participes sint ibi cohæredes, et plura capitalia meſuagia, primogenitus primò eligit, et poſtea poſtnatus, et ſic tertius, et quartus in infinitum, quàm diu ſuper fuerit vnicum capitale meſuagiũ. Sed ſi cùm plures ibi fuerint, non tamen tot, quòd quilibet habeat vnũ, tunc illis qui expertes ſunt, de cõmuni hæreditate ſatiffiat ad valentiam. Si autem plura ibi fuerint, poſtquàm quilibet habet vnum, tunc reincipiat primogenitus ſuam electiouem, et ſic poſtnatus, et quilibet poſt alium vt prædictum eſt, et ſic pluriès fiat electio ſi meſuagia ſufficiant, et ſi vnus expertes fuerit, tunc prouideatur ei vt ſuprà. Item facta electione, cùm quilibet habuerit vnum, & vnicum remanſerit, illud inter partes diuidatur, niſi conſenſerint quòd totum vni remaneat, ità quòd alijs ſatiffiat proportionalitèr in alijs ad valorem. Item cùm ibi fuerint plura capitalia meſuagia, non ſunt tamen tempore aſſignationis deliberata, ſunt enim quidam qui de conceſſiõne antecelſorum tenent ad vitam quacunque ratione, ſicut nomine dotis, vel huiusmodi, tunc primogenitus primò eligit vt priùs, vel meſuagium quod deliberatum eſt, vel illud quod non eſt deliberatum, & ei qui tunc fuerit ſine meſuagio, ad tempus aſſignetur aliquid ad valentiam loco meſuagij, in tenantia, donec ſuum fuerit ei deliberatum. Si liber Sockmannus moriatur pluribus relictis hæredibus et participibus, ſi hæreditas partibilis ſit et ab antiquo diuiſa, hæredes (quotquot erunt) habeant partes ſuas æquales, & ſi vnicum fuerit meſuagium, illud integrè remaneat primogenito, ità tamè quòd alij habeant ad valentiam de communi. Si autem non fuerit hæreditas diuiſa ab antiquo, tunc tota remaneat primogenito. Si autem fuerit Sockagium villanum, tunc conſuetudo loci erit obſeruanda. Eſt enim conſuetudo in quibusdam partibus, quòd poſtnatus præfertur primogenito, & e contrario. Cùm autem liberum tenementum teneatur per ſeruitium militare, et plures ſint ibi cohæredes, et vnum capitale meſuagium, inter cohæredes diuidatur, ſecundùm quod, vallatur foſſato, vel heya, ſecundùm quod includitur cū gardinis vel viuarijs. Ita tamè, quòd facta partitione, primogenitus vel primogenita habeat electionem propter ſuam æfnetiã. Diuiditur enim quandòq; aula in duas partes vel plures, quandòq; camera diuiditur ab aula, et ſic fiet de pluribus domibus in curia exiſtentibus. Vxor autem poſt mortè viri ſui in aſſignatione dotis, nihil capiat de capitali meſuagio cum hæredibus pluribus vel vno, vbi non fuerit niſi vnũ capitale meſuagiũ, ſed habeat electionem de vno meſuagio quod tenetur in villenagio, ſi autem nullum tale fuerit, tunc aſſignetur ei loco curiæ ad valentiam tertie partis capitalis meſuagij, in latũ & in lógum, & ædificabitur de cõmuni, et hoc erit vbiq; vbi dotata fuerit de tertia parte, et ſi aliter fiat quandoq;, hoc nõ erit de iure ſed de gratia ſpeciali, vel per ignoratiã. Nec etiã aliquid capiat de aduocatione eccleſiarũ ratione tertie partis ſue, nõ magis q̄ de meſuagio: niſi fortè dotata fuerit de aliquo manerio integro cū ptiã, nulla facta exceptione, niſi i cõſtitutione dotis adiũcta fuerit ſpecialitèr aduocatio ſua tertie parti. De hoc autè qd' dicit, qd' de feod' militari, veniũt i diuiſionè capitalia meſuagia & int' coheredes diui-

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

diuiduntur, hoc verum est, nisi capitale mesuagium illud sit caput comitatus, propter ius gladij, quod diuidi non potest, vel caput baroniæ, castrum, vel aliud ædificium, & hoc ideò, ne sic caput per plures particulas diuidatur, & plura iura Com. & Baroniarum deueniant ad nihilum, per quod deficiat regnum: quod ex comitatibus & baronijs dicitur esse constitutum. Si autem plura sint ædificia quæ sunt capita Baroniarum, diuidi possunt inter cohæredes, facta electione, saluo iure æternitatis, quia cum plura sint ibi iura, quodlibet per se poterit integrè obseruari: quod quidem non est in vno, vt prædictum est, licet a quibusdam dicatur, quòd in alijs regionibus aliquandò de consuetudine diuidatur. Sed quòd nunquam diuidi debeat in Anglia viderur, nec visum fuit contrarium, & erit consuetudo regionis obseruanda, vbi hæreditas est quæ petitur, & persone nascuntur quæ petunt, et vnde si dicatur quòd in regno Angliæ aliquandò facta fuit partitio, hoc fuit iniustum. Si autem non sit ibi vbi vnicum castrum, illud integrè remaneat primogenito, ita tamen, quòd postnato pro parte sua satisfiat alibi ad valentiam, vni vel pluribus, secundum numerum personarum. Si autem plura, primogenitus habeat electionem, sicut de capitalibus mesuagijs. Item veniunt iura in diuisionem, vnum vel plura, sed tamen non diuiduntur, quia diuisionem non recipiunt, sicut sunt aduocationes ecclesiarum, & seruitutes prædiorum, plures enim aduocationes diuidi possunt inter plures cohæredes, & quodlibet ius poterit esse integrum & per se, quia sunt ibi plura iura & diuersa. Vnica autem aduocatio diuidi non poterit, quamuis ecclesia quæ est quasi subiectum, in plures partes diuidatur, duas, tres, vel quatuor, ratione diuersarum Baroniarum, et hoc (vt prædictum est) ab antiquo. Et vnde cum vnica sit aduocatio & vnicum ius, et plures cohæredes quasi vnus corpus, propter vnitatem iuris quod habet, aut omnes simul presentent, aut nullus, nec potest aliquis eorum alteri præferri ratione æternitatis, nisi ita inter eos conuenierit ab initio, quod quilibet post alium præferret successiuè. Itè nec præfertur numerus, vt si plures cõsentiunt, dum tamen sit vnicus qui reclamatur. Et quo casu, nisi infra sex menses conuenierint, ordinarius loci prouidebit ecclesiæ viduitati. Itè si seruitutes a fundo qui diuiditur, fundo vicino debeantur, partitio facta seruitutem debitam minuere non debet, nec mutare. Si autem seruitus debeatur a fundo vicino fundo qui diuiditur, vna erit seruitus, quantum ad fundum cui debetur, propter plures particulas, & plura erunt ibi iura integra, & quilibet vti possit per se, simul vel successiuè, dum tamen modum debitum non excedat, quod fundus vicinus, in quo constituta est seruitus, plus debito non oneratur. Sunt etiã aliæ res hæreditariæ quæ veniunt in partitionem, quæ cum communi diuidi non possunt, conceduntur vni, ita quod alij cohæredes alibi de communi hæreditate habeant ad valorem: sicut sunt vitæ, piscariæ, parci, & huiusmodi: vel saltim quod partem habeant pro defectu, sicut secundum partem, tertium, vel quartum: vel secundum tractum, tertium vel quartum, secundum numerum cohæredum. Itè de parci, secundam, tertiam, vel quartam bestiam. Itè cadit in partem, terra prius data in maritagium alicui sororum & cohæredum, nec est terra sic data prædeducenda, quia aut maritagium conferat, aut recedat sine parte. Sed quid si maritagium excedat partem illam quam habitura esset de communi hæreditate: si

maritagium

De acquirendo rerum dominio. Fol. 77.

maritagio dōnabitur, nūquid poterit ad hoc cōpelli non. Habet enim
 electionē conferendi, vel nō. Et sic cadit generaliter in partē, id quod da-
 tur alitui multo rōnā heredi & participi in maritagiū de communi hæ-
 reditate patris, vel matris, quæ diuidi debet inter cohæredes, & hoc siue
 sit hereditas descendens, siue p̄cipuum, ex quo perquisitum, sicut hære-
 ditas, descendit ad hæredes. Et quod maritagiū cadit in partem habe-
 nis in rotulo de primitiis placitis post guerram comunem Essex, de H. de
 Abecot & participibus suis p̄ breue, quod dicitur nuper obiit de p̄parte
 fororum. Et quod si vir dederit vni ex filiabus suis in legitima viduitate
 sua, totum maritagiū suū, adhuc erit illud idem dicendum quod pri-
 us. Item si pater, vel mater, vel vterq; totam hereditatem suam dederit in
 maritagiū, non cadit aliquid in partem, quia nihil remanebit inter cohæ-
 redes diuidendum. Si autem cum homagium interuenerit post tertium
 hæredem vel ante fiat partitio, adhuc cadit maritagiū in partem, vt pri-
 us, quod computato ei qui tenet maritagiū suo, propter homagium per-
 ficiatur ei quod defuerit de communi hereditate. Sed quid si pater vel
 mater aliquē ex cohæredibus pure seoffauerit, pro homagio & seruitio,
 nulla facta mentione de maritagio: queritur an seoffamentum veniat in
 diuisione sicut maritagiū, & quicquid ab alijs dicatur, videtur quod nō
 quia cū dicatur, quod maritagiū cadit in partem, adeo de facili dici poterit
 quod seoffamentum caderet, quod est inaudium. Et quod maritagiū
 cadere debet & non seoffamentum, videtur prima facie, quia maritagi-
 um reuerti possit & remanere cum seoffatore, vel eius hæredibus, & par-
 tiri inter cohæredes, ex quo homagium non interuenerit: quod quidem
 non est de puro seoffamento propter homagium; quia sic esset quasi do-
 minus vel domini & hæredes: nisi sic fiat (vt p̄dictum est) quod seoffa-
 mentum complectens seoffatō in parte sua. Sed quid si particeps seoffatus
 sit pro seruitio tantum sine homagio: vel pro homagio & seruitio tenet
 de capitali dominio: Item si fiat donatio viro & vxori simul in maritagiū,
 adhuc erit quod maritagiū cadit in partem. Item si fiat viro sine vxore
 pura donatio p̄ homagio & seruitio, sibi & hæredib; suis, tale seoffamē-
 tum non cadit in partem, quantumvis terra descendat hæredibus vxoris. Et
 idem erit si fiat pura donatio extraneæ personæ, qui post seoffamentum
 vxorē ex filiabus & participibus duxerit in vxorem. Dicitur est quod affi-
 nientia semper p̄ferenda est p̄pter priuilegium ætatis, sed esto: quod filia
 primogenita, relicto hærede, nepote vel nepte in vita patris vel matris: a
 quibus hereditas descendit decesserit, p̄ferenda erit soror antenata ne-
 poti vel nepti ex filia primogenita, quantum ad affinitatē; quia mortem
 parentum expectauit. Sed quid dicetur de seruitio: videtur quod diuidi
 non debeat, ne cogatur rex seruitium suū occupare p̄ particulas. Facta
 vt p̄dictū est partitio, et per sortitiona signatione ad iura hereditate gō-
 nia iura hereditaria transeunt ad hæredes ex simili aditione. Possessoria
 tamen, nisi naturaliter fuerit apprehensa, videlicet animo & corpore, pro-
 prio vel alieno sicut p̄ creatorio, prius ad ipsos nō p̄tinebit, et vnde cōm
 in curia domini regis facta fuerit partitio, sicut habeat breue de feysina
 sua habenda, secundum quod partitio facta fuerit inter eos in curia do-
 mini

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

mini regis pertale breue. ¶ 2. Rex vid. salutem. Scias quod cum contentio & appreciatio omnium terrarum & tenementorum quæ fuerunt talis, patris vel matris talium, facta inter eas partitione, tali progenitæ accederunt per sortem, talia maneria quæ sunt capita Baroniæ, propter asneiam, & talia mesuagia per electionem, tot terræ & tot tenementa, tot aduocationes, & tot feoda militum, et similiter tali talis pars & sic de alijs. Et ideo tibi præcipimus, quod prædictis talibus de prædictis terris & tenementis & feodis, & secundum quod prædictum est, sine dilatione plenariam seysinam habere facias Teste &c. Cum autem vnus ex pluribus cohæredibus & participibus sine hærede de corpore suo moriatur facta partitione, eius portio accrescet superstitibus per ius accrescendi.

¶ De homagijs faciendis et capiendis. 2. Quid sit homagium, et qualiter trahatur. 3. Quis teneatur homagium capere. 4. Quis teneatur homagium facere. 5. Item quando et quotiens homagium facies. 6. Item de quibus rebus. 7. Per quas personas. 8. Qualiter et per qua verba. 9. Item qualiter sacramentum fidelitatis. 10. Quæ sunt inquirenda et tenenda in sacramento fidelitatis. 11. Quis effectus homagy. 12. Qualiter homagium dissoluatur et extinguatur. Item casus de W. ilhelmo de morisco in hibernia. 13. Si dominus possit attornare homagium et seruitium tenentis, contra voluntatem tenentis. 14. Si dominus captiuum homagij tenentis fuerit differat vel recuset per malitiam. 15. Si tenens propria auctoritate diuertat se ad aliam, relicto domino suo, et faciat ei homagium. 16. Si dominus medius cum seruitium receperit a tenente suo non acquirit auctorem cum verus superior dominus. Cap. vi.

Cum autem quis post mortem antecessoris, a capitali domino recognitus fuerit ad heredem, ante assignationem vel post, siue hæres plenæ ætatis extiterit siue non, statim ab initio capitalis dominus capiat homagium suum, antequam habeat custodiam vel releuium. Sunt enim quidam hæreses qui tenent ad homagium faciendum et ad sacramentum fidelitatis, quidam tantum ad sacramentum fidelitatis, secundum diuersitatem tenementorum. Oportet igitur quod distinguantur genera tenementorum, ut per hoc sciri possit diuersitas tenentium & hæredum. Tenementorum autem aliud tenetur per seruitium militare, aliud per feriantiam, de quibus homagium faciendum erit domino capitali, propter seruitium forinsecum, quod dicitur regale, & quod perinet ad scutum & militiam, ad patriam defensionem. Est etiam aliud genus tenementi eius scilicet quod tenetur in focagio libero, & ubi fit seruitium in denarijs capitalibus dominis, & nihil inde omninò datur ad scutum & seruitium regis. Et dici poterit Sockagium a Sockò, & inde tenentes qui tenent in Sockagio Sockemanni dici poterunt, eo quod deputati sunt ut videtur, tantummodò ad culturam, & quorum custodia & maritagium ad propinquiores parentes, iure sanguinis pertinebit. Et si aliquando inde de facto capitur homagium, quod pluries contingit, non tamen propter hoc habebit dominus capitalis custodiam et maritagium, quia non semper sequitur homagium, licet quandoquæ. Est enim aliud genus Sockagij, quod dicitur Sockagium villanum, ubi nullum

De acquirendo rerum dominio. Fol. 78.

Vbi nullum omnino competit homagiū, sed fidelitatis sacramentum, sicut de villano, quod si de facto fecerit, pro negligentiam vel stultitiā dominorū hoc erit ipsis dominis præiudicium, et ideo inde cauendum. Est etiam aliud genus tenementi, quod datur in maritagium, et vbi non fit homagium ante tempus, scilicet ante tertium hæredem inclusiuè positum, propter commodum donatoris per reuersionē, quod si de facto prius fiat, tenet, quamuis hoc sit ad damnum donatoris. Et vt videtur datur tempus vsque ad tertium hæredem & non vltra, quia cum sint hæredes tres de hærede in hæredem, extunc vix poterunt deficere, et ideo tunc sequitur homagium absq; damno & periculo donatoris. Item non capitur homagium ante tempus, propter ius accrescendi vt si hæreditas prius descendat cohæredibus, fratribus vel sororibus, nullus eorum homagium faciet fratri vel sorori antenatis, quia si aliquis ex pluribus cohæredibus sine hærede de suo corpore decedat, pars decedentis accrescet superstitibus, et cum illis remanebit, si homagium non interuenerit, quod si fecerit, de manibus cohæredum descendet ad hæredes inferiores. Cum autem plures fuerint cohæredes, vt prædictum est, omnes accipiantur filia primogenitæ, et maritus primogenitæ homagium faciet capitali domino de toto feodo, et postnatæ primogenitæ vel eius marito sacramentum facient fidelitatis, & totum seruitium suum, et primogenita vel eius maritus, inde capitali domino respondebit, ne capitalis dominus cogatur recipere seruitia sua per particulas: particularis enim solutio nõ minimum habet incommodi. Habet etiam dominus capitalis custodiam, et maritagium postnatarum, et non primogenita, nec eius maritus, vt ouis a luporum moribus eruatur, propter spem & euentum successionis, quod euenire posset si infra ætatem morerentur ex aliqua machinatione, et hæc vera sunt, si plures sorores de alio tenuerint quam de domino rege, quia si forte de domino rege tenuerint in capite, tunc primogenita omissa, omnes accipiantur & homagium facient domino regi, et cum de alio tenere debeant quam de domino rege, & quælibet per se de facto accipiantur capitali domino, hoc reuocari non poterit a primogenita & eius marito, sed semper quod factum est tenebit, quia capitalis dominus, quod ei oblatum est non recusabit, sed siue tenuerit de domino rege siue de alio, cum homagium factum fuerit, siue ante tertium hæredem vel post, statim sequentur releuia & alia seruitia. Videndum est inter cætera quid sit homagium, qualiter contrahatur, quis teneatur homagium capere, et quis homagium facere, cum, quando, et quotiens, et de quibus rebus. Item per quas personas. Item qualiter capiatur, et per quæ verba, et per quæ verba fieri debeat sacramentum fidelitatis. Item qualiter, et per quantum tempus teneat homagium inter dominum & tenentem, & cum ambo moriantur, vel vnus ipsorum, et cadat ex vtraque parte vel alia, et dissoluatur per mortem, teneat obligatio, et releuetur tenementum cum homagio in personis hæredum. Item cum semel factum fuerit homagium qualiter dissoluatur, et omnino extinguatur propter defectum, vel propter delictum, domini vel tenentis, domini, quando dominium amiserit, quod dominus esse non potest: tenentis, quod tenementum reuertatur

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

ti debeat ad dominum, secundum quod tenens id tenuerit in dominio vel seruitio. Item si dominus possit attornare homagium & seruitium, vel istorum vnum, contra voluntatem sui tenentis. Item si dominus homagium tenentis sui recusauerit, vel cum homagium receperit, tenentem suum de seruitio versus suum dominum superiorem non acquietauerit, sed propriae bursae totum infuderit, quid iuris? ¶ 2. Quid sit homagium? Sciendum quod homagium est iuris vinculum, quo quis tenetur & astringitur ad warrantizandum, defendendum, et acquietandum tenentem suum in seysina sua versus omnes, per certum seruitium in donatione nominatum & expressum, et etiam vice versa, quo tenens reobligatur & astringitur ad fidem domino suo seruandam, & seruitium debitum faciendum. Item contrahitur homagium de vtriusque voluntate, tam domini quam tenentis, & per contrariam vtriusque voluntatem dissoluitur si vterque voluerit, quia nihil tam conueniens est naturali aequitati, quam vnumquodque dissolui eo ligamine quo ligatum est. Non enim sufficit si vnus tantum hoc voluerit, quia nihil tam conueniens est naturali aequitati &c. Est itaque tanta & talis connexio per homagium inter dominum & tenentem suum, quod tantum debet dominus tenenti, quantum tenens domino, praeter solam reuerentiam. ¶ 3. Item quis teneatur homagium capere? & sciendum quod dominus feodi, & feoffator, siue masculus sit, siue foemina, maior vel minor. Nec si dum minor fuerit homagium ceperit, maior factus allegare potuit aetatem, & quod deceptus fuit quando infra aetatem homagium cepit, quia in captione homagij semper subintelligendum erit, quod hoc sit saluo iure cuiuslibet, & inde si falsa charta interuenerit, cum minor ad aetatem peruenerit, argui poterit falsitatis, non obstante homagio. Sed si contra actionem excipiatur de homagio, contra homagium replicetur de minori aetate, quod quidem esse non poterit in maiore, qui ignorare non debet, cuius conditionis sit ille, cuius homagium ceperit. ¶ 4. Item videndum quis potest homagium facere? Et sciendum quod liber homo, tam masculus quam foemina, clericus & laicus, maior & minor, dum tamen electi in episcopos, post consecrationem homagium non faciunt, quicquid fecerint ante, sed tantum fidelitatem. Conuentus autem homagium non faciet de iure, sicut nec Abbas, nec Prior, eo quod tenent nomine alieno scilicet nomine ecclesiarum, sicut videri poterit in ipsa donatione, in principio donationis, vt si dicatur. Sciant &c. quod dedi &c. tali ecclesiae & tali rectori vel tali priori, vel Abbati & monachis ibidem deo seruientibus. Videtur & verum est, quod primo & principaliter fit donatio ecclesiae, & secundario rectoribus & personis, & vnde si aliquando fiat homagium de facto, in ipsa prima donatione, quod sepius fit propter warrantiam, nunquam postea sequetur releuium, vel aliud homagium, vel custodia de iure licet aliud de consuetudine, vel per modum donationis obseruetur. Quia si plures sint ibi Abbates vel priores successiuè, et mutantur omnes canonici in alias personas & alia capita, semper erit corpus idem, & idem conuentus, ad similitudinem gregis &c. Item si plures

De acquirendo rerum dominio. Fol. 19.

si plures sint Abbates, & priores successiue, nullus debet variari de seorsus iuris de Abbate in Abbatem, sicut de herede in heredem, quod iure hereditario nullus succedit alteri, quia sunt in possessione nomine altero. Et licet tales ad homagium non teneantur de iure, faciunt tamen tota die de consuetudine, & dant releuia infra certa tempora scilicet infra tricesimum annum, sicut in Normannia de consuetudine obseruatur ne capitales domini de debitis seruitijs defraudentur, hoc tamen intermissa obseruato, quod si minor homagium fecerit, nullum tamen iuramentum fidelitatis, antequam ad etatem peruenieris prestabit, Et quilibet poterit minor homagium facere vel capere, cum necessarius fuerit inde consensus, & expressio uerborum. Item quando quis possit homagium facere? Et sciendum quod in principio donationis, tam ante seysnam habitam quam post seysnam, sed si ante, & seysna non interuenit, homagium effectum non habebit, vel si necia uita donatoris, nisi donatio ratificata fuerit, per confirmationem ab herede. Item quociens fieri? Et sciendum quod semel ab initio. Et plures successiue capi poterit homagium, sicut heri, quia cum ab initio factum fuerit homagium a tenente, & captum a domino, semper tenet homagium, quousque uterque simul, vel alter eorum moriatur, & tunc per mortem decedentis soluitur siue dissoluitur, quia mors omnia soluit ex parte decedentis, siue dominus siue tenens fuerit. Sed tenet homagium in persona superstitis, & si cadit in persona morientis, tenet tamen obligatio in persona heredis, & in eius persona cum homagio releuatur tenementum, & in persona domini innouatur homagium, quod tenuit ab initio. Et uidetur si plura fiant homagia ab heredibus pluribus successiue, plura erunt ibi homagia, ratione plurium heredum, & per hoc plura releuia, & ratione unius domini, qui pluries homagia cepit, non erit ibi plura homagia sed unum, licet pluries innouetur, nice uerba cum tenens superstitis fuerit, & cum homagium fecerit moriatur capitalis dominus, cadit homagium ex parte illa, duret tamen obligatio homagij in persona heredis, & in persona eius releuabitur homagium, ita quod de nouo capiendum erit ab herede, & de nouo faciendum a tenente. Et sic fieri poterit de pluribus dominis capitalibus decedentibus, & heredibus eorum, in quo casu, plura erunt homagia ex parte dominorum, & non nisi unum ex parte tenentis, qui semper superstitis est, sed plures homagij innouationes, propter pluralitatem dominorum, et eorum heredum, ideo non dabitur nisi unicum releuium a tenente. Item de vno, & eodem tenemento simul, & semel, non possunt plura fieri homagia pluribus dominis capitalibus, siue tenens tenere debeat tenementum de pluribus dominis in communi vel tantum ab vno, quia si a pluribus in communi, & vnus sit heres, primogenitus ex pluribus homagium capit ab vno, vel pluribus. Item si plures tenere debeant in communi de vno vel pluribus, primogenitus homagium faciet pro omnibus. Si autem vnus vel plures qui tenent in communi de vno tantum tenuerint, & alij cum non tenentur, per ignorantiam vel distractionem iniustam homagium fecerint,

Luc. 34. 23 et sic. 4

Lib. ii. De acquirendo rerum dominio.

fecerint erit eis subueniendum. Si autem per malitiam & fraudem ad exheredationem domini sui non fit, quia ibi de iure amittere deberent tenementa, extincta penitus obligatione homagij propter fraudem. Eodem modo, cum semel homagium fecerint vero domino, per fraudem recesserint ab eo, si autem ab initio homagium fecerint non domino, et postea per iudicium recuperauerit verus dominus, ratione alicuius finis, vel attornationis, in casibus exceptis, et tenens noluerit facere ei homagium, cui tenetur de iure, sed se tenuerit ad homagium, ad quod non tenetur nisi de voluntate, cum verus dominus postea recuperauerit homagium & seruitium de iure, non liberabitur tenens ab eo cui adhæsit de voluntate, sed inde faciat ad melius quod poterit. Item poterit quis de pluribus tenementis plura facere homagia, vni domino simul vel successiue, vel diuersis & pluribus, et sic poterunt plures domini, plura capere homagia, ratione plurium tenementorum dum tamen vnus ex pluribus, dominus sit præcipuus & legitimus, quia feoffator primus, & propter primum feoffamentum, & capitale. Et talis semper habebit, maritagium heredum, propter primum feoffamentum, nisi tenens in capite tenuerit de domino rege prout inferius inter custodias prouisum est per statutum. Et si inter dominos suos capitales oriantur inimicitiae, in propria persona semper stabit cum eo cui fecit ligeantiam, & per attornatum cum alijs, vel saluo eis forinseco seruitio, in quo eis tenetur de tenemento quod de eis tenet. ¶ 6. De quibus rebus, & sciendum, quod de terris & tenementis, redditibus & omnibus alijs quæ tenentur per seruitium militare, siue seruitium militare magnum sit, siue minimum, etiam si non daretur ad scutagium nisi obolus vnus, et semper sequetur tale seruitium custodia hæredis, & maritagium, et non tantum propter homagium seculare factum, sed propter regale seruitium, quia non ad omne homagium sequitur custodia & maritagium, quia homagium fit aliquandò, vt supra dictum est, de tenemento quod tenetur in sockagio. Item fit homagium de tenemento, quod tenetur ad seriantiam, et ibi sequitur custodia & maritagium, maximè si seriantia illa respiciat regem, & patriæ defensionem, et secus est si priuatam personam, & in nulla parte ipsum regem, vel exercitum suum. Sunt enim plures seriantiae quæ respiciunt priuatas personas, et non ipsum regem, vt si quis debeat equitare cum domino suo de manerio in manerium, et tales dicuntur Rodknights, vel si teneat tenementum aliquod per seriantiam, tenendi placita sua, vel portandi breuia sua infra certa loca, et huiusmodi: & si tales aliquandò faciant homagium, non prætextu talis homagij pertinebit ad capitalem dominum custodia & maritagium. De feodo vero vel redditu, qui datur ex camera, siue tenemento de quo possit redditus peruenire, non fit homagium. Nec pro solo dominio fit homagium, nisi soli regi vel principi, sine tenemento vel seruitio, admittitur tamen quandoquæ quod campioni faciunt homagium domino suo, sed hoc esse non debet, nisi tantum pro dominio suo, nec valet homagium si redditus sit annuus, et de camera, nisi constituatur et proueniat ex certo tenemento. Tenementum verò certum, quod datur alicui in feodo per seruitium militare obligat

De acquirendo rerum dominio. Fol. 80.

ligat tenementum ad homagium. Quod quidem si omninò ab alio euincatur a tenente, per hoc omninò homagium dissoluitur et extinguitur, nec reuocari poterit, nec resuscitari nisi ex noua causa, & quamdiu talis fuerit in possessione, licet aliud ius habuerit, durat homagium inter tenentem & non dominum qui feoffauit, donec tenementum euincatur, et ulterius non. De nullo autem tenemento quod tenetur ad terminum fit homagiū, fit tamen inde fidelitatis sacramētū. ¶ 7. Per quas personas? Et sciendum quòd non per procuratores, nec per litteras fieri poterit homagium, sed in propria persona tam domini quàm tenentis capi debet et fieri: quia in quibuscūque casibus psona necessaria fuerit, negotium per procuratorem vel litteras expediri non poterit. ¶ 8. Item quaeritur et per quæ verba fieri debeat homagium? Et sciendum, quòd ille qui homagiū suū facere debet, obtentu reuerentiæ quam debet domino suo, adire debet dominum suum vbicunq; inuentus fuerit in regno, vel alibi si possit comodè adiri, & non tenetur dominus quærere suum tenentem, & sic debet homagium ei facere. Debet quidem tenens manus suas vtrasquè ponere inter manus vtrasquè domini sui, per quod significatur ex parte domini, protectio, defensio & warrantia, & ex parte tenentis, reuerentia & subiectio, et debet dicere hæc verba. Deuenio homo vester, de tenemento quòd de vobis teneo (vel aliter) quod de vobis teneo & tenere debeo, & fidem vobis portabo de vita & membris, et terreno honore (secundum quosdam, vel aliter, secundum alios) de corpore & cattallis & terreno honore, & fidem vobis portabo contra omnes gentes (qui viuere poterint & mori, secundum quosdam) salua fide debita domino regi, et hæredibus suis, et statim post, faciat domino suo sacramentum fidelitatis, hoc modo. ¶ 9. Hoc audis domine. Ne quòd fidem vobis portabo de vita & membris, corpore, et cattallis, & terreno honore, sic me deus adiuuet & hæc sancta dei euangelia. Et quidam hoc adijciunt in sacramento & bene, quòd fidelitèr, et sine diminutione, contradictione, vel impedimento et dilatione iniusta, terminis statutis faciet seruitium suum domino suo, et hæredibus suis. Et non debet fieri homagium priuatum, sed in loco publico et communi, coram pluribus in comitatu, hundr, vel curia, vt si fortè tenens per malitiam homagium vellent dedicere, possit dominus facilius probationem habere de homagio facto, et seruitio recognito, quia ad homagiū faciendū, præcedere debet diligens examinatio, si ille qui hæredem se facit, sit filius naturalis eius, cuius hæredem se facit, & hæres verus & propinquior, quantum ad ius possessionis & non solum rectè & propinquus, sed si sit hæres propinquior, quantum ad ius proprietatis: quilibet autem hæres propinquior vtrūque ius habere debet, possessionis videlicet & proprietatis, quamuis alius, eo maius ius habuerit. ¶ 10. Item inquiri debeat quale, et quantum tenementum teneat, pro quo, et de quo obligatur homagium facere. Itè quid in dominico, et quid in seruitio, & vtrum totum tenementum teneat in dominico, vel totum in seruitio, vel partem in dominico, et partem in seruitio. Item per quòd seruitium, & qualiter descendat ei hæreditas quòd hæres esse possit, no in captione homagij, contingat dominum per negligenti-

Lib. ii. De acquirendo rerum dominio.

negligentiam decipit, vel peritorem. ¶ 11. Effectus vero homagij est, quod si quis homagium alteri fecerit, domino vel non domino, a tali domino, vel homagio suo recedere non possit sine iudicio, quamdiu tenuerit tenementum per quod obligatur ad homagium, in domino vel seruitio. Item nihil facere potest tenens propter obligationem homagij, quod vertatur domino ad exheredationem vel aliam atrocem iniuriam, nec dominus tenenti econuerso quod si fecerint, dissoluitur & extinguitur homagium omnino, et homagij connexio et obligatio, et erit inde iustum iudicium, cum venerit contra homagium & fidelitatis sacramentum, quod in eo in quo delinquant puniantur. s. in persona domini, quod amittat dominium, et in persona tenentis, quod amittat tenementum, secundum quod inferi^o dicitur plenius. Et sic dissolui poterit homagium. ¶ 12. Quomodo autem dissoluatur homagium, ex vna parte vel vtraque, domini & tenentis, ita quod ex vna parte teneat, et ex alia non, vel ex vtraque parte deficiat, videndum. Et sciendum, quod aliquando tenet homagium et homagij connexio in persona tenentis, et omnino dissoluitur & extinguitur in persona domini capitalis, propter defectum, vel propter delictum ipsius domini. Sed releuatur & viuificatur in persona alterius domini superioris domini propter defectum. Vt si capitalis dominus, qui homagium tenentis sui ceperit omnino sine herede decesserit, vel si heredes habuerit & decesserint, vel cum heredes habuerit, alteri homagium & seruitium attornauerit in casibus licitis & concessis, vel alio modo de voluntate tenentis, in quo casu, extinguitur homagium quoad ipsum dominum, et in persona alterius reuiuiscit, et semper durat in persona tenentis. Item propter delictum, ut si dominus capitalis feloniam fecerit, vel aliquid ad exheredationem tenentis sui, propter quod ipse dominus iusto iudicio debeat exheredari, et unde ipse omnino de medio tollitur, et id quod superior dominus capitalis prius habuit per medium, in seruitijs & consuetudinibus, nunc habet immediate, propter delictum sui tenentis, sicut superius habet per defectum, et sic incipit obligatio homagij inter tenentem & capitalem dominum superiorem, et tenetur talis dominus superior, homagium capere vel nolit, quia si recusare possit et weyuare feodum suum & homagium & seruitium tenentis sui, tale sequeretur inconueniens, quod nunquam fieret alicuius tenenti warrantia. Nunquam enim faceret aliquis warrantiam & excambium de C. lib. 1. de tere pro seruitio unius denarij, si posset per voluntate sua feodum suum mutare & weyuare, et homagium & seruitium tenentis sui recusare. Obijcere tamen posset talis dominus capitalis, tali tenenti homagium suum offerenti, quod illud recipere non debeat, cum talis tenens non sit feoffatus ab eo, sed ab alio, et ideo quod nihil clamar in homagio suo & seruitio, sed quod hoc ei valere non debeat, videtur, quia cum plures possint esse capitales domini, et feoffatores ascendendo, ita sunt plures feoffati tenentes descendendo, et superior dominus omnium habet inferiorem tenentem sibi obligatum, propter feodum suum quod talis tenet, quamuis per medium, quo sublato, erit tenens suus sine medio, et ipse dominus suus capitalis, erit quasi principalis feoffator, et sic durabit inter eos obligatio homagij per medium, vel sine medio.

Vt

Ut si feoffauero A. & A. B. & B. C. et sic in infinitum, omnes tenentes de tenente in tenentē, a primo vsq; ad vltimum descendendo, erunt tenētes mei, et ab vltimo feoffato & tenente de capitali domino et in capitalem dominum ascendendo gradatim, erit capitalis dominus vltimi feoffati, ab vltimo feoffatore vsq; ad primū, sed p̄ medium vt dictū est. Quo sublato vel quibus, incipiet vltimò feoffatus esse primus feoffat' sine medio. Item eodē modo tenere poterit homagiū in persona domini vice versa, et dissolui & extingui in persona tenentis & conualescere in p̄sona alterius, vt si tenens cū homagiū fecerit domino suo, se dimiserit ex toto de h̄reditate sua et alium feoffauerit, tenendū de dño capitali, & quo casu tenens absoluitur ab homagio & extinguitur homagiū, velit nolit dñs capitalis, et incipit in p̄sona feoffati qui obligatur, propter tenementum quod tenet, quod est feodū dñi capitalis. Item homagiū quod sic extinguitur in p̄sona tenentis iterum reuiuisci poterit in p̄sona eiusdem, sed ex alia causa. Vt si feoffatus ab eo, idē tenementum ei restituat, tenendū de eodē capitali dño. Itē extingui poterit homagiū & obligatio dissolui ex vtraq; parte multis modis, q̄ tenementū datum p̄ homagio & seruitio remanebit capitali dño tanq̄ eschaeta sua in dominico, tum p̄pter defectum tum p̄pter delictū: p̄pter defectū, vt si tenens & feoffatus sibi & h̄eredibus suis certis vel incertis sine h̄eredibus decesserit omninò, vel sine h̄erede de se, et quo casu extinguit omninò homagiū & obligatio, quia tenementū cadit in dñicum p̄ defectu homagij, quia nō sunt partes inter quas contrahi possit, cū contrahi nō possit nisi inter duas p̄sonas obligatio, quia deficiunt h̄eredes in p̄sonis quorum posset homagiū sustentari. Et qualiter hoc fit in pluribus casibus dicetur infra de eschaetis plenius. Itē p̄pter delictū. Vt si tenens alicuius feloniam fecerit vel aliquid aliud, p̄pter quod debeat exh̄redari, et quo casu extinguitur homagiū, et dissoluitur obligatio ex vtraq; parte ratione supradicta, et reuertit tenementū ad capitalē dñm in dominico vt eschaeta. Itē extinguit homagiū de iure, & dissoluitur obligatio & vinculū fidelitatis, vt cū quis homagiū fecerit capitali domino suo & seruitiū illud malitiosē deaduocauerit omninò, q̄ nihil tenuerit de eo, ad exh̄redationē veri dñi sui cui p̄ homagiū obligat' fuerat & fidelitatis sacramētū, et quo casu licet homagiū & obligatio teneat ex parte dñi si voluerit, non tamen tenet ex parte tenentis, qui p̄ abnegationem dñi sui homagiū & vinculum fidelitatis in fringit. Et competunt dño in hoc casu duo remedia vt videtur, vel quòd petat tenementum tenentis sui, quod de eo tenere debuit in dominico, quia deaduocat' est p̄ tenentē in cuius p̄sona deficit obligatio, vel quòd petat seruitium, eò quòd tenet obligatio in p̄sona sua & remittat tenenti de gratia tenementū. Refert tamen p̄ quòd breue, si autē p̄ breue de recto vt quidā dicūt, videtur q̄ nō possit, nisi ipse vel antecessores sui in seysina fuerint de tenemento illo in dominico vel seruitio. Et si aliquandò extiterint in seysina, tamen incongruē petet quem descensum, cū tenens extiterit in possessione p̄ descensum ab antecessoribus suis, nisi sit qui dicat, quòd licet nihil iuris ei descendat, tamē quòd ei descendere debuit cū sit deaduocatus. Sed melius esset vt videtur, petere p̄ breue de

Y.i.

eschaeta.

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

eschaeta: cūm deficiat homagiū & obligatio ex parte tenentis, qd' breue tale esse poterit. Precipe tali, q̄ iuste & sine dilatione reddat tali, tantā terram, vel tot feoda, que p̄dictus talis de eo tenuit & inde homagiū ei fecit & seruitiū, et quæ debent esse eschaeta sua, eò quòd p̄dictus talis tenens, cōtrā homagiū suū & fidelitatis sacramentū, quod ei inde fecerat, ipsum malitiosē & ad exhæredationē suā deaduocauit, & nisi fecerit &c. Et vnde vt videtur, cūm sic p̄batū fuerit p̄ inquisitionē & iuratā, non erit vlteriūs necesse querere de aliquo iuris descēsu. Et siue agatur p̄ tale breue, siue p̄ breue de recto, nō erit locus magnæ assisæ nec duello, sed capietur inquisitione & iurata, ad similitudinē magnæ assisæ, p̄ hæc verba. Vtrū vz ille qui tenet, maius ius habeat tenendi tēntum illud, vel feodū in dñico, an ille q̄ petit, et cui idē tenens vel aliquis antecessorū suorū, inde homagiū & seruitiū fecit, et quem postmodū malitiosē cōtrā homagiū & fidelitatē suā, deaduocauit: et si hoc p̄batū fuerit, et tenens tenuerit in dñico, recuperabit petens in dñico, si autē in seruitiō recuperabit in seruitio, vt tenens tollatur de medio, itā q̄ de cetero nō sit medius, et tenens suus p̄ obligationē tēnti, quod de eo prius tenuerat, sed adiungatur primo feoffatori sine medio. Itē ibi idē ius, vbi eadē ratio: si tenens dño suo atrocem fecerit iniuriā, vel si steterit cum inimico dñi sui, consilio, vel auxilio contra dñm suū, excepto principe, & capitali dño suo, cui fecit ligeantiam. Itē si aliquid fecerit contra dñm suum ad exhæredationē dñi sui, & quo casu, iustū iuditiū quòd tenens exhæredetur, p̄pter obligationē homagij quā infringit. Itē si manus violentas iniecerit super dñm suum &c. plura hijs similia tenentē exhæredāt. Et in fine sciendū quòd inter tenentē & dñm semper tenet & stat homagiū, quādiū hæredēs ex vtraq; parte extiterint, et quamdiū tenens tenementum tenuerit in dñico, vel seruitio, quod obligationē homagij inducit. Sed istis deficientib⁹ vel aliquo istorū, deficit, homagium, & nunq̄ reuiuiscet, nisi hoc sit ex noua causa & in p̄sonis aliorum. Itē notandū, p̄ nō potest dñs capitalis wayuiare homagiū, vel recusare seruitiū, cōtrā voluntatē tenentis sui, quò min⁹ teneatur ad warrantiā & excambium, nec etiam tenens vice versa, quò min⁹ faciat dño suo seruitium debitū, quādiū tenuerit tenementum p̄pter quod obligat̄ ad seruitium, sed potest dñm suum deaduocare, cūm tenemētū tenuerit. Sed hoc vt p̄dictum est, erit suum dāpnū. Poterit etiā tenemētum wayuiare cum causa vel sine, et sic dissoluetur homagium. Itē reddere poterit domino suo homagium suum, simul cum tenemento, p̄pter capitales inimicitias, vt liberiūs p̄sequatur appellū suū, et sic dissoluitur homagiū.

¶ 13. Itē videndum si dominus attornare possit alicui homagium & seruitium tenentis sui, cōtrā voluntatē ipsius tenentis: et videtur quòd nō, et maximē homagium, quia tale sequeretur incōueniēs, quòd posset eum subiugare capitali inimico suo, & p̄ quod teneret sacramētum fidelitatis facere ei, qui eum dānificare intēderet. Leuis autē inimicitia nō impedit in quibusdā casib⁹ superi⁹ exceptis, in quib⁹ poterit dñs capitalis homagiū & seruitiū liberi hominis sui alteri attornare, contra voluntatē tenentis velit nolit. s. p̄ finē factum in curia domini regis, vbi summonēd⁹ est ille, cuius homagium et seruitiū alteri cōcedit, vt ibi recognoscat homagiū & seruitium

seruitium suum, et ubi ostendere possit rationē, quare non debeat homagiū facere, quod si non poterit attornabitur velit nolit. Item in alio casu, ut si quis terrā dederit in maritagium cum filia sua cum homagio & seruitio alicuius liberi hominis. Itē si p redemptione corporis sui, in quibus casibus attornabitur velit nolit, nisi causas prætendere possit quare non debeat. Est & alia causa quare homagium & seruitiū attornare nō possit, ut si velit homagium attornare tali qui nihil habeat in bonis, unde posset warrantizare, defendere & excambium facere. Ex hoc enim posset quilibet dñs capitalis exonerare se p voluntate sua, ne suo feoffato teneretur, ad warrantiā & excambium de C. libratīs terræ, p vno denario de seruitio, & ideō in hoc casu nō magis possit attornare homagiū & seruitium, q̄ wayuiare feodū suum, quia dñs velit nolit, warrantizabit & defendet ppter homagiū. Et quod homagiū attornare nō poterit nisi in casib⁹ superiori⁹ exceptis; habetis de termino P. añ regis H. septimo, in Com̄ Hereford de Itinere, et vno teñto in com̄ Cant. de wilhelmo filio Benedicti ciue Londoni, et Galfrido de Luci tenente & wilhelmo de Maundeuil comite capitali dño, de tenemento N. de Gingefnyle. Et cum idē Galfrid⁹ tenens, attachiatus esset vel sumonit⁹ ad faciendū eidē w. homagiū & seruitiū suū, qd' idē comes ei dederat, & prædictū Galfridū eidē w. attornauerat, idē Galfrid⁹ noluit ei attornare, sed ipsū in curia penit⁹ deaduocauit, et dixit quod nihil de eo tenuit, nec tenere voluit, nec recedere a dño suo qui eū feoffauit. Prop̄ quod sumonit⁹ fuit prædict⁹ comes, ad ostendendū qd' iuris clamaret in seruitio prædicti G. qui venit & cognouit, qd' dederat prædicto w. homagiū & seruitiū ipsi⁹ G. de tenemēto quod de eo tenuit in prædicta villa, ad quod respondit prædictus G. quod noluit attornari prædicto w. nisi curia cōsideraret. Dixit etiā quod tenuit de dño, Comite duo teñta, vnum in villa prædicta & aliud alibi, & simul & semel feoffatus fuit de eisdē tenementis per vnicū homagiū & seruitiū, nec voluit homagiū suū diuidere & facere duo, ubi prius non fecit nisi vnū, nisi curia cōsideraret, nec attornari p̄dicto w. Et quia Comes cognouit & cōcessit, quod idē G. faceret seruitium eidē w. de prædicto teñto in prædicta villa, in omnibus rebus: et quia idē G. nihil ostendit in curia, quare seruitium illud eidē w. facere nō posset vel non deberet, cōsideratū fuit quod prædict⁹ w. haberet seysinā suā de p̄dicto seruitio, saluo dicto Comiti, homagio de toto prædicto feodo, & hoc ideō ut videtur, quia homagiū diuidi nec attornari nō potuit, cōtrā voluntatē tenentis, licet seruitium diuidi posset & attornari, & sic videtur quod seruitium attornari poterit in omni casu, et cōtrā voluntatē tenentis ipsius, licet homagium non possit, nisi in casibus suprædictis. Et vnde si cum dñs seruitiū attornare voluerit, tenens attornari noluerit, et ipse cui attornatus fuerit distinctionē fecerit, poterit tenens si voluerit, illum deaduocare cui fuerit attornatus & iuste, ppter homagium, quod durat adhuc inter dñm qui seruitiū attornauit, & tenentē suum. Sed tamen ppter hoc cessare nō debet distinctio p seruitio, quia distinctio ptinet ad seruitium habendum & non ad homagium, quia dñs retinuit homagiū, et qui cōcedit seruitium alicui, p cōsequens cōcedit distinctionē, quia seruitium cōcedere sine distinctione nihil est, nō

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

magis est q̄ si diceret quis: concedo tibi haustū in fonte meo, sed nolo q̄ tu habeas accessū ad fontē, & sic nulla erit concessio, et multa sunt exempla, et vnde si tenens deaduocauerit illū qui distringit p̄ seruitio, non tamen cessare debet districtio p̄ seruitio, quia ista simul stare possunt, deaduocatio & districtio. Sed si simul p̄ homagio distringatur cū seruitio, & sic fiat deaduocatio, dicunt quidā q̄ cessat districtio, nisi sit qui dicat, q̄ si donatio & concessio constare nō posset p̄ vna parte vtz homagio, tamen valere debeat de seruitio, & itā non deberet cessare districtio, si itā cū vnū tenere possit, inuito tenēte, & aliud nō, et nisi itā sit q̄ homagiū dedicere nō possit, & si dicat iniuste deaduocatus sum, et hac ratione, quia finis inde factus est, vel homagiū in curia regis recognitū & cōiūctum, & huiusmodi, et quo casu oportet q̄ sibi cautē p̄spiciat, vel p̄ breue de fine facto, vel p̄ breue de warrantia, & q̄ sequatur finis & cyrographum, vel vt paulō antedictū est, vt tenens sūmoniarur ad ostendendū, cui faciat seruitiū suum, & similiter ille dñs, qui attornauit, ad cognoscendū quid iuris clamat in p̄dicto seruitio, et tūc fiat, vt supradictū est, de p̄dicto Galfrido. Cū autē seruitiū sic attornandū fuerit, nō magis attornari debet ad dānum & piculū ipsius tenentis, nisi voluerit, quā ip̄sum homagiū, vt p̄dictū est, nō debet aliter facere, quā prius fecit, nisi velit, & secundūm quōd prius fecit, nec plus seruitij, nec plures sectas, nec alibi quā solebat: quia si ille, cui attornatus est, hoc facere posset, itā tenens immodicē grauaretur. Prospiciat igitur tenens, cū fuerit attornād⁹, q̄ de eo cui fuerit attornatus, chartā habeat sufficientē, p̄ quā se defendere posset versus eū cui fuerit attornat⁹, q̄ plura seruitia nō exigat quā tenēs suus ei facere teneatur, et p̄ quē obligatus sit ille dñs ad warrantiā & excambium, sicut fuit ille qui attornauit. ¶ 14. Itē esto quōd cū dñs obligatus sit ad capiendū homagium tenētis sui, captionē illā differat vel recuset, in fraudē fortē, ne ei teneatur ad warrantiā, quo casu multipliciter poterit tenenti prouideri, relaxatur in primis a seruitio ad quod nullo modo tenetur, nisi capto homagio, & si p̄ placitum & iudicium capi debeat, dñs omnia arragia amittet. Poterit etiā tenens, si voluerit, oblato homagio corā pluribus in com̄ vel curia & precise recusato, attornare se superiori dño capitali, et si ip̄se homagium recusauerit, alteri superiori, & itā de dño in dñm quousq; puenerit ad ip̄sum regē, qui est principalis domin⁹ descendēdo, et vltimus ascendendo, & hāeres vltim⁹ omnium hāeredū. Et quid si superior domin⁹ capitalis homagium talis recusauerit, cū fuerit ei oblatum, postquā inferior domin⁹ homagium iniuste recusauerit: nec ei fiet seruitium nō magis quā dño inferiori, qui medius esse deberet, & sic dici posset de omnib⁹ alijs dñis superiorib⁹ capitalib⁹. Cū autē tenens sic se attornauerit superiori, et ip̄se homagiū suū ceperit, ille qui homagiū suū recusauit, vltius seruitiū nec homagium petere poterit, et nihilominus tenebitur ad warrantiā, hoc p̄bato, quōd homagiū iniuste recusauerit, & illū sequetur seruitiū, cui factum est homagium. Si autē sine causa tali, vel alia sufficienti, tenēs p̄ districtiōnē cōtra voluntatē suā homagiū fecit superiori, vel extraneæ p̄sonæ, si verus dñs petat homagium, nō poterit tenens recedere ab eo, cui homagiū fecit sine iudicio, et quo casu, cū ip̄se
verus

Verus dñs petat a tenente suo, quòd faciat ei cõsuetudines & recta seruitia, quæ ei facere debet, de libero tenito, quod de eo tenet in tali villa, vt in homagijs, releuijs, redditib^o &c. et vnde petit q̄ faciat ei homagiũ, et releuium de tali feodo &c. et cũ talis venerit & cognoscit quòd de eo tenere deberet feodũ illud, et libentẽ faceret ei homagiũ & seruitiũ si recedere posset a tali dño, qui homagium suum cepit p̄ districtiõnẽ, vel ipsum verum dñm penitus deaduocauit, dicẽdo quòd nihil de eo teneat. Si autẽ ipsum aduocauerit, vt p̄dictum est, tunc sumoneatur ipse capitalis dñs superior, vel extraneus nõ dñs, quòd sit ad certũ diẽ, ad cognoscẽdũ qd̄ iuris clamat in homagio & seruitio p̄dicti talis, vel ratione hereditatis que fuit talis antecessoris ipsi^o tenentis in tali villa, et vnde talis ver^o dñs s. in curia nra &c. clamat homagium & seruitium p̄dicti tenentis, de eodẽ feodo, quo casu, cũ talis venerit, poterit verus dñs dicere, quòd homagium & seruitium ad ipsum p̄tineat multis modis. Dicere enim poterit q̄ ad ipsum p̄tineat hac ratione. s. quia talis pater vel mater, auunculus vel matertera vel ali^o antecessor talis tenentis, talis fuit homo, talis patris, vel matris, auunculi, vel materteræ, vel alteri^o antecessoris ipsius domini, qui petit & post talẽ antecessorẽ, qui sic fuit in seysina, fuit ali^o talis antecessor in seysina de homagio & seruitio p̄dicti talis vel hæredis sui talis, & sic de plurib^o. Ad quæ respõdere poterit ille qui sumonit^o est, & excipere multis modis, quare homagium & seruitium nõ p̄tineat ad petentẽ, vt si mutationes et donationes interuenerint: vt si tales antecessores, vel heredes eorum de quibus fit mentio, postq̄ sic essent in seysina vt p̄dictum est, donationẽ fecissent, vel p̄mutationẽ, vel recognitionẽ, vel remissionem, p̄ concordiam vel p̄ iudicium, post magnã assisam vel duellum, vel quòd alius talis se gerit p̄ hærede talis domini capitalis, et quòd ille qui petit nõ sit heres, et ita quòd ipse iam pridẽ ipsum implacitauit p̄ aliud breue de seruitijs & cõsuetudinib^o, & petere poterit iudicium, si de vna & eadẽ re, debeat simul & semel duobus respondere. Et sic cũ ipse petens p̄ iudicium sic recuperauerit, poterit ipse tenens p̄ iudicium recedere de tali homagio. De tali materia habetis de termino f. Hill anno regis H. sexti in Com̄ Dorset, de Alano de sancto Georgio, rem petend, sed quòd nõ dñs sumoniri debeat vt p̄dictum est in principio, habetis de termino f. M. an. regis H. nono incipiẽte decimo in Com̄ Kanc. de Isabella de Hotot. Cũ autẽ tenens verũ dñm suũ deaduocauerit in iudicio vt p̄dictũ est, et nõ domino suo fecerit homagium & seruitiũ, cũ omninò dñm suũ deaduocauerit, vertetur placitũ inẽ ipsũ verũ dominũ & tenentẽ suũ. Et vnde in primis videndũ, vtrũ dñs agat p̄ breue de seruitijs et cõsuetudinib^o, vel p̄ breue q̄ talis faciat ei homagiũ & seruitiũ. Si autẽ p̄ breue de seruitijs & cõsuetudinib^o, tunc refert, vtrũ dominus agat super ipso iure, vel super seysina homagij, & seruitij. s. vtrum cõtineatur in breui quòd faciat ei cõsuetudines & recta seruitia quæ ei facere debet & solet, vel tantum quæ ei facere solet, vel tantum quæ ei facere debet, si autẽ super ipso iure, quatecunq; sit breue, & siue domin^o petat quòd tenens faciat vel tenens petat q̄ domin^o capiat, p̄ breue de homagio capiẽdo, in vtroq; casu, p̄ interrogationes & responsiones pueniri poterit ad duellum, vel magnam assisam, nisi

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

nisi ita sit, quod propter deaduocationem velit dominus terram petere in dominico per breue de recto ut supradictum est. Cum igitur summonitus sit quis per breue, quare non capiat homagium alicuius, & pretendat quarens rationem, quare ille qui summonitus est debeat capere homagium suum, et dicat quod pater suus tenuit de tali & homagium ei fecit, vel de tali alio antecessore & per tale seruitium, et ita quod ille tali ratione tenere debeat de eo, & ipse homagium suum capere per seruitium tale: poterit ipse de quo queritur defendere seruitium & homagium suum factum, et dicere precise quod ille quarens nullam terram de eo tenet, nec tenere debeat, & se defendere per campionem vel ponere se in magnam assisam per hec verba. s. vtrum ipse de quo queritur, maius ius habeat tenendi terram illam in dominico, an idem qui queritur tenendi eam de eo. Poterit enim bene esse quod talis quarens vel antecessor suus homagium fecerint antecessori eius de quo queritur, sed nunquam habuit seysinam in vita antecessoris eius, vel quod ipse tale homagium ceperit, et quod talis propria autoritate, sine warranto & contra voluntatem donatoris, se posuerit in seysina, et unde petere poterit ut praedictum est, terram in dominico. Et de hac materia habetis in Itinere Abbatis de Rading et M. de Pateshul in com. warwick, anno regis H. quinto de Roberto de Halgeford, qui petijt coram eis quod quidam caperet homagium & rationabile releuium suum de libero tenemento quod de eo tenuit, et de eo tenere clamauit in tali villa, et unde dixit quod pater suus tenuit de eo tantam terram suam per tale seruitium, & ipse ita eam tenere debuit de eo, et hoc obtulit & petijt quod caperet homagium suum. Et talis venit & defendit, non debuit inde homagium suum capere, quia terram illam debuit tenere in dominico, et sic posuit se in magna assisa per verba supradicta. ¶ 15. Cum autem quis a domino suo vel non domino cui homagium fecerit & seruitium propria autoritate diuerterit ad alium, et sine iudicio, nihilominus tamen tenebit homagium. Et poterit tenens tenere de domino suo qui attornauerit seruitium suum alteri cum distinctione, et ita poterit tenens deaduocare eum cui seruitium attornatum est. Sed in hoc casu non cessabit distinctio, propter deaduocationem. Sed si vtrumque attornauerit de voluntate tenentis aliud erit. Vel si vtrumque deaduocauerit, dominum qui attornauerit & attornatum, sed cum cessauerit distinctio per deaduocationem, et dominus probare possit seysinam suam, et cum per deaduocationem tenentis incipiat esse non tenens, locum habere debet assisa noue disseysinae, et ad hoc bona est ratio. Sed cum omnino deaduocatus fuerit dominus, nullum habebit breue de seruitijs & consuetudinibus, quia nihil clamat tenere de eo, igitur alio modo procedendum erit. Sed si cum seruitium petat, vel per seruitium distringat & tenens suus ipsum omnino deaduocauerit, statim cessabit distinctio, et oportebit quod dominus sibi provideat alio modo, siue ius habuerit in seruitio siue non ad seysinam suam repetendam, et hoc per breue de seruitijs & consuetudinibus quare ei facere solet, ita quod breue loquatur tantum de seysina & non de iure, et tunc non erit ibi duellum, nec magna assisa, cum breue loquatur tantum de seysina. Sed cum dominus petat seruitium unde recentem fuit in seysina, aut tenens confitebitur, vel nihil respondit ad proposita, vel omnino negabit & defendit. Si autem confiteatur planum est: si autem nihil respondeat, indefensus erit: si autem negauerit, oportet

tet q̄ petens probet intentionē & seysinam suā. Sed refert qualiter, quia si offert pbare p̄ corpus cuiusdā liberi hominis, non iacebit duellū, quia non agitur de ipso iure, nec si tenens vellet se defendere p̄ duellū, vel ponere se in magnam assisam, non iacebunt pari ratione, quia non agitur de iure. Oportet igitur de necessitate, q̄ petens p̄bet p̄ patriam, & tenens p̄ patriam se defendat: cūm veritas sit sub dubio, p̄pter negationē tenētis. Et si tenens pbare noluerit p̄ patriam, cūm nullam aliam habuerit p̄bationē, denegabitur ei actio. Sed cūm se posuerit super patriam, et in p̄batione defecerit, amittet, siue ius habuerit siue non, et licet ius habuerit, deficere tamen poterit p̄batio. Si autem tenens ponere se noluerit super patriam, cūm nullā aliam habuerit defensionē, indefensus erit, & petens recuperabit, sicut videri poterit in assisa, exemplum, vbi quærens vel petens ad intentionē suam probandā, se posuerit in assisam, & tenens assisā recusauerit. ¶ 16. Cūm quis tenentis sui homagium ceperit, vel fidelitatis sacramentum, et seruitium tenentis sui, et cūm sit medius inter tenentem & dñm, tenentem suū versus superiorem dominum non acquiescuerit, sed propriæ bursæ totū infuderit, hoc probato vel testificato corā probis & legalibus hominib⁹, poterit absq; iuris iniuria seipsum propria manu acquiescere, et facere seruitium capitali domino, et ille qui medius est, p̄ obligationem homagij nihilominus tenebitur ad warrantiā. Dictū est in præcedentibus qualiter faciendum est homagiū. Et de illis qui tenentur ad sacramentum fidelitatis, sicut illi qui tenent in Sokagio libero, vel ad vitam quocunq; modo, qualiter fidelitatem facere debeant, vel quibus, satis p̄pendi poterit ex premissis.

- 1 ¶ De releujs dandis. 2. Quid sit rationabile releuium. 3. Quis teneatur ad releuiū. 4. Quibus teneatur. 5. Item quotiens. 6. Item quando. 7. De quibus rebus. Itē qui-
 etantia custodia & releuij. 8. Si de Sokagijis dari debeat releuium, vel quid, et q̄ de so-
 kagio datur redditus duplicatus pro releuiō. 9. Si de feodi firma vel quid. 10. Nota
 de herietto. Cap. 36:

Cūm homagia facta fuerint, & fidelitatis sacramēta, ab illis qui plene ætatis extiterint, oportet statim q̄ tenementū quod fuit in manib⁹ antecessorū, et hēditas que iacens fuit p̄ eorū decessū, releuetur in man⁹ hæredū, et p̄pter talē releuationē, facienda erit ab hæredib⁹ quedā p̄statio, que dicitur releuiū, de feodis militarijs, & serieantijs, & alijs de quib⁹ fit homagiū, et regale seruitiū, vel de sokagijis, de quib⁹ de iure nullum fieri debet homagiū. Fit quædā p̄statio quæ non dicitur releuiū, sed quasi, sicut herietū, quasi loco releuij, et quod dari debet aliquandò ante sacramentū fidelitatis, aliquandò post. Et vnde vidēdū in primis quale sit rationabile releuiū, et quis debeat dare releuiū, et quib⁹ fit dandū, & quotiēs, & quādò. ¶ 2. Et in primis de feodo militari. Quale sit rationabile releuiū antiquū de feodo militari, distinguitur in charta libertatum. c. 2. s. de comitatu integro dādæ sunt C. libræ de hærede Comitum, p̄ releuiō. Et de hærede Baronis pro Baronia integra C. marc. de hærede militis, de feodo militis integro C. s. ad plus, & qui minus debuerit, min⁹ det, secundū quod tenuerit tēntum militare, plus vel minus, et secundū antiq̄ cōsuetudinē feodorū. Et tale erit rationabile releuiū de feodis militarib⁹.

3. ¶ Item

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

¶ 3. Item quis dare debeat releuium? et sciendum quòd ille, qui alicui succedit iure hæreditario, et in cuius psona releuatur hæreditas quæ iacens fuit per mortem antecessoris et non alius. Non enim dabit releuium, qui seysinam ingreditur ex aliqua causa acquisitionis, sicut ex causa emptionis vel donationis, nisi ingrediatur ex causa successionis. ¶ 4. Itè quibus sit dandum. Et sciendum quòd non nisi dominis capitalibus & propinrioribus feoffatoribus, et si plures fuerint capitales domini gradatim ascendendo, quilibet hæres releuium dabit suo feoffatori et nõ a lijs, vel ipsi domino regi, si fortè de eo tenuerit in capite per seruitiũ militare. ¶ 5. Item quotiens, et sciendum quòd non nisi semel tantum. s. quàm diu hæres durauerit qui semel releuauit. Nec etiam propter mutationem dominorum, si capitales domini plures decesserint de hærede in hæredem, et quamuis hac de causa plura capienda sunt homagia et ratione dominorum sint plura, tamen vnicum erit: quantum ad tenentem, quàmuis sæpius innouatum, et ideò omninò vnicum releuium. Itè cùm tenens releuium semel dederit, et contingat mutationem fieri dominorum, ex causa donationis vel emptionis, per iudicium vel concordiam, vel alio quocunq; modo, quàmuis tenens aliquandò diuersis dominis qui acquisierint teneatur ad homagium, vel si dominus de quo prius tenuit, ppter delictum vel propter defectum hæredis sublatus sit de medio, cùm tenens capitali domino superiori obligatus sit ad homagium, non ppter hoc dabit releuium, cùm hæreditas in persona sua non decidat, quæ semel per ipsum fuit releuata, quamuis deciderit in persona domini sui capitalis per mortem, vel mutationem, defectum, vel delictum. ¶ 6. Itè quandò, de feodo militari. Et sciendum, quòd post homagium factum, & cùm ei fuerit hæreditas sua per dominum capitalè restituta, vel cùm maior factus sine impedimento & contradictione, se posuerit in vacuã possessione. ¶ 7. De seriantijs vero nihil certũ exprimitur, quid vel quantũ dare debeant hæredes, et ideò iuxta voluntatem dominorum, dominis satisfaciant pro releuio, dum tamen ipsi domini ratione et mensuram nõ excedant. Item fœmina quæ semel in custodia fuerit vel cùm plenè ætatis extiterit semel releuium dederit, imperpetuũ quieta erit de releuio, tam ipsa quàm vir suus, si postea nupserit post custodiam vel releuij donationem, nec etiam si plures, nec etiam si vxor præmoriatur, vir iterum dabit releuium, quia tenet homagium prius factum ad vitam suam & tenementum tenebit semel releuatum, quod in persona sua non decidit, nec ipse succedit vt hæres, sed cùm vir moriatur tunc decidit hæreditas et extinguitur homagium in persona sua, et quia durat obligatio homagij in persona hæredis, hæres homagium faciat & tenementum releuet, ad quod prius non tenebatur in vita viri, quia tenuit homagium tota vita ipsius viri, nec debuit capitalis dominus duo homagia capere simul & semel et a duobus, ratione vnus hæreditatis non partita. Et sic non tenetur quis de vno tenemento plura dare releuia, non magis quàm plura facere homagia. Nec debet aliquis plura recipere ab vno & eodem tenente, sed plura possit recipere a pluribus hæredibus tenentibus successiuè. Et de hac materia habetis de termino f. Michaclis anno regni regis H. nono

De acquirendo rerum dominio. Fol. 83.

nono incipiente decimo, comitatu Stafford de Harneo Baggod & Rogero la Zufche, & Margareta Baggod quæ feodū suum tenuit de prædicto Rogero, & vnde idem Rogerus fuit medius inter eos, & Margeria districta, eò q̄ idem Rogerus non dedit releuium ipsi Harneo, & vnde Rogerus respondit, q̄ nullum dedit releuium, quia frater suus cuius hæres ipse fuit, inde fecit homagium & releuium patri ipsi Harnei, & ipse Rogerus post mortem fratris sui, fecit homagium & releuium eidem, & postea fecit homagiū matri ipsius Harnei, de cui⁹ feodo ipse tenuit id quod tenuit, & post fecit homagium ipsi Harneo, ratione cuius homagij, idem Harneus petijt releuium, & vnde Rogerus petijt iudicium si teneretur ad plura releuiar: de vno tenemento q̄ ad vnum, cum semel haberet illud releuatum. Consideratum fuit q̄ Margeria & Rogerus esset quieti, & Harneus in misericordia, & q̄ Margariæ satisfaceret de dampnis suis & expensis. Nullus autem qui acquisuerit aliquo genere acquisitionis, vel qui dñium immutauerit vel quacunq; ratione ad vitā tenuerit releuiū dabit, Item nec ille qui aliquā duxerit in vxorem, quæ aliquandiū extiterit in custodia domini sui. Itē nec ille qui quacunq; ratione fuerit in custodia plus vel minus, dum tamen dominus, nomine custodiæ, receperit ad valentiam vnus oboli. Item nec ille, qui semel releuium dederit, quamdiu vixerit aliud dabit. Possunt tamen quidam esse sub custodia, & nihilomin⁹ releuium dabūt, quamuis fuerit infra ætatem, sed tunc demū dabūt, cum puenerint ad ætatem & non ante. Sed hoc est speciale in ipso rege, propter suum priuilegium, vt si quis per feoffamentum ipsius domini regis tenere debeat de eo in capiti & heredib⁹ suis in feodo puro, sine aliqua conditione vel sub cōditione, dū tamen ipse rex teneatur ad wartantiā & excābiū, ipse rex habebit custodiam omnium terrarū quæ talis tenuerit de alijs p̄ seruitiū militare, de cuiuscūq; feodo fuerint, vsq; ad ætatē heredis, & cū talis ad etatē puenerit, restituta ei hereditatē dabit releuiū dñis suis & nō prius, quia tēntum prius dīstringi non poterit. eo quod extiterit in manu domini regis, nec tenementa eorum qui tenuerint de antecessoribus hæredis, licet videatur quod dīstringi possunt, quia hæres ita infra ætatem, homagiū capere poterit & facere, & q̄ statim sequi debeat releuiū post homagiū captū. Itē esto q̄ hæres sit astrarius, vel q̄ aliquis antecessor restituat heredi in vita sua hereditatē & se dimiserit videtur q̄ nullo tēpore iacebit hereditas, & ideò q̄ nec releuari possit nec debeat nec releuiū dari. Sed re vera quotiēscūq; quis ingreditur vt hæres & p̄ discēssū, releuatur hereditas in p̄sona eius, & erit releuiū dādū statim post homagiū captum, quod quidē non fieret nisi ingrederetur vt hæres. Itē queritur an liberè tenentes alicuius heredis ad releuiū dandū teneantur cōtribuere, nō vt videtur, siue sint propinquiōres tenentes siue remotiōres cum quilibet de morte antecessoris ppriij, teneatur ad releuium suo feoffatori. Item queritur si cum quis fuerit infra ætatem & in custodia domini sui, et tenens suus moriatur, hærede relicto qui fuerit infra ætatem, in cuius custodia esse debeat: & est verum, q̄ in custodia illius domini capitalis, sub cuius custodia est hæres & warrantus suus, cum omnibus terris, tenementis & redditibus, quæ sunt de feodo illius domini capitalis.

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

sed non ea quæ sunt de feodo alieno, quia tunc pertinebit maritagium heredis & custodia terræ ad dominum capitalem, de cuius feodo fuerit. Si autem talis fuerit plenæ ætatis, videndum cui facere debeat releuium, domino capitali, vel suo warranto, cum statim capi possit homagium, quauis hæres & warrantus suus infra ætatē extiterit, et cum captum sit homagium, statim sequi debeat releuium, et per hoc, quod statim sit domino capitali soluendum. Sed videtur secundum quosdam, quod quauis releuium sequatur homagiū, quod non sit ante ætatē warranti soluendum. Esto etiā quod tenens tenetis alicuius, cum domino suo talē fecerit cōventionē, quod post mortē suā hæres suus, si infra ætatē fuerit, nō sit sub custodia sua, sed sub custodia parētum suorum proximorum cōsanguineorum, vel si plenæ ætatis extiterit, quod nullum dabit releuiū: et cōtingat postmodum, quod talis dominus mediū moriatur, heredē infra etatē relicto, et qui, cum fuerit sub custodia domini sui, petat idē dominus suus custodiā heredis secundi tenētis, cum fuerit infra ætatē, vel releuiū cum plenæ ætatis extiterit, obijcitur a parētibus cōuentio, replicatur a domino, quod factū tenētis sui, nō potuit ei auferre custodiā vel releuium, quod ei cōpetit ratione heredis, proximi tenētis sui, in custodia sua existētis. Responsum est ei ex aduerso, quod nihil iuris clamare poterit in prædictis, nō magis quā ille qui est in custodia sua, si esset plenæ ætatis, quia si ille peteret, obstaret ei cōuentio: quod quidē verum est, quod dominus capitalis nihil clamare potest. Sed distinguendum est, vtrū hæres aliquis illi, cui talis facta fuit cōuentio, nūquam fuerit per talē cōcessionē sub custodia parētū, cum esset infra ætatē, vel plenæ ætatis, quietatiā haberet de releuio: et quo casu præfertur cōuentio propter seysinā antecessoris qui obiit seysitus de quietatiā, et quia dominus & feoffator suus quando obiit nō fuit in seysina: si autē tenēs nūquā quietatiā habuerit, sed dominus obierit seysitus, dominus capitalis cōtra parentes obtinebit, non alia ratione, nisi quia hæres tenētis sui infra ætatē, ad chartas cōtra cōventionē respondere non poterit. ¶ 8. Dicitur est de releuio quod præstat de feodo militari, nūc autē videndum si de Sokagio dari debeat releuiū, cum de Sokagio nō cōpetat domino capitali custodia nec homagiū: et vbi nulla custodia, ibi nullū releuium, sed econtrariō. Reuera de Sokagio nulla cōpetat domino capitali custodia, sed parētibus vt prædictū est, nec homagium licet in quibusdam partibus de cōsuetudine & per abusū obseruetur cōtrarium, sicut in episcopatu Wynton & alibi. Et cum ita factū sit quauis per abusū, oportet quod de custodia & releuio fiat secundum quod sit de feodo militari. Et quod de Sokagio nō datur releuiū, nec cōpetet domino custodia nec maritagium, habetis de termino. s. M. anno regis H. septimo incipiēte octauo comē Eborū circa finē rotuli, et quauis hæreditas nō releuet in persona heredis Sockmāni, per manū domini capitalis, sed parētū, sit tamen de necessario domino capitali quedā præstatio ab hærede, propter dominū & domini recognitionē, et quæ prædictis rationibus, dici nō poterit releuiū, et quæ talis est, vt cum teneatur Sockmānus defēdere tenētum suū erga dominum suū per certū redditū in pecunia numerata, vel per quid tale quod tātundē valeat, que cōsistunt in pōdere, numero, vel mensura, in solido vel in liquido, sicut frumēto, vino, oleo, secundum quod redditus diuersimodē accipiuntur, loco releuij in recognitionem dominij, dabit tenēs domino suo & hæres

vna

De acquirendo rerum dominio. Fol. 86.

vna vice redditū suū vni^o āni duplicatū, sed q̄ nō soluat redditū & postea
deplicatū, sed q̄ soluat redditū & postea tantundē in simp̄lum. Sed refero
vtrū facere hoc debeat h̄eres cū fuerit infra etatē, āte vel post fidelitatis
sacramētū, ad similitudinē homagij, vbi nō dandū est releuiū ante homa-
giū captū. ¶ 9. Quid autē fieri debet de teñto quod tenetur ad feodi fir-
mā, nō est aliquid certū determinatū sicut in præmissis, sed tamē videndū
est, q̄ ratio obseruetur & rātionabilis sit præstatio & releuiū, sicut rātiona-
bile debet esse cuiuslibet auxiliū, habito respectu tam ad personā dñi, q̄
tenentis, quod præstatio siue donū fiat secundū quod deceat tenentē da-
re, et dominum recipere, secundū facultates tenentis qui dat, et necessita-
tem dñi qui accipit, & ita quod præstatio non grauet tenentē, nec egentē
dimittat accipientē, non enim debet esse id quod præstatur maximū vel
minimū. Itē nec maius q̄ expediat danti, nec minus q̄ deceat accipientē.
Itē nec magnū, nec parū, sed medium. In ōni autē rātionabili præstatio-
ne obseruetur mediū, cū sit modus in rebus &c. Cū autē in huiusmo-
di causa fiat excessus, nō tenebit vlteriū modus vel mensura, nec erit rā-
tionabilis præstatio vel auxiliū. Est quidē alia p̄statio quæ nominatur he-
riettū, et quæ nullā cōparationē habeat ad releuiū. s. vbi tenens, liber vel
seruus, in morte sua, respicit dñm suū de quo tenuerit, respicit de meliori
auerio suo, vel de secundo meliori secundū diuersā locorum cōsuetu-
dinē, quæ quidē præstatio magis fit de gratia, q̄ de iure, et quæ hæredita-
tem non contingit.

- 1 ¶ De custodia heredū. 2. Item de etate heredū et q̄ de feodo militari in socagio potest et
debet respondere sicut petere. 3. De etate feminæ. 4. Si plures sint domini capitales,
et vnus tenens, ad quē pertinet maritagium heredis. 5. Quod maritagium pertinet ad a-
ntiquiorē feoffatorem. 6. De herede Sockmanni sub cuius custodia esse debet. Cap. 37.

Dictū est suprà de heredib⁹ maioribus institutis, et qui tenentur ad ho-
magia & releuia, et qui ad fidelitatē: nūc autē dicēdū est de illis qui
minores sunt & infra etatē, & quos oportet esse sub tutela & cura a-
liorū, eò q̄ se ipsos regere nō norūt, et quorū quidā debēt esse sub custo-
dia dñorū cū terris et teñtis quæ sūt de feodo eorū, et quidā sub custodia
parentū & pximorū cōsanguineorū, vt prædictū est. Et quibus datur cus-
todes aliquādo, de iure de antiquo feoffamēto, et aliquādo curatores ab
homine, vbi quis aliquē feoffauerit infra etatē existētē, cū ipse curator
esse nō possit similiter & custos. Quia cōpetit aliquādo dño capitali cus-
todia terræ quæ est de feodo suo p̄ se & non custodia hæredis nec mari-
tagium, cū hæres fuerit maritandus, et quandòq; cōpetit dño custodia
vtriusq;. Itē sunt hæredes, de quib⁹ cōstat quod maiores sunt, et de quib⁹
cōstat q̄ minores, et de quibus dubiū erit vtrū maiores sunt vel minores,
in quo casu, cū cōstiterit quod minores sunt, sub custodia dñorū rema-
nebunt de feodo militari, donec plenā habuerint etatē, vel aliorū secun-
dū diuersa genera teñtorū. Si autē dubiū fuerit vtrū maiores fuerint vel
minores, in hoc dubio, in custodia remanebūt, donec cōstiterit de etate,
¶ 2. Sunt autē diuersæ etates, secundū diuersitatē heredū & teñtorum.
De feodo vero militari, habebit hæres plenā etatē cū .xxi. annū imple-
uerit

Z.ij.

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

uerit & .xxij. attigerit. Si vero fuerit hæres & filius Sockmāni, tunc demū cum .xv. annos cōpleuerit. Si autē filius burgenſis, tunc ætatē habere intelligitur, cum denarios discretē ſciuerit numerare, et pānos vulnare, et alia negotia ſimilia paterna exercere. Sed ſic nō definitur certū tēp^o, ſed p̄ ſeſum & maturitatē ſuā. Fœmina verò plenæ eſſe poterit etatis in focagio ōni caſu, cum poſſit & ſciat domui ſuæ diſponere, et ea facere quę p̄tinēt ad diſpoſitionē, & ordinationē dom^o, vt ſciat quæ p̄tineāt ad Cone & Keye, quod quidē eſſe nō poterit ante quartū decimū ānū vel decimū quintū, quia huiusmodi ætas requirit diſcretionē & ſenſum. Itē vires requirit ætas Socagij & diſcretionē & ſeſum, et ſecundū quod hæres Sokmāni, poſſit & ſciat ea exercere, quæ p̄tinēt ad agriculturā. Itē maiores vires, et maiore ſenſum, et diſcretionē requirunt ea, quæ p̄tinent ad ſeruitia militaria, vt hæres videlicet in ſeruitio militari, talē habeat robuſtatem, quod poſſit arma portare, quę ſufficiāt ad officium ſuum militare, ſecundū diuerſa genera teñorum, & ſeruitiorum. Item eſt ætas placitandi & petendi reſtitationē p̄prie ſeyſinę, vel alicuius antecęſſoris. Et eſt ætas placitandi & petēdi p̄prietatē, & reſpōdendi ſup̄ p̄prietatē, quia qualitercunq; acquirere poſſit poſſeſſionē infra etatē, ante plenā etatē. .xxi. anni, nō reſpōdebit, nec implacitabit, nec etiam implacitabitur ſup̄ p̄prietate, reſpōdēdo in feodo militari, licet poſſit aliquando petendo in focagio, poteſt & debet reſpōdere, ſicut et petere cum plenæ etatis fuerit. Et hæc vera ſunt niſi implacitatus fuit de facto ſuo p̄prio, et ſi feoffatus fuit infra ætatem, vel ſi fecerit diſſeyſinā, quādo autē petere poſſit minor, cum ſit infra ætatē, et quid, & quando reſpōdere, dicitur infra pleniū de exceptionib^o quæ p̄ueniūt ex minori etate in placitis & aſſiſis. ¶ 3. Fœmina verò hæres, et maſcul^o ſecundū quosdā, ad paria iudicantur quoad ōnes etates, ſecundū diuerſitatē teñorum. s. q̄ habeat ætatē burgagij ſicut maſcul^o, et focagij ſicut maſculus, ſcilicet .xv. annorum; et feodi militaris ſicut maſculus ſcilicet .xxj. anni, et q̄ tunc primō finiatur custodia, ſecundū alios vero dicitur fœmina habere plenā ætatē, cum .xv. ānos (quod verum eſt) cōpleuerit quoad feodū militare, tunc enim poterit, vt dicunt domui ſuę diſponere, & nubere viro qui poſſit p̄ ſe, vel p̄ alium militaria exercere, et idē priū ad ætatem p̄uenit, quia magis doli capax eſt q̄ maſculus, et quia maturiora ſunt vota mulieris q̄ viri. Sed ſi ita eſſet, ſic plenam ætatem haberet, cum eſſet duodecim annorū, quia tunc eſſet viri potens & poſſet virum ſuſtinere, p̄ quod videtur, q̄ quo ad ætatem nō ſit differētia inter maſculum & fœminā quod falſum eſt. Sed ſi ita eſſet, tunc ſequeretur illud incōueniens, quod infra legittimā ætatē nouē & vnus anni, poſſet placitare & implacitari p̄ breue de recto, et reſpōdere ante tempus legitimum, et cum eſſet quatuordecim vel quindecim annorum, et vnde videtur q̄ talis ætas intelligenda ſit de focagio, & nō de feodo militari, quia
“ in tali ætate poteſt diſponere domui ſuę & habere Cone et Keye, et ſeptimo anno conſentire matrimonio, et virum ſuſtinere anno duodecimo. Plenā itaq; custodia habent dñi capitales feodorū ſuorū ōniū, ſine p̄ſonis heredū, quādoq; cū perſonis eorum, et ita quod inde plenā habent diſpoſitionem, in eccleſijs conferēdis cum vacauerint, et in custodia cōcedēdis

dendis, dādis, et vēdendis, et in mulieribus maritandis, et maritagijs vēdendis, si quæ fuerūt maritandę, et generalitèr de ònib⁹ disponere, ad comodū hāredis, sicut de pprijs essent disposituri, et meliūs si fieri possit. Et vendere possunt custodiā terrarū, & maritagium hāredū si non fuerint maritati, sed de hāreditate nihil possunt alienare, vel offendere possūt ad remanentiā. Hāredes autē quādiū fuerint in custodia p̄ quantitate hēreditatis, honorificè exhibebūt, et debita hāreditaria acquietabūt, p̄ quantitate hāreditatis, et pro rata, secundum tempus custodię. Negotia verò hāredum agere possunt, et de eorum iure acquirendo, in quibus minoribus placitare licet, placitum mouere & profēqui de iure possessorio, proprię seyfinę videlicet, vel alicuius antecessoris: sed sup̄ recto in causa p̄ prietatis, p̄ illis agere non possunt, nec respondere, nisi hoc sit in casu. s. de aliquo, de quo minor infra ætatem fuit feoffatus. Si verò minor de feloniam infra etatē fuerit appellatus, p̄ saluos et securos plegios attachiabitur, sed dum fuerit infra etatē inde respondere nō tenebitur, sed tūc demum cum maior sit factus. Itē custos, quamdiu custodiā terrę habuerit, sustentet domos, parcos, viuaria, stagna, molendina, et cætera ònia ad terram illam p̄tinentia, et de exitibus eiusdem terrę reddat hāredi, cum ad plenā ætatem puenerit, terram illam suā totā instauratā, de carucis & ònibus alijs, & saltē non minus q̄ secundum quod illā instauratā iuenit. Item nihil capiet de terra hāredis, dū fuit infra etatē, nisi rationabiles exitus, et rationabiles consuetudines, et rationabilia seruitia, et hęc sine destructione et vasto, hominum & rerum, quod si fecerit, siue p̄cedat prohibitio siue non, amittet custodiam, et emendabit dampnum, et tradetur terra propter delictum talibus discretis & legalibus hominibus de feodo illo, vel propinquiōribus consanguineis, secundum quod inferiūs dicitur de actionibus. Si autem dominus rex, quacunq; de causa, custodiam alicuius terrę habuerit, & illam Vicecom̄ vel alteri tradiderit, qui de exitibus regi debeat respondere, et talis destructionem fecerit & vastum, ille dominus rex a tali, capiat custodiam & emendam, & terra cōmittatur duobus legalibus & discretis hominibus de feodo illo, qui de exitibus respondeant domino regi, vel ei cui domin⁹ rex illos exitus assignauerit. Si autem illam dederit vel vendiderit alicui, qui destructionem vel vastū inde fecerit, amittet custodiam illam, et tradetur duobus, vt p̄dictum est.

¶ 4. Cū sit hāres mascul⁹ vel fœmina, & plures domini capitales, omnes maritagium hāredis habere non possunt, licet omnes ius habuerint in maritagiū, eò quòd talis hēres tenuerit de quolibet p̄ seruitiū militare.

¶ 5. Vnus tamē pluriū p̄fertur omnibus, et maius ius habet in maritagium s. primus feoffator dñs capitalis, de quo antecessor hāredis suū primū habuit feoffamentū, et cui p̄ omnibus alijs fecit legeantiā. Sed custodia terrarū alijs dominis remanebit, quę sūt de feodo illorū cū seruitijs sed si aliquis hāres terrā aliquā tenuerit de dño rege in capite, siue alios dominos habuerit siue nō, dñs rex alijs p̄fertur in custodia hāredis, et siue ipse hāres ab alijs priūs fuerit feoffatus siue posteriūs, cum rex parē non habeat, nec superiorē in regno suo. Cū igitur dominus rex alijs p̄feratur tam in custodia terrę de cuiuscūq; feodo fuerit vt supradictū est,

Si

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

Si aliquis tenuerit de eo hæreditatem aliquam p̄ feodi firmā, Sockagium vel Burgagiū, et de alio teneat terrā p̄ seruitiū militare, nō habebit rex custodiam hæredis vel terrę alicuius, quam tenet de alio p̄ seruitiū militare, nec etiam occasione parux alicuius seriantię, quā tenuerit de domino rege p̄ seruitiū reddendi ei cultellos, vel sagittas vel huiusmodi. Itē si dñs Rex tenuerit aliquā baroniā vel aliā terrā vt eschaetā suam. s. vbi hæres non apparuerit propter defectum vel propter delictum, vel si hæredes extiterint, cū nō sunt ad fidem domini regis, sicut de terris Normānorum & Flandrentiū, et aliquis tenens de tali baronia vel altera terra moriatur, hæres eius non dabit aliud releuiū dño regi, nec aliud faciet seruitiū, q̄ faceret baroni vel Normanno, si illa esset in manu Baronis vel Normanni, nec eā tenebit alio modo q̄ baro eā tenuit, vel Normannus, nec occasione talis Baronię, vel eschaetę, habebit dominus rex aliquā eschaetā, vel custodiam hominum de Baronia illa, vel eschaeta tenentium, nisi alibi tenuerit alia tenementa de domino rege in capite, ille qui tenētum tenuerit de Baronia illa, vel eschaeta nisi sit itā quod ipse dñs rex tales feoffauerit de eadem baronia vel eschaeta, de aliqua parte tenēdā de eo hæreditariē, purē & sine aliqua conditione, & ad quam warrantandā, obligauit se & hæredes suos. Si autem tenuerit quis de domino rege seriantiam magnam vel parūā, habebit rex custodiam, ac si de eo teneretur p̄ seruitiū militare. Magna autē dici poterit secundū quosdā, vt si valeat C. s. et si tantum, habebit rex custodiā omnium aliorum, etiam si valerent M. marc. et cū tali ratione sint aliorum feoda in manu dñi Regis, prædicta ratione alij capitales domini feodorum illorum nihil exigere possunt de terris & tenementis illis, nec in seruitijs nominatis, nec in auxiliij ad filiam maritandam, aut filium primogenitum militem faciēdum, vel etiam sectis, quamdiū terrę fuerunt in manu & custodia domini regis, sed præcipietur vic. quod pro huiusmodi, distringere non pmittat. Parux autem seriantię dici poterunt, quæ sunt dimidium marc. vel. v. s. vt si quis teneatur inuenire domino regi æquum & saccum cum brochia eunti in walliam cum exercitu & huiusmodi, vt de termino. s. Hill anno reg. H. decimo septimo in com̄ Kan̄, de warino de monte Canif. et Roberto de Hucham. Itē p̄ seruitiū equitandi cū dñis & dominabus, vel tenēdi curiā, vel portādi bria, vel hmodi. ¶ 6. Hæres verō Sokmāni, mortuis ātecessorib⁹ suis, sub custodia capitaliū dñorum nō erūt, sed sub custodia cōsāguineorū suorū ppinquierum, hoc est eorū qui cōiuncti sunt iure sāguinis, et nō iure successionis, hoc est ppinquierū heredū quibus posset aliquod ius descendere, siue ppinquieres sunt, siue ppinqui, siue remoti, et illis cōpetit custodia ex parte quorum nō descēdit hæreditas: vt si descēdat ex parte patris, ptinet ad matrē custodia, cū sit parens ppinquier, pppter propinquitatē sanguinis, qua deficiente, vocatur pater matris vel mater, et illis deficientibus frater vel soror, et deficientib⁹ illis, auunculus vel amita. Si autem hæreditas descendit ex parte matris, tunc fiat econtrariō. Et regularitè verum est, quod nunquā remanebit aliquis in custodia alicuius, de quo haberi posset suspitio, quod velit ius clamare in ipsa hæreditate, et vndē si plures sint filię & hæredes, et tenere debeāt in

De acquirendo rerum dominio. Fol. 88.

In Socagio, nulla debet esse in alterius custodia, sed sint in custodia consanguineorum, modo quo prædictum est. Si autem tenere debeant per seruitium militare, omnes erunt sub custodia domini capitalis, et nulla earum sub custodia alterius, propter prædictam suspicionem, et donec plenam habuerit ætatem. Et cum quælibet illarum ad ætatem puenerit, tenetur dominus earum, eas maritare, singulas cum suis rationabilibus portionibus, et si ab initio omnes maiores extiterint, nihilominus in custodia dominorum erunt, donec per consilium & dispositionem dominorum maritentur, quia sine ipsorum dispositione, et assensu, mulier hæreditatem habens, maritari non potest, nec etiam in vita antecessorum de iure, sine assensu domini capitalis, quod si olim fecissent, hæreditatem amitterent sine spe recuperandi, nisi solum per gratiam, hodiè tamen aliam pœnam incurrunt, sicut inferius dicitur, et hoc ideò, ne cogatur dominus homagium capere de capitali inimico, vel de alio minimè idoneo. Cum autem quandoquæque licentia & consensus domini requiratur, tenetur dominus consentire, aut iustam causam ostendere, quare consentire non deberet, et cum nullam causam ostenderit nec consentire velit, possit mulier, de consilio parentum, impunè & licitè maritari. Ex hoc autem sequitur quæstio, si mulier dotem habens, possit pro voluntate sua alicui nubere, præter assensum warranti sui de dote sua, et si fecerit, si debeat dotem suam amittere; cum maritus suus inde nullum homagium warranto suo teneatur facere, sed cum affidavitione fidelitatem tantum, cum olim ex tali causa dotem amitteret, nunc tamè non amittet. Cum foemina plenæ ætatis hæres extiterit, et de feodo plurium dominorum tenere debeat, tunc sufficiet ad se maritandum, requirere assensum domini capitalis primi feoffatoris, et cui antecessores sui fecerint ligiantiam. Item cum semel legitime maritata fuerint, et postea viduæ effectæ, iterum non tenebuntur sub custodia dominorum, licet teneantur assensum eorum requirere maritandi se: prædicta ratione solet dici aliquandò, quòd putagium hæreditatem non adimit generaliter, sed hoc non esset intelligendū de putagio filiarum & hæredū, sed de putagio matris, quia filius hæres legitimus est, quando nuptie demonstrat, quia præsumitur quis esse filius, eò quòd nascitur ex vxore, dū tamè talis non sit præsumptio quòd admittat probationem in contrarium, secundum quod supra in parte dictum est. In custodia socagij, vbi plura sunt feoffamenta tenendi in socagio, non erit requirèdum de prioritate, vel de posterioritate feoffamentorum, cum tantum vnus sit cultos, et consanguinitatis iure, parès propinquior. Nec multum refert vtrum talis legitimus sit, vel bastardus, et hæc vera sunt, quòd locum non habebit prioritas & posterioritas, nisi ita sit de consuetudine, quòd ad dominos capitales pertinere debeat custodia, et maritadium de socagio, sicut de feodo militari, sicut obseruatur in episcopatu wyntō & alibi. Et vnde si plura sint feoffamenta in Socagio, et a pluribus, vbi talis obseruatur consuetudo, erit ad prioritatem recurrendum. Et si non sit nisi vnus, talis dominus capitalis qui tale habeat priuilegium, et alibi vnus vel plures sint domini, non credo in hac parte priuilegium esse præferendum. Esto etiam quòd quis de vno tenuerit in Sockagium, et de alio per seruitium militare, quæritur quis capitalium dominorum præferri debeat in maritagio: et verum est quòd ille qui feoffauit per seruitium militare, nec erit habendus respectus

ad

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

ad prioritatem temporis, vel posteritatem, propter privilegium militare. Item retento primo casu, si contingat quod ex parte patris descendat hereditas, quae tenetur per servitium militare, & ex parte matris in Sockagio vel econtrario. Si contentio fiat de maritagio heredis in cuius persona coniungi debeant illae duae hereditates, ille in maritagio praefendus erit, cuius feodum prius fuerit deliberatum, secundum quod inferius plenius dicitur. In fine vero notandum, quod non potest quis, qui sub custodia alterius est & infra aetatem, habere alium, qui infra aetatem fuerit sub custodia sua: quia regulariter verum est quod alios regere non potest, qui seipsum regere non novit. Nec pertinebit maritagium ad ipsum, qui fuerit custos eius, de quo ipse debuerit tenere, nisi tenementum illius minoris fuerit de feodo ipsius custodis. Si autem de alterius feodo quam ipsius custodis, ille habebit maritagium heredis eius, qui feoffatus fuerit per tenentem suum & custodiam tenenti, quae quidem tenens suus habitus esset, si esset plene aetatis, licet maritagium tenentis sui pertineret ad alium dominum suum capitalem, ratione veterioris feoffamenti. Casus Henrici de Tercy & wilhelmi de Punchardo de herede Rogeri de Venpel, & unde antecessores wilhelmi feoffauerant Rogerum Venpel, de terra de Hiwisse et Reginaldum & Rogerum filium suum, & quorum haeredes simul & semel fuerunt infra aetatem, & haeres Reginaldi in custodia predicti Henrici ratione terrae de Cokkeslege, & haeres Rogeri in custodia wilhelmi, quia tenementum Reginaldi & tenementum Rogeri non fuerunt in feodo.

1. ¶ De maritagijs heredum, et ad quem pertinere debeat maritagium.
2. Si plures et diverse hereditates sint alicui descendentes tam ex parte patris quam ex parte matris.
3. Quando feodum alienius deliberatur quod ad dominum pertineat maritagium heredis.
4. Cum plures sint domini capitales, tam ex parte patris quam ex parte matris.
5. Cum autem maritagium petatur, refert quis fuerit in seculina de herede viri dominus vel extraneus.
6. Ad quem pertineat maritagium de Sockageo.
7. Prouisio si quis heredem subtraxerit. Cap. 38.

Dictum est supra de heredibus qui plene aetatis sunt, et sui iuris in morte parentum, et qui infra aetatem extiterint, sub cuius custodia & cura esse debeant usque ad legitimam aetatem, siue maritati fuerint in vita parentum siue non. Nunc autem dicendum est de illis, qui in vita parentum non sunt maritati, ad quem pertineat eorum maritagium, secundum quod fuerint sub custodia parentum vel capitalium dominorum. Sed in primis non est omittendum, videre quid iuris sit, cum plene aetatis extiterint & non maritati in vita parentum, siue masculi fuerint, siue foeminae, ad quod sciendum quod cum plene aetatis extiterint, tales haeredes se ipsos maritare poterunt sine iniuria dominorum, dum tamen si foemina fuerit haeres & maritata, licet plene aetatis extiterit, se maritare non poterit sine assensu capitalis domini ad quem pertinere dinoscitur maritagium, ratione paulo antedicta, ne cogatur dominus &c. Si autem masculus & haeres & plene aetatis fuerit se maritare potest quando voluerit et ubi, assensu capitalis domini non requisito. Nulla enim poterit esse causa in masculino herede, quare uxorem non ducat, quae esse possit in foemina cum viro nubat. Si autem cum haeres infra

De acquirendo rerum dominio. Fol. 89.

infra ætatem extiterit, et sub custodia parentum de Sokagio, ppinquior consanguineus eum maritare poterit, sine alicuius iniuria, vel alijs vendere maritagiū. Idum tamen in foemina hærede obseruetur, quod superioris dictum est de feodo militari. Cùm autem hæres minor & non maritatus, extiterit sub custodia domini, masculus vel foemina, sic vt in feodo militari, ad dominum capitalem, sub cuius custodia ipse fuerit, pertinebit maritagiū pleno iure, et ipsum maritare poterit cùm voluerit, et vbi, dum tamen non disparagetur, vel vendere ei maritagiū cui voluerit, dum tamen in vita vëditoris maritetur, et eum maritare potest, non tantum semel sed sepius quamdiū fuerit infra etatem, et sine vxore. Si autē dominus capitalis cui competit maritagiū, negligens extiterit, quod hæredem infra ætatem non maritauerit, nec ei maritagiū obtulerit, quod de iure recusare non possit, extunc cùm hæres effectus fuerit plenæ ætatis et sui iuris, seipsum maritare possit, sine iniuria alicuius, & eodem modo, si cùm capitales domini contenderent de maritagio, cum peruenerit ad ætatem. Si autem infra ætatem hæres propria voluntate se maritauerit, vel per consilium alterius quàm capitalis domini, siue sit masculus vel foemina: item si cùm dominus capitalis, ei vxorem obtulerit, quam de iure recusare non possit, et ad voluntatem domini capitalis se maritare noluerit, dicendo quod nondum voluntatem habet maritandi se, dominus in hoc non poterit necessitatem imponere, quod hoc faciat inuitus, cùm libera debeant esse coniugia, prospicitur tamen ei in hac parte, quod vltra ætatem hæredis retineat hæreditatem, quousquē inde perceperit ad valentiam maritagij, vel donec ei inde fuerit satisfactum aliter. Item quocienscunquē contigerit vnum ex pluribus infra ætatem mori et alij sunt infra ætatem, masculi vel foeminae, habebit dominus capitalis maritagiū cuiuslibet post alium, dum fuerint infra etatem. ¶ 2. Dictum est in præcedētibz quid iuris sit, si vna sit hæreditas descendens a patre vel a matre tantum, et vnus sit capitalis dominus. Nunc autem dicendum est, si diuersæ sint hæreditates descendentes, tam ex parte patris quàm ex parte matris, quæ coniungi debeant in persona vnus hæredis, et vtriusq; hæreditatis sit vnus dominus capitalis, de quo tenetur per seruitium militare, quo casu quantum ad maritagiū hæredis habendum, refert cuius feodum prius fuerit deliberatum, ita quod hæres teneatur domino suo ad homagium, quia non poterit capitalis dominus, nec debet, homagium alicuius hæredis capere, antequàm hæreditas sic deliberata fuerit, propter quod hæres teneatur ad homagium, et nullus alius. Item nec potest dominus capitalis ab hærede qui plenæ ætatis extiterit, releuium petere, vel seruitium aliquod, antequàm homagium hæredis receperit, cùm fuerit hæreditas deliberata. Item nec alicuius hæredis qui fuerit infra etatem p̄inet ad ipsum custodia terræ & hæredis, et maritagiū, antequàm feodum suum sic fuerit deliberatum, eò quod non durauerit homagium antecessorum. Durare autem sic poterit homagium antecessoris tota vita eorum, si ab eo non sit recessum, vt videri poterit. Esto quod quis teneat de alio per homagium et per seruitium militare, & concedat filio suo, quod teneat hæreditatem ad vitam filij sui hæredis de se, vel de

Aa.i.

dominis

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

dominis capitalibus, et sub tali conditione, quòd si filius moriatur in vita patris quòd hæreditas integrè reuertatur ad patrem tenenda vt priùs, sine conditione, vel sub conditione, ad vitam suam, per talem concessionem adhuc non mutatur homagium, sed tenet inter patrem & dominum suum capitalem, quia nunquam fuit ab eo recessum, nec filius quamuis hæres, qui non tenuit nisi ad vitam, ad homagium tenebatur. Quod quidem aliter esset si pater ab hæreditate se dimitteret, & filium hæredem instituerit. ¶ 3. Videndum igitur qualiter et quando feodum alicuius deliberatur, et sciendum quòd tunc demum deliberatur quantum ad dominum pertinet, cum hæres sine impedimento, vel aliquo modo ad homagium teneatur, & nunquam deliberabitur, quamdiu durauerit homagium antecessoris: vt ecce, A. habens hæreditatem, ducit vxorè B. habentem hæreditatem, et quilibet illorum habet vnum dominum capitalem, procreatur ex eis hæres communis, filius vel filia, præmoriatur A. in vita vxoris, iam deliberata est hæreditas ipsius A. ita quòd ad dominum suum pertinet custodia terræ & hæredis, & quòd hæres teneatur ad homagium, et per inde est quòd dominus suus habeat maritagium. Item esto quòd B. vxor præmoriatur, videtur igitur sicut in casu præmissis, quòd feodum domini sui de quo tenuit sit deliberatum, & quòd ei competat custodia terræ, & hæredis, & maritagium, quod quidem non est verum, quia adhuc durat homagiū ipsius A. factum domino capitali nomine vxoris, quod in vita ipsius A. nõ dissoluitur, cum tenere debeat hæreditatem vxoris suæ per legem Angliæ ad vitam suam. Et vnde durante homagio ipsius A. hæres suus sub potestate sua remanebit, et capitali domino non tenebitur ad homagiū viuente patre, cum non possit quis duo homagia de vno tenemento simul capere a duobus, Quod autem dictum est, locum habet in hærede cõmuni. Si autem sunt diuersi aliud erit, vt si vir primò contraxerit cum quadam habente hæreditatem, et hærede procreato decesserit vir, adhuc non est hæreditas deliberata viuente vxore, nec maritagium: et si postea nupserit alteri viro, vel pluribus successiuè, nunquam deliberabitur custodia vel maritagium in vita sua, vel virorum, vt prædictum est. Si autem vxor præmoriatur & ipse aliam vxorem duxerit, adhuc erit illud idem dicendum de hæreditate vxoris primæ. Sed cum vir præmoriatur, deliberabitur hæreditas hæredis de alio viro. Præmori autem poterit vir vel vxor, per maius tempus, vel minus, vel minimum, hora, vel momento, et ille dominus semper præferendus erit, cuius feodum priùs fuit deliberatum. Sed esto quòd constare non possit quis illorum priùs moriatur, tunc recurrendū est ad antiquius feoffamentum vel feodum, nullo habito respectu ad prioritatem deliberationis. ¶ 4. Cùm autem tam ex parte hæreditatis patris, quàm ex parte hæreditatis matris plures sunt & diuersi domini capitales, & deliberata fuerit hæreditas ex vna parte anteq̃ vtraq; hæreditas coniuncta sit in psona vnius hæredis ex parte illa quæ deliberata fuerit, erit ille dñs præferendus qui primus est feoffator, & dñs ligeus, et cui ille antecessor qui obiit fecit ligeantiam. Eodem modo, cum hæreditas vtriusq; tam patris quàm matris, vna vel plures, cõiuncta sit in psona vni hæredis, adhuc erit ille præferend⁹, qui primò feoffauit p̃ seruitiū militare, omnibus alijs

alijs penitus exclusis, licet ibi sint infinita feoffamenta. Plures autem capitales domini feoffatoris per seruitium militare ius habere poterunt in maritagium alicuius, sed non omnes obtinebunt, cum maritagium non recipiat diuisionem. Oportet igitur de necessitate, quod vnus alijs præferatur, secundum quod prædictum est. ¶ 5. Cùm autem maritagium alicuius hæredis petatur ab vno vel a pluribus, refert quis fuerit in seysina, vtrum. s. ille qui ius habet, an ille qui ius non habet, sicut mater, vel alius propinquus, parens, vel extraneus, vel vnus ex pluribus capitalibus dominis qui ius habet. Si autem ille qui ius non habet, et ab eo petatur ab aliquo domino capitali, vno vz, aut confitetur quod habeat ipsum, aut negat: Si autem negauerit, procedatur contra ipsum, secundum quod inferius dicitur in tractatu de actionibus. Si autem confiteatur quod ipsum habeat, et vnus ex pluribus dominis petat, probante eo quod antecessor hæredis de eo tenuit per seruitium militare, oportet quod tenens restituat, vel rationem ostendat quare restituere non debeat. Non enim sufficit si dicat, quod alius maius ius habeat in maritaggio, quia in ore tenentis non iacebit talis exceptio. Cùm autem sint plures, qui dicunt se habere ius in maritaggio, & petunt ab vno qui ius non habet, licet cognouerint quod hæredem habuerit, tamen non tenetur alicui eorum hæreditatem restituere, donec ei constiterit de iure petentium, et quis eorum sit alteri præferendus, sed dicitur ei, quod illum saluò custodiat, donec constiterit de veritate, & erit hæres ei restituendus qui prioritatem habet feoffationis & plus iuris. Si autem constare non possit per aliquam probationem, quis eorum maius ius habuerit, propter hoc non remanebit seysina cum eo qui nihil iuris habet, sed erit transferenda ad petentes, eò quod probant se ius habere. Sed restat videre, vtrum omninò debeat cum vno remanere, vt ita quod satisfaciatur alteri de medietate valoris, vel quod vni ex toto remaneat sine satisfactioe, cum maritagium diuisionem non recipiat. Videtur quod vni remanere debeat ex toto, sine aliqua recompensatione medietatis, si probari possit, quis eorum vltimò fuit in seysina. Si autem non, et omninò deficiat probatio, videtur quod ille præferri debeat, qui primo instituit actionem. Esto etiam quod vnus ex pluribus capitalibus dominis, qui ius habet in maritaggio, fuit in seysina, et vnus vel plures petant maritagium, ille qui tenet, in seysina remanebit, donec constiterit quis eorum maius ius habuerit in maritaggio. Non sufficit enim petentes probent se ius habere, omnes, vel quidam eorum, ad hoc quod auferatur possessio a tenente, nisi sit qui probet se maius ius habere: Paritas enim iuris non aufert seysinam a tenente, propter commodum possidendi, et priuilegium possessionis. Igitur nisi sit aliquis qui probare possit, se ipsum esse primum & principalem feoffatorem, cum tenens negauerit, cum per negationem fiat res dubia, tenens remanebit in seysina, quasi deficiente probatione, licet reuera ius habuerit, cum defecerit probatio, licet ius non deficiat. Si autem dicat inquisitio, quod omnes feoffati sunt vno eodem tempore, petens & tenens. s. a conquestu Angliæ, adhuc erit iudicandum pro possidente, eo quod pares sunt iure & tempore, cum paritas non aufert possessionem, vt supra. Item si scire non possit omninò,

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

nec probari cuius feoffamentum sit vetustius, vel si forte Iuratores dubitauerint, adhuc remanebit possessio tenenti, quasi deficiente probatione: quia qui dubitat, vel obscure loquitur, non probat: quia quotienscunq; dubitatur an quid sit, perinde est ac si non esset illud, cum autem loquatur probatio de vno tempore, adhuc poterit esse prioritas de die vel hora, de quibus si dubitatum fuerit, vel penitus nescitum, adhuc non valet probatio petentis. Item cum Iuratores nihil sciant de prioritate temporis, vel diei, vel horæ, sed dicant quod petens vltimam habuit seysinam, adhuc non sufficit hoc, quod maius tenens possessione priuatur: poterit enim quis esse in seysina, quæ ius non habuerit, vel ius maius. Cum autem descendat hæreditas tam ex parte patris, quam ex parte matris, et patre premortuo, cum hæres non maritetur, reddit mater hæredi hæreditatē, et instituat vt hæredem tenendum de capitalibus dominis, tenebitur hæres statim omnibus capitalibus dominis vtriusquæ hæreditatis ad homagium, quia feoda omnium sunt deliberata, & tunc fiat sicut prædictū est de prioritate deliberationis alterius hæreditatis. Et de prioritate feoffationis eiusdem hæreditatis & non vtriusquæ. Antequam & postquam in persona vnus hæredis, semel coniuncta fuerit vtraquæ hæreditas. Et hæres semel fuerit maritatus ratione primæ paterne deliberationis. Extunc enim si infra ætatem hæres, et iterum maritandus, non obseruabitur ordo hæreditatis quæ primo deliberata est, sed coniunctis omnibus feoffatoribus vtriusquæ hæreditatis, iste alijs præferendus erit, qui primus & principalis erit feoffator in cōiunctione vtriusquæ hæreditatis. Item esto quod pater vel mater feoffauerit hæredem suum simul & semel, de pluribus feodis, quæ tenentur de diuersis capitalibus dominis, tenendæ de seipsis & eorum hæredibus, patre vel matre feoffatore præmortuo, hærede non maritato, pertinebit maritagium ad primum feoffatorem, nec mutatur ordo nec prioritas. Si autem immediatē de capitalibus dominis, adhuc illud idē obseruabitur, dum tamen simul & semel & eodē tempore, quia si aliter esset, sciri nō posset, quis ipsorum esset in maritaggio præferendus. Si autem pater vel mater non simul sed diuersis temporibus feoffauerunt hæredē de diuersis feodis tenendū de se, vel de dominis capitalibus, & si de dominis capitalibus, tunc mutatur ordo primæ prioritatis, & tenet nouus ordo noui feoffamenti: si autem de se & hæredibus suis, adhuc tenet vetus ordo & prioritas, quæ non mutatur quantum ad personas eorum per nouum feoffamentū, et ad ipsos pertinebit maritagium quamdiu vixerint, illis tamen præmortuis, hærede nō maritato, cum hæres, ratione successionis antecessorum, et non feoffamenti sibi facti, incipiat esse sub potestate capitalium dominorum, reincipit esse ordo primus prioritatis qui mutatus fuit et alteratus per feoffamentū hæredis. Et quod dictum est de filio antenato & hærede, locū habet de filio post nato, si post feoffamentū suū cōtingat ipsū esse hæredē. Si autē non, teneat feoffamentū, & maritagium inter ipsum & suum warrantū. Si autē pater vel mater partem hæreditatis dederint filio & hæredi simul & semel, vel successiuè, & partē retinuerint, quid iuris esse debeat de maritaggio habendo, satis elici poterit ex præmissis. Itē si pater & mater hæreditatē habentes, simul vel successiuè hæredem feoffauerint vel

vel filium postnatum de vtraq; hæreditate & aliquid retinuerit, mortuo tam patre q̄ matre filio infra ætatē existēte, & nō maritato, erit illud quod retentū est primū feoffamentū, cūm hæres in manus dñorum deuenit; licet illud esset vltimū in p̄sonis antecessorum. Item cūm filiū & hæredē feoffauerint de vtraq; hæreditate pater & mater, tenendā de eis, et nihil sibi retinuerint, tunc illud feodum erit præferendū, quod fuit primum p̄ nouū feoffamentū, exclusā prioritāte feoffationis antecessorū. Itē esto q̄ successiue feoffauerunt filiū postnatū, de se tenendū & hæredib⁹ suis, maritagiū hæredis talis ad eos p̄tinebit, nec habēda est ratio, quantū ad eos & hæredes suos de prioritāte feoffamenti, cūm vnus sit feoffator & vnus hæres, nisi itā sit fortē, q̄ ille postnatus hæres præficiatur, quo casu præfertur ille in maritagio habendo de cuius feodo talis fuit primò feoffat⁹; et tenebit nouitas, exclusā vetustate, aliter enim esset si de vtraq; hæreditate simul & ex toto esset feoffatus. Item et eodē modo, si cūm hæres patris vel matris feoffatoris sit infra ætatē & in custodia domini capitalis, cūm parentes feoffatores sibi partem hæreditatis retinuerunt, moriatur filius postnatus, hærede suo infra ætatē existente, et ratione hæreditatis antecessorum qui feoffauerunt, deuenit custodia terrarū hæredis postnati in manus dominorū capitaliū de maritagio ipsius hæredis, erit habenda ratio prioritatis, secūdūm quod ipse a patre & matre feoffatus fuit, simul vel vicissim, quā si simul de pluribus feodis, erit ille capitalis dñs in maritagio præferendus, de cuius feodo antecessores feoffatores primo fuerunt feoffati. Si autē vicissim, tunc erit ille præferend⁹ de cuius feodo pater & mater primū fecerunt feoffamentū filio postnato. ¶ 6. De Sokagio videndum est, ad quē p̄tineat maritagiū, et sciendum q̄ ad ipsum, ad quē p̄tinet custodia terrarū & tñtorum, secundum diuersam cōsuetudinē locorum, vel ad dñm capitalem, vel ad p̄p̄inquirem cōsanguineum qui nihil iuris clamare possit in hæreditate, p̄pter suspicionē exheredationis, & ipsius cōsanguinei maximē, ex cuius parte hæreditas nō descēdit, vel qui aliquid iuris clamare possit in hæreditate, vel qui hæres esse possit toti⁹ vel p̄ parte, et ideò nō deberet esse filia postnata in custodia primogenitæ, vel mariti sui, si viro fortē nupta fuerit. Et ideò si quis emerit custodiā terrarū, & maritagiū filiarū, et aliquā illarū duxerit in vxorē, statim oritur suspitio, et amittit custodiā corporis & maritagiū aliarū ipso iure, p̄pter suspicionē, et ideò p̄tinebit ad parentes vt dictū est, custodia corporis & maritagiū. Esto etiā q̄ quis feoffatus fuerit de aliquo tenendū in Sokagio primò, et postea de eodē vel ab alio tenendi p̄ seruitiū militare, vel e contra, videtur & verū est, q̄ ille p̄ferend⁹ est qui feoffauit p̄ seruitiū militare, p̄pter priuilegiū militare: et si feoffatus dāpnū incurrat per tale feoffamentū quo ad maritagiū, hoc sibi ipsis poterūt imputare. Si cūm hæredes extiterint sub potestate parentum, ad quos pertinuerit maritagiū mero iure, parentes ipsorum maritagiū hæredum vēdiderint, & ab emptore maritati non fuerint in vita venditoris, statim mortuo vēditore, ad dominum capitalem p̄tinebit maritagiū, et ex tunc si alius eum maritaauerit, emptor, parens, extraneus, vel alius ad quem nō pertinuerit, et ius non habuerit, vel si ius habuerit, et alius maius ius habet, facit domino capitali

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

capitali præiudicium, ad quem mero iure pertinuerit maritagium, cum illud sit ei deliberatum, cum emptor illam feysinam veram habuerit in vita venditoris propter non usum, nec poterit in hoc casu hæredem vocare ad warrantum. Si autem hæredes cum sint sub potestate parentum, sine consensu eorum se maritaerint, propter hoc non sunt exhæredandi, licet aliter quodammodo puniendi, si parentes voluerint. Si autem cum hæredes in potestate dominorum deuenerint non maritati, ipsi domini capitales vendiderint maritagium cum ius habuerint, licet alius plus iuris: et ille qui plus ius habuerit petierit maritagium ab emptore, & custodiam hæredis, in hoc casu erit venditor vocandus ad warrantum. Et quod dicitur de vno emptore dici poterit de pluribus, si maritagium sit venditum pluribus de manu in manum. ¶ 7. Prouisio de communi cōsilio facta, de hæredibus infra ætatem existentibus, si dum fuerint infra ætatem, per malitiam abducti fuerint, et detenti per parentes a custodia dominorum, quod si laicus inde conuictus fuerit, quod puerum abduxerit & maritaerit absq; licentia domini capitalis, restituat vel reddat custodi valorem maritagij, et corpus pro delicto tradatur per balliuos prisonæ, quousque custodi emendauerit delictum, et quousque domino regi satisfecerit de transgressione illa, et hoc intelligatur de hæredibus infra ^{et} xiiij. annos existentibus: de hæredibus autem qui sunt quatuordecim annorum & ultra, vsque ad plenam ætatem, et si se maritaerint sine licentia dominorum, vt eis auferant maritagium suum, et dominus capitalis talis hæredis, obtulerit ei rationabile maritagium, vbi non disparagetur, et quod recusare non deberet, dominus suus tunc, teneat terram eius ultra terminum ætatis sue. s. xxi. anni, per quantum tempus percipere potest duplicem valorem maritagij, secundum estimationem legalium hominum, vel secundum quod ei prius pro eodem maritaggio oblatum fuerit sine fraude & malitia, vel secundum quod probari possit in curia domini Regis. De dominis autem capitalibus custodibus, si illos maritaerint quos habent in custodia, villanis vel alijs, sicut Burgensibus, vbi disparagentur, si talis hæres infra ætatem xiiij. annorum, vel talis ætatis extiterit quod non possit consentire, tunc si parentes conquerantur, dominus ille amittet custodiam vsque ad ætatem hæredis, et omne commodum quod inde perceptum fuerit, conuertatur in commodum ipsius qui infra ætatem fuerit, secundum dispositionem et prouisionem parentum, contra dedecus ei factum. Si autem fuerit xiiij. annorum & ultra, quod consentire possit, et tali maritaggio cōsenserit, nulla pæna subsequatur. Si quis hæres, cuiuscunque ætatis fuerit, pro domino suo se maritare noluerit, nõ compellatur hoc facere contra voluntatem suam, sed cum ad ætatem peruenerit, domino suo satisfaciet de tanto, quantum dominus suus percipere posset ab aliquo pro maritaggio, antequam terram suam recipiat, & siue voluerit se maritare, siue non, prædictus hæres, quia maritagium eius qui fuerit infra ætatem, de mero iure pertinet ad dominum feodi.

1. ¶ De donationibus propter nuptias ob causam dotis, dotis constitutione, et quid est dos.
2. Quæ est rationabilis dos.
3. Quis possit dotem constituere.
4. Item quando & vbi.
5. Quæ sunt species dotis.
6. Item de qua re. Cap. 39.

Quo-

Quoniam utile est mulieres esse dotatas multis de causis, acquiritur enim eis cum fuerint maritandæ rerum diuina ex causa donationis, ut cum fuerit foemina maritanda, fit ei donatio a viro suo multis modis propter nuptias, de re propria viri, vel de re patris, vel matris, fratris, vel sororis, vel alterius amici, de eorum consensu & voluntate, quæ quidem donatio dicitur dos, et quæ quidem perfecta esse non potest ante mortem viri, nec quamuis in vita viri possit constitui, tamen ante mortem seysina non poterit assignari: in primis igitur videndum quid sit dos, et quæ sit dos, et quæ sit rationabilis dos, et quis possit dotem constituere, & cui. Item quando, & vbi, et de qua re, et quantum. Item quis possit dotem assignare, et quando, & infra quod tempus, & vbi assignetur quæ competat actio mulieri ad dotem suam consequendam. Et sciendum quod Dos est id, quod liber homo dat sponsæ suæ ad ostium ecclesiæ, propter nuptias futuras, et onus matrimonij, et ad sustentationem vxoris, et educationem liberorum, cum fuerint procreati, si vir præmoriatur. ¶ 2. Rationabilis autem dos est, cuiuslibet mulieris de quocunque tenemento tertia pars omnium terrarum & tenementorum, quæ vir suus tenuit in dominico suo, et ita in feodò, quod eam inde dotare poterit, die quo eam desponsauit. ¶ 3. Item quis possit dotem constituere, et sciendum quod tam minor, quàm maior masculus. Cui vxori tam maiori, quàm minori. Poterit enim ille qui infra ætatem est, vxorem suam dotare, quàmuis existentem infra ætatem, dum tamen possit dotem promereri, et virum sustinere, et quamuis vir infra ætatem moriatur, vxor sua, siue infra ætatem fuerit siue non, dotem obtinebit. De hac autem materia, inueniri poterit de termino Pasche anno regni Regis H. nono in Comitatu Deuon de Sara, quæ fuit vxor wilhelmi Burnell. ¶ 4. Quando et sciendum, quod ante desponsationem, in initio contractus. Vbi et sciendum quod in facie ecclesiæ, et ad ostium ecclesiæ, non enim valet constitutio facta in lecto mortali, vel in camera, vel alibi, vbi clandestina fuerint coniugia, quia si non valeant clandestina coniugia hæredibus quoad successionem, nunquam valebunt vxoribus ad dotis exactiõem. Oportet igitur quod constitutio dotis sit facta publice, & cum solèpnitate ad ostium ecclesiæ, & vbi nullum omnino matrimonium, ibi nulla dos. Igitur viderur a contrario sensu, vbi matrimoniũ, ibi dos, quod quidem verũ est, si matrimoniũ in facie ecclesiæ cõtrahat. Ad ostiũ ecclesiæ fiat dotis cõstitutio inter quascunq; psonas cõsanguinitate vel affinitate coniuuctas, vel extraneas, dum tamen matrimoniũ in vita contrahentiũ accusatum nõ fuerit, nec dissolutum. Si tamen accusatũ & dissolutũ quacunq; ratione, desinit esse dos, cum deficiat matrimoniũ, & desinit esse dotis exactio. Nec debet aliquis ratione vnus viri, in dotis petitione, duabus vxoribus respõdere. ¶ 5. Et dotis species sunt duæ, alia pfectitia, alia aduentitia, pfectitia dici poterit quæ datur a patre, vel matre, vel alio parente in ipso contractu pro filia maritanda, et terra sic data dici poterit maritagium, et patrimonium mulieris, et aliquandò cadit in partem inter cohæredes foeminas, si talis partem habere voluerit hæreditatis vt supra. Et non dicitur pura donatio facta sine causa matrimonij. Item aduentitia dos dici poterit

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

rit maritagiū, quod ab alijs datur, quàm a patre vel matre, siue parens sit vel extraneus. Item est dos parapherna que fit iuxta dotem, vel preter et ante matrimonium, non constante matrimonio, vt si fiat viro & vxori simul, vel vxori per se: et talis non cadit in partem, licet facta fuerit a parētib; quia pura est, & non ob causam matrimonij vt supra dictum est. Itē fit donatio propter nuptias, quod sponsus dat sponsæ ad ostium ecclesię, et de qua hic agitur, die desponsationis. Et hoc ppriè dicitur dos mulieris secundum cōsuetudinem Anglicanam, et talem dotem lucratur vir, vxore prēmortua, et vxori remanet ad vitam viro prēmortuo, & lucratur sic vir dotem, vxore prēmortua. Item lucratur vir aliquandò dotem ex lege in vita mulieris, cū celebratum fuit inter eos diuortium, quacunque ratione, sed non si fiat tantum seperatio thori. Itē aliquandò dotem lucratur post mortem viri, cū fuerit assignata ex cōsuetudine ciuitatum et Com̄, sicut in Kanc. et London̄, Lincoln̄ & alibi. Et sciendum, quòd maritagiū ob causam matrimonij, semper remanet mulieri & hēredibus suis, si hēredes habuerit, si autem non, reuertitur pro defectu hēredis, et eodem modo dos paraphernalis hēredibus quibuscunque.

¶ 6. De qua re et sciendum, quòd si vir terras habuerit et tenementa, dotare poterit vxorem suam, dum tamen modum non excedat, de quacunque terra voluerit, et de cuiuscunque feodo extiterit, quamuis per hoc auferat domino capitali custodiam feodi sui, cū vxor dotem obtinuerit, dampnum quidem ei facit sed nullam iniuriam, cū si custodiam nō habuerit, sufficiat ei releuium, et de hac materia inueniri poterit de termino P. anno regis H. duodecimo Com̄ Lincoln̄, de Idonea que fuit vxor Nicholai Burdeth. Item de terris & tenementis proprijs, quæ tenuerit in feodo sibi et hēredibus suis, et non ad terminum vitæ vel annorū, siue illa tenuerit vir ex causa successionis siue ex causa perquisiti, vel alio quocunque modo, et vnde si feoffatus fuerit purè & sine aliqua conditione sibi & hēredibus suis certis et expressis, vel indeterminatis, quamuis tales hēredes non habuerit, siue bastardus fuerit, siue legitimus, vel si tales hēredes habuerit & defecerint, itā quòd terra data reuerti debeat ad donatorem per conditionem tacitam vel expressam: vxor dotem obtinebit, quia pura est donatio ab initio, & purum feoffamentum, quamuis per conditionem tacitam vel expressam dissolutum. Si autem ita facta esset donatio, vt si dicam, do tibi tantam terram, nulla facta mentione de hēredibus, ista donatio se non extendit ad hēredes, nisi tantum ad vitā donatarij, & quia non in feodo nisi ad vitam, ideo cessat dotis petitio. Si autem adijciat in donatione itā, do tibi et hēredibus tuis, si hēredes habueris tales, vel de tali vxori. Ista donatio non est perfecta ab initio, sed dependet ex insidijs fortunæ, nec erit perfecta antequam existat conditio, quòd hēredes habueris tales vel ex tali vxore, quæ si defecerit, nō erit ibi feodum, sed tantum liberum tenementum ad vitam, et ita cessabit dotis petitio. Si autem tales hēredes habuerit, vel de tali vxore, quamuis defecerint, statim incipit donatio esse perfecta, et feodum & competit vxori petitio dotis. In primo autē casu est donatio pura, sed resoluitur sub cōditione tacita vel expressa. In secundo verò casu nō est pura, sed depēdēs quo-

De acquirendo rerum dominio. Fol. 93.

quousque extiterit condicio, vel deficiat. Item constitui potest dos rationabiliter, secundum quod predictum est, et ideo ultra tertiam partem, quia in maiori quantitate quam in tertia parte, constitui non potest, potest tamen in minori, dum tamen vxor in constitutione se teneat contentam. Si tamen vltimus quam rationabiliter constituatur, cum fuerit assignata, id quod excedit per admesurationem reuocabitur, si capitalis dominus, vel alius ab herede dotem assignauerit. Secus autem esset, si haeres hoc fecerit sciens & prudens. Et haec quae dicta sunt de tertia parte, vera sunt de feodo militari, nisi aliter obseruetur de aliqua consuetudine speciali, vel nisi terra teneatur in sokagio, vbi diuersimodè fit dotis constitutio, vel in Gauelkind, vel si Sokagium adiungatur feodo militari. Et de hac materia habetis de termino P. anno regni regis H. decimo quinto in comitatu Cantabrigiae. Item constitui potest dos, non tantum in terris et tenementis perquisitis, sed etiam perquirendis, si perquisita fuerint, vel acciderint in vita viri sui, vt de termino P. anno regni regis H. septimo in Comitatu Somersset, de Emma quae fuit vxor wilhelmi Daci, et licet vit suus, ius habuerit in terris perquirendis, cessat dotis exactio siue petitio, nisi in vita viri fuerint perquisitae, quauis post mortem viri acciderint vel fuerint perquisitae, quia de eo de quo vir nunquam seysinam habuit, non potest dos peti: nisi ita esset quod dos constitueretur in aliquo tenemento, quod post mortem tenentis esset ad virum reuersurum, quod si dos ita constituta fuerit, siue reuertatur in vita viri, siue post mortem, erit locus petitioni dotis, vt videri poterit, si constitueretur dos in tenemento quod alia vxor tenuit in dotem, si in vita vxoris dotatae acciderit (quamuis non in vita viri) recuperabit eam vxor vt dotem suam, si inde sectam habuerit sufficientem propter constitutionem dotis specificatam, quod quidem aliter esset, nisi esset specificata. Et de hac materia habetis de termino sancti Hillarij anno regis H. decimo quarto in Comitatu Northampton de Christiana quae fuit vxor walteri, quae recuperavit, quamuis vir suus inde seysinam non haberet dum vixit. Et cum vxor sic dotata fuerit de re quam alius tenet, et quae post mortem tenentis reuerti debeat ad haeredem warrentum de dote sua, videndum si expectare debeat mortem tenentis, aequam dotem habeat, vel si ei debeat assignari ad valentiam in tenentia, quousque dos sic nominata ei fuerit deliberata. Et videtur quod expectare debet, nisi aliter specialiter conuenierit ab initio constitutionis. Item ab initio constitui poterit dos in re certa & nominata, et re incerta & non nominata. In re certa & nominata, sicut de aliquo manerio certo, de cuiuscumque feodo extiterit, cum vir plura tenementa teneat de diuersis feodis, et diuersis dominis capitalibus, quia secundum quod predictum est, in electione viri erit, de cuius feodo velit vxorem suam nominatim dotare, dum tamen manerium illud non sit caput baroniae, si plura alia habuerit maneria quae non sint capita baroniae, quia manerium quod est caput baroniae, integrè remanebit heredi, et warrento de dote sua, cum inde dotari non debeat, si de alijs terris consequi possit dotem suam, et de hac materia inueni potest de termino sancte Trinitatis anno regis H. quarto in comitatu Northampton de Theobaldo de Lassel. Et si plura maneria sint, & in hereditate quae sunt de capi-

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

re Baronię, tūc quod de vno manerio tali dictū est, fiat de pluribus, dū tamē vxor alibi dotē consequi possit, quod si nō possit, oportet de necessitate, quod aliter fiat, cū necessitas sub lege nō contineatur, quā quōdā hās nō est licitū, necessitas licitū facit. Sed quod dicitur de baronia, nō est obseruandū in vauassoria, vel alijs minoribus feodis q̄ baronia, quā caput non habent, sicut baronia. Et quod dicitur de baronia, & barone, seruari debet in Comitatu et comite, siue castrū ibi fuerit siue nō. Cū autē possit vxor dotē nominatā alibi cōsequi q̄ de manerio quod est caput baronię, et ei petenti dotem de tali manerio respondeatur, q̄ dotem inde habere nō debeat prædicta ratione, & ipsa econtrā dicat quod aliquis antecessor hęredis dotauit vxorem suam de tali manerio, triplicari potest ex parte hęredis quod hoc non fuit de iure, immō de ignorantia hęredis, vel gratuita permissione, quod quidem impōsterum trahi non debet in exemplum. Si autem omnia maneria sint capita baronię, & teneantur in capite de domino rege, nec sit alia terra quę sufficiat ad dotē, dotari poterit ex tali manerio, saluo tamen hęredi castro si ibi fuerit, vel capitali mesuagio si non castrum. Sed quoniam quondā onerosa est custodia castri, vel capitalis mesuagij sine tenēte hęredi, cū vxor dotata sit de tali manerio sine exceptione, dissimulatur quondā vxori seysina castri, propter ouus, dum tamē restituatur regi tempore guerrę, vel alterius necessitatis si voluerit, et cū voluerit, secundū quod factum fuit de Comitissa Lincoln, quę fuit vxor walteri Com̄ marescalli, de quodam castro in Hibernia, vbi Comitissa dotata fuit de toto manerio sine aliqua exceptione quod fuit caput baronię. Poterit etiam vxor dotari nominatim sub conditione vel sine. vt si dicat vir vxori, quod dotat eā de tali manerio cum pertinentijs, quo casu, si sufficiat ad dotem pro tertia parte totius hęreditatis viri sui, tenere se debet contentam, et omnes pertinentię ad ipsam pertinent, in aduocationibus, & collationibus ecclesiarum, in custodijs, releuijs, & maritagijs, & omnibus alijs reb⁹, cū nihil inde excipiat specialiter. Excipitur quondā multipliciter, secundū quod inferiūs dicetur. Si autem ibi minus fuerit, quā quod sufficere possit ad dotem, & in constitutione dotis se tenuerit contentam, plus petere non poterit in assignatione. Si autem plus, superfluum tollitur per admensurationem, & vterquē modus duci poterit in conditionem, vt si quis ita dotauerit vxorem suam, de aliquo manerio integrē & sic dicat, & si illud sufficiat pro dote sic ei remaneat integrē & sine contentione: Si autē minus ibi fuerit, id quod defuerit perficiatur ei in alio certo & competentī loco. Si autem plus ibi fuerit, facta extentione & rationabili appreciatione, quod illud superfluum restituatur hęredi. Et reuera qualiscunquē fuerit dotis constitutio facta, semper erit modus constitutionis obseruandus, & sequendus, dum tamen legitima sit dotis constitutio, & non contra legem terrę. Et cū vxor sic dotata fuerit nominatim, de quacunquē certa re, in ipsa constitutione dotis, statim incipit habere ius in re nominata, itā quod si vir eam, constante matrimonio ex quacunq; causa ad alium transfulerit, vxor post mortem viri, habebit versus quęcunq; tenentē repetitionem, et cū per occasionē de dote petierit, & tenens

De acquirendo rerum dominio. Fol. 94.

et tenēs hāredem vocauerit ad warranrum, et ipse warrantizauerit, vxor recuperabit ipsam rem, & tenens de warrento suo excambium ad valentiam, quod quidem esse non debuit si dotata fuerit de re incerta, sicut de tertia parte rerū acquirendarū, vel acquisitarū. Sed econtrario, scilicet si res fuerit a viro alienata constante matrimonio, et ipsa petat tertiā partē versus tenentē, cūm hāres warrantizauerit, tenens retinebit id quod tenet, et vxor recuperabit ad valentiam de hērede, si hēres habeat vnde, si autem non, ipsa recuperabit quod petit, et tenens de excambio expectet tēpora meliora versus hāredem, donec ad ipsum aliquid puenerit de hēreditate, et si ad ipsum aliquid puenerit, tunc habeat vxor de hēreditate excambium, & tenens rehebeat tenementum suūm, si autem nihil de hēreditate in vita vxoris puenerit ad hēredē, tunc remaneat ei terra illa ad vitam suam nomine dotis, cūm esse non debeat indotata, ad tenentē tamē statim post mortē suam reuersura. Non nominata verō dici poterit dos et incerta, vbi quis vxorem suam dotauerit in generali, de omnibus terris & tenementis in tertia parte acquisitis, et acquirendis. Item sicut poterit quis vxorē suā dotare in certis terris nominatis, ita eam poterit dotare incerta sūma pecuniæ, siue terras habuerit & tenementa, siue non, vt si burgēsis fuerit: maximē si tenuras habuerit exteriores siue non, siue alius tenens exterior, & quo casu, cūm vxor contentam semel se tenuerit de sūma illa p dote suā, nihil ampliūs petere potest, nomine dotis, de alijs cattallis & tenementis, quām fuerit ei constitutum, et vnde si nomine dotis aliquid petat de cattallis, auditi nō debet, quia ea ratione q̄ consequi debet plenariē dotem suam, quamdiū ibi fuerit vnicus obolus, vel quaten⁹ cattalla viri sufficiant, ea ratione si plus ibi fuerit, nihil vlteriūs ibi consequetur, et sicut vult esse in lucro quaten⁹ cattalla sufficiāt, ita esse debet in dāpno in cattallis quæ excedūt, ex alia tamē causa, q̄ ex causa dotis, sicut ex causa testamētaria vel ex cōsuetudine ap pbata, vlteriūs petere potest, si fortē vir aliquid ei reliqueret in testamēto vltra dotē nominatam, vel nō nominatā, certam vel incertā. Itē & sicut potest dos cōstitui in pecunia numerata, ita poterit in rebus quæ cōsistunt in pōdere & mēsurā, et tā in liquido q̄ in solido, et sicut in isto vel in illo, ita & in vtroq; . Itē cōstitui poterit dos ab vno viro, tam pluribus vxorib⁹ q̄ vni, in vita omnium vel successiue cūm decesserint, vel ex quacūq; causa, celebrato diuortio, in eodē regno vel eadē pūtia, vel diuersis, sed vna illarū alijs pferetur in dotis petitiōe, pbato in foro ecclesiastico quæ illarū sit vxor legitima, vel si difficilis sit pbatiō, vel deficiat dñiō, tunc erit illa pferenda, quæ in possessione viri extiterit tēpore mortis viri, Si autem cūm quis vxorem habuerit & legitimā, aliam superinduxerit illegitimā, vel plures, legitimā pferetur. Si autem nulla ex pluribus in possessione extiterit, neq; quæ illarū legitima extiterit constare possit, tunc nulla illarum obtinebit, pro defectu probationis. Item si vxor vna, pluribus nupserit in vita omnium, cūm decesserit ab omnibus, dotem non obtinebit, cūm omnium vxor legitima esse non possit simul & semel sed vnitas, licet successiue secundūm quod inferiūs dicitur in actionē de dote. Si quis sub spe pquirendorū, vxorem suam dotauerit, de omnibus rebus, terris, et tenementis quæ te-

Bb.ij.

nuerit

- 8 -

Lib. ii. De acquirendo rerum dominio.

nuerit die desponsationis, non valet talis dotis constitutio: cum certa esse debeat, et sic constituta incerta fit, cum dependeat ex insidijs fortunæ, et bene esse poterit quod nunquam faciet perquisitum; et cum perquisitum non fecerit nec vxor esse debeat indotata, restringitur talis dotis constitutio ad legitimam constitutionem tertie partis, vel dimidie secundum diuersam consuetudinem locorum, et diuersitatem tenentorum. Constitui etiam poterit dos in rebus & rebus, quæ quis tenuerit in feodo sibi & hæredibus suis, et non in his quæ tenentur ad terminum vite, vel annorum, nec si ita tenuerit, si in feodo, quod alius ius habeat ut re euincere possit, quæ quidem si per iudicium euicta fuerit, licet vxor inde dotata sit, petitio dotis cessabit, quia per iudicium constabit manifestè, quod vir suus non fuit seysitus inde in dominico, quamuis ut de feodo, non tamen ita in feodo quod inde dotare possit vxorem, & sic non poterit quis de iure alieno dotare vxorem suam cum effectu, propter euictionem. Sed cum vir vxorem suam dotauerit de re certa, et aliam eandem re petierit, et vir ante iudicium, illam ei per concordiam recognouerit & reddiderit, nihilominus post mortem viri sui, integra erit exactio dotis, si vxor dotem petierit, secundum quosdam qui ducti sunt hac ratione, quod vir potest ad eum bene remittere ius proprium sicut alienum, et in hoc dubio dotem obtinebit, in quacumque recognitione & redditione, per pacem. Sed dicunt alij quod ad eum bene potest recognoscere ius alienum sicut proprium, licet iudicium non interuenerit, et quo casu, cum vxor dotem petierit de re recognita, & exoptatur contra, quod dotem habere non debeat, eò quod vir suus die quo eam disponserat non fuit inde seysitus ita in dominico, & ita in feodo quod eam inde dotare potuit, & ipsa e contrario dicat quod sic, videtur & veram est, cum per negationem efficiatur res dubia, quod locus sit inquisitioni, non obstante recognitione & concordia, secundum quod videri poterit per exemplum. Esto quod quis alium feoffauerit de aliqua terra, & mortuo feoffato, hærede infra etatem relicto, deueniat custodia terre & hæredis in manus domini capitalis, qui durante custodia, alium feoffauerit de eadem terra, qui ducendo vxorem ipse ei in dotem constituerit, cum autem hæres ad etatem peruenerit, impetret assisam noue disseysinæ, vel mortis antecessoris, vel breue de ingressu, vel de recto versus tenentem, tenens siue warrantum vocauerit siue non, ante iudicium cum de iure suo constiterit, vel fortè et si non constiterit, ius petenti recognoscit & ei reddit seysinam & decedit, vxor eius petit dotem, obijcitur ei quod vir non fuit ita seysitus in dominico, & ita in feodo quod eam inde dotare posset, et ipsa e contrario quod sic, et petit iudicium de recognitione per concordiam, propter predictum euentum dubium de iure proprio sui viri vel alieno, quo casu, si de iure petentis contra virum suum constiterit, non erit ad aliam probationem ulterius procedendum, sed vxor per hoc cadet ad dotis petitionem. Si autem de iure non constiterit, per patriam veritas inquiratur, hoc tamen adiecto, quod videndum erit utrum vir, qui ius alienum recognouit, se defendere possit per exceptionem et non defendit, sed gratis restituit, vel cum se defendere vellet, & per exceptionem opponeret, iudex per patriam iudicando, exceptionem propositam non admittit. In his vero casibus non cadit actio dotis, cum de

De acquirendo rerum dominio. Fol. 95r

de huiusmodi ratio sic habenda. Potest etiam constitui dos certa & nominata, et incerta & non nominata, in re aliena sicut in re propria, ut si quis uxorem suam dotauerit de hereditate paterna, vel materna in vita eorundem, dum tamen hoc fiat per assensum & voluntatem eorundem, aliter autem, nisi de assensu & voluntate eorundem extiterit, constitutio non valebit. Constitui enim potest multis modis, per instrumentum & scripturam, vbi tamen factum, dum tamen probari possit quod parentes assensum prebuerunt, in qua scriptura non expedit si continetur, quod pater vel mater dotem constituerit, sed tamen ille qui duxit uxorem, cum alius dotem constituturus non possit. Item per viam vocem, ut si pater vel mater vel alius pateris, ad ostium ecclesie viua voce protestetur, quod filius suus dotem uxorem suam de hereditate quam ipsi tenent, coram pluribus ad hoc vocatis, et quod voluntarium ad hoc prebent assensum. Et illud idem existit si alibi ad ostium ecclesie ante dispositionem, dum tamen hoc ante dispositionem, vel in ipsa dispositione reuocatum non fuerit per dissentium, & licet de necessitate fieri debet dotis constitutio, et modus constitutionis ad ostium ecclesie, non tamen necesse est omnino quod ad ostium ecclesie adhibeatur consensus, valet enim siue matrimonium precedat siue subsequatur consensus, ac si valeret si fieret ad ostium ecclesie, dum tamen probari possit viua voce. Si autem uxor dotata, ad probandum consensum instrumentum proferat in iudicio quod vir sic dotauerat uxorem per assensum, sufficit illa probatio. Si autem per viam vocem, sufficit que libet illarum per se. Si autem utramque simul, & conueniant, sufficit vnam prosequi & probare. Si autem contrarie fuerint, vnam illarum eligere poterit ab initio, & vna electa ad aliam recurrere non poterit, cui per electionem renunciauit, et inde si validam elegerit sufficit, fraudem inuallidam amittit, secundum quod videri poterit, cum uxor ad probandum assensum producat viam vocem & testes, qui dicunt quod maritus uxoris eam dotauit, & instrumentum similiter probatum ad probationem dicat, quod pater vel mater vel alius patens dotauit uxorem, cum deberet dicere eos prebuisse assensum, & vnde cum uxor precise se tenuerit ad vtrumque, neutra valebit, cum sint contrarie, nisi sit qui dicat, quod illam, quae utilis est sufficit tenere, et quod utile non est videatur per inutile, et quia valet plus quod actum est quam quod scriptum, forte propter errorem scribentis, et benigna interpretatione posset ita interpretari instrumentum, quod ad hoc tantum valere debeat, quod antecessor constitutioni dotis facte per heredem prebuit assensum & propter simplicitatem contrahentium, secundum quod dicitur de layco presentante ad ecclesiam, qui dicitur in instrumento presentationis, quod dat tali clerico tale ecclesiam sed incongrue, quia episcopus dat, & laycus tantum presentat, ex benigna igitur interpretatione, propter simplicitatem laycorum, admittitur quod non fit vacua presentatio, propter incongruam dictionem donationis, sed admittitur donatio pro presentatione, dat tamen laycus aduocationem ecclesie, licet ecclesia dare non possit. Sed si cum aduocationem dederit, dicat in instrumento donationis, quod dat ecclesiam, valebit donatio aduocationis ex benigna interpretatione, propter simplicitatem laycorum, et sic fit interpretatio

De. 2.

Lib. ii. De acquirendo hereditate dotis.

pretatio ab antiquis, quod cum laicus dicat, do. ecclesiam, dat quicquid iuris habet in ecclesia, tam in aduocatione, quam in presentatione, benigne enun-
 faciendæ sunt interpretationes, ut res magis valeat quam pereat. Sed (sine præ-
 iudicio melioris sententiæ) videtur quod uterque dotē constituit, pater scilicet & mater vel alius parens, propter consensum, & vir propter nominatio-
 nem dotis, quorum neutrum valet sine alio, nec vnum sufficere possit pro se, unde
 de si pater instrumentum confecerit super consensum ad probationem con-
 stitucionis, & vxor habuerit viuam vocem ad probationem nominatiōis, neu-
 trum istorum erit alteri contrarium, et ideo bene simul stare possunt, & nunquam
 valebit nominatio viri sine consensu parentis, nec econtrario, et sic utroque
 simul stat. Poterit etiam vir dotare vxorem suam de rebus alienis, patris
 vel maternis, vel vtriusque ipsorum, & alterius antecessoris, pro assensu & vo-
 luntate ipsorum, eisdem modis quibus de rebus proprijs nominatum vel non
 nominatum acquisitis vel acquirendis, & de illis etiam, sed nominatum et
 specialiter de quibus antecessores nunquam fuerunt in feysina, dum tamen
 post tempus ad hæredes sunt reuersuræ secundum quod superius dicitur
 in parte. De dote alterius vxoris, quæ in vita viri nunquam fuit deliberata,
 de alienis vero rebus quæ euinci poterunt, non valet dotis constitutio cum
 effectu. Item si cum pater vxorem habuerit, & ei dotem constituerit in tertia par-
 te hereditatis scilicet de tribus vncijs vnâ, & de consensu ipsius, viuente
 matre, constituat filius vxori suæ dotem, non poterit eam dotare, nisi de ter-
 tia parte duarum partium scilicet duarum vnciarum, quia mater dotata est de
 tertia parte totius .s. de tertia parte trium vnciarum. Si autem pater vxorem non
 habuerit, cum filius vxorem suam dotauerit, et facta constitutione a filio de
 consensu patris, tunc pater post, vxorem duxerit, tunc fiat econtrario illi,
 quod supra dictum est, et secundum quod, inferius dicitur, de actione do-
 tis. Videndum etiam, si postquam dos semel fuerit rite constituta, in rebus pro-
 prijs vel alienis de consensu, ex aliqua conuentione facta inter virum & vx-
 orem, constante matrimonio, augmentari possit in preiudicium vel ad damp-
 num heredis, et dicitur quod non, ut de itinere w. de Raleigh in com. Midd', assisa
 mortis antecessoris si Iohannes Blund', & vnde videtur, quod eadem ra-
 tione, minui non debet in preiudicium vxoris. Facta sic constitutione dotis ut
 predictum est, non poterit vxor in vita viri circa dotem constitutam nomina-
 tam quamuis certam, aliquid disponere, cum inde liberum tenementum habere
 non possit ante assignationem, nec vxor viro contradicere possit, si velit dotem
 vendere vel alienare, quod si faceret, de iure dotem amitteret, quod si vir a-
 lienauerit, licet vxor in vita non potuit contradicere, ipsa tamen post mortem
 viri, regressum habebit versus quoscunque detentores. Sed si preiudicium vel pro
 concordiam ut predictum est, vel propter delictum (secundum quod inferius di-
 cetur) vxor regressum non habebit.

1. Quod vxor vidua remanere debet in capitale mesuagio per quadraginta dies post mortem viri, donec dos sua fuerit ei assignata, et de dotis assignatione post mortem viri.
2. Qualiter dos fuerit ei assignanda.
3. Qualiter aduocatio ecclesie transferatur in dotis assignationem et qualiter non, et quod aliud est dare ecclesiam et aduocationem ecclesie.
4. Quod dos libera esse debet. Cap. 40.

¶ Mortuo

Mortuo viro, confirmatur tunc primò dotis constitutio, et si dos de-
 liberata ei fuerit, statim fiat ei dotis assignatio, sine aliqua difficul-
 tate, et nihil det pro dote sua, vel matrimonio, vel hereditate sua
 quam maritus & ipsa tenuerunt die obitus ipsius mariti, et maneat in ca-
 pitali mesuagio mariti sui per quadraginta dies post obitum mariti, infra
 quos assignetur ei dos sua, nisi prius ei fuerit assignata, vel nisi domus il-
 la fuerit castrum, et de castro illo si recesserit, statim provideatur ei do-
 mus competens, in qua possit honestè morari, quousque dos sua ei assign-
 netur secundum quod prædictum est, & habeat rationabile estouerium
 suum interim de communi, & pro dote sua, cum fuerit ex deliberata, as-
 signetur ei tertia pars totius terræ mariti sui, quæ sua fuit in vita sua, vel
 alio modo satisficiat ei, secundum quod ad ostium ecclesiæ dos fuit ei
 constituta, nec distringatur ad matitandum se, dum viuere voluerit sine
 viro, et ita tamen, quod securitatem faciet capitali domino, quod se non
 maritabit sine assensu suo, de quocunque tenere debeat de domino re-
 ge, vel de alio. Item quis debeat dotem assignare videndum, cum muli-
 er per se autoritate propria non possit se ponere in seysinam, propter al-
 tisam mortis antecessoris, cum hæres primam seysinam habere debeat
 cum fuerit plenæ ætatis, vel dominus capitalis nomine hæredis, si hæres
 fuerit infra ætatem. Et sciendum, quod hæres cum fuerit plenæ ætatis,
 et non dominus capitalis, quia se intromittere non debet, nisi conten-
 tio fuerit de hereditate. Cum autem hæres fuerit infra ætatem, tunc do-
 minus nomine hæredis infra quarentenam, alioquin currit tempus, &
 sequantur dampna, nisi excuset rationabilis causa. ¶ 2. Si autem tota
 dos vacauerit, tunc infra quadraginta dies assignetur ei dos sua legitima,
 et secundum quod ei ad ostium ecclesiæ fuit constituta, secundum
 quod, tunc fuerit culta vel inculta, cum fructibus & redditibus, et om-
 nibus alijs pertinentijs, & nihil refundatur executoribus vel hæredibus
 pro cultura & cura, quia antiquitus solet obseruari, quod sicut vxor do-
 tem suam recipit post mortem viri sui cultam vel incultam, ita post mor-
 tem vxoris, solet restitui hæredi culta vel inculta, quia de bladis & fruc-
 tibus a tenemento non separatis, non habuit vxor testamenti factio-
 nem, sed noua superueniente gratia & prouisione, sicut patet de prou-
 sionibus apud Merton, inter placita quæ sequuntur regem Henricum an-
 no regni sui decimo octauo, poterit vxor de fructibus & bladis, siue a
 solo separata fuerint, siue non testari, & pro voluntate sua disponere. Si
 autem pars dotis vacauerit, et pars non, tunc illam partem quæ va-
 cauerit recipiet, & non vacantem petat per actionem per breue de rec-
 to si voluerit, nisi de consilio ad tempus duxerit abstinentium, ne per
 receptionem partis, sibi præiudicet quantum ad exactiorem residui,
 propter dilationem quæ venire poterit per breue de recto, si aliquod
 inde recipiat, propter verba in breui de dote contenta. s. & vnde nihil ha-
 bet, secundum quod inferius dicitur inter actiones de exceptionibus contra
 petitionem dotis. Cū autem nihil vacauerit, tempore quo vir moritur, sed tota
 hereditas alienata extiterit in manibus aliorum, non habet tenentes necesse stati-
 dotem

Lib. II. De acquirendo rerum dominio.

apertè restituere nisi velit, cum iustam causam habeant resistendi, & vocandi warrentiam suam, nullis vel plures successuè, vsque ad personam hæredis & warrenti vxoris de dote sua, infra quod tempus non tenentur mulieri ad restitutionem dampnorum, vel expensarum. Qui quidem cum warrentiam fuerit, illam dotem restituat mulieri, nisi iustam causam habuerit resistendi, quam si non habuerit, sed resistat per malitiam, omnia dampna restituat mulieri petenti, secundum valorem totius dotis illam continentis a tempore mortis viri sui, et omne interesse, quatenus sua interfuerit dotem suam habuisse, vsque ad diem quo seysinam suam per iudicium recuperauerit, & nihilominus warrentas in misericordia remanebit. Et illud idem erit, si eam dos tota vacauerit, die quo maritus obierit, & nihil fuerit alienatum in vita sua, si vxor se in dote nominatam posuerit, erinde ante assignationem electa fuerit, nec fuerit ei satisfactum sine placito & dilatione, & hoc semper erit tenendum, nisi hæres vel custos iustam causam habeant resistendi. Illud etiam erit, si a tenemento quod ei assignatum est ad quarenteniam suam, ante assignationem dotis eiciatur, infra quarenteniam vel post. Item illud idem, si omnino extra teneatur, quod non habeat ubi caput suum reclinet. Si autem cum tota vacauerit, et hæres contemderet nollet, sed gratis & sine placito ei dotem restituere velit, videndum est quæ sint ei nomine dotis restituenda. Et si de incerta parte fiat dotis constitutio ad ostium ecclesie, de acquisitis scilicet & acquirendis, conueniens erit quod hæres ei assignet in dotem tertiam partem totius liberi tenementi, quod habuit antecessor suus in dominio suo ut de feodo die quo eam deponsoiuit, & ita in dominio & feodo, quod eam inde dotare potuit, et hæc verà sunt, nisi constitutio dotis alio modo, tempore constitutionis ad ostium ecclesie facta fuerit, et quo casu, sequenda erit constitutio, cum de ea constiterit. Integre enim & non per particulas, vel in parte, fieri debet assignatio, scilicet de omnibus terris & tenementis, secundum modum constitutionis. In dominiis, villenagijs, feodis militum, homagijs, et seruitijs liberorum hominum, in aduocationibus ecclesiarum, & secundum quod fuerit nominatim dotata vel non nominatim, cum aduocatione vel sine, & siue ibi sunt plures aduocationes, siue vna, semper in constitutione dotis, et in assignatione erit habenda inde ratio, ut vel vnà ex pluribus retineat, vel quod ei inde aliunde satisficiat ad valentiam, cum aduocationes aliquando non recipiant diuisionem: et semper tenendus est modus constitutionis. Et licet de aduocationibus in constitutione dotis nulla facta sit mentio, nec in assignatione, nec sit in hæreditate nisi vnica ecclesia, cum post mortem viri, in vita vxoris, non debet hæres, de iure, illam conferre sine assensu vxoris. Sed quid si noluerit consentire? hæres qui duas partes habet in præsentatione preferretur, quia quamuis ecclesia magni valoris extiterit, tamè occasione dotis non diuiditur, quia non partitur secationem, et maxime quia ab antiquo diuisa non fuerit. Si autem de aduocatione non sit mulieri aliter satisfactum, videtur prima facie, quod si in vita ipsius ter vacauerit, quod de æquitate, tertiam habere debeat præsentationem. Sed refert ad hoc qualiter sit dotata, et dos ab initio constituta: si autem de tertia parte & non sit nisi vnicum manerium, et vna aduocatio,

uocatio, vel si ibi sint plura maneria, et plures aduocationes, nil petere possit vxor de aduocationibus ratione suæ tertie partis, nisi in ipsa dotis constitutione, vel assignatione, specialiter conuenierit quod aliquid inde habere debeat, et est ratio. Esto quod quis habeat manerium aliquod integrum cum aduocatione ecclesie, et inde partem dederit tertiam vel dimidiam vel minimam vni, et postea alij alteram partem, et sic successiue pluribus vsq; ad vnam acram, vel etiam minimam partem, dum tamen aliquid retinuerit, licet qualibet pars magna siue minima data sit, cum omnimodis pertinentijs suis, donator semper aduocationem integre retinebit, nisi specialiter cum aliqua particula data transferatur, et siue donatio facta fuerit simul et semel, et vna die, vni vel pluribus successiue, & vnde cum tertia pars, vbiq; configurata sit et assignata vxori nomine dotis, nulla facta mentione de aduocatione, nihil transferri potest de aduocatione, ex tali partis constitutione cum tertia parte assignata pro dote, et vnde non poterit vxor aliquid petere de aduocatione, ex tali dotis constitutione, nisi aliter inde specialiter conuenierit in ipsa constitutione vel assignatione, quod tota aduocatio transferatur cum parte assignata. Si autem dotata fuerit de aliquo manerio integro, ad quod pertinuerit aduocatio, cum omnibus pertinentijs suis, sine aliqua retentione vel exceptione, aduocatio transit cum vniuersitate, et ipsa re, cum specialiter retenta non sit nec excepta. Et eodem modo fiet si pro tertia parte fuerit ei aliquod manerium cum pertinentijs assignatum. Item esto quod quis ita dicat in donatione sua, do tali manerio, tale cum omnibus pertinentijs suis, videtur per hec, omnia transferre ad donarium, et aduocationem si ibi fuerit: si dicat postea, excepta tanta terra ad opus meum, cum igitur ab initio totum transferat, & ab illo toto certam partem extra capiat, videtur quod aduocatio non reuertatur ad ipsum cum parte excepta, sed verum est quod debeat cum donario remanere. Si autem sic dicat, do tali tale manerium cum omnibus pertinentijs suis nulla facta mentione de aduocatione, et postea dicat, retenta mihi tanta terra, vel preter tantam terram quam retineo, aduocatio cum parte retenta remanebit donatori, et illud idem erit, salua mihi tanta terra.

¶ 3. Cum autem sic dotata fuerit ut predictum est, de tertia parte cum aduocatione nominati & expressè, vel cum de manerio integro expressè cum aduocatione, vel sine expressione, dum tamen sine exceptione, bene poterit ecclesiam conferre cum vacauerit, & quotiens vacauerit, sed illa dare non poterit loco religioso, vel alibi, antequam vacet, et sit in possessione presentandi, quod magis impediatur presentatio heredis & warranti sui, quod si fecerit, haeres restituatur ad seysinam presentationis sue vel antecessoris sui per assisa, & si presentauerit vxor in viduitate sua post mortem viri qui dotauit eam, vel si nupserit secundo, et ipsi simul desiderint aduocationem loco religioso, vel alicui priuatae persone, per hoc auferetur seysina presentationis suo warranto, et warrantus post mortem vxoris non audietur, nisi tantum super proprietate pro breue de recto, & quo casu donarius warrantum vocabit donatorem, vel eius heredem, & ex cambium consequatur. Sed quid si cum vxor secundum virum suum superuixerit, et aduocationem petat pro breue de ingressu, eo quod viro suo

Lib.ii. De acquirendo rerum dominio.

contradicere non potuit in vita viri, nec finis nec cyrographum interuenit in curia regis; quæritur an audiri debeat? Et videtur quòd sicut de quacunque alia re. Item si cum ipsa petere ceperit per breuè de ingressu, warrantus suus similiter agere incipiat p' breuè de recto, vxor in hoc casu erit præferenda, et si illa obtinuèrit, per hoc ius warranti reformabitur ei, vt eandem seysinam quam vxor habuit, habeat warrantus post mortem vxoris, et si in probatione iuris defecerit vxor, videtur quòd remanere debet actio warranti vsquè ad mortem vxoris, ac si esset, si ipsa per se in viduitate sua post præsentationem, dedisset aduocationem. Et longè aliud est dare ecclesiam, quàm dare aduocationem, quia qui aduocationem dat, transfert ecclesiam, & ipsum ius præsentandi .s. seysinam, cum fuerit in seysina præsentandi. Si autem ecclesiam dederit quis alicui, qui ad præsentationem admittatur, retinet sibi ius præsentandi & seysinam vt ius patronatus, cuicumque sic facta fuerit donatio, p'riuatæ personæ, vel loco religioso, in proprios vsus, vel alio modo. Item esto quòd primus vir, qui dotauit nominatim cum aduocatione vel alio modo, vt prædictum est, in vita sua aduocationem dederit alicui loco religioso, hæres eius cum obierit tenetur aduocationem illam, quam antecessor suus incumbrauit deliberare si possit, vel ei satisfacere ad valentiam si non possit, et si illam vxori deliberauerit, illa poterit ad ecclesiam illam præsentare si vacauerit. Et siue vacauerit, siue non, aduocatio illa post mortem vxoris reuertetur domui religiosæ, propter donum primi viri quòd firmum esse debet. Cum autem de tertia parte dotata fuerit, & tota dos vacauerit, siue in vno manerio siue in pluribus, de nullo quòd de sua natura indiuisibile sit et secationem siue diuisionem nõ patitur, nullam partem habebit, sed satisfaciat ei ad valentiam alibi. Item nec de aliquo quòd de consuetudine diuidi non solet: quia esto quòd vir non haberet nisi vnicum manerium suum, siue illud fuerit caput baronia, vel non, vxori non assignabitur in tertia parte sua, aliquid de capitali mesuagio, ipsa enim nihil capiet de capitali mesuagio, siue vnus sit ibi hæres, siue plures, quia ipsa partem non capit, sicut facit cohæres particeps cum cohærede particeps. Nihil enim capiet de capitali mesuagio, secundum quòd vallatum fuit & inclusum fossato, haya, vel palatio. De hac materia inuenire poterit de termino sancte Trinitatis anno regni regis H. septimo in Com. Essex de quadam Idonea petente dotem. Item nec de aliquo quòd infra claustrum contineatur sicut de Gardinis, Seruorijs vel viuarijs. De hñodi vero si fuerint extraneæ erit inferius dicendum quid iuris. Sed cum nihil capere possit de capitali mesuagio, et ipsa sine mesuagio esse nõ debeat, eligat ipsa de villenagijs honestum aliquod, et quòd cõpetes ei esse videatur & inde se teneat cõtentam. Si autem nullum mesuagium inueniat in villenagio, tunc pvideat ei in loco cõpetenti quædam platea, quæ ei sufficere possit ad mesuagium, ad valentiam tertiae partis .s. in latum & longum, & non ad valentiam edificiorum, & fiat mesuagium de bosco cõmuni. Si autem nullum sit mesuagium de villenagio, nec aliquid in dominico vbi fieri possit mesuagium, tunc de necessitate recurrendum erit ad capitale mesuagium, sicut in Burgagijs ad liberum bancum. Et hæc omnia vera sũt, nisi ab initio, velit hæres ei gratis partem cõcedere de capitali mesuagio, qd' benè licitum erit, cum hæres hoc voluerit.

Item

Item si in eodē manerio, in quo tertia pars erit ei assignanda, fuerint plura capitalia mesuagia, duo, vel plura, ipsa ad minus vnicum habebit, dum tamen hæres electionem habeat. Si autem nominatim, & integrè dotata fuerit, de aliquo manerio, vel qualitercunq; fuerit dotata, si conuenerit inter ipsam & hæredem, quòd habeat manerium aliquod integrè p dote, illud totum habebit cum mesuagio & alijs ptinentijs, nisi aliquid fuerit specialitè exceptum, vel nisi valor excedat dotem rationabilem. Itē cū assignanda fuerit ei tertia pars, facta assignatione de mesuagio, assignetur ei tertia pars, de omni quod vir suus tenuit in dominico, secundum statū presentem in terra arabili, secundūm quod fuerit culta, vel inculta, seminata, vel non seminata, et si fuerit seminata, vel non seminata, nihil dabit pro cultura. Item assignetur ei tertia pars, de pratis, boscis, pascuis, pasturis, et de omnibus alijs commoditatibus, exceptis parcis viuarijs de quibus nihil pcipiet. Nihil enim amplius pcipiat de piscibus & feris in parcis inclusis, quām de animalibus, & ouibus in ouilibus, eò excepto, quòd si piscariæ ibi fuerint, quarum commoditates dependent ex insidijs forrunæ, ibi pcipiet tertiam partem commoditatis, vel tertiu piscem, vel iactum retis tertium, secundūm quod cōuenierit. Item assignanda erit ei tertia pars villenagij, quod est quasi dominicum. Item tertia pars seruitiorū liberorum hominum, et de quibus habebunt custodias & releuia, saluis tamen homagijs, dominis capitalibus. Item habebit heredum maritagia. Item habebit eschaetas siue venerint ppter defectum vel ppter delictū, sed hoc non nisi ad vitam, quia post mortem ptinet ad hæredem: et generalitè omnes commoditates ex dote prouenientes, vxoris erunt quoad vixerit, nisi hoc fortè auferat conuentio specialis. ¶ 4. Assignata dote, libera debet esse dos, nihil enim cōferet vxor de dote sua, ad debita mariti quietanda, quia si peculium mariti nō sufficiat ad debita, quicquid fuerit vltèrius soluendum, hæredem & hæreditatem onerabit. Item hæres tenetur dotem suam defendere & warrantizare, & p ea sequi Comitatus, hundredas, & curias dominorum. Ipsa enim ad alia intendere non debet, nisi vt domui suæ disponat, & vt pueros suos, si qui fuerint, nutriet & educat. Curiam autem suam ppriam habere debet de omnibus placitis quæ ad ipsam ptinent terminandis. Placita verò p breue de recto, placitari debent, & terminari in curia hæredis, & warrenti sui de dote sua, ppter vinculum homagij, quod inter liberos tenentes suos, & warrentū de dote sua, non est dissolutum, et quia ipsa placitum super recto tenere non poterit, cū non habeat nisi liberum tenementum. Item nec pertinent ad ipsam, placita quæ ptinent ad coronam, p iustitia & pace domini regis, quia nullus, huiusmodi placita placitare poterit, nisi hoc eis specialitè concessum fuerit: sicut iusticiarijs domini regis, sicut placitum p breue de recto, visus franci plegij, placita de vetito Namij, si latro fuerit iudicandus, vel si transgressum sit contra assisas domini regis, huiusmodi verò placita non ptinent ad dotem. Alia verò placita quæ ptinent ad dominum feodi, placitare poterit in curia sua.

(··)

Cc.ij.

Hen.

Henrici de Bracton de

Legibus & consuetudinibus Angliæ

Liber tertius. Qui diuiditur in duos tractatus, quorum primus est De actionibus.

(. .)

¶ De actionibus & Quid sit actio. 2. Unde oriatur. Cap. 2.



dictum est suprâ de personis, & rebus, nunc autem dicendum est de actionib⁹, & videndū quid sit actio, et vnde oriatur, et qualiter diuidatur, et qualiter pponatur, et intentetur, et qualiter pposita fundetur, et qualiter fundata probetur, et sciendum quid sit actio. Actio nihil aliud est, quàm ius psequendi in iudicio, quod alicui debetur. Ius autē ponitur, ad differentiam eorum quæ non sunt iuris vel eorum quæ quamuis ius habeant, & actionē, elidi tamen poterint per legitimam exceptionem contrapositam. Vel dicitur ius ad differentiam officij iudicis, quod latissimū est & non est actio. Multa enim expediunt per officium iudicis, quæ non expediuntur iure actionis, et ius non est ipsum officium sed appellari poterit factum. Sed si sit qui quærat cur dicatur quis prosequi per actionem, cum pponat actionem iniuriarum, cum ibi ex officio iudicis summa constituatur. Respondeo, benè poterit dici actio cum agitur ex iniuria, et est ratio, quia habet quærens ius quærendi & petendi si aliquid ei debetur. Si queras quid, Respondeo, id videlicet, quod querens estimauerit. Nam antequam querens in iudicio conquærat, estimare non poterit iniuriam sibi factam. s. quale dampnū sustinuerit, ex qualitate facti & iniuriæ enormitate, quæ quidem estimatio, si iniusta fuerit vel superflua, benè permittitur iudici ex officio suo, summam quam quærens estimauit moderare et minuere, non autem augere, nisi fortè ita sit, quod ille de quo quæritur, gratis se posuerit in voluntatem & gratiam ipsius conquærentis. Et quo casu estimatio & taxatio erit in voluntate conquerentis et aufertur iudici officium & potestas taxandi. Item quod dicitur, prosequendi, hoc autem ponitur ad differentiam exceptionis, qua non persequimur alium, sed magis ab alio prosequuti, nosmet ipsos defendimus, licet in exceptione partes actoris sustineam⁹. Item de eo, quod dicit, in iudicio, hoc etiam ponitur ad differentiam eorum, quæ non in iudicio, sed extra prosequimur, sicut furem nocturnum, vel diurnum, sicut prædonem vel alium, et non licebit vnicuiq; se sine iudicio vindicare, hoc excepto, quod si tales viui capiantur, vita & mors & membrum pertinent ad regem. Item, quod sibi debetur, ponitur ad differentiam criminalium actionum, quibus non solum mihi debitum prosequor, sed cuilibet de populo, propter pacem regis & cōmunem

nem vtilitatem. ¶ 2. Videndum est etiam unde actio oriatur? et sciendū est quōd ex obligationibus præcedentibus, tanquā a matre, filia, Obligatio autem quæ est mater actionis, originem ducit & initiū ex aliqua causa præcedente, siue ex contractu vel quasi, siue ex maleficiō vel quasi. Ex contractu verò oriri poterit multis modis, sicut ex conuentione, per interrogationes & responsiones, ex conceptione verborum, quæ voluntates duorum in vnum trahit consensum, sicut sunt pacta, conuenta, quæ nuda sunt aliquandō, aliquandō vestita, quæ si nuda fuerint, exinde non sequet actio, quia ex nudo pacto non nascitur actio. Oportet igitur quōd habeat vestimenta, de quibus inferiūs dicendum est, et huiusmodi causa ex contractu, vel quasi, semper erit ciuilis. Item nascitur obligatio ex maleficio, vel quasi, & malefictium prouenit ex delicto & iniuria, quæ quidē plures sub se continet species: vt si quis crimen læsæ maiestatis commiserit, homicidium, vel furtum, et huiusmodi: vel quasi ex maleficio, vt si iudex scienter malè iudicauerit, obligatus esse videtur quasi ex delicto, sed quia nec præcisè ex maleficio nec ex contractu obligatus est, & aliquid peccasse intelligitur licet per imperitiam, idcō videtur quasi ex maleficio teneri.

1. ¶ Quid sit obligatio et qualiter contrahatur. 2. Quid est stipulatio. 3. Si fiat stipulatio sub conditione. 4. Facta stipulatione deducitur. 5. Item loca. 6. Quid sit iudicialis stipulatio. 7. Si res plures in stipulationem deducantur. 8. Quis non possit stipulari. 9. Cause quare inuenta fuerunt stipulationes & obligationes. 10. De obligationibus que nascuntur quasi ex contractu. 11. De traditione & iunctura. 12. Per quas personas acquiritur obligatio. 13. Quibus modis tollitur obligatio. 14. Oriuntur obligationes ex delicto vel quasi. Cap. 2.

Quam autem nascantur actiones ex obligationibus, quæ ex contractu, vel quasi substantiam capiunt, et etiam ex maleficio vel quasi, videndum est in primis quid sit obligatio? et qualiter contrahatur? et per quæ verba, et per quas personas acquiritur obligatio, et qualiter dissoluatur & tollatur, et qualiter cum fuerit dissoluta renouetur, et qualiter in aliam personam transfundatur, & qualiter vna obligatio in aliam mutetur. Et primò sciendum, quōd obligatio est iuris vinculum, quo necessitate astringimur ad aliquid dandum vel faciendum, vt si quis ligatus fuerit & astrictus alicui ad aliquid, et ille alijs ei ad aliud contra obligatus. Est enim obligatio, quasi contra ligatio, et quatuor habet species, quibus contrahitur, & plura vestimenta. Contrahit enim re, verbis scripto, consensu, traditione, iunctura, quæ omnia dicuntur vestimenta pactorū. Re autē contrahitur obligatio, veluti in mutui datione, quæ consistit in reb⁹ quæ pondere, numero, mensura sunt: pondere, sicut in rebus quæ ponderantur: numero, sicut pecunia numerata, pondere, ære, argēto, & auro: mensura sicut in vino, oleo, frumēto. Quæ res autē in appendēdo, numerādo, metiēdo in hoc datur, vt statim fiant accipientiū, quā mutuū proprie dicitur id quod ex meo fit tuū, & quandōq; nō eadē res, sed alię eiusdē naturę redduntur creditori. Hijs autē cui res aliqua vtēda datur, re obligatur quæ comodata est, sed magna differētia est inter mutuū & comodatū, quia is qui rem comodatam accepit, ad ipsam restituendā tenetur, vel eius preciū, si forte incen-

incendio, ruina, naufragio, aut latronum, vel hostium incurfu, consumpta fuerit vel deperdita, subtracta, vel ablata. Et qui rem vtendam accepit non sufficit ad rei custodiam, quòd talem diligentiam adhibeat qualem suis rebus proprijs adhibere solet, si alius eam diligentius potuit custodire. Ad vim autem maiorem, vel casus fortuitos nò tenetur quis, nisi culpa sua interuenerit, vt si rem sibi commodatam domi, secum detulerit cum peregrè profectus fuerit, et illam incurfu hostium: vel prædonum, vel naufragio amiserit, non est dubium, quin ad rei restitutionem teneatur. Commodata autem res dicitur ad commodum data, et propriè dicitur commodata, cum nulla mercede accepta res vtenda datur. Gratuitum enim esse debet commodatum, et si merces interuenerit, potius dici debeat locatio & conductio quàm commodatum. Is apud quem res depōnitur, re obligatur, & de ea re quam accepit restituenda tenetur, & etiam ad id, si quid in re deposita, dolo commiserit. Culpæ autem nomine nò tenetur. s. desidie vel negligentie, quia qui negligenti amico rem custodiendam tradit, sibi ipsi, & propriæ fatuitati, hoc debet imputare. Creditor qui pignus accepit, re obligatur & ad illam restituendam tenetur, & cum huiusmodi res in pignus data sit vtriusquè gratia .s. debitoris quo magis ei pecunia crederetur data sit, & creditoris, quò magis ei in tuto sit creditum, sufficit ad illi rei custodiam, diligentiam exactam adhibere, quam si præstiterit, et rem casu amiserit, securus esse possit, nec impediatur creditum petere. ¶ 2. Verbis contrahitur obligatio per stipulationem, est enim stipulatio quædam verborum conceptio, quæ consistit ex interrogatione & responsione, vt si dicatur, promittis? promitto. Dabis? dabo. Facies? faciam. Fide iubes? fide iubeo. Et omnis talis stipulatio, aut fit purè, aut in diem, aut sub conditione: purè, vt si dicatur, tantam pecuniam dare spondes? Sine aliqua adiectione diei vel conditionis, pecunia illa statim peti poterit. Sed si dies adijciatur, quo solui debeat, statim debetur, sed peti non poterit ante diem, nec etiam eo die, quia totus is dies relinquitur arbitrio soluentis, nec vero certum erit eo die solutum non esse, priusquam dies præterierit, nec eodem modo rectè petet quis si quis hoc anno, vel mense, dare stipulatus est, nisi omnibus partibus præteritis anni vel mensis. Eodem modo si quis hominem vel fundum stipulatus fuerit, non rectè petet, antequàm tantum spacium præterierit, quòd tradi possit. ¶ 3. Fit aliquando sub conditione stipulatio, vt si dicatur, si Titius consul factus fuerit, tantam pecuniam dare spondes. Et notandum quòd in conditionali stipulatione, tantum spes concipitur & conditiones quæ ad præteritum vel ad præsens tempus referuntur, aut statim infirmant obligationem, aut omninò nò differunt, vt si dicatur, si talis vixerit, vel consul factus fuerit dare spondes, nam si ita non fuerit nihil valet. Si autè res ita se habeat, statim valet, quia ea quæ p rerum naturam certa sunt statim, non viciant obligationem, quamuis apud nos incerta fuerint. ¶ 4. Facta autem in stipulationibus deducuntur, vt si facta fuerit stipulatio, aliquid fieri, vel non fieri, quo casu, optimum erit poenam adijcere, ne quantitas stipulationis sit in incerto, vel necesse sit actori probare, quid eius intersit, & tali modo adijciatur poena. Et si hoc

hoc factum non fuerit vel non erit, tunc nomine poene tantum dare spondeo. Item si de vna resenserit stipulator, et de alia promissor, non valet, non magis quam si ad interrogatum non esset responsum. Item non valet, si quis ita stipuletur, quod quis homicidium perpetret vel furtum vel huiusmodi. ¶ 5. Item loca deducantur in stipulationem, ut si dicas, existens Oxoni hodie Londoni dare spondeo: talis stipulatio erit inutilis, nisi tempus adijciatur, quo fieri possit id quod deducitur in stipulationem, quia omnino erit impossibile, ac si quis rem promitteret quae in rerum natura non esset, vel esse non posset, vel si rem sacram vel publicam, quae non est in alicuius bonis. Item si quis stipulatus fuerit, qui alium daturum vel futurum promiserit quam eum qui in potestate sua extiterit, vel si quis ad ea quae interrogatus fuerit non responderit, nec secundum quod interrogatus fuerit, ut si quis decem aureos dari stipuletur, et alius quinque promittat, vel si vnus pure, et alius sub conditione, stipulatio non valebit. Item erit inutilis si quis ita stipulatus fuerit: si naus venerit de Asia hodie, dare spondeo. Quia praepostero concepta est, tamen licet praepostera fuerit, non erit reiicienda. Item non valebit, si impossibilis adiecta fuerit conditio, cui natura in impedimento fuerit quod existat. Veluti si dicat, si coelum digito tetigero, dare spondeo: si autem sic, si coelum digito non tetigero, tunc valet, quia pure facta est, et statim peti poterit.

¶ 6. Iudicialis autem esse poterit stipulatio, vel conuentionalis: iudicialis quae iussu iudicis fit vel praetoris. Conuentionalis, quae ex conuentione vtriusque partis concipitur, nec iussu iudicis vel praetoris, et quarum eorundem sunt genera, quorum poenae rerum contrahendarum, de quibus omnibus omnino iura regis se non intromittit, nisi aliquando de gratia.

¶ 7. Si cum tres plures in stipulationem deducantur, promissor simpliciter respondeat, sic dare spondeo, propter omnes tenetur. Et si vnam rem tantum, ex pluribus se daturum promiserit, vel quasdam, obligatio in ijs contrahitur pro quibus responderit. Ex pluribus enim stipulationibus, vna vel quaedam videntur esse perfectae, & cum plures sint res, ad singulas respondere debet. ¶ 8. In fine autem videndum, quis non possit stipulari nec promittere, ut sciri poterit quis possit stipulari: et sciendum quod mutus nec stipulari potest nec promittere, cum loqui non possit, nec verba stipulationi congruentia profert, quod quidem in surdo exceptum est, quia is qui stipulatur, verba promittentis, & is qui promittit, verba stipulantis audire oportet, nisi sit qui dicat, quod hoc facere possunt pro mutis, vel pro scripturam. Nec dicitur hoc de eo qui tardius audit, sed de eo qui non omnino exaudit. Et quod pro scriptura fieri possit stipulatio & obligatio videtur, quia si scriptum fuerit in instrumento aliquem promississe, pinde habetur, ac si in interrogatione praecedente responsum sit. Furibus autem stipulari non potest, nec aliquid negotium agere, quia non intelligit quid agit. Eodem modo nec infans, vel qui infanti proximus est, & qui multum a furioso non distat nisi hoc fiat ad commodum suum & cum rationis auctoritate. ¶ 9. Inueteratae sunt huiusmodi stipulationes & obligationes, ad hoc, quod vnusquisque habeat & sibi acquirat, quod sua interest, si contra ea agat quae in stipulatione deducuntur. Et si res in stipulatione deducta alij deur, nihilominus interoret stipulatoris, quia

quâ ille qui promisit, tenebitur ad interesse, vel ad pœnam si pœna fuerit in stipulationem deducta. Per scripturam vero obligatur quis, ut si quis scripserit alicui se debere, siue pecunia numerata sit, siue non, obligatur ex scriptura, nec habebit exceptionem pecuniæ non numeratæ contra scripturam, quâ scripsit se debere, et non solum obligatur quis per verba, sed per scripturam, et per litteras, non ut litteræ quidem ipsæ vel figura literarum obliget, sed oratio significatiua quam exprimunt littere, sed vtrumq; cooperatur ad obligationem, oratio significatiua simul cum littera. Contrahitur etiam obligatio non solum scripto et verbis, sed & cōsensu, sicut in contractibus bonæ fidei, ut in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, et mandatis, et idè dicuntur obligationes huiusmodi contrahi ex consensu, quâ nec scriptura, nec præsentia semper est necessaria. Et notandum, quòd in his contractibus nominatis, vterq; obligatur alteri, s. in mutuo vel in literarum obligatione & alijs casibus pluribus, sicut in commodato & deposito & alijs huiusmodi. Et si nò a principio, tamen postea potest vterq; incipere alteri obligari, vel ratione expensarum et huiusmodi. ¶ 10. Dictum est supra de obligationibus quæ nascuntur ex contractu, nunc autem dicendū est de obligationibus quæ nascuntur quasi ex contractu. Et sciendum, quod quasi ex contractu nascuntur actiones, sicut negotiorum gestorum, tutelæ, cōmuni diuidendo, familiæ heriscundæ, actio ex testamento, condictio indebiti, et huiusmodi. ¶ 11. De traditione fiat ut supra in titulo de donationibus. Iuctura, ut si plura pacta de eadem re deducantur in stipulatione, possunt plura pacta in stipulatione deduci sicut plures res, et si incontinenti adiiciantur etiam in initio contractus, insunt contractibus, & legem dant eisdem, et contractus informant. Si autem ex internallo nò sit, ut si primo pactum interuenerit ne peteret, et postea de eadem re ut peteret, primum pactum per posterius eliditur, non quidem ipso iure, sed opere exceptionis. ¶ 12. Videndum etiam est per quas personas acquiratur obligatio, et sciendum quòd per procuratores, et per liberos, quos sub potestate nostra habemus, et per nosmetipsos, et filios nostros, & per liberos homines seruiantes nostros, ex duabus causis, s. ex operibus suis, et re nostra acquiratur obligatio: item per seruos proprios vel communes, vel in quibus vsum fructum habemus, vel alios quos bona fide possidemus, dum tamen nomine nostro fuerint stipulati. ¶ 13. Videndum etiam quibus modis tollitur obligatio, et sciendum, quòd tollitur quando, quæ per exceptionem multipliciter, ut si quis petat, et alius doceat se soluisse. Item ratione pacti, ut si prius conuenit ut peteret, postea ne peteret. Item per exceptionem doli, vel metus, ut si extorta fuerit obligatio per dolum vel per metum. Item per exceptionem rei iudicatæ, ut si per iudicium recessum sit ab obligatione. Item per exceptionem iuris iurandi, cum delatum fuerit iusiurandum vel relatum et postea iuratum. Item per exceptionem præscriptionis propter defectum probationis, quâ sicut tempus est modus inducendæ obligationis, ita et tollendæ per dissimulationem et negligentiam, et per consequens actionis quæ sub certis temporibus limitatur, currit enim tempus contra desides & sui iuris contemptores.

tempores. Item tollitur morte alterius contrahentium, vel vtriusque, maxime si fuerit poenalis, vel simplex, si autem duplex. s. poenalis & rei persequutoria, in hoc quod poenalis est tollitur, et non extenditur contra heredes, nec datur heredibus, quia poena tenet suos authores, & extinguitur cum persona. Item tollitur cum sic sit extincta, quod nullae remaneant eius reliquiae, sicut per veram solutionem, quia soluto eo quod debetur, omnis tollitur obligatio, siue ipse soluat qui debeat, siue alius pro eo, siue debitor scienter, siue ignorate, et eo etiam inuito. Item si reus soluerit, fideiussor liberatur, et e contrario. Item per acceptilationem, quae dicitur imaginaria solutio, ut si dicatur: Omne quod tibi debui ex quacumque causa habesne acceptum? et respondeatur, vel scribatur, habeo, acceptumque fero. Et in partem debiti poterit acceptilatio fieri, sicut in toto, & possunt omnes res quae aliqua ratione in stipulatione deducuntur, tolli per acceptilationem, et eodem modo quo tolluntur per acceptilationem obligationes, ita poterunt renouari, et deduci in aliam obligationem plures & unam, ut si pro pluribus debitis, causis, & obligationibus, progiittatur certa summa pecuniae. Item per nouationem, ut si transfusa sit obligatio, de vna persona in aliam, quae in se susceperit obligationem: Interuentu enim nouae personae noua nascitur obligatio, & prima tollitur, sicut de constituta, ut si quis in se susceperit alterius obligationem. Item si ab vna persona transfusa sit in aliam, quae obligari non possit, amittitur, ut si in personam minoris a persona maioris. Item in nouatione interuenire poterit fideiussor & poena. Item sub conditione, ut si secundus bene soluerit, alioquin durat prima. Item per confusionem, ut si massa confusa fuerit cum alia, ita quod non appareat. Item per interitum rei & speciei. Item solutione, tamen notandum quod praedicta vera sunt si corporale erat, quod deductum fuit, in obligationem: Si autem incorporale, sicut seruitus, vel aliud ius quod est incorporale, non poterit inde fieri solutio, cum res incorporalis traditionem non patitur. Videtur tamen quasi traditionem fieri, per cotidianam patientiam, & per usum. Et in summa notandum, quod eisdem modis dissoluitur obligatio, quae nascitur ex contractu vel quasi, quibus contrahitur. Re, ut si res petiti restituatur: verbis, ut si fiat in contrarium, et contrariis verbis. Scripto, ut si conscripserim me debere, scribat creditor se accepisse. Consensu, ut si communiter consensus fuerit ex utraque parte, recedatur a contractu per communem dissensum vtriusque, et non alterius tantum. Traditione, ut si res tradita retradatur. Iunctura, ut si fiat contrarium. ¶ 14. Oriuntur etiam obligationes ex delicto vel quasi, ex maleficio vel quasi: delicta vero, & maleficia, ex dictis & factis praecedentibus, quae quidem distinguuntur quo animo fiant, & qua voluntate, voluntas enim & propositum distinguunt maleficia, secundum quod inferius dicitur. Ex maleficijs autem procedunt crimina maiora vel minora, sicut crimen lese maiestatis, homicidia, furta, et rapinae, & alia plura, de quibus inferius dicitur. Item quasi ex maleficio transgressiones, siue praesumptiones, ut si iudex scienter male iudicauerit, et huiusmodi. Item ex maleficio vel delicto procedunt iniuriae & transgressiones. Iniuria autem dici possit omne illud, quod non iure fit. Transgressio autem, cum modus & mensura non seruetur. Et in

ijs casibus, cōsiderandum est quo animo, quae volūtas quid fiat, in facto vel iudicio, vt p̄inde sciri possit quae sequatur actio, & quae poena. Tolle enim voluntatem, et erit omnis actus indifferens, quia affectio tua nō me imponit operi tuo, et crimen non contrahitur, nisi nocendi volūtas intercedat, nec furtum committitur, nisi ex affectu furandi. In ijs autē delictis siue maleficijs, obligatur ille qui delinquit, ei cōtra quem delinquitur, nec dissoluitur obligatio quoad poenam, nisi morte vtriusq; vel alterius. Poena vero non transgreditur personam delinquentis, non enim debet poenam sentire, qui in culpa non fuit, iuxta illud. Poena potest demi, culpa perennis erit.

1. ¶ De prima diuisione actionum. 2. Quae sunt actiones personales. 3. Quae sunt actiones in rem de re immobili. 4. Quae sunt in rem de re mobili, et quod oportet opponere precium de re petita. 5. Quae sit actio mixta. 6. Quid quaedam concepta sunt in simplicium et s̄. 7. De actionibus civilibus in re. 8. De actionibus civilibus in personā qualiter nascuntur. 9. De possessoris hereditatis petitione, quae dicitur assisa nona discussina. Cap. 1.

Dictū est supra quid sit actio, & qualiter de obligationib' oriatur: nūc autē vidēdū qualiter diuidatur. Et sciēdū, q̄ omniū actionū, siue plāctorū (vt inde vtatur æquinoce) haec est prima diuisio, q̄ quaedā sunt in re, quaedā in p̄sonā, & quaedam mixtę. Itē earū quae sunt in personam, alia criminalia, & alia ciuilia, secundū quod descēdunt ex maleficijs vel contractibus. Itē criminaliū, alia maior, alia minor, alia maxima, secundū criminum quātitatem. Sunt enim crimina maiora, et dicuntur capitalia, eō quod vltimū inducunt suppliciu, vel truncationem membrorum, vel exilium perpetuum, vel ad tempus. Minora verò quae fustigationē inducunt, vel poenam pilloralem, vel tumboralem, vel carceris inclusionem, quandōquē cum infamia, quandōq; sine, secundū quod fuerit talis aut talis. Ictus enim fustium infamiam non irrogat, sed causa propter quā id plesti meruit. Item earum quae sunt in personam & quae ex delicto oriuntur, vel quasi, sicut actio iniuriarum, de qua ciuilitè agitur, quaedam maior est, & quaedam minor. Est autem atrox iniuria, & est leuis, et secundū hoc sequitur p̄na, maior vel minor, iuxta illud. Quod tamen admissum, quae sit vindicta docebo. Nec debet p̄na ad alios extendi quā ad suos authores, nec vltius progredi quā se extendit delictum. Itē poterit iniuria sub se continere transgressionem, vt si quid praesumatur contra statuta regis & regni, excedendo modum & mensuram, vel faciendo citra debitum, videlicet minus quā deberet, per malitiam & fraudem, negligentiam & omissionem. Item sunt actiones in personam ciuiles, quae oriuntur ex cōtractu vel quasi, vt supra dictum est. Vt vbi quis alteri tenetur ad aliquid dandū, vel faciendū, ex aliqua causa praecedente. Et notādū q̄ nulla actio ciuilis in p̄sonā ciuile criminalitè potest nec debet intētari, vnde oportet q̄ iudex in qualibet actiōe tali, factū & initiū diligenter examinet, et secundū hoc p̄cedat actio ciuilitè, et si vtraq; pars voluerit criminalitè agere in ciuili, vt si quis actionē institueret cōtra aliū criminalitè cum sit ciuilis, et diceret q̄ per feloniam excussisset puluerē de capa sua, vel quid tale, & hoc parat' esset difrationare, iudex factum examinando & cau-

et causam, deberet pronuntiare appellum esse nullum, & causam civilem, & non criminalem. Et hoc, etiam si appellatus paratus esset per corpus suum defendere, & etiam si per imperitiam esset inter eos duellum variatum, deberet deuari per iudicium. Sed restat querendum, utrum talis ulterius ad civilem actionem habere possit regressum, vel non. Cum autem actio fuerit merè criminalis, institui poterit ab initio criminaliter, vel civiliter, sed cum criminaliter, fuerit semel instituta civiliter, queritur an accusans mutare possit & agere criminaliter, & e contrario. Dicunt quidam quod a criminali descendere non poterit ad civilem, minuendo, sed a civili ad criminalem augendo, quibuscum ego non assentior, cum in hoc casu admitti non deberet variatio. ¶ 2. Personales verò actiones sunt, quæ competunt contra aliquem ex contractu, vel quasi: ex maleficio, vel quasi: cum quis teneatur ad aliquid dandum, vel faciendum, et locum habet aduersus eum qui contraxit, & heredem suum, nisi fuit pœnalis, & dicuntur actiones naturæ, eò quod nascuntur ex contractibus, et omnes ferè personales actiones sunt ex contractu, sicut murui, commodati, depositi, mandati, ex empto, vendito, locato, & conducto. Personales vero actiones quæ nascuntur ex maleficio, aliæ persequuntur pœnam tantum, ut actio furti, aliæ verò persequuntur ipsam rem & pœnam, sicut actio vi bonorum raptorum, et ita sunt duplices, eò quod sunt rei persequutoria, et pœnæ, et ita tam in rem, quam in personam, & cum sint vno modo rei persequutoria, competunt contra omnes qui possunt restituere, siue ille possideat qui spoliavit, siue alius. Secundum verò quod fuerint pœnales, non persequuntur nisi tantum auctores delicti, et quandoque, competunt versus unum qui deliquit, cum possit restituere, cum sint coniuncte in vna persona, et quandoque versus duos, vel plures, cum sint disiuncte, & bifurcata, cum ille qui deliquit non possideat, nec restituere possit, nec ille qui possidet non deliquerit, sed restituere possit. Item illarum quæ sunt in personam ex maleficio, vel quasi: quædam sunt criminales et quædam civiles. Criminalium quædam maiores, quædam minores, et civilium eodè modo, secundum quod superius in parte tangitur. ¶ 3. Actiones verò in rem sunt, quæ dantur contra possidentem, qui nomine proprio possideat ex quacunque causa, & non alieno, quia habet rem, vel possidet quæ restituere possit, vel dominum nominare: ut si quis petat ab alio rem certam, fundum aliquem, vel terram, et se contendat habere ius & inde esse dominum, et persequatur rem illam, et non eius pretium, nec ius estimationem, nec tantumdem quod sit eiusdem generis, & sic res corporalis immobilis, quæ petitur ex quacunque causa versus aliquem, qui nullo iure personali obligatus est. Et per hoc quod petens rem petram intendens esse suam, actionem instituerit versus tenentem, et tenens negauerit, in rem erit actio, siue placitum, et hoc siue proprio nomine petat, siue ratione rei, quam ipse possidet, sicut viri religiosi vel rectores, nomine ecclesiarum suarum, vel alij nomine alicuius vniuersitatis, sicut in rem communem, et hoc etiam siue principaliter petat ipsam rem, siue ius quod rei adhaereat sine tenemento, et quod a tenemento separari non possit, ut si quis petat aduocationem alicuius ecclesie, vel communiam pasture, vel quod liceat ei ire, vel agere,

Dd.ij.

vel

vel quid tale quod consistit in iure, in rem erit placitum, siue actio: quia huiusmodi iura omnia sunt res incorporales, et quasi possidentur, et in- sunt corporibus, et acquiri non possunt nec retineri sine corporibus qui- bus insunt, nec haberi aliquando sine corporibus ad quæ pertineant. ¶ 4. Dicitur est supra si res sit immobilis quæ petatur, nunc cum sit res mobilis quæ petatur, sicut Leo, Bos, vel Asinus, vestimentum, vel aliud quod con- sistit in pondere, vel mensura. Videtur prima facie quod actio siue placi- tum esse debeat, tam in re, quam in personam, eo quod certa res petitur, et quod possidens tenetur restituere rem petitam, sed reuera erit in per- sonam tantum, quia ille a quo res petitur, non tenetur precise ad rem res- tituendam, sed sub distinctione, vel ad rem, vel ad precium, et soluendo tantum precium liberatur, siue res appareat, siue non. Et ideo si quis rem mobilem vendicauerit ex quacunque causa ablatam, vel commodatam, de- bet in actione sua definire precium, et sic proponere actionem suam. Ego talis peto, quod talis restituat mihi, talem rem, talis precij: vel conqueror quod talis mihi iniuste detinet, vel robbauit, talem rem, tanti precij, alio- quin non valebit rei mobilis vendicatio, precio non appposito. Idem erit si res mobiles petantur, quæ consistunt in pondere, numero, vel mensura, sicut massa, pecunia, vel triticum, vel aliæ quæ in liquido consistunt, sicut vinum & oleum, quo casu si huiusmodi res petantur, sufficit si implacita- tus tantundem restituat quod sit eiusdem ponderis, numeri, generis & mensuræ, et unde quia non compellitur precise ad rem quæ petitur, erit actio in ipsam personam cum implacitatus per solutionem tantundem pos- sit liberari. ¶ 5. Est autem actio mixta, tam in rem quam in personam, et ideo sunt mixtæ, quia mixtam habent causam ad vtrumque, sicut est di- uisio hereditatis inter cohæredes participes, vel de pro parte fororū. Vel alio modo de parte, secundum quod res fuerit diuidenda, ratione per- sonarum, vel ratione rei, vel vtriusque. Et eodem modo si res diuidenda fuerit inter vicinos & non cohæredes, vel si distinguendi sint fines agro- rum, inter vicinos, et Baronias, per rationabiles diuisas, vel per pambu- lationem, in quibus casibus, huiusmodi actiones videtur esse mixtæ tam in rem, quam in personam, cum quilibet sit eorum actor & reus, actor ta- men dici poterit ille, qui prius ad iudicium prouocauerit, et ita com- paratæ sunt quædam actiones sola gratia rei persequendæ, vel sola gratia pœ- næ persequendæ, et sic sicut simplices vel gratia vtriusque, et sic sunt du- plices, vel tam in re quam in personam, et sic sunt mixtæ, in re ratione rei prin- cipalis, in personam gratia personarum præstationū. Item mixta esse po- terit & mixtam causam habere, secundum quod fuerit rei persecutoria & pœnalis, et ita erit quælibet actio in rem, persequitur enim rem ipsam et pœnam, propter iniustam detentionem. Et eodem modo de actione in rem & in personam, et ita possit esse mixta & mixtam habere causam que- libet criminalis & civilis, siue oriatur ex maleficio vel quasi. Sunt quæ- dam quæ aliquando fiunt perpetuæ & durare solent sine temporis præsi- nitione, hodie verò ferè omnes, infra certa tempora limitantur, pro de- fectu probationum, et sic sunt temporales, secundum quarundam actio- num diuersitates. Ferè dico, propter res, quæ de iure gentium pertinent ad co-

ad coronam, propter priuilegium regis, sicut de rebus quæ in nullius bonis sunt, nec habent dominum. Item de rebus, et libertatibus, et dignitatibus, quæ pertinent ad dignitatem domini regis, et coronam, et in quibus casibus nullum tempus currit contra ipsum si petat; cum probare non habeat necesse, & sine probatione obtinebit, si implacitatus warrētum non habuerit, nec specialem libertatem, quia se ex longo tempore non defendet. Si aliqua verò sunt actiones quæ ex quacunque causa dētur in hæredes vel contra, dici poterunt transitoria; eò quod transeunt ad hæredes vel contra. ¶ 6. Item actionum, quædam conceptæ sunt in simplum, quædam in duplum, quædam in triplum, quædam in quadruplum; et ita competere poterunt versus vnicam personam, vel plures, et secundum quod fuerint rei persecutoria; vel pænè. Item ex vno delicto plures oriri poterunt actiones, contra vnum vel plures, et quoadquæ, vna actione poterunt terminari omnes. Item plures competere poterunt actiones alicui contra alium; quarum vna erit præiudicialis et præambula, et prius terminanda. Item in vno libello, possunt duæ contineri actiones, quarum vna in personam; alia verò in rem; et quarum quælibet simplex erit per se. Item actionum quædam directa, quædam indirecta, quædam contraria. Item quædam vulgaris, quædam generalis, quædam singularis. Item quædam communis, quædam propria, secundum quod, res quæ petitur communis erit vel propria. Item earum quæ sunt in rem, quædam prodite sunt super ipsa possessione, et quædam super ipsa proprietate, est enim possessio rei et proprietas. ¶ 7. Actiones autem ciuiliū & in rem, sicut rei vindicatio, alia confessoria, alia negatoria: confessoria, cum dicat quis, aliquam rem corporalem esse suam, sicut hunc seruum, hunc fundū, hunc æquum, hanc vestē. Item in rem, quædam recuperandæ possessionis causa, quædam adipiscendæ, et quædam retinendæ. Recuperandæ, hoc est scylinæ propriæ prius habitæ, p assisam nouæ disseylinæ: adipiscendæ, hoc est aliene, videlicet alicuius antecessoris, Retinendæ, sicut interdicta, ne quis alteri vim faciat. Item quandoq; gratia recuperandæ tam possessionis q̄ proprietatis simul. Itē quandoq; causa recuperandæ possessionis quam quis ei concessit ad terminū vitæ, vel annorū. Item confessoria est, qua dicis tibi ius esse eundi p fundū vicini tui, aquæue ducendi, eo iniurto, et hñodi. Et hæc actio in rem idè dicitur quia rem tuam incorporalē petis. s. ius eundi p fundū, et idè confessoria dicitur, quia constituta est verbis affirmatiuis. Actio verò negatoria est, quam dominus fundi intendit aduersus te solito euntem per fundum suum, dicens, tibi non esse ius ire per fundum suū. Et hæc actio dicitur in rem, quia dominus fundi in hoc, suam vindicat libertatem. Et huiusmodi actiones non competunt de dominio rei, sed de iure prædiorū. ¶ 8. Item actionum ciuiliū in personam, ex contractu vel quasi quædam nascuntur ex pacto. Ex quasi contractu nasci dicuntur, quæ nec omninò ex pacto, nec omninò ex maleficio, sed tamē maiorem cum pactis habent affinitatem, q̄ cum maleficijs. Ex maleficijs nascuntur actiones, quib⁹ delicta hominū coercentur, sicut cōdictio rei furtiue, actio vʒ bonorū raptorū, actio legis Aquiliæ, et iniuriarū. Ex quasi maleficio, nascuntur actiones que

nec

nec ad pacta accedunt nec propriè ad maleficia, sed similia sunt maleficijs q̄ pactis. Ex contractu, & obligatione oriuntur actiones, secundùm quod superiùs dictũ est, aliæ re, aliæ verbo, aliæ litteris, aliæ consensu. Re, vt conditio certi de mutuo. Conditio autem certi cõpetit ex omni causa, & obligatione, ex qua quid certũ petitur, siue ex contractu certo, vel incerto. Causæ verò huiusmodi actionũ sunt quatuor cõtractũ superiùs nominati, de quibus superiùs dictum est, in titulo de donationibus. Vt do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias. Itẽ est petitoria hæreditatis actio, et competit illis, quibus ius merum descendit ab antecessoribus, sicut hæredibus propinquiõibus. ¶ 9. Possessoria verò hæreditatis petitio est de possessione propria, et quæ dicitur actio vnde vi, per quam restituitur spoliato, sua possessio, et dici poterit assisa nouæ disseysinæ. Itẽ dicitur possessoria petitio, de possessione aliena, sicut alicui antecessoris, de aliquo tenito de quo antecessor obiit feysitus vt de feodo, quæ dicitur actio quorũ bonorũ, siue Assisa mortis antecessoris.

¶ Cui competant actiones quæ oriuntur ex maleficijs, et contra quẽ. 2. Cui actio iniuriarum competit et contra quẽ. 3. Cui actio q̄ metus causa, et contra quẽ. 4. Cui et contra quem competit interdictũ q̄ vi aut clam. 5. Cui et contra quem competit interdictum de itinere actusq̄, priuato. 6. De interdicto quorũ bonorũ. 7. Alia diuisio actionum si plures competant super vna re et vna fuerit electa. 8. Si quis se retraxerit ab vna cum fuerit electa. 9. Actionum tertia diuisio. Cap. 4.

Item videndum cui competant actiones quæ ex maleficio oriuntur, & contra quẽ. Et sciendũ q̄ actio furti, siue condictio, domino rei competit, cõtra furẽ, et eius successorem, et contra quẽlibet detentorẽ. Actio vi bonorũ raptorũ, de rebus mobilibus vi ablatis, siue robbatis, datur domino rerum, vel de cuius custodia surreptę sunt, & qui intrauit in solutionem erga dominum suum, ita q̄ eius interfit agere. Actio vero legis Aquiliæ de hominibus per feloniam occisis, vel vulneratis, dabitur ppinquiõibus parentibus, vel extraneis homagio vel seruitio obligatis, ita q̄ eorum interfit agere. ¶ 2. Actio verò iniuriarum, cõpetit ei qui cõtumeliã vel iniuriam passus est, contra eũ qui iniuriam intulit, vel pulsauit, verberauit, & malè tractauit, et in qua iudex eum tanti condẽpnabit, quanti actor dixerit se nolle iniuriam sustinuisse, adhibita tamen per iudicem taxatione. ¶ 3. Actio, quòd metũ causa, datur ei, qui probabili metu coactus, rem suam tradidit, vendidit, vel promisit, versus eum qui metum intulit. Et dicitur metus probabilis, qui in virum constantem cadere posset, et non in hominem meticulosum. Actio de dolo competit ei, contra quem dolus committitur. Actio verò siue interdictũ, vnde vi. s. quod duplex est, scilicet rei restitutoria, et poenalis, datur contra eum, qui vi deiecit, & datur ei, qui vi deiectus est, ad restitutionem possessionis rei immobilis, qua quis vi deiectus est, et quo casu duplex est in persona deiectoris secundùm quod inferiùs dicetur, in Assisa nouæ disseysinæ, & in qua nec mortalitas, nec casus fortuitus liberat deiectorem. ¶ 4. Actio siue interdictum, quòd vi aut clam, datur aduersus eum, qui in solo vel fũdo alterius nouum opus manu factum construxit, vel destruxit, & se occultauit ne

uit ne sibi prohiberetur, et qui talia construxit vel destruxit, per hanc actionem compelletur, ut id quod fecit, in pristinum statum, suis sumptibus reponat, ut res sit sicut solet esse & debet. Huiusmodi vero actiones siue interdicta, non dantur heredibus nec in heredes, in eo quod penalia sunt sed dantur in eo quod sunt restitutoria. ¶ 5. Actio vero siue interdictum, de itinere actuque privato, datur aduersus eos, qui iniuste aliquem prohibent uti sua seruitute. Ait enim praetor, quod itinere actuque privato agitur, vel via hoc ano, vbi nec vi, nec clam, nec precario ab aduersario, visum est. Quod minus ita utatur, vim fieri veto. Et haec omnia interdicta ex maleficio oriuntur. ¶ 6. Est etiam interdictum siue actio quorum bonorum, quae non oritur ex maleficio, sed ex quasi contractu, et datur heredibus propinquioribus de seysina mortis antecessorum, et datur aduersus quoslibet possidentes. ¶ 7. Actionum autem civilium, quae sunt in rem, aliae datae sunt super ipsa possessione, aliae prodita super ipsa proprietate, Et si super eadem re vni petenti competat plures actiones, sicut assisa nouae disseysinae mortis antecessoris super possessione, et breue de ingressu, et breue de recto super proprietate, simul et semel omnibus uti non poterit, sed vnam eligat quam voluerit, & vna electa, nunquam habebit regressum ad alias, pendente illa, quae ad aliam recurrat, impetratio de secunda non valebit. Si vero, quocumque modo, ab incepta recesserit, per licentiam vel iudicium, in proponendis actionibus hunc ordinem obseruabit. Si enim ab assisa nouae disseysinae recessum fuerit, statim habeatur recursus ad assisam mortis antecessoris, si competat, et postea ad breue de ingressu, et ad vltimum ad breue de recto, et ita ascendendo de possessione usque ad proprietatem, sed non econtrario descendendo, quia nunquam de breui de recto fit descendus ad alia breuia inferiora, quia qui semel egerit per breue de recto, totum ius, tam super possessione quam super proprietate deducit in iudicium secundum quod videri poterit infra, vbi tractatur de breui de recto. Nunquam enim a causa proprietatis fit descendus ad causam possessionis, nec postquam semel actum fuerit de seysina antecessoris, non possit quis agere de seysina propria per assisam. ¶ 8. Cum autem ab actione in rem, quis semel recesserit vel ab actione se retraxerit, vel iudicium contrarium habuerit, nunquam ad eandem redire poterit, cum semel actio extincta non reuiuiscit. Si autem ex quacunque causa a breui se retraxerit pro aliquo defectu, et non ab actione, aliud erit. ¶ 9. Item actionum, quaedam praedialiter, quae oriuntur ex incidentibus questionibus vel emergentibus, in quibus quaeritur utrum aliquis sit ingenuus vel libertinus, et si libertinus, liber, vel seruus: filius an non, et si filius, utrum legitimus vel bastardus et huiusmodi, et dicuntur praedialiter, quia prius iudicantur quam actio principalis. Et ut per hoc remaneat principalis vel procedat in quacumque causa tam incidenti vel emergente, ut si incidat conuentio siue pactum, res iudicata vel finis factus vel alia quaeuis exceptio.

¶ Vbi terminari debent actiones criminales.

Cap. s.

¶ Vbi

Vbi terminari debeant actiones criminales, vel placita videndum. Et sciendum, quod si actiones criminales sunt in curia domini regis debent terminari, cum sit tibi pena corporalis infligenda, & hoc coram ipso rege, si tangat personam suam, sicut crimen lese maiestatis, vel coram iusticiarijs ad hoc specialiter assignatis, si tangat personas priuatas. Vita vero, & membrum hominum sunt in manu dñi regis, vel ad tuitionem, vel ad poenam cum deliquerint, nisi ita sit forte, quod aliquis gaudeat speciali libertate, quod habeat Toll & Tem &c. vt infra. Ad dominum Regē & coronam suam pertinet, cognoscere de crimine lese maiestatis: vt de herese, vel seditione personæ suæ, vel regni, vel exercitus sui. Item crimē falsi, quod sub se continet plures species, et multipliciter fieri poterit, vt si quis falsauerit sigillum domini regis, vel falsam monetam fabricauerit, vel denon non reprobam reprobam fecerit, vel si quis falsario consenserit scienter. Item occultatio thesauri iuuenti fraudulosa, placitum de pace domini regis fracta, et ista grauiora sūt crimina & maiora, quia principaliter tangūt personā ipsius regis. Sunt etiā crimina aliquātulum minora, sed quod in parte tangunt ipsum regem propter pacem suam infractam, in parte priuatas personas, contra quas delinquitur, sicut crimen furti, crimen roberie contra pacem, & plagarum. Item crimen homicidij, siue sit casuale vel voluntarium, licet eandem poenam non contineat, quia in vno casu rigor, et in alio misericordia. Item crimen incendiij, nequiter facti. Item raptus virginis, vel sanctimonialis, vel matronæ honeste viuentis. Item crimē roberie & imprisonamenti, contra pacem. Item de libero homine imprisonato, quarum omnia, poenam corporalem infligunt, et secundum quod fuerint maiora vel minora, grauem inducunt poenam vel min⁹ grauem. Inducunt enim quædam vltimum supplicium, cum pena grauiori & tormentis, ne statim deficiant, quandoq; sine tormentis. Item quædam inducunt membrorum truncationem, quædam exilium perpetuū, vel ad tēpus, & eodem modo imprisonmentum. Poenæ autem ad correctionem, et correptionē hominum sunt iuuentæ, vt quos diuinus timor a malo non reuocat, temporalis saltē poena coerceat, et cohibeat, a peccato. Ipse enim de⁹ propter iniquitatem corripit homines.

De generibus penarum quibus homines afficiuntur propter eorū iniquitates. Cap. 6.

Genera penarum, quibus afficiuntur malefactores, sunt hæc. Sūt autem quædam quæ adimunt vitam, vel membrum. Sunt autem quæ auferunt ciuitatem, burgum, vel prouintiam. Sunt autem quæ continent exilium perpetuum, vel ad tempus, vel corporis coercionē, scilicet imprisonmentum vel ad tempus, vel imperpetuum. Sunt quædam quæ fustigationem, verberationem, poenam pilloralem et Tymboralē & dāpnū cum infamia inducunt. Sunt etiam quædam quæ dignitatis, et ordinis inducunt depositionem, vel alicuius actus priuationem, vel prohibitionem. Et non alio modo puniatur quis, q̄ secundum quod se habeat condempnatio, vt si gladio animaduerti debeat in aliquem, tunc non securi, nec telo, nec fustibus, vel laqueo, alio quoue modo. Item qui viui exuri debent, nō eis verberibus nocetur, nec virgis, nec tormētis: quia pleriq; deficiunt

deficiunt dum torquentur, et hoc nisi aliter exigat enormitas delicti. Solent praesides in carcere continendos damnare ut in vinculis continentur, sed huiusmodi interdicta sunt a lege, quia carcer ad continendos, & non puniendos haberi debet. Respiciendum est iudicanti, ne quid aut durius aut remissius constituatur, quam causa deposcit; nec enim aut seueritatis aut clementiae gloria affectanda est: sed perpenso iudicio, prout quaeque res expostulat, statuendum. In leuioribus causis, leniores esse debent, ad lenitatem. In grauioribus autem poenis, seueritatem legum, cum aliquo temporamento benignitatis, subsequi. Et poenae potius mollienda sunt quam exasperanda. Delinquent latrones proposito, per factionem, ebrii, impetu pro ebrietate, cum ad manus vel ferrum peruenitur. Casu, cum pro infortunio, ut si aliquis venando, pro telum in feram missum, hominem interfecerit, & similia perpetraverit. Crimen vel poena paterna, nullam maculam filio infligere potest. Igne concremantur, qui saluti dominorum suorum insidauerint. Facta puniuntur, ut furta, homicidia. Scripta, ut falsa & libelli famosi. Consilia, ut coniurationes: sed haec quatuor genera, consideranda sunt septem modis, causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate & euentu. Causa, ut in verberibus, quae impunita sunt a magistro vel parente, nisi modum excedant, quia emendationis & non iniuriae gratia videntur adhiberi, & puniuntur, cum quis per iram ab extraneo pulsatus est. Persona dupliciter spectatur eius, scilicet qui fecit, et ei qui passus est: aliter enim puniuntur ex eisdem factionibus, serui quam liberi, et aliter qui quidem aliquid in dominum parentemue commiserit quam in extraneum, in magistratum quam priuatum. Et similiter aetatis ratio habenda est. Locus facit ut idem sit furtum vel sacrilegium, et secundum hoc minor poena vel maior. Tempus discernit praedonem a fure, vel effractorem, et furem diurnum, a nocturno. Quantitas discernit furem ab abigeo, secundum quod furtum fuerit maius vel minus, ut si quis suem surripuerit fur erit, et si quis gregem, abigeus erit. Euentus, ut si ex voluntate & conscientia certa fecerit quis aliquid, sicut homicidium, an ex euentu, ut supra: & secundum hoc, aut erit feloniam aut infortunium. Item est poena pecuniaria, sicut corporalis, et quaelibet poena corporalis quamuis minima, maior est qualibet poena pecuniaria.

1. *Ubi terminandae sunt actiones civiles.* 2. *De diuersitate iustitiariorum.* 3. *Quae placita immediatè placitari & terminari debent in curia domini et rationes quare,*
Cap. 7.

Dictum est superius, in cuius curia actiones criminales debeant terminari, siue in comitatu vel extra, siue in curia domini regis, vel alibi: nunc autem dicendum, ubi triandae sunt actiones civiles, quae sunt in rem vel in personam. Et sciendum, quod earum quae sunt in rem, sicut rei vendicationes pro breue de recto, terminari debent in curia Baronum vel aliorum, de quibus ipse petens clamauerit tenere, si plenum rectum ei tenere voluerit, vel possit vel sciuerit. Si autem noluerit, vel non possit, vel nesciuerit, tunc probato a tenente, quod curia domini sui, ei de recto defecerit, transferri debet placitum ad comitatum, ut vic. rectum teneat, et sic a comitatu transferri possit ad
Ec. i. magnam

magnam curiam, ex certa causa, si dominus rex voluerit, & ibi terminari. Sed hoc fieri non debet contra voluntatem dominorum, sicut olim fieri solet p̄ principem, nisi ex prædictis causis, vel si dñs curiæ sponte curiam suã remiserit ipsi regi. Et de hac materia habetis plenius infra, de actionibus ciuilibus in rem, super ipsa p̄prietate p̄ breue de recto. In com̄ vero terminari possit placitū, p̄ breue de recto, & coram vic. si ad magnam curiã dñi regis translātū non fuerit vt prædictum est. Itē questio status, sicut placitum de natiuis, nisi ille qui petitur, excipiendo se dicat esse liberum, & coram iusticiarijs dñi regis in aduentu ipsorum se esse probaturum, et quo casu, pacem habebit vsquē ad aduentum ipsorum, vel transferri poterit iudicium & p̄batio ad magnam curiam, si domino regi placuerit. Item in com̄ & coram vic. placitari possunt plura placita, in quibus vic. est iustitarius constitutus p̄ breue, q̄ iusticiet, sicut de seruitijs et consuetudinibus, de debitis & alijs placitis infinitis. Item placitū de vetito Namij, in quo vic. iustitarius est & vic. & qualiter huiusmodi terminentur, inferius dicitur. Et quare non potest vic. in com̄ iudicare de alicuius libertate, sicut de ipsius natiuitate, cum p̄batio libertatis sit quasi incidens placito de natiuis, sicut possit in curia domini regis? nescio aliam causam assignare, nisi hoc sit p̄pter fauorem libertatis, quæ est res inestimabilis, et quæ insipientibus et minus discretis committi non debet p̄pter discrimen. ¶ 2. Placita verò ciuilia in rem, & in p̄sonam, in curia domini regis terminanda, coram diuersis iustitarijs terminantur. Habet enim plures curias, in quibus diuersæ actiones terminantur, & illarum curiarū habet vnā propriam, sicut aulam regiam, et iustitarios capitales qui p̄prias causas regis terminant, et aliorum omnium, per querelam vel per priuilegium siue libertatem: Vt si sit aliquis qui implacitari non debeat nisi coram ipso domino Rege. Habet etiam curiam, et iustitarios in banco residentes, qui cognoscunt de omnibus placitis, de quibus auctoritatem habent cognoscendi, & sine warranto, iurisdictionem non habēt nec coercionem. Habet etiam iustitarios itinerantes de com̄ in com̄, quandoq; ad omnia placita, quandoquē ad quædam specialia, sicut assisas nouæ disseysinæ & mortis antecessoris capiendas, & ad gaolas deliberandas, quandoquē ad vnicam vel duas & non plures: in ijs casibus omnibus erunt curiæ ipsius domini regis. Et sunt 2. recognitiones. s. de noua disseysina, et de morte antecessoris, quæ capi non debent nisi in suis comitatibus p̄ communem libertatem, & hoc nisi inceptæ fuerint in comitatibus, quia si inceptæ fuerint in com̄, transferri possunt extra com̄ de loco in locū, & extra com̄ terminari, cum omnibus sequelis suis, sicut in cōuictionibus & certificationib⁹, cum euenerint, & siue hñodi recognitiones in com̄ terminate fuerint siue non, nō est p̄hibitū quin cōuictiones & certificationes extra com̄ trahi possunt. Et sicut prædictū est in parte, trahuntur placita causis supradictis, a curijs baronum vsq; ad com̄, & ibi terminantur quandoq;, et quandoq; inde transferuntur, & ponuntur corā iustitarijs itinerantib⁹ in com̄ & inde corā iustic. de bāco, vel corā rege multis de causis. ¶ 3. Sunt etiā inter alia placita, quædā quæ nō p̄ translationē, sed immediate terminari debēt corā iustitarijs vel corā rege. s. placitū de baronijs,

baronijs, vbi ipse petens tenere clamat immediatè de domino rege in capite per breue de recto, quod vocatur præcipe in capite, & hoc ideò, quia hic tangit ipsum regem in toto, vel in parte. Item immediatè in curia domini regis, terminari debent placita de aduocationibus ecclesiarum, vel capellarum, et assisis vltimæ præsentationis, & est ratio, quia si alius a rege mandaret episcopis de admittendo clericum, & ipse non obtemperaret, alius a rege coercionem non haberet, et quia episcopus ad alterius mandatum quàm regis clericum admittere non tenetur. Item immediatè in curia domini regis placitantur placita de dotibus, vbi mulier nihil habet, et est ratio, quia si contra mulierem dotem petentem, exciperetur quòd dotem habere non posset, eo quòd viro, cuius nomine dotem petit, nunquàm fuit legitimo matrimonio copulata, nullus alius præter regem posset episcopo demandare inquisitionem faciendam. Item immediatè pertinet ad regem quærela finis factæ in curia domini regis & non obseruatæ, et est ratio, quia nemo potest finem interpretari, nisi ipse rex, in cuius curia fines fiunt. Est enim eius interpretari cuius est concedere. Item in curia domini regis immediatè placitantur plura placita, propter impotentiam aliorum ex necessitate, cum non possit aliquis Baro, vic. vel alius de liberis tenementis cognoscere, nec tenens tenetur respondere, sine præcepto vel warranto domini regis, nec etiam possunt aliquem de huiusmodi, ad sacramentum sine warranto compellere, et huiusmodi placita sunt infinita. Qualiter autem placita propter necessitatem, de curia in curiam transferuntur multipliciter, vel propter indulgentiam priuilegiatorum sicut templariorum, et huiusmodi, infra dicetur plenius, & translationem per pone.

1 ¶ Vbi & coram quibus personis proponenda sunt actiones & terminanda. 2. Quid sit iudicium & in quibus consistit, et quòd iudicium iudicis consistit in tribus. 3. Quòd quadruplex est munus. 4. De potestate iudicis. 5. De diuisione iurisdictionum sacerdotum & regni. Cap. 8.

Videndum etiam vbi, et coram quibus personis proponendæ sunt actiones & probandæ, & sciendum quòd in iudicio. Videndum est igitur quid sit iudicium. ¶ 2. Et sciendum, quòd iudiciũ est in quolibet actione trinus actus trium personarum: Iudicis v. z. actoris, & rei, secundum quod largè accipi possunt huiusmodi personæ. s. quòd duæ sint personæ ad minus, inter quas vertatur contentio, & tertia persona, ad minus, qui iudicet, alioquin non erit iudicium, cum istæ personæ sint partes principales in iudicio, sine quibus iudicium consistere non potest. Iudex verò siue iustitarius, vti debet veritate, & veritas iudicij in tribus consistit. s. in indifferenti & equali personarum susceptione, vt legitur in Deuteronomio, audite illos, et quòd iustum fuerit, iudicate: siue ciuis sit iste, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia dei iudicium est. Item in eodem libro capitul. 16. non accipies personam, nec munera, quia munera excecant &c. vt infra de iustic. Item consistit in diligenti examinatione, quia oportet iudicem cuncta rimari. Hoc intelligens Iob, ait. 29 Ec. ij. Causam

Causam quam ignorabam diligentissimè inuestigabam, non enim dicit diligenter vel diligentius, immo diligentissimè. Debet enim iudex, p examinationem de dubijs facere certum, & de credulitate veritatem, de ignorantia notitiam, & notorium siue notitiam de ignoto. Item consistit veritas iudicij, in iusta sententiæ prolatione, & iusta & diligenti executione, vt in Deuteronomio xvi. Iustè quod iustum est persequeris, vt viuas & possideas terram quam dominus deus daturus est tibi. Et secundo libro paralepominon. 19: vbi dicitur. Videte quid faciatis, nō enim hominis exercetis iudicium sed dei, et illud idem quod iudicaueritis, in vos redundabit, sit timor domini vobiscum, et cum diligentia cuncta facite. Nō enim est apud dominum deum vestrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum, quæ excæcant oculos sapientum, & puerunt verba iustorū, vt legit in ecclesiastico: ca. 20. ¶ 3. Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & qui dona & munera dixit, omne genus muneris intellexit. Munus. s. a manu, quale est res corporalis quæ præstatur. Munus a lingua, quale est blandiens & adulatoria supplicatio, laudum celebre præconium, vanæ gloriæ symphonia. Item munus ab obsequio, quale est seruitium acceptum & impensum, pro quo extorquetur iudicij recitudo. Item nec munus, munus a sanguine vocari meretur, cū pro sanguinis linea, recti iudicij linea recuratur. In hoc enim tangit sanguis sanguinem, hæc profecto genera munerum, sordidorum nomine nūcupantur, & lex humana grauem pœnam infligit iudici corrupto p sordes. s. p munera sordida, vbi si iudex vel iustitarius paciscatur cum litigatore ad certam partem litis, vt C. ad legem vel repetet L. omnis, vbi dicitur: omnes cognitores & iudices, a re cuius manus abstineant, nec alienum iurgium putent suam prædam. Etenim priuatarum quoq; litium cognitor, idemquæ mercator, statutam legibus cogetur subire iacturam. Iactura enim sine pœna erit, quod idem quod recepit restituat in quadruplum. Vt C. s. L. vltima in fine, quia ibi tenentur in quadruplum, siue tempore administrationis aliquid receperint siue post, quocunq; titulo vel quocunq; velamento, vt si finxerit interuenisse titulum donationis, vel venditionis. Re vera sordidus est ille, quem iudicij veritas non adornat, vt si fauor, vel odium, timor, inuidia vel præmium inducunt contrarium, vt iudicij veritas corruat in plateis, de quo dici poterit, vè illi sordido, per quem veritas sordescit in paludibus platearum, nec erit inter beatos connumerandus, de quibus dicitur, beatus qui excutit manus suas ab omni munere. Ab omni tamen munere non est abstinendum, quia licet ab omnibus & passim auarissimum sit accipere & vilissimum: a nemine tamen erit inhumanum, vt si amicus accipiat ab amico solo intuitu amicitiae & amoris. Actor vero, siue sit petens siue querens, vti debet intentione. Docere enim debet, et ratione prætere, q̄ ad ipsū p̄tineat actio, & q̄ pars esse possit in iudicio, ponere enim debet corā eo qui ius dicturus est, intentione suā & illā fundare & pbare. Reus vero vti debet exceptione & defensione, secundum quod inferiùs dicitur plenius. ¶ 4. Oportet etiā, q̄ ille qui iudicat, ad hoc quod rata sint iudicia, habeat iurisdictionem ordinariam vel delegatam, & non sufficit quod iurisdictionem habeat, nisi ha-

beat

beat coercionem, quod si iudicium suum executioni demandare non possit, sic essent iudicia delusoria. Non enim habet ordinarius iurisdictionem & executionem in omni causa, cum iura sint seperata & limitata ¶ 5. Sūt enim causæ spirituales, in quibus iudex secularis non habet cognitionem nec executionem, cum non habeat coercionem. In hijs enim causis pertinet cognitio ad iudices ecclesiasticos, qui regunt & defendunt sacerdotium. Sunt autem causæ seculares quarum cognitio pertinet ad reges & principes, qui defendunt regnum, et de quibus iudices ecclesiastici se intromittere non debent, cum eorum iura siue iurisdictiones limitatæ sunt & seperatæ, nisi ita sit quod gladius iuuare debeat gladium, est enim magna differentia inter sacerdotium & regnum.

1 ¶ De regimine iurisdictionis qua pertinent ad regnum. 2. De sacramento quod rex facere debet in coronatione. 3. Ad quod rex creatus sit in ordinaria iurisdictione.

Cap.9.

Cum autem de regimine sacerdotij nihil pertineat ad tractatum istum, ideo videndum erit de ijs quæ pertinent ad regnum, quis primò & principaliter possit et debeat iudicare. Et sciendum quod ipse Rex et non alius, si solus ad hoc sufficere possit, cum ad hoc per virtutem sacramenti teneatur astrictus. ¶ 2. Debet enim in coronatione sua, in nomine Ihesu Christi præstito sacramento, hæc tria promittere populo sibi subdito. In primis se esse præcepturum & pro viribus opem impensurum, vt ecclesiæ dei & omni populo Christiano vera pax, omni suo tempore obseruetur. Secundò, vt rapacitates & omnes iniquitates, omnibus gradibus interdicit. Tertiò, vt in omnibus iudicijs æquitatem præcipiat & misericordiam, vt indulgeat ei suam misericordiam clemens & misericors deus, & vt per iustitiam suam firma gaudeant pace vniuersi. ¶ 3. Ad hoc autem creatus est et electus, vt iustitiam faciat vniuersis, et vt in eo dominus sedeat, et per ipsum sua iudicia discernat, et quod iuste iudicauerit sustineat & defendat, quia si non esset qui iustitiam faceret, pax de facili posset exterminari, & superuacuum esset leges condere, & iustitiam facere, nisi esset qui leges tueretur. Separare autem debet rex (cum sit dei vicarius in terra) ius ab iniuria, æquum ab iniquo, vt omnes sibi subiecti, honestè viuant, et quod nullus alium lædat, & quod vnicuiquè, quod suum fuerit, recta contributione reddatur. Potentia verò omnes sibi subditos debet præcellere. Parem autem habere non debet, nec multo fortius superiorem, maximè in iustitia exhibenda, vt dicatur vere de eo, magnus dominus noster, et magna virtus eius &c. Licet in iustitia recipienda, minimo de regno suo comparetur, & licet omnes potentia præcellat, tamen (cum cor regis in manu dei esse debeat) ne sit ineffrænata, frenum apponat temperantiæ, & lora moderantiæ, ne cum ineffrenata sit, trahatur ad iniuriã. Nihil enim aliud potest rex in terris, cum sit dei minister & vicari⁹, nisi id solū quod de iure potest, nec obstat qd' dicitur, qd' principi placet legis habet vigorem, quia sequitur in fine legis, cum lege regia quæ de imperio eius lata est .i. non quicquid de volūtate regis temerè præsumptū est sed

sed animo condendi iura, sed quod consilio magistratum suorum, rege autoritate præstante, et habita super hoc deliberatione, & tractatu, rectè fuerit definitum. Potestas itaq; sua iuris est, & non iniuriæ, & cum ipse sit autor iuris, non debet inde iniuriarum nasci occasio, unde iura nascuntur, et etiam qui ex officio suo alios prohibere necesse habet, id ipsum in propria persona committere non debet. Exercere igitur debet rex potestatem iuris, sicut dei vicarius & minister in terra, quia illa potestas solius dei est, potestas autem iniuriæ diaboli et non dei, & cuius horum operum fecerit rex, eius minister erit, cuius opera fecerit. Igitur dum facit iustitiam, vicarius est regis æterni, minister autem diaboli, dum declinet ad iniuriam. Dicitur enim rex a bene regendo, & non a regnando, quia rex est dum bene regit, Tyrannus dum populum sibi creditum violenta opprimit dominatione. Temperet igitur potentiam suam per legem, quæ frænum est potentia quod secundum leges viuat, quod hoc sanxit lex humana, quod leges suum ligent latorem, & alibi in eadem, digna vox maiestate regnantis est legibus. s. alligatum se principem proficiscere. i. profiteri. Item nihil tam proprium est imperij, quam legibus viuere, & maius imperio est legibus submittere principatum, & merito debet retribuere legi, quia lex tribuit ei, facit enim lex quod ipse sit rex. Item cum non semper oporteat regem esse armatum armis sed legibus, addiscat rex sapientiam, et conseruet iustitiam, et deus præbebit illam sibi, et cum illam inuenerit, beatus erit si tenuerit eam, cum sit honor & gloria in sermone sensati, & lingua imprudentis subuersio ipsius, et principatus sensati stabilis, et rex sapiens iudicabit populum suum. Si autem fuerit insipiens, perdet illum, quia a capite corrupto descendit corruptio membrorum, et si sensus & vires non vigeant in capite, sequitur quod cætera membra suum non poterunt officium exercere. Non solum autem sapiens esse debet sed misericors, & cum sapientia misericorditer iustus, & licet tutius sit reddere rationem pro misericordia, quam pro iudicio: tutissimum tamen est, vt ita palpebræ eius præcedant gressus suos, quod iudicium non vacillet per imprudentiam, nec misericordia decipiat per incircumspectionem. Misericordia siquidem iniusta est cum incorrigibili, & non est in eos liberalitatis angustia referenda humanitas, qui impunitatem veteris admissi, consuetudinibus potius quam emendationi deputarunt. Et cum indulgeat iudex indigno, nonne ad prolaptionis contagium prouocat vniuersos? Sic ergo misereatur indigno, vt semper homini condolet. Item pauperis non misereatur quis in iudicio, misericordia. s. remissionis, cui tantum misericordia compassionis est, sicut et omnibus miserendum. Et quibus et qualiter sit miserendum, eum doceat merita vel demerita personarum.

1 ¶ De iurisdictione delegata qua ad iustitios pertinet. 2. De differentia iustitiosorum.
3. De potestate iustitiosorum. 4. Qualiter & quando finiatur eorum potestas et iurisdictionis. Cap. 10.

Dictum

DICTUM est in proximo de ordinaria iurisdictione, quæ pertinet ad regem, consequenter dicendum est de iurisdictione delegata, ubi quis ex se ipso nullam habet auctoritatem, sed ab alio sibi commissam, cum ipse qui delegat non sufficiat per se omnes causas siue iurisdictiones terminare. Et si ipse dominus rex ad singulas causas terminandas non sufficiat, ut leuior sit illi labor, in plures personas partito onere, eligere debet de regno suo viros sapientes, & timentes deum, in quibus sit veritas eloquiorum, et qui oderunt auaritiam (quæ inducit cupiditatem) et ex illis constituere iustitios, vic. et alios balliuos & ministros suos, quibus referantur tam questiones super dubijs, quam querimonie super iniurijs, et qui nec ad dextram nec ad sinistram viæ propter prosperitatem terrenam, vel aduersitatis metum, a tramite iustitiæ non declinent, sed iudicent populum dei in æquitate, ut dici possit de eis cum spalmista, quod de vultu eorum iudicium prodijt æquitatis. Et considerent efficaciter, quid oportuerit secundum necessitatem, quid expedierit secundum vtilitatem, quid liceat secundum promissionem, quid deceat secundum honestatem. Et tale iudicium diligit honor Regis, cuius personam in iudicio & iudicando representant. Nulli autem iuris beneficium denegent, a nullo præmium petant, ut prædictum est, vel recipiant, ut quis ius suum liberè persequatur, ut causa viduæ ad eos liberè ingrediat, ut sint orphano & pupillo adiutores, ut nulli calumniam fieri patiantur, ut constitutiones & eorum edicta, iuri et consuetudinibus approbatis, & communi vtilitati sint conuenientia. Coram eis nulla deprimat aduersariorum potentia, sed agat quilibet, quod causa sua desiderat, et se temperet ab iniuria, nec a limitibus iudiciorum iustorum auertat eos odium, fauor, vel gratia, ut dici possit de eis, iustus es domine & rectum iudicium tuum &c. Item sapientes oportet eos esse qui iudicant, ut honestatem iudicandi ab alijs non mendicent. Si quis autem minus sapiens & indoctus sedem iudicandi conscendere, et honestatem iudicandi sibi præsumserit, ex alto corruit, quia volare fatagit, antequam pennas assumat, et qui tali potestate iudicandi dederit, perinde erit ac si gladium poneret in manum furientis. Item non solum oportet iudicantem sapientem esse, immò potentem, iuxta illud Salomonis: Noli querere fieri iudex, nisi virtute valeas erumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, et ponas scandalum in agilitate tua. ¶ 2. Item iustitiorum, quidam sunt capitales, generales, perpetui & maiores a latere Regis residentes, qui omnium aliorum corrigere tenentur iniurias & errores. Sunt etiam alij perpetui, certo loco residentes, sicut in banco, loquelas omnes de quibus habent warrantum terminantes, qui omnes iurisdictionem habere incipiunt præstito sacramento. Item sunt alij itinerantes de loco in locum, sicut de Comit in Comitatum quandòque ad omnia placita, quandòque ad quædam specialia, sicut ad assisas tantum & Gaolas, et qui auctoritatem habere incipiant sine sacramento, cum breue domini Regis receperint de warranto. Sunt etiam iustitiorum constituti ad quasdam assisas, duas vel tres vel plures, qui quidem perpetui non sunt, quia expleto officio iurisdictionem amittunt.

¶ 3. Est

¶ 3. Est autem eorum potestas, quod ex quo eis commissa est causa, vna vel plures, licet simpliciter, extenditur eorum iurisdictione ad omnia, sine quibus causa terminari non potest, quantum ad iudicium et executionem iudicij. Et eodem modo si causa fuerit incidens vel emergens & præiudicialis, ad alias verò res & alias personas, non possunt iurisdictionem suam extendere, nec de alijs cognoscere quàm de hijs quæ in commissione continetur, cum fines mandati diligenter sint attendendi. ¶ 4. Et quàmuis quidam eorum perpetui sunt, vt videtur, finitur tamen eorum iurisdictione multis modis .s. mortuo eo qui delegauit, vel mortuo eo sub cuius proprio nomine causa delegatur. Item cum delegans reuocauerit iurisdictionem, vel alium dederit iustitiarium, re integra ex toto vel ex parte. Item si ipse delegatus, remittat causam ad ipsum delegantem, vel ad alium delegatum, ex causa, propter certum diem & certum locum. Item finitur, lata sententia & executione demandata, quia iudex per iudiciũ redditũ functus est officio suo, & iuratores liberati sunt a sacramento, nisi sit qui dicat, q̄ reddito iudicio, nihilominus possit iustitarius iuratores reuocare ad certificandum, vel inquirere de falso sacramento, secundum quod iustitarius fuerit capitalis, vel itinerans generaliter ad omnes causas. Re vera, cum iudicium debito modo redditum sit, non potest iustitarius, qui iudicium reddidit, illud postea corrigere vel mutare, eodem tamen die quo redditum est, supplere poterit in ijs, quæ pertinent ad consequentias. Sed hoc vltimum, locum habet in personis eorum, qui constituti sunt iustitarij ad aliquas assisas specialiter capiendas, vt vnam duas vel plures. Et notandum in fine, quod nullus iustitarius a domino rege sic delegatus, poterit aliquem sibi subdelegare,

1. Qualiter constituendi sunt iustitarii ad itinerandum de Com̄ in Com̄ generaliter ad omnia placita vel specialia. 2. De sacramento quod iustitarius faciens cum iustitiaribus receperint. 3. Breue vni eorum clausum. 4. Breue omnibus iustitarijs simul quod erit eorum warrantus, et publice legetur in comitatu patens. 5. Breue de eodem omnibus iustitarijs simul patens. 6. Breue clausum vic. q̄ venire faciat coram iustitarijs omnia placita. 7. Breue de generali summonitione clausum. 8. Breue cum ipsi iustitarij fecerint summonitionem nomine proprio & per breue suum. 9. Item omnibus quatuor iustitarijs simul vbi constituuntur ad quadam specialia & non ad omnia placita. 10. Breue clausum vic. q̄ venire faciat assisam. 11. Si autem constituantur quatuor milites iustitarij ad vnicam assisam capiendam noua discussina. 12. Breue de eodem vic. clausum quod venire faciat assisam. 13. Si iustitarius banci solus constituatur q̄ assumat. 14. Breue vic. clausum de eodem. 15. Breue si de banco transferatur assisa vsque ad com̄ ad certos iustitarios. 16. Breue clausum de eodem vic. dirigendum. 17. Si assisa transferatur a quatuor iustitarijs vsque ad iter iustitiariorum. extra com̄ cum in com̄ incepta fuerit. 18. Breue de consuetudinibus iustitiariorum ad inquisitiones faciendas super contentionibus ad quareclam. 19. Breue vic. clausum super eodem. Cap. ii.

VT autem de capitalibus iustitarijs in banco residentibus ad præsens taceamus, videndum qualiter constituendi sunt iustitarij ad itinerandum de com̄ in Com̄, ad omnes causas generaliter vel ad certas, et postea, qualiter ad speciales, vnam, duas vel plures. Si autem constitui debeant ad omnes causas generaliter, tunc præstito sacramento, qualiter

liter se gerere debeant in itinere suo, fiat cuilibet eorum breue specialiter per se, et postea omnibus in communi. Forma autem breuis specialis talis erit. ¶ 2. Et sacramentum tale erit. Iurabit quilibet post alium, quod rectam iustitiam facient pro posse suo in comitatu; in quibus itineraturi sunt, tam pauperibus quam diuitibus, & q̄ assisam seruabunt secundum capitula subscripta, et inferius exprimenda, & q̄ facient omnes rectitudines & iustitias, spectantes ad coronam domini regis: Et post sacramentum suum dicatur eis expresse, q̄ pro posse suo intendant ad faciendum commodum regis. ¶ 3. Rex dilecto & fideli suo A. salutem. Sciatis q̄ constituimus vos iustitiarium nostrum vna cum dilectis & fidelibus nostris A. B. C. ad itinerandum per comitatum talem, vel com̄ tales A. de omnibus assis & placitis tam coronę nostrę q̄ alijs, secundum quod in breui nostro, de generali summonitione inde vobis directo, plenius continetur. Et ideo vobis mandamus, rogantes q̄ in fide qua nobis tenemini, vna cum predictis socijs vestris, ad hoc expedienda fideliter & diligenter intendatis, vt tam fidem vestram q̄ diligentiam ad hoc appositam debeamus merito commendare. Teste &c. et hec eadem forma fiat singulis eorum per se. ¶ 4. Rex dilectis & fidelibus suis A. B. C. D. salutem. Sciatis quod constituimus vos iustitarios nostros ad itinerandum in comitatu tali, de omnibus placitis & assis tam coronę nostrę q̄ alijs, quę emerferint postquam iustitiarj nostri vltimo itinerauerunt in com̄ illo, et etiam de illis quę summonita fuerunt & atterminata fuerunt, et non finita coram iustitarijs nostris de banco apud westm̄, vel coram iustitarijs nris itinerantibus qui vltimo itinerauerunt in eodem com̄, de omnibus placitis, vel tantum de assis nouę disseyinę, mortis antecessoris capiendis, vel gaolis deliberandis, ita q̄ omnes assisę illę & omnia placita illa, sint coram vobis in eodẽ statu quoremanserunt per preceptum nostrum, vel per prefatos iustitarios nostros itinerantes, vel per prefatos iustitarios nostros de banco. Mandauimus enim vicecom̄ nostro A. q̄ ad diem & locum, quem ei scire facietis, faciat coram vobis summonitiones fieri, et attachiameta venire, cum breuibus assisarum & placitorum predictorum. Et ideo vobis mandamus, rogantes q̄ in fide qua nobis tenemini ad hæc exequenda fideliter &c. vt supra. ¶ 5. Rex A. B. C. salutem. Sciatis quod constituimus vos iustitarios nostros &c. vt supra. Et ideo vobis mandamus, rogantes quod tali die conueniatis apud talem locum, facturi inde quod ad iustitiam pertinet & in fide qua nobis tenemini ad negotia nostra ibidem expedienda ita fideliter &c. Vt supra. Mandauimus enim vic. nostro tali q̄ ad predictum diem & locum faciat coram vobis summonitiones fieri, & attachiameta venire cum breuibus assisarum predictarum et placitorum predictorum. In cuius rei testimonium mittim⁹ vobis has litteras nostras patentes Teste &c. Postea fiant breuia vic. clausa, quod venire faciat coram iustitarijs omnia placita, et de generali summonitione, omnibus facienda tam maioribus q̄ minoribus. ¶ 6. Rex vic. vel vicecomitibus talibus salutem. Præcipimus vobis, q̄ ad certos dies & loca, quę vobis scire faciant dilecti & fideles nostri tales, vel aliter tales & socij sui quos iustitarios nostros assignauimus ad itinerandum per com̄ vestros ad omnia placita, venire faciatis

coram eis omnia placita coronæ nostræ, quæ placitata non sunt, et quæ emerferunt postquam iustitiarj nostri ultimo itinerauerunt in partibus illis, ad omnia placita & similiter omnia attachiamenta ad placita illa pertinentia, & omnes assisas & omnia placita quæ posita sunt ad primam assisam coram iustitiarjs, cum breuibus assisarum & placitorum, sicut plenius continetur in literis nostris clausis, quas singulis vestrum aliàs indimus Teste &c. scilicet de generali summonitione quæ tales sunt. ¶ 7 Rex vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores, omnes archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites & liberè tenentes de tota balliua tua, et de qualibet villa, quatuor legales homines & præpositum, et de quolibet burgo duodecem legales burgenses per totam balliuam tuam, et omnes illos qui coram iustitiarjs itinerantibus venire solent & debent, quod sint apud talem locum, tali die, anno regni nostri tali, coram dilectis & fidelibus nostris A. B. C. D. quos iustitiarjos nostros constituimus, audituri & facturi præceptum nostrum. Facias etiam venire tunc coram eisdem iustitiarjs nostris, omnia placita coronæ nostræ quæ placitata non sunt, et quæ emerferunt postquam iustitiarj nostri ultimo itinerauerunt in partibus illis ad omnia placita & omnia attachiamenta ad placita illa pertinentia, et omnes assisas & omnia placita quæ posita fuerunt ad primam assisam coram iustitiarjs cum breuibus assisarum, ita quod assisæ illæ & placita pro defectu tui vel summonitionis tuæ non remaneant. Facias etiam clamari & sciri per totam balliuam tuam, quod omnes assisæ, et omnia placita quæ fuerunt attachiata et atterminata & non finita coram iustitiarjs nostris de banco, vel coram iustitiarjs nostris qui ultimo itinerauerunt in comitatu tuo de omnibus placitis, vel coram iustitiarjs nostris illuc missis ad assisas nouæ dissey sinæ capiendas, et gaolas deliberandas, tunc sint coram præfatis iustitiarjs nostris apud talem locum, in eodem statu in quo remanserunt per præceptum nostrum, vel per præceptum iustitiariorum nostrorum prædictorum itinerantium, vel per iustitiarjos nostros de banco. Summoneas etiam per bonos summonitores, omnes illos qui vicecomites fuerunt post ultimam itinerationem prædictorum iustitiariorum nostrorum in partibus illis, quod tunc sint ibidem coram prædictis iustitiarjs nostris itinerantibus cum breuibus assisarum & placitorum quæ tempore suo receperunt, et ad respondendum de tempore suo, sicut respondere debet coram iustitiarjs itinerantibus, et habeas ibi summonitores & hoc breue Teste &c. Aliquando verò cum iustitiarj itinerare debent in diuersis comitatibus, bene facere possunt summonitiones generales sub nomine suo proprio in prædicta forma, sic. ¶ 8. Talis & socij sui iustitiarj itinerantes in tali comitatu vicecomiti tali salutem. Mandamus vobis, ex parte domini regis, quod summoneas per bonos summonitores omnes Archiepiscopos &c. omnia vt supra. Facta igitur generali summonitione, vt prædictum est, videndum erit quando loquelæ quæ sunt in banco vel alibi incipient esse coram iustitiarjs itinerantibus, et esse desinant coram iustitiarjs de banco, vel alijs, cum possit summonitio fieri per multum tempus ante iter, et sciendum quod non antequam iustitiarj inceperint

inceptum itinerare, quia bene poterit iter multipliciter impediri, reuocari, vel suspendi, et vnde semper dabitur dies partibus a iustitiarijs de banco, sub tali conditione, nisi iustitiarum itinerantes prius venerint ad partes illas, & quo casu semper remanebunt placita illa in banco, quousque iter inceptum fuerit. Si autem datus fuerit dies ante summonitionem generalem partibus, et infra diem illum incipiat itineratio, retro trahetur dies ille ad diem itinerationis per generalem summonitionem, & definit placitum coram iustitiarijs de banco. Sed quid dicetur de eo qui coram iustitiarijs de banco effoniatus fuerit de malo lecti: fiat de eo secundum quod visus fuerit vel non visus; et si visus fuerit, tunc secundum quod languor fuerit ei adiudicatus, vel secundum quod fuerit ei malum transiens. Et si visus fuerit, si possit sine licentia surgere videndum, vel si non possit, a quo petenda sit licentia surgendi; vtrum a iustitiarijs itinerantibus, vel de banco, vel si visus fuerit et habeat malum transiens, coram quibus debeat comparere, vel si languor ei fuerit adiudicatus, coram quibus debeat testificari visus, vel si iustitiarum itinerantes, si in eodem comitatu iacuerit effoniatus, mittere possint ad ipsum vt faciat atornatum, cum effonium de malo lecti coram eis non habeat locum. Cum vero post generalem summonitionem itineris, non venerit quis liber homo, nec se effoniauerit de communi summonitione, licet placitum non habuit, nec fuit implacitatus primo die, pro defalta erit in misericordia, licet postmodum compareat, nisi rationabili de causa docuerit se esse impeditum, et si forte se effoniauerit, nisi postea comparuerit non valebit effonium, et idem erit si venerit, & sine licentia recesserit. Si autem constituantur iustitiarum ad assisas, et non ad omnia alia placita, sed ad placita specialia, sicut ad assisas omnimodas, ad gaolas deliberandas, & ad placita de dote tantum coram quatuor iustitiarijs, tunc fiat breue sub hac forma quatuor iustitiariis patens omnibus simul. ¶ 9. Rex dilectis & fidelibus suis A. B. C. D. salutem. Sciatis quod constituimus vos iustitarios nostros, ad assisas nouae disseysinae, mortis antecessoris, vltimae praesentationis capiendas, et ad alia placita de dote, vnde mulieres petentes nihil habent, generaliter tenenda, quicumque contra assisas praedictas, terras vel aduocationes ecclesiarum deforciauierint. Vel sic: ad assisas mortis antecessoris & magnas assisas, et omnes iuratas per praecipitum nostrum summonitas coram iustitiarijs nostris ad primam assisam, vel coram iustitiarijs nostris apud westmonasterium atterminatas, praeterquam super illos qui profecti sunt in seruitio nostro tali, et similiter ad gaolam deliberandam, tam de illis qui in prisona nostra inueniuntur, quam de illis qui per praecipitum nostrum in custodia committuntur. Et ideo vobis mandamus, rogantes quod ad diem talem et tali loco conueniatis &c. vt supra, de constitutione iustitiariorum ad omnia placita: et de hoc statim fiat vicecomiti breue clausum in hac forma. ¶ 10. Rex vicecomiti salutem. Sciatis quod constituimus dilectos & fideles nostros A. B. C. D. iustitarios nostros, ad assisas nouae disseysinae &c. vt supra per omnia vsque ad clausulam (et ideo) & tunc sic. Et ideo tibi praecipimus, quod tali die venire facias coram eisdem iustitiarijs nostris apud talem locum,

Ffij.

omnes

omnes assisas nouæ disseysinæ, mortis antecessoris, vltimæ præsentationis magnas assisas & omnes iuratas, et omnia placita de dote, secundum quod prædictum est, et quæ summonitæ sunt coram iustitiariis nostris ad primam assisam, cum in partes illas venerint, vel coram iustitiariis nostris apud westmon atterminata, et omnia attachiamenta quæ pertinent ad gaolam deliberandam, vel alios in custodia positos deliberandos, Et summeas per bonos summonitores, omnes illos qui vicecomites fuerunt postquam &c. vt supra. Teste &c. Si autem cõstituantur iustitiiarii ad vnam assisam nouæ disseysinæ tantum, vel mortis antecessoris tantum, vnam, duas vel plures, tunc fiat eis omnibus simul breue patens in hac forma. ¶ 11. Rex dilectis et fidelibus suis, A. B. C. D. salutem. Sciatis quod constituimus vos iustitiiarios nostros, ad assisam nouæ disseysinæ capiendam, quam A. arramaui versus B. coram vobis per præceptum nostrum, de libero tenemeto suo in tali villa, vel sic: quam A. arramaui versus B. coram iustitiariis nostris. ad primam assisam, cum in partes illas venerint &c. Si autem constituantur tantum ad vnam assisam mortis antecessoris, tunc sic. Sciatis quod constituimus vos iustitiiarios nostros, ad assisam mortis antecessoris capiendam, quam A. arramaui versus B. de tanta terra cum pertinentijs in tali villa, et ideo vobis mandamus quod ad diem & locum, quibus ad hoc intendere poteritis, vel quos duxeritis prouidendos, vel sic: quod tali die, conueniatis apud talem locum ad assisam illam capiendam, facturi inde quod ad iustitiam pertinet, secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ, saluis nobis amerciametis inde prouenientibus, mandauimus enim vicecomiti nostro tali, quod assisam illam, dictis die et loco, vel ad diem & locum quem ei scire facietis, coram vobis venire faciat, et in huius rei testimonium mittimus vobis istas litteras nostras patentes Teste &c. et super hoc fiat vicecomiti breue elausum quod respondeat formæ præcedenti per omnia in hac forma. ¶ 12. Rex vicecomiti tali salutem. Sciatis quod constituimus A. B. C. D. iustitiiarios nostros ad talem assisam capiendam, vel talem quam talis arramaui &c. vt supra. Et similiter ad assisam mortis antecessoris quam talis arramaui &c. vt supra. Possunt enim plures assisæ vna iustitiiaria contineri sicut vna, si vnus fuerit petens vel querens, & siue plures ibi fuerint disseysinæ vel disseysitores, siue plures tenentes siue vnus. Et ideo tibi præcipimus, quod assisam illam, vel assisas illas ad prædictos diem & locum, vel ad diem et locum quem vobis scire faciet, coram præfatis iustitiariis nostris venire facias &c. Teste &c. Si autem assisa vltimæ præsentationis capienda sit coram talibus iustitiariis &c. sic: ad recognoscendum per sacramentum suum, quis aduocatus tempore pacis præsentauit vltimam personam &c. secundum formam breuis per omnia. Si autem ad assisam vtrum, tunc sic: ad assisam capiendam, quæ summonita est coram vobis per præceptum nostrum, inter A. personam talis ecclesiæ petentem, & B. laicum scilicet tenentem, vel econtrario: ad recognoscendum vtrum tantum terræ vel redditus cum pertinentijs in tali villa, sit libera eleemosina pertinens ad ecclesiam prædicti A. in laicum feodum prædicti B. vel econtrario: vtrum tantum terræ vel redditus

ditus cum pertinentijs in tali villa, sit laicum feodum prædicti B. vel libera elemosina ipsius A. Si autem constituatur aliquis iustitarius de banco vel alius & solus constituatur, tunc fiat ei breue patens de iustitiarum in hac forma. ¶ 13. Rex dilecto & fideli suo tali salutem. Scias quod constituimus te iustitiarium nostrum vnâ cum ijs, quos vobis duxeritis associandos vel assumendos, ad assisam nouæ disseysinæ capiendam, quam A. arramauit coram vobis per præceptum nostrum versus B. et alios nominatos in breui nostro originali de libero tenemento suo in tali villa, vel sic; ad capiendam assisam mortis antecessoris, vel aliam quamcunq; secundum formam breuis. Et ideo vobis mandamus, quod ad diem & locum &c. vt supra, facturi &c. saluis &c. mandauimus &c. in cuius &c. et fiat breue vicecomiti super eodem clausum, quod venire faciat assisam coram iustitarijs in hac forma. ¶ 14. Rex vicecomiti salutem. Questus est nobis talis &c. et sic totum originale de verbo in verbum, vsque: Et tenementum illud esse in pace, vsque ad certum diem, quem dilectus et fidelis noster talis tibi scire faciat & interim &c. et summonneas eos &c. quod sint coram præfato tali et socijs suis quos &c. ad certum locum quem tibi scire faciet &c. parati &c. et sic fiet de alijs assisis. Et in quo casu, contingit multotiens quod aliqua de causa fit tali iustitiarum associatio alterius iustitiarum ad impetrationem disseysitoris forte, vt captio assisæ differatur et in fraudem, et quo casu si talis venerit, bonum est, si autem non, nihilominus procedet assisa, quia pl^o habet autoritatis breue patens de capienda assisa, quam breue clausum de associatione: nisi ita sit quod mandetur expresse quod sine tali non capiatur. Si autem primò summonita fuerit assisa coram iustitarijs forte apud westmonasterium: et constituantur postmodum iustitiarum in comitatu vt captio assisæ maturetur, tunc fiat breue in hac forma. ¶ 15. Rex A. B. C. salutem. Sciatis quod constituimus vos iustitarios nostros ad assisam vltimæ præsentationis capiendam, quæ summonita fuit coram iustitarijs nostris apud westmonasterium inter A. querentem et B. impediētem de ecclesia tali, & ideo vobis mandamus &c. vt supra. Mandauimus enim vicecomiti nostro tali, quod venire faceret coram nobis tali die, et tali loco, vel ad certos diem et locum quando ad hoc intendere poteritis, recognitores assisæ illius ad faciendam assisam illam, in eo statu & sicut venire debuerunt tali die coram iustitarijs nostris apud westmonasterium ad idem faciendum. Mandauimus etiam ei quod scire faciat prædicto B. quod tunc sit ibi auditurus assisam illam in eodem statu quo atterminata fuit coram iustitarijs nostris apud westmonasterium tali die &c. non obstante eo, quod idem dies datus fuit ipsi B. p^o personium suum postquam defaultam fecerat coram eisdem iustitarijs apud westm: & si tunc venerit sine non, procedatis ad illam assisam capiendam, tū ppter lapsū sex mensiū, tū q^o si præsens esset nihil dicere posset contra assisam, quare remaneret post prædictam defaultam quam fecit in præfata curia apud westm: In cuius rei testimonium &c. Teste &c. Aliud breue de eodē clausū vic. dirigēdū est in hac forma. ¶ 16. Rex vic. salutem. Scias quod constituimus tales iustitarios nostros, ad assisam vltimæ præsentationis capiendam, quæ summonita fuit coram iustitarijs nostris

nostris apud westmonasterium: inter tales, ad recognoscendum quis aduocatus &c. et sic totum originale. Et ideo tibi præcipimus, quod diligenter inquiras qui fuerunt recognitores eiusdem assisæ, et illos sine omni dilatione venire facias coram iustitiarijs nostris apud talem locum tali die ad faciendam recognitionem assisæ illius, sicut venire debuerunt coram iustitiarijs nostris apud westmonasterium tali die ad idem faciendū constitutos. Scire etiam facias prædicto B. et sic deinceps per omnia sicut in breui præcedenti vsquè ad clausulam (In cuius rei &c) Et habeas &c. Teste &c. Cùm autem assisa mortis antecessoris posita fuit aliquando coram talibus iustitiarijs in comitatu et post defaultam vel effonium vel diem datum vel warrantum vocatum posita fuerit coram iustitiarijs nostris itinerantibus, et primo die non venerit tenens, tunc summonetur quod sit coram talibus iustitiarijs itinerantibus per tale breue. ¶ 17. Rex vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores &c. A. quod sit coram talibus iustitiarijs itinerantibus, ad audiendā assisam mortis antecessoris, quam B. in curia nostra, coram talibus iustitiarijs nostris ad hoc constitutis, arramaui versus eundem A. de tanta terra cum pertinentiis in tali villa, ita quod assisa illa tunc procedat in eodem statu in quo fuit apud talem locum, et quando posita fuit coram præfatis iustitiarijs itinerantibus. Et venire facias coram eisdem iustitiarijs nostris itinerantibus apud prædictum locum C. D. E. recognitores eiusdem assisæ ad præfatum terminum, ad faciendam assisam illam, et habeas ibi nomina recognitorum et hoc breue Teste &c. Si verò constituisse debeant iustitij ad aliquam inquisitionem faciendam, vel de contentiōibus habitis inter aliquos de libertatibus, vel de roberia vel de alijs, sicut de iniurijs et huiusmodi, si duo cōstituuntur vel plures, fiat singulis eorum breue clausum in hac forma. ¶ 18. Rex dilecto et fideli suo A. salutem Sciatis quod constituimus vos iustitiarium nostrum simul cum B. ad quandam inquisitionem faciendam inter C. quærentem et D. super contentiōibus inter eos ortis de talibus libertatibus, et de talibus occupationibus feodorum, et de quibuscunquè alijs iniurijs, roberia, verberibus & plagis, & huiusmodi, de quibus contentiō fuerit inter eos secundum formam litterarum nostrarum quas inde misimus vic. nostro tali, et ideo vobis mādamus, rogantes quatenus ad diem quem prædictus vicecomes noster vobis scire faciat, accedatis apud talem locum ad inquisitionem simul cum prædicto B. et præfato vic. nostro faciendam, vt diligentiam vestrā & discretionem merito debeamus commendare. In cuius rei &c. Teste &c. Et fiat aliud breue confocio suo consimile & clausum, et etiam super eodem fiat breue vicecom̄ clausum in hac forma. ¶ 19. Rex vicecomiti salutem, præcipimus tibi, quod assumptis tecum dilectis & fidelibus nostris A. & B. quos ad hoc iustitiarium nostrum constituimus, in ppria persona tua accedas ad talem locum, & illic coram te et coram præfatis iustitiarijs nostris venire facias viginti quatuor de legalioribus & discretioribus militibus de comitatu tuo per quos rei veritas &c. et qui nec prædictos C. & D. aliqua affinitate attingant, vel qui aliquo modo non sint effoniabiles, ad regnoscendum super sacramentum suum, si prædictus C. prædictū

prædictum D. robbauit, vel aliam iniuriam ei fecit contra pacem nostram, et ita quòd omnia procedant secundum querelam querentis. Et tunc sic. Et inquisitionem illam, vel inquisitionem quam inde feceris, venire facias coram nobis, vel scire facias nobis tali die vel sine dilatione. Et scire facias prædicto D. ad quem diem facere volueris inquisitionem illam, vt inde tempestiuè præmuniatur, et vt prædicta inquisitio in præsentia vtriusque procedat, si voluerint interesse: & ita te habeas in hoc negotio &c. Teste &c. Et infiniti sunt casus, et formæ infinite quibus constituuntur iustitiarij, secundum quod inferius videri poterit in multis locis. Sed hæc ad præsens sufficiant exempli causa.

1 ¶ De modo et ordine proponendi actiones coram iustitiarijs et de eorum officio. 2. Breue ne quis implacetur sine breui et præcepto domini regis. 3. De ordine actionum. 4. Quòd prius agendum est super possessione quam super proprietate. 5. De actionibus vi bonorum raptorum. 6. De ordine actionum in triplici. Cap. 12.

IN aduētu iustitiariorum ad omnia placita ex iurisdictione sibi delegata, pertinet ad eos audire querelas singulorum & petitiones, vt vnicuique iustitia fiat, et quòd suum fuerit tribuatur. Et si sit qui putat se habere petitionem, actionibus debet experiri, quia nemo sine actione experitur, et hoc non sine breui siue libello conuentionali, quia nemo de libero tenemento suo sine breui vel eius pertinentiis, nisi gratis voluerit, respondebit. Quòd si ad hoc iniuste arctatus fuerit, subuenitur ei per tale breue domini regis vicecomiti directum in hac forma. ¶ 2. Rex vicecomi salutem. Præcipimus tibi quòd nò implacites nec implacitari permittas talè de libero tenemento suo in tali villa sine speciali præcepto nostro vel capitalis iustitiarj nostri Teste &c. Et sicut non debet sine breui respondere, ita nec debet sine iudicio disseyfiri. Et dicitur ideò breue, quia rem de qua agitur & intentionem petentis paucis verbis breuiter enarrat, sicut facit regula iuris, quæ rem quæ est breuiter enarrat, et ideò videtur quòd sine breui siue libello, non debet quis experiri in iudicio, ne mutari possit petentis intentio vel modus petendi. Item sine breui non debet quis experiri, nec tenens sine breui respondere de pertinentiis, non magis quam de ipso tenemento, sicut de pastura & alijs de quibus vicecomites et comitatus non habent recognitionem, sicut de placito nani vetiti, pro seruitijs et consuetudinibus, quia vbicunque loquela deducta fuerit in curiam Baronum vel aliorum qui libertates habent de auerijs captis et detentis contra vadium et plegium, et querela peruenerit ad comitatū, si contentio fiat de terra, seruitijs et consuetudinibus, pastura vel huiusmodi quæ pertinent ad liberum tenementum sine breui, remanebit loquela, et querens sibi perquirat si voluerit, et tenens semper in seysina moretur. Et quoniam quandoque competat vni actio vnica contra vnum, quandoque plures còtra vnum vel plures qui tenent in communi vel seperatim & per se, quandoque competūt plures actiones vel vna pluribus qui tenent in còmuni contra vnū vel plures, quarū quædam sūt præiudiciales, eo quòd primò debet terminari secundū quod sūt criminales

*Definitio brevis
postea 413*

minales vel ciuiles, et si omnes criminales, tunc vna maior & altera minor, vel si vna criminalis & altera ciuilis, vel si omnes ciuiles, in rem vel in personam, & si in rem, vel super possessionem vel super proprietatem, ideo de ordine actionum & iudiciorum, et quæ actio debeat alteri præferri. ¶ 3. Et in primis sciendum, quod si alicui plures competant actiones criminales contra vnū vel plures, illa quæ maior est primò debet terminari, ne maleficia remaneant impunita, et extinguatur poena, vt si de minori crimine prius ageretur, sic extincta persona criminosa, extingueretur poena in maiori, sicut videri poterit, vt si quis accusatus fuerit de furti crimine, vel homicidij, et similiter de crimine læsæ maiestatis & conuictus, grauius punitur crimen læsæ maiestatis quàm crimē furti vel homicidij, quia ex vno sequitur quod criminofus trahitur, frangitur, et suspenditur, ex alio non sequitur nisi tantū suspensio. Et ideo si de minori crimine prius ageretur, ita extingueretur poena in maiori pro parte, scilicet quod nõ traheretur nec frangeretur, quod esse non debet. Si autem duæ vel plures competant actiones contra vnum, quarum vna criminalis sit et altera ciuilis, criminalis prius debet terminari, et est ratio, quia si quis appellatus est de vita & membris, competit ei exceptio, contra quemlibet agentem ciuilitèr quod appellatus ei respondere non tenetur antequàm se defenderit in criminali, nec mutare poterit statum suum quamdiu dubius fuerit status propter crimen. Si autem contra vnum duæ competant actiones ciuiles, quarum vna in personam & alia in rem, vtraq; simul poterit intèrari, quia neutra aliam tollit vel excludit, ex quo sese inter easdem personas compatiuntur, ac si vnus illas contra plures intèraret. Si autem vtraquè fuerit in re, et vtraq; super possessione, illa quæ fuerit super possessione propria prius terminari debet, sicut in assisa nouæ disseysinæ, quæ illa quæ fuerit super possessione aliena, sicut assisa mortis antecessoris, de morte alicuius antecessoris. Si autem plures petierint seysinam propriam versus vnum, per assisam nouæ disseysinæ, vltima seysina prius erit determinanda, et sic fiat de pluribus quod de duobus. Et illud idem fiat de assisa mortis antecessoris si plures petant versus vnum per assisam. Si autem vni competant plures actiones ciuiles versus vnum, tam super possessione propria & aliena, quàm super proprietate, petens habet electionem, quam primò voluerit intentare, et vna electa, ad alias regressum non habebit pendente illa, si processerit secundum ordinem actionum, et si ordine non seruato processerit ad illas, postmodum regressum non habebit et vnde si plures competant actiones versus vnum, sicut assisa nouæ disseysinæ de possessione propria, et assisa de seysina antecessoris, et breue de ingressu, et breue de recto, primò (si velit ordinem seruare, quod vna terminata possit ad alias habere ingressum) eligat actiones super possessione, et illam primò de seysina propria, et postea de seysina aliena, et tunc demum agat de proprietate, et primò eligat actionem de ingressu, & postea super ipso recto, quia si primò elegerit agere super ipso recto, nunquam postmodum regressum habebit ad inferiores, nisi ita sit quod aliquando per narrationem reuertatur breue de recto in breue de ingressu, quia quauis teneat ordo, vt prædictum est, de actione in actionem ascendendo vsq; ad breue

ad breue de recto, nunquam tenebit ordo descendendo a superiore actione ad inferiorem. Item incidit quandoque questio proprietatis in actionem intentatam super ipsa possessione, siue possessorium intentetur causa recuperanda possessionis, sicut in assisa nouæ disseysinæ, vel adipiscendæ possessionis, sicut assisa mortis antecessoris, & quo casu, simul quandoque intentatur proprietas cum petitorio iudicio, quoad cognitionem possessionis, & non quoad pronuntiationem super proprietate. Et sæpius inquirendum erit de ipsa proprietate, ut de possessione magis constare possit, et sic nihil commune habet possessio cum proprietate, quoad pronuntiationem, licet quoad cognitionem, ut prædictum est, quia fortè aliter iudex non posset cognoscere de vno. s. de possessione, nisi prius cognosceret de reliquo. s. de proprietate, pronuntiatio vero iustitiarum erit super possessione. Et notandum quod verbum possessionis quandoque ponitur pro re possessa, et quandoque pro restitutione. ¶ 4. Et quod de possessione prius agendum sit quam de proprietate, et quod causa possessionis est præmittenda, quamuis in fine debet proprietas præualere, videri poterit manifeste. Quia est, quod iustitarius prius de proprietate & recto pronunciet, quam de possessione inter aliquos, si postea de possessione cognoscere voluerit inter eosdem, nihil ageret, quia placitum de recto, quod præcessit inter eosdem de eodem tenemento, recognitionem, de petendo seysinam propriam vel alienam de eodem tenemento, extinguit inter eosdem, quia placitum de recto vtrumque ius determinat, tam possessionis quam proprietatis. Ut de termino s. Trinitatis anno regni regis H. tertio, in comitatu Eborum, assisa mortis antecessoris si Wilhelmus le Seneschal. Et idem erit si duo implicauerint vnum, vnus videlicet per recognitionem in causa possessionis, & alius per breue de recto in causa proprietatis, suspenditur placitum per breue de recto, donec sciatur cui debeat possessio remanere, vbi cunque fuerit placitum de recto, in curia domini regis vel in Comitatu. Et si possessio per recognitionem tenenti remanserit, tunc demum præcedat placitum de recto inter eos: Si autem tenens amiserit per recognitionem, tunc cadit breue de recto, et tunc agat petens versus eum qui euicit per recognitionem. Sed cum prosecutio per breue de recto ita suspendita sit per recognitionem, petens per breue de recto semper apponit clamorem suum, pro quocunque feratur sententia in causa possessionis. Et quod prius cognoscendum sit de possessione quam de proprietate si violentia adhibita sit probatur. ff. Ad legem Iulianam de vi publica. Lege, Si de vi, vbi dicitur, quod si de vi et possessione vel dominio queratur, ante cognoscendum est de vi, quam de proprietate rei, & etiam prius queritur de vi quam de iure domini siue possessionis. Item est et alia ratio, quod qui rem petere voluerit, si cautè sibi prouiderit, videat primò an aliqua ratione nancisci possit possessionem: quoniam commodius est possidere quam petere. Multi enim sunt qui si possessionem habuerint, se defendere poterunt per exceptionem: si autem fuerint extra, vix aut nunquam forte recuperabunt per actionem. De hoc autem quod dicitur, quod qui primò petierint per breue de recto, quod ad inferiores actiones descendere non possit, videndum qualiter vsus fuerit breui de recto. Sunt qui-

dam qui dicunt, quòd si in tantum vsus fuit petens per breue de recto quòd tenens summonitus sit, & ad summonitione effoniarus, quòd hoc sufficit quòd regressum non habeat ad actiones inferiores, quia tunc inceptum est placitum cum effectu, per breue de recto. Quidam autem dicunt contrarium, quòd non est inceptum cum effectu, antequam summonitus comparuerit, & ad breue responderit, vel warrantum vocauerit, vel ulterius processerit. Sed re vera, sufficit si fiat vt primò dictum est. Et hæc vera sunt, si breue, per quod actio incepta est, teneat in suo casu. Vt si assisa mortis antecessoris impetrata fuerit, et non iacuerit inter partes, pro non impetrata reputabitur, et ideò descendere poterit petens ad assisam nouæ disseysinæ ad seysinam propriam recuperandam. Eodem modo videtur quòd esse debeat, si quis vsus fuerit & impetrauerit paruum breue de recto, secundum consuetudinem manerij domini Regis, vbi impetrasse debuit magnum breue patens: si eo vtatur, nihilominus habebit regressum ad breue magnum ad petendum liberum tenementum suum, et econtrariò: quia cum in suo casu non sunt impetrata, ideo nulla. Si autem vtraquæ actio duorum versus vnum super proprietatem, et vbi vterquæ agere poterit tam super possessione quam super proprietate, sed ratione diuersorum temporum: semper de vltima seysina prius erit cognoscendum, et si de vltima seysina constare non possit, tunc obseruetur quod dicitur, quòd qui prius appellat prius agat, quod fallit in quatuor casibus. Cum autem ab vna parte, plures actiones ciuiles proponantur versus vnum vel plures, de pluribus rebus & diuersis, poterit qui eas proponit, quam voluerit præmittere, et omnes simul tractare. De hoc autem quod dicitur, quòd si plures alicui competant actiones, vna debet experiri, et vna electa ad alias non poterit recurrere pendente prima: Sciendum est, quòd istud fallit in quatuor casibus. Primus casus est, quòd cum quis plures habeat actiones, vel duas de vna re quæ fuerint contrariæ, si vtrasquæ proposuerit, audiri non debet, magis quam si contraria allegaret. Oportet igitur quòd vnam istarum proponat, quam voluerit, quia sese non compatiuntur nec simul stare possunt, quia vna excludit aliam: Vt si quis peteret simul sortem & vsuras, & terram in dominico & ad terminum. Secundus casus est, vt si illa quæ primò proponitur, pendeat ex alia & quæ posterius proponi deberet per ordinem, vt si quis tanquam hæres petat debitum hæreditarium, antequam se probauerit hæredem, et postea vult inquiri si sit hæres vel non. Prepostera est enim talis petitio. Item si quis petat fundum, rei vendicatione, & statim vult percipere fructus vel colligere, antequam fundum acquisierit, vel de fructibus agere, antequam prima actio terminetur de principali, repelli debet a secunda actione de fructibus. Primò enim debet constare de re principali per actionem primam, cuius esse debeat, et postea de eius pertinentijs. Et vnde videtur rationibus prædictis, quòd si quis petat manerium cum pertinentijs, ad quod pertineat aduocatio, sicut de pertinentijs, et pendente placito de manerio, antequam conuincatur cuius esse debeat, contingat ecclesiam vacare,

vacare, & ille qui petit manerium, præsentauerit antequam principale terminetur, si placitare voluerit, non audietur per breuē de quare impedit nec de vltima præsentatione, et plures sunt huiusmodi actiones, & infinitæ. Tertius casus est, cum secunda sit præiudicialis primæ, quod non est in primo casu, sed e conuerso. Vt si a te petam fundum Tycianum quē tu possides, et negas meum esse, & petam viam ad ipsum fundum Tycianum per fundum Sempronianam qui Tycij est, non sum audiendus in hac secunda actione de via, quæ præiudicat primæ, & quia primò oportet discutere cuius debeat esse fundus Tycianus, ad quem via pertinere debeat. Item si vendico a te aliquem fundum, et antequam conuincatur, velim interim tecum agere de communi diuidendo, non sum audiendus, pro eo quòd per hanc actionem de diuidendo præiudicatur primæ de principali recuperando. Quartus casus est, si tales sint actiones, ppositæ, quòd vna tollitur electione alterius, vt si agam in causa proprietatis per breue de recto, et postea velim recurrere ad aliam quæ sit de possessione, non possum, quia per hoc fieret præiudicium primæ, & tamen vtraque actio tam proprietatis quàm possessionis sub actione de proprietate continetur. ¶ 5. Et notandum in fine, quòd cum quis plures habeat actiones concurrentes de eadem re, vna debet experiri, vt F. quòd metus causa. L. similiter, si coactus & C. de tributoria actione. L. quòd in hæredē ff. Eligere. Sed videtur contra F. quorum legatorum L. primā. Vbi dicitur quòd si duæ competant actiones quas actor sciat sibi competere, & prestatum fuerit ex vna rem suam consequi velle, licebit ei, et ita potest indefinite proponere actiones. Solutio. Vbi certus sum duas mihi competere actiones, eligere cogor, vt F. de tributoria L. quòd in hæredē. ff. Eligere. Si autem ignorem quæ mihi competat, tunc sub generali verbo, indefinite possum proponere actiones, vt in L. contraria. Vel vbi ex confessione aduersarij dependet mea actio, cogitur aduersarius exprimere cum fuerit interrogatus, vtrum pro hærede vel pro possessore possideat, vt sciatur per medium, quæ actio mihi competat actori: licet titulum suæ possessionis dicere nemo cogatur. Vt C. de hæredibus L. cogi possessorem. Item si quis duo breuia simul vel diuersis temporibus impetrauerit, dum tamen ille vsus fuerit, electo vno breui per quòd agere voluerit & alio prius vsus fuerit, ex secundo agere non poterit, antequam se retraxerit a primo, vt de abbate de Ryual & Petro de Sabaudia coram rege. Et notandum quòd vbi duæ actiones de eadem re concurrunt, aut sunt rei persecutoria, aut poenæ. Si autem rei tantum, tunc in electione actoris erit quam voluerit eligere, vt prædictum est. Et vna electa &c. vt supra. Vt F. locati, L. si mercēs. ff. Gulpæ nomine. Si autem poenæ, tunc aut ex vno facto vel diuersis, ex vno & eodem facto, vt si quis aliquid per vim rapuerit, tenetur actione furti, & interdicto vnde vi, in quo casu, vna electa, non potest recurrere ad aliam, nisi quatenus minus consecutus fuerit ex vna: vt F. de priuatis delictis L. non vti quē, et F. de actionibus & obligationibus. ff. Si seruum. Si autem ex diuersis factis, tunc neutra tollitur per aliam, et ibi duæ actiones de eadem re concurrentes, vna aliam non consumit, vt in Iustic. Item notandum quòd poenalis actio non datur in hæredes,

Gg.ii.

nec

nec transit in eos, nisi lis fuerit contestata cum defuncto. Ad hoc facit F. de pullicianis et vestigialibus L. interdum. ff. poenæ. Vbi dicitur, quod poenæ ab heredibus peti non possunt, si non est questio mota viuo illo qui delinquit. Et hoc sicut in cæteris quoque poenis, ita & in vestigialibus. Item in causa criminis, et maximè si civiliter agatur. Et iniuriarum, illustres personæ per procuratorem agere possunt vt iij. Q. ix. in fine & C. de iniurijs L. vltima. Item in eo quod poenalis est, non datur in hæredes similesque personas, nisi in quantum ad eos peruenerit. Item si contra pupillum agatur, vel furiosum, ad damna inde non tenentur, nisi in quantum ad eos peruenerit vt supra: quia affectu carent, nisi pupillus forte doli capax sit. ¶ 6. Item actio civilis cum aliquando triplex sit, & quasi mixta .s. personalis, poenalis & rei persecutoria, sicut de restitutione spoliatorum, quod res corporalis & immobilis restituatur spoliato, vel quod res incorporalis, sicut ius aliquod, in debitum statum reformetur. Sicut dici poterit de seruitutibus, vt de iure eundi, agendi, & de iure paciscendi in fundo alieno, & huiusmodi: bene poterunt hæc omnia vnica actione terminari, sicut per assisam nouæ disseysinæ, secundum diuersas species disseysinarum. Personalis enim est, quia tantum datur spoliato & competit contra spoliatorem in eo quod poenalis est. Est etiam poenalis propter delictum, quia iniuste & sine iudicio, & quandoque persequitur spoliatorem, si spoliator superstes sit, & in eo quod poenalis est extinguitur per mortem vtriusque, vel alterius ipsorum. Est etiam restitutoria tantum aliquando, & non poenalis, quantum ad eos qui immunes sunt a delicto disseysinæ, quia poenam sentire non debet, qui immunis est a culpa, secundum quod inferius dicitur de assisa nouæ disseysinæ. Item ex vno facto iniurioso, plures possunt oriri actiones poenales in causa civili, & vni competere vel pluribus contra vnum vel plures, & omnes simul bene poterunt intentari, cum non sint contrariæ vel præiudiciales, sed sese compatiuntur, vt videri poterit, vt si quis nihil iuris habeat in fundo alieno, nec aliquam seruitutem, contra voluntatem domini, cuius fundus ille fuerit, fossatum leuauerit, plures competere poterunt ex hoc domino fundi actiones .s. assisa nouæ disseysinæ de libero tenemento, ex quo talis sic nouum opus fecerit in fundo alieno, & rem alienam sic inuito domino contractauerit. Ex hoc etiam poterit ei competere & alia, quod fossatum illud leuatum est ad nocumentum liberi tenementi sui, eo forte quod per fossatum illud poterit obstrui via aliqua, Item competere poterit ei & tertis, quia per fossatum illud poterit alicuius aquæ cursus iniuste ad nocumentum domini diuertit, & quia ibi sunt plures iniuriæ ex vno facto, per hoc poterit delinquens pluribus actionibus teneri vni, et aliquando pluribus, et poterit ille cui iniuriatus est omnibus simul si voluerit experiri, vel vicissim, plures enim actiones poenales de eadè re siue de eodè facto concurrentes, vna aliam non consumit, quia quatenus minus consequitur p vnâ, consequi poterit si voluerit p aliam, si vicissim egerit & successiue. Sed cum plures competant actiones ex vno facto, vt prædictum est, videndum erit vtrum omnes iniuriæ vnica actione possint terminari, quia cum lites restringendæ sunt, non expedit pluribus actionibus

nibus vii, cum vna sufficiat p omnibus, ad demoliendum illud totum quod iniuriöse factum est, & ad pristinum statum reformetur; quod res sit sicut solet esse & debet. Vnde necessarium erit quod procedat assisa nouæ disseyfinæ quod fossatum omninò prostratur, & fiat tenementū adeo planum sicut esse solet: p hoc enim poterit via obstructa aperiri, & aqua trestornata recipere cursum debitum; & sic possunt omnes iniuriæ vnica actione terminari & secundum diuersitatem nocumentorum poterunt damna estimari. Si autem primò tantum ageretur de via obstructa, adhuc pro magna parte remanere poterit iniuria de fossato & aqua trestornata, et si primo tantum de aqua trestornata, adhuc remanere posset in magna parte iniuria de fossato, & etiam omninò de via obstructa, & ideo melius est quod p vnicam actionem omnes illæ simul terminentur iniuriæ, quàm per plures. Item ex vno delicto siue ex facto, plures oriri poterunt actiones criminales & pœnales, & competere pluribus sicut vni, & contra vnum & plures, siue nascuntur ex vno facto vel pluribus, secundum quod plenius dicetur infra de placitis corone, de appellis & pœnalibus actionibus. Item ex vno facto vel delicto, plures possunt oriri actiones pœnales, & pluribus competere sicut vni, vt si cui iniuria illata fuerit p illos qui sunt sub sua potestate, sicut sũt filius, filia, vel alij qui sunt de alicuius familia, et in seruitio suo verberauerit, vulnerauerit, & maletractauerit contra pacem, competit ei quidem actio, qui ictus sustinuit & vulnera, et ipsam violentiam directa, vt consequatur suum interesse secundum estimationem iniuriæ. Competit etiam domino actio indirecta, quatenus sua interfuit non caruisse seruitijs famulorum & operibus seruorum & huiusmodi. Competit etiam domino actio ex hoc, si tales verberati sunt vel pulsati in dedecus ipsius domini, etiam si seruitio & operibus seruorum non caruerit, & ita poterit interesse sua aliquando, ratione alterius istorum, & aliquando ratione vtriusquè, vt si dicat se nolle sustinuisse damnum pro tanto, nec pudorem vel dedecus pro tanto, coniunctim vel diuisim. Sed videndum inter cætera quæ istarum sit præiudicialis, & si vna dependeat ex alia, et videtur quod sic: quia esto quod seruientis vel seruis, cui violentia illata est, in probatione sua defecerit, licet querela vera sit, videtur quod per hoc extincta sit actio domini, quia si factum non pbetur, quod est principale, valere non debeat aliquid quod dependeat ex eo, et proinde quod talis non verberatur ad dedecus ipsius, nec ad damnum. Sed reuera quamuis talis in probatione sua defecerit, nihilominus subesse possit verum, quod ita fuit. Et vnde si vnus non probauerit, alius potest. Idem erit si tales se retraxerint vel sequi noluerint.

(. .)

¶ In-

Incipit tractatus secundus

Libri tertii, in quo tractatur

De Corona.

(..)

1. ¶ Qualiter procedere debent iustitij in itinere suo & quo ordine. 2. De sacramento
xij. militum electorum ad dicendum veredictum in placitis corona. 3. Capitula de quibus
xij. respondere debent. Cap. 1.



Acta coram iustitiarijs itinerantibus generali sūmō-
nitione, ad certos diem & locum, quæ ad minus con-
tinere debet spacium xv. dierum, videndum erit in
primis, qualiter procedere debeat & quo ordine. Et
sciendum quod in primis incipere debent de placitis
coronæ, in quibus terminantur actiones criminales,
tam maiores, quàm minores, nisi ipse dominus Rex
fortè in aliqua parte aliter duxerit faciendum. Et in-
primis legantur breuia, quæ dant eis autoritatem & potestatem itineran-
di, vt sciri poterit de eorum autoritate: quibus auditis, si iustitiarijs pla-
cuerit, quidam maior eorum & discretior, publicè coram omnibus pponat
quæ sit causa aduentus eorum, & quæ sit vtilitas itinerationis, & quæ
commoditas si pax obseruetur, & pponi solent verba ista per M. de Pate-
shull. In primis de pace domini regis et iustitia eius violata, per murdrif-
tores & robbatores & Burglatores, qui malitiam suam exercent die ac
nocte, non solum in homines, de loco in locum itinerantes, sed in homi-
nes in lectis suis dormientes, et quod dominus Rex mandat omnibus fi-
delibus suis, quod in fide qua ei tenentur, et sicut sua saluare voluerint,
efficax & diligens prestent consilium & auxilium, ad pacem & iustitiam
suam conseruandam, & malitiam prædictorum tollendam & reprimen-
dam, & huiusmodi plura. Quibus ppositis, debent iustitij se transferre
in aliquem locum secretum, & vocatis ad se quatuor vel sex vel pluribus
de maioribus de Coñ, qui dicuntur busones coñ, et ad quorum nutum
dependent vota aliorum, et sic inter se tractatum habeant iustitij ad in-
uicem, & ostendant qualiter a domino rege & consilio suo sit prouisum,
quod omnes tam milites quàm alij qui sunt quindecim annorum et am-
plius, iurare debent quod vlagatos, murdrifores, robbatores & burgla-
tores non receptabunt, nec eis consentient, nec eorum receptoribus,
et si quos tales nouerint, illos attachiari facient, et hoc vic. & balliuis suis
monstrabunt / et si hutesium vel clamorem de talibus audierint, statim
audito clamore, sequantur cū familia & hominib⁹ de terra sua. Ad quod
notari possit, quod si quis feloniam fecerit, et statim captus fuerit, leuato
hutesio, cessabit secta. Et vnde si homo per infortunium oppressus fuerit,
submersus, vel aliquo alio modo mortuus, vel interfectus, statim leuetur
hutesium, sed sequi non oportet de terra in terram, villa in villam, cū
ma-

Barones

malefactor captus sit. s. la bane. Et postea traceam conducant per terram suam, & in fine terræ suæ illam monstrabunt dominis terrarum vicinarū: Et sic quod fiat secta de terra in terram cum omni diligentia, donec malefactores comprehendantur, et quod non remaneat tracea facienda, nisi impedimentum interueniat per noctem superuenientem, vel alia rationabili causa, et quod illos quos suspectos habent, p posse suo arrestabūt, non expectato mandato iustitiarj vel vic. & quod inde fecerint, scire faciant iustitiarjs vel vic. Iurabunt etiam quod si aliquis venerit in villam vel Burgum vel alibi, et emerit panem, ceruisiam vel alia victualia, & suspectus habeatur quod hoc sit ad opus malefactorum, ipsum arrestabunt, & ipsum arrestatum vic. vel balliuis suis liberabunt. Iurabunt etiam quod nullum de nocte recipiant in domum suam ad hospitandum, nisi bene notus sit, et si forte ignotum aliquem hospitaerint, quod non pmittent eum in crastino recedere ante clarum diem, et hoc sub testimonio trium vel quatuor proximorum vicinorum. Conuocentur postmodum seruiētes & balliui hundredorū, & p ordinē irrotulentur hundredarij siue wapentakia & nomina seruientum, quorū quilibet affidabit, quod de quolibet hundredo eliget quatuor milites, qui statim veniant coram iustitiarj ad faciendum præceptum domini regis, et qui statim iurabunt, quod eligent xij. milites vel liberos & legales homines, si milites non inueniantur, qui neminem appellant, nec sunt appellati, nec malè crediti de pace infracta, de morte hominis, vel alio malefitio, et p quos negotia domini regis possint meliùs & vtiliùs expediri. Et nomina eorum xij. statim imbreuari faciant in quadam schædula & illam liberent iustitiarjs, qui etiam cum venerint, iurabunt in hac forma, primus sic. ¶ 2. Hoc audite iustitiarj, quod ego veritatem dicam de hoc quod a me interrogabitis ex parte domini Regis, et fideliter faciam id quod mihi præcipietis ex parte domini Regis, et pro aliquo non omittam, quin ita faciam pro posse meo, sic me deus adiuuet, et hæc sancta dei euangelia. Et post eum iurabit quilibet aliorum seperatim, et per se. Tale sacramentum quale A. primus iurator. s. hic iurauit, ego tenebo ex parte mea, sic me deus adiuuet & hæc sancta. Et cum ita iurauerint omnes, legantur eis capitula per ordinem, de quibus coram iustitiarjs respondebunt. Quibus sic auditis, statim dicatur eis, quod de quolibet capitulo, seperatim & per se sufficienter, distinctè et apertè respondeant in veredicto suo, & illud habeant ad certum diem, et secretè dicatur eis, quod si sit aliquis in hundredo vel wapentakio suo, qui malè creditus sit de malefitio aliquo, illum statim capiant si possint, si autem non, tunc secretò habere faciant iustitiarjs nomina talium, et omnium illorum qui malè crediti sunt in quadam schædula, et præcipietur vicec. quod illos statim capiat, et captos venire faciat coram Iustitiarjs, vt iustitiarj de ijs faciant iustitiam. Capitula vero quæ illis duodecem proponenda sunt quandoquæ variantur, secundum varietatem temporum et locorum, & quandoquæ augentur, quandoquæ minuuntur. Sed tamen aliquid dicatur de Capitulis (exempli causa) qualiter per ordinem proponuntur. ¶ 3. In primis de veteribus placitis coronæ, quæ aliàs fuerunt coram iustitiarjs, & non fuerunt terminata

terminata . De nouis placitis coronæ , quæ postea emerferunt tempore pacis, per quod notari poterit per capitula ista, quod non erit quærendū de placitis illis coronæ quæ emerferunt ante aliud iter iustitiariorum, et quæ coram eis pposita non fuerunt . Et si aliquis illorum de huiusmodi fuerit accusatus, inde habebit exceptionem, & etiam possunt iuratores xij. de alio itinere argui de periurio, vt de termino s. Michaelis anñ regni regis H. nono incipiente decimo, de quodam Henrico Romband in comitatū Hertford. De illis qui sunt in misericordia domini regis, et nō sunt amerciati, ad quod videndum, qualiter quis sit amerciandus. Et sciendū quod miles & liber homo non amerciabitur nisi secundum modum delicti, secundum quod delictum fuit magnum vel paruum, & saluo contememento suo. Mercator vero non nisi salua merchandisa sua. Et villanus autem non nisi saluo wannagio suo, et hoc per iudicium pborum hominum de visneto, qui affidabunt simul cum seruiente. Comites vero, vel Barones non sunt amerciandi, nisi per pares suos, & secundum modum delicti, et hoc per Barones de scackario, vel coram ipso rege. Clericus vero non amerciabitur, secundum beneficium suum ecclesiasticum, sed secundum quantitatem laici feodi sui, et secundum modum delicti. Et ad hoc fideliter faciendum affidabunt amerciatores, quod neminem graua- bunt per odium, nec alicui deferent ppter amorem & quod celabunt ea quæ audierunt. De ualectis & puellis, qui sunt & esse debēt in custodia domini regis, qui sunt, et qui illos habent, et per quem, et quantum terre eorum valent. De dominabus, quæ sunt et esse debent de donatione domini regis siue sint maritatae siue non, et si sint maritatae, quibus & p quæ, et quantum terræ illarum valēt per anñ. De ecclesijs quæ sunt de aduoca- tione domini regis, quæ ecclesiæ illæ sunt, et qui illas habent & p quem, & quantum valent p anñ. De eschaetis dñi regis, quæ sunt, & quis illas tenet, et per quod seruitium, tam de terris Normanorum, q̄ de alijs, & si quæ teneantur sine warranto, capiantur in manum domini regis. De Ser- iantijs domini regis, quæ sunt, et qui illas tenent & p quem, & cuiusmodi seriantix illæ sunt, et quantum valent & quæ seruitia reddant. De put- presturis factis super dominum regem, siue in terra, siue in mari, siue in aqua dulci, siue infra libertatē siue extra, siue alibi vbicunq;. De mensuris factis & iuratis per regnum, si seruatae sint sicut prouisum fuit, & si custo- des mensurarum mercedes ceperint ab aliquo, quod possint p alias eme- re & per alias vendere, quod quidem intelligatur de omnibus mensuris, tam vlnis q̄ ponderibus, & si assisa de latitudine pannorum seruata sit si- cut fuit prouisum, et si quis denarios ceperit pro pannis contra assisam venditis. De vinis venditis in ciuitate, burgis, & alijs villis mercatorijs, vbi vina vendita sunt, contra assisam, et quis ea vendiderit, et quot dolia per annum & per quot annos. De illis qui ceperunt denarios ab illis, qui extraneos hospitati sunt contra assisam inde factam anno præterito. De vic. & alijs balliuis dñi regis, qui tenuerunt placita coronæ & quæ placita sunt & qui conuenire faciunt hundreda siue wapentakia p inquisitionib⁹ faciendis de morte hominis vel alijs placitis coronæ, et si ceperint mise- ricordias p defaltis, vel pro Vthesio non leuato vel non secuto. De vsu- rarijs,

rarijs christianis mortuis, qui fuerunt, & quæ catalla habuerunt, et quis
 ea habuerit. De catallis iudeorum occisorū, et vadijs & debitis & chartis
 eorū, et quis ea habeat. De falsonarijs & retonforib^o denariorū. De mo-
 neta & chambio domini regis, scilicet quis fecit monetam & chambium
 sine domino rege, vel iustitiarijs suis. De burglatoribus & malefactorib^o
 et eorum receptoribus tēpore pacis. De fugitiuis, et quis redierit post
 fugam sine warranto domini regis. De vlagatis & fugitiuis & eorum ca-
 tallis, quis ea habet, et si qui vlagati redierint sine warranto. De hijs per
 quorum terram vlagati, raptores, vel burglatores transferunt, qui non fe-
 cerunt secū post eos, sicut facere debuerūt. De mercatis remotis ab vno
 die in alium, sine licentia domini regis, nisi sit de die dominica, et si quod
 mercatū de nouo leuatū fuit, sine warranto aut præcepto domini regis.
 De nouis consuetudinibus leuatis, siue in terra siue in aqua, quis eas le-
 nauit & vbi. De mercede capta pro blado & alijs catallis dimittendis, ne
 caperentur ad castella & huiusmodi, & similiter de prisīs factis p vic. con-
 stabularium vel alios balliuos contra voluntatem eorum, quorū catalla
 illa fuerunt, de defaltis, scilicet de ijs qui sūmoniti fuerunt ad esse hic co-
 ram iustitiarijs & non sūt. Et qui non venerūt primo die de gaolis delibe-
 ratis, sine warranto domini regis, et similiter de illis qui tenuerūt placita
 de probatoribus, sine warranto. De euasione latronum. De wrecko maris
 de malefactoribus in parcis et viuarijs, qui illi sunt, & eodē modo de co-
 lumbarijs, et qui columbas capiunt reuertentes ad columbaria. De rapi-
 nis & prisīs factis extraneis, per quos hoc factum fuit, et quando & vbi
 et in cuius potestate. De illis qui non permittunt balliuos domini regis
 intrare in terras suas, ad sūmonitiones et attachiamēta, vel distinctiones
 faciendas, pro debitis domini regis vel pro placitis, et alijs reb^o sine spe-
 ciali libertate. De balliuis qui ceperunt dōna vel denarios, pro recogni-
 toribus amouēdis, de iuratis et assisis, et similiter de vic. et balliuis qui ce-
 perunt redemptionē de valetis integrum feodum militis tenentibus, vel
 viginti libratas terrę habētib^o, ne milites fierēt ad mandatū dñi regis, cū
 vic. et alij balliui dñi regis inde præceptū haberēt speciale, de talibus,
 plenæ ætatis existentib^o, milites faciendis. De vic. et alijs balliuis qui pla-
 cita coronæ, et namij vetiti placitāt et terminant in comū, hūdreidis, vel
 p sacramētū vel alio modo, cū nullā inde habeāt potestātē sine speciali
 mandato domini regis, et per breue suum, nisi tantum vic. qui est in hoc
 iustitiarius domini regis super iniusta captione & detentione. De excessi-
 bus vic. et aliorum balliuorum, si aliquam litem suscitauerint occasione
 habendī terras, vel custodias vel perquirendi denarios, vel alios profect^o
 vel per quod iustitia & veritas occultetur vel dilationem capiat. De vic.
 et alijs balliuis ambidextris, qui capiunt ex vtraq; parte. De thuthingis,
 hūdreidis, siue wapētakijs et alijs balliuis domini regis positis ad firmam,
 tempore prædictorū vic. quantum valent, & p quanto posita fuerūt quo-
 libet anno temporibus prædictorum vicecomitum, et pro quanto modō
 posita sunt, de prisīs domini regis in terra, siue in aqua dulci, vel salsa, et
 libertatibus spectantibus ad castella sua, siue ad comitatū siue ad burgos
 suos, siue ad alia quęcunq; loca, quæ sunt, et quantum valeant per annū,
 Hh.i. et quis

et quis ea occupauerit vel celauerit, vel detinuerit. De vicecomitibus et alijs balliuis, qui ceperunt denarios ab illis qui reſtati fuerunt de morte hominis, vt dimitterent eos per pleuinam, cum non eſſent replegiandi ſine ſpeciali præcepto domini regis. De vicecomitibus et alijs balliuis, qui imprifonauerunt illos qui reſtati fuerunt de latrocinio per indictamentum vel appellum probatoris, et illos in priſona detinuerunt quouſque haberent de illis redemptionem, cum poſſent et deberent per legem terræ replegiari, ſine aliqua redemptione, vel ſi a talibus redemptione ceperunt ne imprifonarentur. De vicecomitibus et alijs balliuis, quibus vel pluriès denarios ceperunt ab aliquo, ac ſi pluriès eſſet amerciatus cum amerciatus non eſſet niſi ſemel. De vicecomitibus et alijs balliuis, qui diſtrinxerunt plures vnũ nomẽ habentes, p̄ pluribus amerciamentis, vbi non fuit amerciat⁹ niſi vn⁹ tantũ. De vicecomitibus et alijs balliuis qui diſtrinxerunt aliquem ad payandum & faciendum plus, quàm id ad quod fuit amerciatus per ſummonitionem ſcaccarii. De balliuis qui faciunt ceruiſias ſuas, quas quandoq; vocant **ſcotale** quandoque **ſiltale**, vt pecunias extorqueant ab eis qui ſequuntur hũndreda ſua et balliuas ſuas, et de illis ſimiliter qui licet ceruiſiam non faciant, blada tamen colligunt in autumno, agnos et alia prætextu balliuæ ſuæ, per quod pauperes grauant et moleſtant. De catallis extraneorum, de poteſtate regis Franciæ exiſtentium, dum rex fuit in vaſconia, quò deueniunt &c. De denariis captis pro defaultis per balliuos de iis qui non venerunt ad ſummonitionem vicecomitis, quis eos ceperit et quantum. De iis qui leuauerunt warrenniam ſine ſufficienti warranto. De iis qui manuceperunt habendi aliquem coram iuſtitiariis in aduentu ipſorum et non habuerunt eum primo die. De iis qui retraxerunt breuia et alteri parti vendiderunt; per quod dominus rex amiſit id quod ad ipſum inde pertinebat. De theſauris inuentis &c. De felonibus damnatis et ſuſpenſis alibi, ¶ coram iuſtic. ad omnia placita, ad quorum manus catalla deueniunt, et qui terras (ſi quas habent) teneant, et a quo tempore, et quantum valent per annum. De iis qui currunt in alienis warrennis ſine warranto dominorum. De vic. et alijs balliuis domini regis qui ceperint mercedem, pro vigilijs conſtitutis et non obſeruatis.

ſcotale quandoq;
Byſdale quandoq;
Gildale

¶ Breue de generali ſummonitione in itinere iuſtitiariorũ itinerantiũ apud Shipwey in com̄ Kanc. infra libertatem quinque portuum. Item capitula 2. Breue vic. Norff. et Suff. q; ſciri faciat hominibus in Iermwe et Donewiz. Cap. 2.

Rex dilectis & fidelibus ſuis balliuis de Haſtings ſalutem. Præcipim⁹ vobis quòd omni occasione poſtpoſita, ſitis apud Shipwey ad taleſem diem coram dilectis et fidelibus noſtris talibus, & illuc tũc venire faciatis. 24. de legalioribus & diſcretioribus baronibus de Haſtings, et alios, ſicut venire ſolent et debent ad placitum de Shipwey, ad reſpondendum coram præſatis iuſtitiarijs noſtris de capitalis ſubſcriptis. De veteribus placitis corone, quæ aliàs fuerunt coram iuſtitiarijs apud Shipwey.

wey, et nō fuerunt terminata. De nouis placitis corone nre que infra li-
 bertatem vestram emerferunt tempore pacis; postq̄ iustitiarj vltimō iu-
 nerauerunt apud Shipwey. De ijs qui sunt in misericordia domini regis
 et non sunt amerciari. De ecclesijs que sunt de aduocatione domini re-
 gis, que ecclesie illz sunt, et qui illas habent, et per quem, et quantū va-
 lent per annum. De assis pannorum si seruata sint sicut prouisum fuit, et
 si quis denarios cepit pro pannis contra assisam veditis. De eschaetis do-
 mini regis, que sunt, et qui illas tenent, et per quod seruitium, tam de ter-
 ris Normanorum q̄ de alijs, et si que teneantur sine warranto capiatur
 in manū dñi regis. De illis qui robbauerunt in terris vel in aqua post pa-
 cē clamatum. De purprestarijs factis sū p̄ dñm regem, siue in terra siue in
 mari siue in aqua dulci, siue infra libertatem siue extra, siue alibi vbicun-
 que. De mensuris factis et iuratis p̄ regnum, si seruata sint sicut prouisū
 fuit, et si custodes mensurarū mercedē ceperunt ab aliquo q̄ possit p̄ alias
 emere et p̄ alias videri: quod quidē intelligatur de omnibus mēsuris tā vl-
 nis q̄ pōderib°. De vinis veditis &c. de thelauro &c. De catallis Frackorū
 &c. de falsarijs &c. de Burglariorib° &c. de mercatis &c. de chābio &c.
 de Fugitiuis &c. de Mercede &c. de nouis consuetudinibus &c. de defal-
 sis &c. de gaolis &c. de rapitis &c. de nauibus captis in guetra & traditis
 per Wilhelmum de wrotheham, cui tradebantur, et quis illas habeat vel
 quid de illis actum sit. De illis qui venderūt naves vel maeremium ad
 naues faciendas inimicis patris domini regis et suis, contra prohibiti-
 onem patris ipsius domini regis. Faciatis etiā venire coram eisdem iusti-
 tiarjs nostris ad prefaram terminum; omnia placita et omnia attachiamē-
 ta que venire & terminari debēt & solent coram iustitiarijs placita tenē-
 tibus apud Shepwey Teste &c. Eodem modo et per eadem verba scriba-
 tur balliuis de Romual, balliuis de Heya, balliuis de Doure et balliuis de
 Sandwyz, ita q̄ quilibet eorum portuum habeat litteras per se in prædic-
 ta forma. Et quoniam sepius contentio est inter homines prædictorum
 portuum, et homines de Gernemuth et de Dorwiche, fiat breue vic. Norff,
 et Suff. in hac forma: ¶ 2. Rex vic. Norff & Suff. salutem. Sciatis q̄ sum-
 monari fecim⁹ ad talem diem apud Shepwey, omnia placita de quinque
 portibus sicut teneri debent et solent coram iustitiarijs apud Shipwey.
 Et ideo tibi præcipimus, q̄ hoc sciri facias hominibus de Iernemewe et
 balliuis de Donewiz; ita quod si aliquis conqueri voluerit de aliquo qui
 sit de libertate vel infra libertatem quinque portuum, tunc sit apud Ship-
 wey eorum prefatis iustitiarijs nostris querelam suā ppositurus et iustiti-
 am inde recepturus Teste &c.

tradidit.

¶ De crimine lese maiestatis et suis speciebus. 2. De crimine falsi et suis speciebus. 3. De
 occultatione thesauri inuenti. 4. Quid est thesaurus. 5. Quid sit weckum & de grosso
 pasci. 6. De iuramento et balena. 6. De assis regni iuratis si non obseruentur. Cap. 3.

Cum sine quodam crimine capitalia que inducunt corporalem pœ-
 nam, quandoq; vltimam supplicij, quandoq; membrorum truncati-
 onē, secūdū quod fuerint maiora vel minora, et quorū quedam sūt
 publica,

Hh.ij.

publica et quædam priuata, et publicorum quædam maiore pœnam inferunt, ppter personam contra quam præsumitur, sicut est crimen læsæ maiestatis, vt si contra personam ipsius regis sit præsumptum, quod quidē crimen omnia alia crimina excedit quoad pœnam, idēo primo dicendum est de hoc crimine læsæ maiestatis. Habet enim crimen læsæ maiestatis sub se multas species, quarum vna est, vt si quis ausu temerario machinatus sit in mortem domini regis, vel aliquid egerit vel agi procurauerit ad seditionem domini regis vel exercitus sui, vel procurantibus auxiliū & consiliū præbuerit, vel consensum, licet id quod in volūtate habuerit non perduxerit ad effectum. Ad accusationem vero huius criminis, admittitur quilibet de populo, liber homo & seruus & minor infra ætatem constitutus, dum tamen accusatus attachietur vsquē ad ætatem accusantis, & hoc dico, dum tamen sit ille qui accusat integræ fæmæ & non criminofus, quia criminofus ab omni accusatione repelluntur, vt si accusans fuerit latro cognitus, vel vlagatus, vel aliquo genere felonie conuictus vel conuincend^o. Nec etiam admittuntur ad accusationem in crimine læsæ maiestatis, aliquo casu conspiratores, vel crimini consentientes, & in hoc casu pertinet tota accusatio ad accusantem, et ad ipsum regem. Continet etiam sub se crimen læsæ maiestatis, crimen falsi, quod quidem multiplex est: vt si quis falsauerit sigillum domini regis, vel monetam reprobam fabricauerit & huiusmodi, secundum quod, inferius dicetur. Si sit aliquis qui alium nouerit inde esse culpabilem, vel in aliquo criminofū, statim et sine interuallo aliquo accedere debet ad ipsum regem si possit, vel mittere, si venire non possit, ad aliquem regi familiarem & omnia ei manifestare per ordinem. Non enim debet morari in vno loco per duas noctes, vel per duos dies antequam personam regis videat, nec debet ad aliqua negotia, quamuis vrgentissima, se conuertere, quia vix permittitur ei quod retro aspiciat. Quod autem si ad tempus dissimulauerit et subticuerit, quasi consentiens & assentiens, erit seductor domini regis manifestus, siue accusatus proprius fuerit homo, vel alienus: et si post interuallum accusare velit, non erit de iure audiendus, nisi docere poterit se fuisse iustis rationibus impeditum. Si quis autem de hoc crimine fuerit diffamatus, tunc videndum erit vtrum appareat accusator vel non, si autem nullus appareat, nisi sola fama que tantum apud bonos et graues oriatur, hic saluō attachiabitur per saluos & securos plegios, vel si plegios non habuerit, per carceris inclusionem, donec de crimine sibi imposito veritas inquiratur, et si condemnandus fuerit, vltimum supplitium sustinebit cum pœnæ aggravatione corporalis, et omnium bonorum amissione, et hæredum suorum perpetua exhæredatione, ita quod nec ad hæreditatem paternam vel maternam admittitur. Est enim tam graue crimē istud, qd vix permittitur hæredibus quod viuât. Et si aliquando forte ad successionē admittantur tales, hoc magis erit de gratia quàm de iure. Si autem appareat accusator, tunc primò capiatur ab eo securitas de psequendo, et si plegios non habuerit, sufficit pfecturitate sola fidei datio, et hæc idēo, quia si ad plegios inueniēdos districtè

2.

tenere-

teneretur, alij se abstineret a consimili accusatione. Facta igitur securitate de proseguendo, ut prædictum est, statim capiatur accusatus & carcerali custodiae mancipetur, nec erit per plegios dimittendus, nec per balium sine speciali præcepto domini regis, non magis quam de homicidio perpetrato, & si libere et sine districtione venire voluerit, et libere respondere, libere debet recedere, nisi iudicium ei incumberet. Vtroque autem apparente, tam accusante quam accusato, proponat accusans appellum suum in hunc modum: scilicet dicere debet se interfuisse et vidisse certo loco, certo die, certa hora et sciuisse ipsum accusatum, prælocutum fuisse mortem regis, vel seditionem suam vel exercitum sui, vel consensisse, vel auxilium et consilium impendisse; vel ad hoc auctoritatem præstitisse, et hoc ego iuxta considerationem curiæ distrationare paratus sum. Accusato etiam contra per ordinem negante, solet appellum istud per duellum terminari, nec erit locus concordie, nisi hoc sit de voluntate ipsius regis. Poterit tamen accusatus ad appellum respondere, et illud determinare antequam duellum vadetur. Dicere enim poterit appellatus, cum feloniam defenderit et seditionem domini regis et totum quicquid ei imponitur, et petere sibi allocari quod appellans est latro cognoscens, et latro captus et imprisonatus pro lattocinio, et quod fregit prisonam & a prisona euasit, vel quod utlagatus fuit, ita quod nihil restat de eo iudicandum nisi tantum executio iudicij. Item petere poterit sibi allocari, quod cum dicat appellans quod alij plures fuerunt cum eo ubi prælocutio illa facta fuit, quod ipsi nunquam simul fuerunt aliquo tempore de die vel de nocte, vel aliquo alio tempore. Item petere poterit sibi allocari, quod cum idem appellans post diem quo prolocutio illa fieri debuit et seditio, ductus esset alias coram iustitarijs pro alia transgressione, nihil locutus fuit de tali seditione domini regis. Item petere poterit sibi allocari, quod ex quo appellans talem sciuit seditionem esse prolocutam, statim et sine mora non accessit ad regem, ut hoc ei ostenderet, sed hoc per tantum tempus subtrahit, quod interim posset domino regi (si ita esset) periculum imminere: Et unde in appello suo audiri non deberet, sicut inimicus et traditor domini regis, et consentiens felonie. Item petere poterit sibi allocari, quod cum hoc fieri deberet tali tempore, et appellans esset sæpius in curia domini regis, et cum rege sæpius loqueretur, vel loqui posset si vellet, de hoc nihil ei ostendit. Item petere poterit sibi allocari, quod cum ipse appellatus venerit coram ipso appellante, et staret inter plures, ipsum non cognouit nec sciuit ipsum ab alijs discernere. Poterit etiam petere plura alia sibi allocari, de die et hora, et variatione, et alijs pluribus, secundum quod, inferius dicitur, de appellis. Ad exceptiones istas, oportet quod appellans respondeat ad singulos articulos per ordinem, ut sic reducat appellum ad iudicium. Et tunc videndum quis possit et debeat iudicare, et sciendum quod non ipse rex, quia sic esset in querela propria actor et iudex, in iudicio vite, membrorum, et exheredationis, quod quidem non esset, si querela esset aliorum. Itē iustitarij non, cum in iudicij, personam domini regis cuius vices gerit, representet,

presentet. Quis ergo iudicabit: videtur, sine præiudicio melioris sententiæ, quòd curia et pares iudicabunt, ne maleficia remaneant impunita, & maximè ubi periculum vitæ fuerit & mēbrorum vel exheredationis, cum ipse rex pars actrix esse debeat in iudicio. Sed in hac parte vt videtur, erit distinguendum, quale sit factum de quo proponitur appellum, vtrum scilicet sit ibi feloniam vel transgressio, quia quælibet transgressio dici non debet feloniam, quamuis econuerso. Si autem ibi fuerit feloniam, tūc iudicanda sunt verba appelli, ordo et processus, vt sciri possit si inter appellatum et appellantem iungi possit duellum, quia si ad appellum accusantis paratus esset appellatus, sine responsione vadiare duellum, præcedere deberet examinatio, vt prædictum est. Et si sine examinatione contra iustitiam esset vadiatum, per examinationem posset devadiari. Si autem tale sit factum, quòd debeat ibi magis transgressio quàm feloniam denotari, remanebit duellum, sed tunc videndum vtrum transgressio illa quæ tangit regem grauis fuerit vel leuis, siue sibi, siue vxori et pueris. In suis vero poterit rex iniuriari. Si autem leuis fuerit transgressio quæ poenam infligat pecuniariam tantum, et leuem, bene possunt iustitiarum sine paribus iudicare. Si autem grauis fuerit transgressio et proxima exheredationi, quòd redemptionem inducat, ibi debent pares iustitiarum associari, ne ipse rex per seipsum vel iustitianos suos sine paribus actor sit et iudex. ¶ 2. Est & aliud genus criminis læsæ maiestatis, quod inter grauiora numeratur, quia vltimum inducit supplicium et mortis occasionem, scilicet crimen falsi, in quadam sui specie, et quod tangit coronam ipsius domini regis, vt si aliquis accusatus fuerit vel conuictus, quòd sigillum domini regis falsauerit, consignando inde chartas vel breuia, vel si chartas confecerit & breuia et signa apposuerit adulterina, quo casu si quis inde inueniatur culpabilis, vel seysitus, si warrantum non habuerit, pro voluntate regis iudicium sustinebit, et si warrantum habuerit, et warrantizauerit, liberabitur et tenebitur warrantus. Si autem cum warrantum nominauerit, warrantus subtraxerit se, exigendus erit et vlagandus, sed ille qui captus est, non erit propter hoc dimittendus, nec liberabitur, nisi, quòd culpabilis nõ sit, posuerit se super patriam, et si forte cum venerit, de warrantia ei defecerit, bene poterit inter eos ad duellum perueniri. Est et aliud genus criminis, quod sub nomine falsi continetur, et tangit coronam domini regis, et vltimum inducit supplicium, sicut de illis qui falsam fabricant monetam, et qui de non reprobata faciunt reprobam, sicut sunt retonsores denariorum, qui cum sint in seysina, sepius non contingit ipsos liberari per warranti uocationem. Socios autem et coadiutores et ministros habere poterunt in hoc opere, quos si appellare voluerint audientur. ¶ 3. Est inter cetera grauis presumptio contra regem et dignitatem & coronam suam, quæ quidem est, quasi crimen furti, scilicet occultatio thesauri inuenta fraudulosa, vt si quis accusatus fuerit, quòd thesaurum inueniret, scilicet aurum vel argentum vel aliud genus metalli, quocumque loco, cum super hoc apud bonos et graues fuerit diffamatus per patriam, statim attachietur quòd sit coram iustitiarum

iustitiaris in aduentu eorum, ubi si negauerit se aliquid inuenisse, poterit
 veritas per patriam declarari, et cum non sit de aliquo seysitus, poterunt
 tamen contra ipsum esse præsumptiones probabiles, quibus standum erit
 donec per patriam probetur contrarium. Poterunt autem tales esse præs-
 umptiones, ut si solito diutius se habuerit in vestibus et in alijs ornamen-
 tis, cibis & potibus & huiusmodi, qui cum super hoc fuerit conuictus,
 erit gaolæ committendus, et postea grauius, pro voluntate domini re-
 gis redimendus, et non refert quo loco huiusmodi thesaurus inuenia-
 tur, secundum tempora moderna, licet aliter hoc antiquitus fuerit ob-
 seruatum. ¶ 4 Est autem thesaurus, quædam vetus depositio pecuniæ,
 vel alterius metalli, cuius non extat modo memoria, ut iam dominum
 non habeat, et sic de iure naturali, fit eius qui inuenit, ut non alterius
 sit. Alioquin si quis aliquid lucri causa, vel metus, vel custodiæ recõdide-
 rit sub terra, non erit thesaurus, cuius etiam furtum fit. Thesaurus fortu-
 næ donum creditur, et nemo, seruorum opera, thesaurum querere debet,
 nec propter thesaurum terram fodere, sed si alterius rei tunc operam su-
 mebat, et fortuna aliud dedit. Cum igitur thesaurus in nullius bonis sit,
 et antiquitas de iure naturali esset inuentoris, nunc de iure gentium effi-
 citur ipsius dñi regis. Et sūt alia quædam quæ in nullius bonis esse di-
 cuntur, sicut wreckū maris, grossus piscis, sicut Sturgio et Ballena et aliæ
 res quæ dominum non habent, sicut animalia vagantia quæ nullus se-
 quitur, petit, vel aduocat, et quæ sunt ipsius domini regis propter fu-
 tum priuilegium, et eorum quibus ipse rex concesserit talem libertatem
 aut priuilegium, et vnde videndum, quod dici debeat wreckum. ¶ 5.
 Et sciendum quod wreckum dici poterit, quasi derelictum, ut si quid (na-
 uis leuadę causa) a naue proiectum fuerit ab aliquo, sine animo retinen-
 di vel repetendi, id propriè dici poterit wreckum, cum res proiecta habi-
 ta sit pro derelicta, et si habita sit pro derelicta videri poterit per præsū-
 ptiones, ut si liber proiectus fuerit, vtrū inueniatur clausus vel apertus,
 cum commodè claudi possit et benè, & sic de similibus. Item magis pro-
 priè dici poterit wreckum, si naus frangatur, et de qua nullus viuus e-
 uaserit, et maxime si dominus rerum submersus fuerit, et quicquid inde
 ad terram venerit erit domini regis, nec aliquis alius aliquid a domi-
 no rege inde vendicare poterit, vel habere, quamuis prope littus maris
 prædia possederit, nisi de wrecko habendo speciali gaudeat priuilegio.
 Et quod huiusmodi dici debeant wreckum verum est, nisi ita sit quod ve-
 rus dominus aliunde veniens, per certa iudicia et signa, docuerit res
 esse suas, ut si Canis viuus inueniatur, et constare possit quod talis sit do-
 minus illius canis, præsūmitur ex hoc illum esse dominum illius canis &
 illarum rerum. Et eodem modo, si certa signa apposita fuerint mercibus
 et alijs rebus. Et ea quæ dicta sunt, locum habent si res in littore maris in-
 ueniantur, et illud idem si prope littus vel longius in mare, dum tamen
 constare poterit in veritate, quod in littore essent applicandæ. Sed quid
 si in mari longius a littore inueniantur, ita quod constare non possit ad
 quam terram vel regionem esset applicandæ, tunc quicquid ita inuentū
 fuerit erit inuētoris, eo quod in nulli^o bonis esse dicatur, et dicitur a nau-
 tis

Esperant quid.

vis *Lagan* & quod ideo occupanti conceditur, quia non est aliquis qui inde priuilegium habere possit, rex non magis quam priuata persona, propter incertum rei euētum. De Sturgione uero ita obseruatur, q rex illū habebit integrum propter suū priuilegiū, de Ballena uero, sufficit, secundum quosdam, si rex inde habuerit caput, et regina caudā. ¶ 6. Est enim grauis p̄sumptio contra regem et coronam & dignitatem suam, ut si assise statuta et iurata in regno suo ad communem regni sui utilitatem nō fuerint obseruatae, secundū quod superius uideri poterit inter capitula supradicta, et vnde transgressoribus quandoq; infligitur poena corporalis s. pilloralis uel Tymboralis cum infamia, secundū regni statuta, et quandoq; poena pecuniaria, et quandoq; villę abiuratio, secundū diuersitatem delictorum.

1. ¶ De crimine homicidij et qualiter diuiditur. 2. Quid sit homicidium. Cap. 4.

EST etiam inter alia crimina, crimen capitale quod in parte tangit ipsum regem, cuius pax infringitur, et in parte priuatam personam, qui nequiter et contra pacē domini regis occiditur. Et vnde in primis dicendum est de homicidio, quid sit homicidium, et vnde dicatur, quae eius species, et qua poena homicidę puniantur. ¶ 2. Et est homicidium hominis occisio ab homine facta, si enim a Boue, Cane, uel alia re, nō dicetur propriē homicidium. Est enim dictum homicidium ab homine et cædo, quasi hominis cædium. Species homicidij sunt plures, nam aliud spirituale, aliud corporale: de spirituali uero ad p̄sens non est hic dicendum, sed corporale est, quo homo occiditur corporaliter, et hoc dupliciter committitur, lingua uel facto. Lingua, tribus modis, scilicet p̄cepto, consilio, defensione siue tutione. Facto, quatuor modis, scilicet iustitia, necessitate, casu et uoluntate. Iustitia, ut cū iudex, uel iustitarius uel minister reum iustē dampnatum occidit. Istud autem homicidium, si sit ex liuore uel delectatione effundendi humanum sanguinem, licet iustē occidatur iste, tamen peccat mortaliter propter intentionem corruptam. Si uero hoc fiat ex amore iustitię, non peccat iudex ipsum condemnando ad mortem, et p̄cipiendo ministro ut occidat eum, nec minister si missus a iudice occidat condemnatum, peccaret tamen uerq; si hęc fecerint iuris ordine non seruato. Necessitate, quo casu distinguendū erit utrum necessitas illa fuit euitabilis uel non. Si autem euitabilis, et euadere posset absq; occisione, tunc erit reus homicidij. Si autem ineuitabilis, quia occidit hominem sine odij meditatione in metu et dolore animi, se et sua liberando, cū aliter euadere non posset, non tenetur ad poenam homicidij. Casu, sicut per infortunium, cū aliquis proijcit lapidem ad auem uel animal, et alius transiens ex insperato percutitur & moritur, uel si quis arborem inciderit, et per casum arboris, aliquis opprimatur et huiusmodi. Sed hic erit distinguendum, utrum quis dederit operam rei licitę uel illicitę: si illicitę, ut si lapidem proijciebat quis uersus locum p̄ quē consueuerunt homines transitum facere, uel dum insequitur quis equū uel bouē, et aliquis a boue uel equo percussus fuerit et huiusmodi, hoc impu-

imputatur ei. Si vero licite rei operam dabit, ut si magister causa disciplinæ discipulum verberat, vel si cum quis deponebat foenum de curru, vel arborem inscidebat & huiusmodi, hic si adhibuit diligentiam quam potuit. s. respiciendo & proclamando, sed non nimis tardè vel dimissè, sed tempore congruo & altè, et ita quòd si aliquis ibi erat vel illuc veniebat posset aufugere & sibi præcauere, vel magister non excedendo modum in verberando discipulum, non imputatur ei. Sed si dabit operam rei licite & non adhibuit diligentiam debitam, imputabitur ei. Voluntate, ut si quis ex certa scientia, & in assultu præmeditato, ira vel odio, vel causa lucri nequiter & in feloniam & contra pacem domini Regis aliquem interfecerit: Et fit aliquando huiusmodi homicidium pluribus astantibus & videntibus, aliquando verò clanculò, nemine vidente, ita quòd sciri non possit quis sit occisor, & huiusmodi homicidium dici poterit murdrum, secundum quod inferius dicetur. Poena vero homicidij duplex est, spiritualis vtz & corporalis, spiritualis tollitur per patientiam & poenitentiam: Et occidit quis alium dupliciter, quandoquè lingua, quandoquè facto. Lingua, ut si quis dissuadet, & sic dissuadendo retrahit aliquem a bono proposito volentem alium liberare a morte, et sic quodammodo indirectè facit quis homicidium. Poena vero homicidij, commissi facto, variatur: pro homicidio vero iustitiæ iusta, & recta intentione facto, non est aliqua poena infligenda. Si sit aliquis qui mulierem prægnantem percusserit, vel ei venenum dederit per quod fecerit abortivum, si puerperium iam formatum vel animatum fuerit, & maximè si animatum, facit homicidium. Possunt etiam esse plures culpabiles de homicidio sicut vnus, ut si plures rixati fuerint inter se in aliquo conflictu, et aliquis sit interfectus inter tales, nec appareat ex quo nec ex cuius vulnere, omnes dici possunt homicidæ, & illi qui percusserunt, & qui tenuerunt malo animo dum percussus fuerit: Item & illi qui voluntate occidendi venerunt, licet non percusserunt, Item & illi qui nec occiderunt, nec voluntatem occidendi habuerunt, sed venerunt ut præstarent consilium & auxilium occisoribus, quamvis aliquando eorum violentia repellatur. Item non solum tenetur ille qui percutit & occidit, verum & ille qui præcipit percutere & occidere, quia cum non sint immunes a culpa, immunes esse non debeant a poena. Nec etiam ille, qui cum posset hominem a morte liberare, non liberavit. Item fit homicidium in bello, & tunc videndum vtrum bellum sit iustum vel iniustum. Si autem iniustum, tenebitur occisor, Si autem iustum, sicut pro defensione patriæ, non tenebitur, nisi hoc fecerit corrupta voluntate & intentione.

1. ¶ De officio Coronatorum circa homicidium. 2. De inquisitionibus ubi occisus fuerit.
 3. De attachiando culpabiles. 4. Si in campis vel in boscis. 5. Si notus vel ignotus.
 6. Si occisor fugiat. 7. De submersis. 8. Quæ sunt decidenda. Cap. 9.

Cum autem contingat homicidium fieri quandoquè in domibus quandoquè in villis, quandoquè in vicis, quandoquè in campis extra villam, et etiam in nemoribus, et ad coronatores pertineat de huius-

modi

modi

modi occisis cognoscere & de interfectore, quis ille fuerit, si nesciatur, diligenter facere inquisitionem: Ideo bonum est videre quale sit eorū officium in hac parte. Est igitur eorum officium quod quā cito habuerint mandatum a balliuo domini regis, vel a probis hominibus illius patriæ: accedere debent ad occisos vel vulneratos, siue ad submersos vel subito mortuos, et ad domorum fractiones, et ad locum vbi dicitur thesaurum fuisse inuentum, & hoc facere debent statim & sine mora aliqua, et in aduentu ipsorum versus partes illas mandare debeant quatuor, quinque, vel sex villis vicinis, quod statim veniant coram ipsis, & per eorū sacramētū faciant inquisitionem de homine occiso, cū a coronatoribus fuerint requisiti. ¶ 2. In primis. s. vbi mortuus occisus fuerit, in domo vel in campo. Item si ad luctam, vel ad tabernam, vel aliam cōgregationem, et vbi cūq; inuentus fuerit mortuus, tunc diligentē erit inquirendū, qui tunc interfuerūt, siue masculus siue fœmina, maior vel minor, et qui illorū de facto fuerunt culpabiles, et qui de forcia, cōsilio vel præcepto, & qui fuerunt in causa aliqua illius facti. Et facta inquisitione diligētī, quotquot p̄ inquisitionē inuenti fuerunt culpabiles aliquorū prædictorū modorū, si præsentēs fuerint vel alicubi inueniri possent, statim & sine mora capiantur, & vic. deliberentur, & in gaolā detrudantur. Quotquot autem p̄ inquisitionem inuenti fuerunt in domibus illis vbi mortuus fuit interfectus, licet culpabiles non fuerunt, attachiandi tamen sunt vsq; ad aduentum iustitiariorū, & nomina plegiorum irrotulentur in rotulis coronatorum. ¶ 3. Nec sunt illi qui culpabiles inueniūtur p̄ plegios dimittēdi, sine speciali præcepto dñi regis, facta prius inquisitione, vtrū appellati sint odio vel atya, vel per verum appellū. Et breue de tali inquisitione faciēda gratis debet cōcedi, secundū quod videri poterit in charta de libertatib⁹. Et nō erit de aliquib⁹ inquisitio faciēda, nisi tantū modò de illis qui fuerunt in prisona. ¶ 4. Si autē in campis vel in boscis inueniat occisus, in primis attachient inuentores, siue masculi fuerint siue fœminæ, cuiuscūque fuerint ætatis, & siue mortuus, occisus fuerit ibi vel alibi vbi cūq;. Et si ibi occisus nō fuerit, secundū quod pp̄edi poterit p̄ præsumptiones, & multotiens p̄ sanguinis effusionē, si plagas habuerit, statim & recenter inuestiganda sunt vestigia malefactorū, et sequenda p̄ ductū carectæ, passus equorū, & vestigia hominū, & alio modo, secundū quod cōsultius & melius fieri possit. ¶ 5. Inquiratur etiā vtrum mortuus ille notus fuerit vel ignotus, & vbi nocte illa hospitatus, secundū quod inquisitū fuerit attachientur hospes & hospites, & tota familia in domo inuenta vbi fuerit hospitatus. ¶ 6. Si autē sit aliquis qui effugerit, p̄ hñodi occisis, & de quo habeatur aliqua suspitio q̄ culpabilis extiterit, statim accedāt coronatores ad domos ipsius, & diligentē inquirant quæ catalla habuerit, & quæ blada in horreo, si villan⁹ fuerit, & si liber homo, quā terrā liberā habuerit & quid valeat, siue blada habuerit in terra siue nō. Et cū ita inquisuerint, appreciari faciāt blada & catalla eorū sicut statim vēdi possūt, & terrā liberā quantū valeat p̄ annū, & statim liberent ea totæ villatæ ad respondendū de precio coram iustitarijs, saluo tamē seruitio dominorū feodi. Et istis omnib⁹ sic inquisitis, sepeliantur corpora mortuorū occisorū, quæ

quæ si ante talem inquisitionem factam, & visum coronatorum sepulta fuerint, tota villata in misericordia remanebit. ¶ 7. Si autem de submersis & subito mortuis vel oppressis vel per infortunium vel alio modo extinctis fieri debet inquisitio, simili modo erit inquirendum qui præsentibus fuerint quando tales submersi fuerunt, oppressi vel subito mortui, & tunc videantur corpora defunctorum nuda & aperta, qualitercunq; fuerunt mortui, vt sciri possit vtrum ibi sit felonia vel infortunium, secundum quod perpendi poterit per signa exteriora, vt si inueniantur plagæ aperte vel brussuræ per ictus orbos, vel si iugulati fuerunt, secundum quod perpendi poterit p signum impressionis funiculi collum constringentis, vel per aliam læsionem in corpore inuentam, & secundum hoc procedere debent coronatores ad inquisitionem in forma supradicta, et facere attachiamenta de corporibus & rebus, secundum quod malefactores inuenti fuerint vel non inuenti. ¶ 8. Item batelli de quibus tales submersi fuerint apprecientur, & alia quæ sunt causa mortis alicuius, et sunt deodanda pro rege, vt si submersus fuerit quis in aqua dulci, & non in mari, vbi nec nauis nec maeremium, si nauis fracta fuerit erit deodanda, quia ista omnia erunt dominorum si viuant, sicut eorum catalla: nec sunt deodanda ex infortunio in mari nec wreckum, nec etiam murdrum de occisis vel submersis in mari. Et si nulla inueniatur felonia, sed quod subito mortui sunt vel per infortunium, tunc attachiare debent inuentorẽ vsq; ad aduentum iustitiariorum, & similiter omnes illos qui in societate illa fuerunt vbi tale accidit infortunium.

1. ¶ De Offitio Coronatoris in Theauris inuentis. Cap. 6.

Item de officio eorum si thesaurus dicatur inueniri, et de attachiamẽtis inde faciendis. In primis, inquirere debent ab eis qui inde reccati sunt, et si aliquis inde inuentus sit seysitus, vel si præsumptio faciat contra aliquem quod thesaurum inuenierit, eo quod quis abundantius se habuerit in victu & ditius in vestitu vt supra. Et si aliquis talis inueniatur (vt supra) attachiari debet per quatuor vel per sex plegios & plures si possint inueniri.

1. ¶ De officio Coronatorum in raptu virginum. Cap. 7.

EST etiam eorum officium in raptu virginum, quod si quis ab aliqua de raptu fuerit appellatus, & factum recens fuerit, secundum quod multotiens videri poterit per iudicia certa, vt si hutesium leuatum fuerit & recenter persecutum & ruptum vestimentum, et si non ruptum, sanguine ramen intinctum, tunc attachietur appellatus per sex vel quatuor vel plures si tot inueniri possunt, si autem non, ad minus per duos quod sit &c. vt supra. Si autem factum recens non fuerit nec hutesium recenter leuatum, nec signa appareant quæ recenter præsumptionem inducant, sufficit si appellatus attachietur per duos.

1. ¶ De officio Coronatorum de pace & plagis. 2. De officio vicee. in appello de pace & plagis amensurandis. 3. Si plaga periculosa sit, ponantur appellati in prisonam nec sunt per plegios dimittendi, sed videndum in cuius prisona sunt custodiendi. s. in prisona illius qui habet potestatem iudicandi. 4. De probatore & socke & sacke. 5. Quidam prisonas nō debent de terris suis disseysiri sed inde debent sustentari. 6. De inquisitione facienda vtrū appellati sunt odio & agra. 7. Breue de inquisitione. 8. Si per inquisitionem culpabilis inueniatur. 9. Si non sit culpabilis dimittatur per plegios. 10. Aliud breue de eodem. 11. Si captus infra libertatem & dilata fuerit deliberatio & captor attachiatur, & sit ad respondendum quare talem cepit & imprisonauit. Cap. 8.

Est etiam eorum officium in appello de pace & plagis, vt si quis de pace & plagis fuerit appellatus, in primis videnda erit plaga, et si plaga mortalis fuerit, et appellatus inueniatur, statim capiatur & captus detineatur, donec sciatur vtrum vulneratus conualescere possit vel nō, si autem non & moriatur, appellati retineantur in prisona. Si autem conualescat, attachietur appellatus per. 4. vel per plures, secundum quod plaga fuerit maior vel minor, si autem ibi fuerit mahemium, tunc per plures vt fiat ibi bona securitas. Si autem plaga simplex fuerit, tunc sufficit si per duos. Et si aduena fuerit & ignotus de longinquo veniens, peregrinus vel si pro penuria amicorum plegios inuenire non possit, eius sit plegius, gaola, quæ ad custodiendum deputatur & non ad puniendū. ¶ 2. Cum quis alium appellauerit de pace & plagis, videre debet coronator plagas illas, et illas mensurare cuius sunt longitudinis, & cui profunditatis, siue factæ fuerint in capite siue alibi, & quibus armis, & hæc omnia faciet irrotulari cum testimonio vic. si præsens fuerit in inquisitione facienda, vel saltem in com, si appellum factum sit in com. ¶ 3. Appellati verò de morte hominis, & de pace & plagis periculosis, statim capiatur, & in prisonam detrudantur, & ibi custodiantur, donec per dominum Regem p plegios dimittantur, vel per iudicium deliberentur, vel donec de eis petatur curia Christianitatis si clerici fuerint, cuiuscūq; ordinis, vel dignitatis fuerint. Appellati vero de forcia saluo attachientur, quousque appellati de facto conuincantur. Sed videndum in cuius prisona debeant, cum capti fuerint, remanere: siue capti fuerint pro latrocinio, siue morte hominis, vel pro alia feloniam. Et sciendum quod non nisi in prisona ipsius, qui tales posset in curia sua iudicare, sicut dominus Rex, qui potestatem habet iudicandi de vita & membris, vel tollendi vitam vel concedendi. Vt si felo conuictus fuerit pro morte hominis, vel pro alia feloniam, vltimo puniatur supplicio, sicut morte, vel membrorum truncatione. ¶ 4. Itē concedendi vitam vel membra, sicut dicitur de pphatore, de quo nullus prisonam habere poterit, nec de eo placitum habere nisi ipse dominus rex, cum nullus alius ei posset vitam concedere vel membra. Et hæc vera sunt, nisi sit aliquis in regno qui regalem habeat potestatem in omnibus, sicut sūt ciuitates, Comites **Daleys**, saluo dominio domino regi sicut principi, vel si sit aliquis qui de concessione domini regis talem habeat libertatem, sicut **Sock & Sack, Tolnetum, Team, hinfangthefe & hutfangthefe**, qui inuentus fuerit seyfit de aliquo latrocinio, sicut **hondhabbende & vacherende**, et vnde qui tales habent libertates, habebunt prisonam suam de tali-

Palen bines

de talibus, quia possunt tales in curia sua iudicare. ¶ 5. Prisones vero sic imprisonati, antequam conuicti fuerint de terris suis discessuri non debent, nec de rebus suis quibuscunque spoliari, sed dum fuerint in prisona, debent de proprio in omnibus sustentari, donec per iudicium deliborati fuerint, vel condemnati, & si forte ante condemnationem in prisona obierint, terra remaneat hæredibus, et catalla remaneant parentibus & amicis, quamuis manifestè appareat quòd tales forent condemnandi si iudicium expectassent, secundùm quod dicitur, quòd si aliquis sub incerto causæ euentu in vinculis vel sub fideiussoribus decesserit, eius bona confiscanda non erunt. Nec cum quis in carcerem ductus fuerit, spoliari eum bonis oportebit, sed post condemnationem. ¶ 6. Sed cum iniquum est quòd innocetes, sicut illi qui criminosi non sint, diu inclusi detineantur in carcere, idè ad læchimosam querelam parentum & amicorum, de gratia domini regis, fieri solet inquisitio, vtrum huiusmodi imprisonati pro morte hominis culpabiles essent de morte illa vel nott, & vtrum appellati essent odio vel atya. Et breue de huiusmodi inquisitione nulli debet detegari. Forma breuis talis est. ¶ 7. Rex vic. salutem. Precipimus tibi quòd p. p. b. & legales homines de com. tuo diligenter inquiras, vtrum A. de N. captus & detentus in prisona nostra, de tali morte B. vnde reatus & appellatus est, reatus sit vel appellatus de morte illa odio & atya, vel eo quòd inde culpabilis sit: & si odio & atya, quo odio & qua atya, vel quis inde culpabilis sit, & inquisitionem quam inde feceris &c. ¶ 8. Et cum vic. miserit inquisitionem, & p. inquisitionem culpabilis inueniatur, non erit vltèrius per ballium dimittendus. Si autem dicat inquisitio quòd per odium & p. atyam, et contineatur causa in inquisitione quo odio vel qua atya, diligenter erit causa examinanda, cum sint plures vic. & balliui qui non sine causæ cognitione in huiusmodi inquisitionibus preterdunt non causam vt causam, et si sufficiens fuerit causa, p. ballium dimittatur vsq. aduentum iustitiariorum, alioquin remaneat in prisona &c. In omni vero iniuria, et transgressione contra pacem dñi regis cum adiectione felonie, solet quilibet appellatus vel reatus p. plegios dimitti, præterquã de morte hominis, quocumq. tempore, donec imprisonatus p. inquisitionem doceat se esse immunè, nec fieri debet inquisitio de aliquo, nisi de eo qui fuerit in prisona. Cum autè p. inquisitionem cõstiterit, q. imprisonat. appellatus fuerit odio vel atya, & nõ in eo q. culpabilis sit, tunc ad præceptum dñi regis cõmittatur p. ballium per breue vic. directum in hac forma. ¶ 9. Rex vic. salutem. Quia cõstat nobis per inquisitionem quã tibi facere præceperim, et quã nobis misisti, vt sic inferatur tota forma inquisitionis &c. Tibi præcipim. &c. vel fit quandoq. sit, sine forma inquisitionis. Præcipim. tibi, q. si A. capt. & detentus in prisona nostra p. morte B. vnde reatus est vel appellat. inuenit tibi xij. p. b. & legales homines de com. tuo qui manucepiat. habendi eum ad primam assisam &c. coram iustitariis nostris ad respondendum de morte ipsius B. vnde eum appellat, tunc eum tradas in ballium illis xij. p. b. hominibus, vsque ad prædictum aduentum iustitiariorum, et habeas tibi nomina xij. prædictorum hominum, qui manuceperint habendi eum, vt prædictum est. Teste &c. ¶ 10. Vel

¶ 10. Vel aliter: Si A. captus p morte B. & imprisonatus apud talē locū, inuenerit tibi xij. probos & legales homines de com̄ tuo, qui manucapiant habendi eum coram iustitiarijs &c. ad standum recto, de morte prædicti B. vnde appellatus est, tunc ipsum A. tradas per balliū prædictis. xij. hominibus a prisoa liberatum, modo quo prædictum est, & catalla sua ei deliberari facias, & habeas ibi nomina xij. &c. Si quis autem imprisonatus fuerit infra libertatem aliquam pro morte hominis, vel alia feloniam, & balliuis libertatis talem forte non deliberauerit ad mandatū vic. tunc fiat breue vic. quod eum deliberet, nō obstante libertate in hac forma. ¶ 11. Rex vic. salutem. Satis recolimus tibi præcepisse aliās vel sapius quod A. qui captus est apud talem locum infra talem libertatem & in prisoa detentus, deliberari faceres. desicut nō est captus p morte hominis, vel alia occasione quare non sit deliberandus & replegiandus, & adhuc in contemptum nostri, & contra præceptum nostrum, in prisoa nihilominus detinetur, sicut nobis datur intelligi: tibi præcipimus, quod si ita est, non obstante libertate ipsius talis, in ppria psona tua sine dilatione accedas apud talem locum & prædictum A. sine dilatione deliberari facias, ne ad nos de eo iteratō quærela pueniat. Et si B. vxor ipsius A. fecerit te securum de clamore suo &c. tunc pone p vadium & saluos &c. omnes balliuos prædictæ libertatis talis, qui sic illum in prisoa detinuerunt, quod sint coram &c. ad respondendū prædicto A. de prædicta transgressione & imprisonamento, Et habeas &c. Teste &c.

¶ De Clerico imprisonato. 2. Cū in curia Christianitatis defecerit in purgatione, & si apostata fuerit. Breue si ordinarius noluerit ei purgationem inducere cur. sit ei liberatus de custodia rerum qui sunt in prisoam mittendis & qui per plegias dimittendis & de carceris fractione. Cap. 9.

SI clericus captus fuerit pro morte hominis, & petatur in curia Christianitatis de eo, qualiter committendus erit Episcopo, & qualiter Episcopus debeat eum custodire. Cū vero clericus, cuiuscunq; ordinis vel dignitatis, captus fuerit pro morte hominis, vel alio crimine & imprisonat, et de eo petatur curia Christianitatis ab ordinario loci sicut Archiepiscopo vel episcopo vel eorum officiali, vel alijs litteras prædictorum deferentibus, imprisonatus ille statim eis deliberetur, sine aliqua inquisitione inde facienda, non tamen vt omninō deliberetur vt vagans sit per patriam, sed saluō custodiat, vel in prisoa ipsius episcopi vel ipsius regis, si ordinariū hoc voluerit, donec a crimine sibi imposito se purgauerit competenter, vel in purgatione defecerit, ppter quod debeat degradari. Et ideō, vt prædictum est, si petatur, erit liberandus curiæ Christianitatis, quia non habebit Rex de eo prisoam, quem iudicare non potest, nec clericos degradare, quia non potest eos ad ordines promouere, secundum quod prædictum est. ¶ 2. Cū autem clericus sic de crimine conuictus degradetur, non sequitur alia poena pro vno delicto, vel pluribus ante degradationem perpetratis, Satis enim sufficit ei pro poena degradatio, quæ est magna capitis diminutio, nisi forte conuictus fuerit de apostasia, quia tunc primo degradetur, et postea per manum laicalem

calem comburatur, secundum quod accidit in concilio Oxon, celebrato a bonæ memoriæ S. Cantuarien Archiepiscopo, de quodam diacono qui se apostatauit pro quadam Iudea, qui cum esset per Episcopum degradatus, statim fuit igni traditus per manum laycalem. Si autem sit aliquis ordinarius qui in curia Christianitatis, clerico sic ei liberato, purgationem indicere (sine accusatore coram eo de nouo accusante) noluerit, tunc fiat ei breue ex parte domini Regis in hac forma. ¶ 3. Rex tali ordinario salutem. Audiuimus quod cum quidam clericus de morte hominis recitatus, vel appellatus, vel indictatus coram iustitiarijs nostris productus esset, & ibi vobis sicut clericus liberatus, vt se coram vobis purgaret, & se inde redderet innocentem si posset, non vultis (vt dicitur) ad purgationem procedere, nisi sit aliquis qui de nouo coram vobis in foro ecclesiastico versus eum psequatur, et instituat accusationem. Et quoniam p accusationem factam in curia nostra, de morte illa satis habetur suspectus, & per talem diffamationem & indictmentum, nihil aliud restat nisi quod coram vobis admittatur purgatio, quæ quidem fieri deberet, si laicus esset in curia nostra, si ordo impedimentum non daret, & licet nullus sequeretur, nos p pace nostra sequi deberemus. Vobis mandamus, quod secundum quod idem talis se purgauerit coram vobis, vel non, quod vestrum fuerit exequamini. Teste. &c. ¶ 4. Cum autem (secundum quod prædictum est) non sunt quidam in carcerem detrudendi in leuioribus criminibus, sed p plegios dimittendi, si plegios dare possint, nisi tam graue scelus eum admisisse constat, vt nec fide iussoribus, nec militibus comitti debeat, sed vt carceris poenam & inclusionem sustineat, estimare debet vic. vtrum in carcere recipienda sit persona, an fide iussoribus tradenda, & hoc vel pro criminis, quod obijcitur, qualitate & enormitate, vel propter honorem & amplissimas facultates, vel pro innocentia persone, vel pro eius dignitate qui accusatur. Sed cum pro criminis qualitate in carcerem recepti fuerint, cospirauerint (vt ruptis vinculis aut fracto carcere) euadant, amplius (quam causa pro qua recepti sunt exposcit) puniendi sunt, videlicet vltimo supplicio, quamuis ex eo crimine innocentes inueniantur, ppter quod inducti sunt in carcerem & imparcati. Sed si sit aliquis inter tales qui conpirationem eorum detexerit, talis a poena liberabitur.

1 ¶ De criminosis qui statim fugiunt post feloniam, et tunc qualiter secta fieri debeat post sales, et quorum quidam sunt in franco plegio et quidam de manupastu alicuius. 2. Quod prima nocte dici poterit vncuth, secunda vero Cust, tertia nocte hoghenehyne. Cap. 10.

Dictum est de illis qui præsentibus sunt, vel capi possunt in felonia facta in publico, pluribus astantibus & videntibus, sicut in quibuscūq; congregationibus. Sed quia sunt quidam qui statim fugiunt post feloniam & capi non possunt, statim post tales leuetur hutesium, & fiat post eos secta, de villa in villam, quousquæ malefactores capiantur, alioquin tota villata in misericordia regis remanebit. Qualiter autem secta fieri debet, quælibet patria habet suum modum, et eodem modo leuetur hutesium. Si quis per infortunium mortuus fuerit, oppressus, vel submersus, vel quo-

quocunq; alio modo interfectus, dum tamen non sciatur quis sit interfectus, sed sequi non oportet in hijs casibus de villa in villam, nec de terra in terram, dum tamen hutesium leuatum sit, cum sit quasi captus malefactor. De eo autem qui sic fugam ceperit, diligenter erit inquirendum si fuerit in franco plegio & decenna, & tunc erit decenna in misericordia coram iustitarijs nostris, quia non habent ipsum malefactorem ad rectum, licet per alios ante iterum captus fuerit & prisonę liberatus, ex quo par decennam non est captus nec pductus. Si autem extra francum plegium fuerit talis in aliqua villa receptatus, erit villata in misericordia, nisi talis sit ille qui fugit, quod in decenna & franco plegio esse non debeat: ut magnates, milites & eorum parentes, clericus, liber homo, & huiusmodi, secundum consuetudinem patrię, & quo casu tenebitur ille, in quibusdam partibus, de cuius fuerint familia & manupastu, & p eis respondebit, nisi consuetudo patrię aliud inducat, quod p manupastu suo nõ debeat respondere: sicut in Com̄ Hertford, vbi non respondet quis, p manupastu suo p aliquo delicto, nisi redierit post feloniam, vel post delictum cum receptauerit, vt de itinere M. de Pateshull in Com̄ Hertford, anno regni H. quinto. Archiepiscopi, Episcopi, Comites & Barones & omnes qui habent Sok, & Sak, Toll & Team, et huiusmodi libertates, milites suos & pprios seruiantes, Armigeros. s. dapiferos & pincernas, camerarios, coquos, pistores, sub suo **fridhburgo** habere debent. Item & isti suos armigeros & alios sibi seruietes, quod si cui forissecerint, ipsi domini sui habeant eos ad rectum, & si non habuerint, soluant p eis forissaturam: et sic erit obseruandum de omnib⁹ alijs, qui sunt de alicuius manupastu. Quia omnis homo siue liber siue seruus, aut est aut debet esse in franco plegio aut de alicuius manupastu, nisi sit aliquis itinerans de loco in locum, qui non plus se teneat ad vnum quam ad alium, vel quid habeat quod sufficiat p franco plegio, sicut dignitatem vel ordinem vel liberum tenementum, vel in ciuitate rem immobilem. Et secundum leges Edwardi Regis, omnis qui est ætatis duodecem annorũ facere debet sacramentũ in visu franciplegij, quod nec latro vult esse nec latroni consentire, & in franco plegio esse debet omnis qui terram tenet & domum, qui dicuntur **huffastene**, & etiam alij qui illis deseruiũt, qui dicuntur **folgheres**, quia nec debet quis a se repellere seruientem suum antequam purgatus sit de omni calumnia, vnde prius fuit calumniatus. Item de manupastu alicuius est ille & familia, qui est ad victum & ad vestitum, vel ad victum tantum cum mercede, sicut sunt famuli vel seruiantes & domus mercenarij.

¶ 2. Item secundum antiquam consuetudinem, dici poterit de familia alicuius, qui hospitatus fuerit cum alio per tres noctes, quia prima nocte dici poterit **uncuth**, secunda vero **Gust**, tertia nocte **hoghenehyne**. Et in fine notandum, quod potest quis alium recipere in franco plegio, sicut **borghye aldere** quando voluerit p voluntate sua, sed nõ poterit illum a franco plegio dimittere cũ voluerit, nec vice versa, vt videtur, cum quis se posuerit in francum plegium alicuius vel decennam, vel ex antiquo secutus fuerit cum decenna, non poterit se retrahere cum voluerit.

¶ Qualiter reus criminofus fit requirendus, et fi non ueniat qualiter utlagandus. 2. Cum malefactum fugam ceperit, qualiter interrogandus erit in comitatu, et de comitatu in comitatum, et qui fequi, debeant et poffint. 3. In quibus uoluer habet appellum. 4. Quis utlagari poffit et debeat. 5. Quod aliquis non poffit utlagari qui infra duodecem annos fuerit, et q foemina non poffit utlagari fed uoyuari. 6. Qualiter quis fequi debeat, et quot comitatus. 7. De fecla non rite facta. 8. Si feclam refumere uoluerit, fine fecla non procedatur ad utlagationem. Cap. ii.

Cum autem quis fe ita fubtraxerit, propter homicidium uel aliud crimē, de beneficio principis & gratia uocabit quod ueniat refpofurus & ad standū recto, fi fit aliquis qui uerfus eū loquatur, alioquin non erit ftatim uocandus fine fecla alicuius, quia cum abfeti reo grauia crimina intententur, fententia feclinari non folet, fed uocari ut requiratur, non utique ad pœnam, fed ut potestas fit ei purgandi fe fi poterit fe purgare: et dabitur ei tempus legitimū, fcilicet mēfium quinq; quod eft infra quintum com̄ ad standum recto, et ad refpondendum appellanti de crimine ei impofito, qui fi infra tempus illud non uenerit, pro exlege tenebitur, cum principi non obediat nec legi, et extunc utlagabitur, ficut ille qui eft extra legem ficut *Laughelefinan*. Si autem infra tempus illud uenerit & refpōdeat fecundū legē terrē, tūc deducat. Si autē poft talē interrogatiōem infra tempus illud reuerfus moriatur, et fe nondum purgauerit, ad hæredes fuos proprios transmittit hæreditatem, licet reuera culpabilis fit, amittit tamen catalla fua propter fugam. ¶ 2. Cū autem malefactor fugam ceperit, oportet q fit qui fequatur fugientem, qui loquatur de uifu & auditu, quod fugitiuus, uel q redeat ad pacem infra tempus p̄finitum, uel ualī inobediens legi, fecundū legē terrē utlagetur in comitatu, & ibi proponat omnia uerba appelli, ac fi fugitiuus p̄fēs effer, et adijciat in appello & accusatione fua, quod fi inculpatū uidiffet, uerfus ipfum loqueretur. Ad huiufmodi uero feclam faciendam, non admittitur quilibet de populo, nifi ad ipfum pertineat fequi propter parentelam forte, eō q eft fanguine et parentela cōiunctus interfecto, et quocafu cum plures fint appellantes, p̄pinq̄ior parens femper p̄fertur remotiori. Si autem extraneus fuerit qui fequitur, admittitur ad fequendū, ut fi homagio obligatus fuit interfecto, uel dominio, ut fi fuit de manu p̄aftu, uel familia interfecti, et dicat fe plagam uel uincula, uel quid tale in ipfa interfectione recepiffet, et ad hoc admittitur tam ille qui eft infra ætatem q̄ ille qui eft plēne ætatis, dū tamen ætas minoris expectetur, & cum ad ætatem peruenerit, non habebit locum contra ipfum exceptio de fecla minus rite facta, quin procedat appellum, et fic uiderur de alijs qui appellum non haberent, fi appellatus p̄fens effer, et exciperet contra p̄fonam appellantis, licet aliter uideatur quod bene ualeat fecla a quocunque & indeterminatē, cum non fit qui excipiat cōtra illum qui fequitur. ¶ 3. Non autem habet appellum foemina nifi de morte uiri fui, inter brachia fua interfecti, uel de corpore fuo p̄prio, p̄ quod alicui iudici debeat lex apparens. Et notandum, q non eft aliquis qui fequi poffit uerfus aliū de aliqua feloniam per attornatum, dum tamē ille qui queritur et fequi deberet,

beret potens sit sui, ita quòd sequi possit, & si per aliquod tempus fuerit impotens, quòd parens vel amicus pro eo sequatur propter impotentiam, cum potens effectus fuerit, cessabit attornatus, et vt dicitur, non debet alius sequi ad vtlagationem pro aliquo, nisi esset interfecto ita coniunctus parètela vel homagio, quòd si appellatus præsens esset iaceret inter illos appellum, & si vic. Comitatus sine secta aliquem interrogauerit in comitatu ad vtlagandum sine præcepto Iustitiorum, erit in misericordia. Item si caute agant vic. in comitatu examinare debent factum, p quo quis interrogandus erit, quia quamuis feloniam adijciatur in appello, tamen quodlibet factum non continet sub se feloniam, quamuis aliquando contineat iniuriam & transgressionem. ¶ 4. Item videndum quis vtlagari possit & debeat ad alicuius sectam, et quis non. Et sciendum q quilibet masculus, dum tamen sit duodecem annorum & amplius, quia omnis talis ætatis aut sunt aut esse debent in decenna, vel in eo quod tantumdem valet, sicut in manupastu & huiusmodi vt supra. ¶ 5. Minor vero, & qui infra ætatem duodecem annorum fuerit, vtlagari non potest; nec extra legem poni, quia ante talem ætatem non est sub lege aliqua, nec in decenna, non magis q foemina quæ vtlagari non potest, quia ipsa non est sub lege. i. *Inlaughe* anglie. s. in franco plegio siue decena, sicut masculus duodecem annorum & vltimus, et ideo non potest vtlagari, wayuiari tamen bene potest & pro derelicta haberi, cum pro feloniam aliqua fugam fecerit siue ceperit. Est enim wayuium quod nullus aduocat, nec princeps eam aduocabit nec tuebitur cum fuerit rite wayuiata, sicut fit de masculo qui secundum legem terræ rite fuerit vtlagatus, extunc enim gerunt caput lupinum, ita quòd sine iudiciali inquisitione rite pereunt, et secum suum iudicium portant, et merito sine lege pereant, qui secundum legem viuere recusauerint, et hæc ita, si cum capiendi fuerint fugiant, vel se defendant: si autem viui capti fuerint vel se reddiderint, vita illorum & mors erit in manu domini regis. ¶ 6. Item qualiter quis sequi debeat, et infra quod tempus videndum, et sciendum quòd ad sectam & appellum ipsius qui sequi debet & poterit, interrogari debet appellatus ad quatuor comitatus, de comitatu in comitatum, donec appellatus vtlagetur, sub hac tamen obseruatione, quòd ad primum comitatum non fiat nisi simplex vocatio, et comitatus ille primus non computabitur infra tempus vtlagationis, nec erit vnus ex quatuor comitatibus, quia sepe oportet quinque, præteriri antequam quis sit vtlagatus, et secundum hoc ad quartum comitatum qui reuera dici poterit quintus, et in quo non admittitur effonium, nec audiendus erit, si quis manucapere vellet appellatum, de habendo ipsum ad alium comitatum, quia sic posset protrahi tempus vtlagationis in infinitum, quod esse non debet, secundum quod responsum fuerit Richardo Duket per M. de Pateshull, cum esset apud Walsingham in comitatu Norf. Ad alios vero Comitatus præcedentes bene poterit talis manucapi, dum tamen quilibet comitatus allocetur pro vno, vsq; ad quintum. Vsq; ad quintum vero comitatum poterit talis p se vel amicos suos (si voluerit) reddere se prisonæ vel defendere se et purgare innocentiam, post tempus vero illud, qualitercunq; fuerit vtlagatus, redire non poterit nisi de gratia principis. Sed si infra tempus illud

Illud redierit, vt prædictum est, et se defenderit, restituetur ad omnia; sicut ad pacem & hæreditatem, præterquam ad mobilia, propter fugam. Sed quid si ille qui sequitur ab initio ritè non fuerit persecutus, vt si statim cum posset, Mutefium non leuauerit, nec secutus fuerit ad villas vicinas, nec ad ballium domini regis, nec ad coronatores, nec ad primum comitatū vt deceret, si postea sequi voluerit audiri debet, cum non sit aliquis qui causari debeat vel possit iure, propter sectam min^o rite factam. ¶ 7. Si autem cum secta ab initio ritè facta fuit, ille qui sequitur ad aliquem comitatū fecerit interuallum, bene poterit sectam suam resumere si voluerit, dum tamen ille comitatus omissus per negligentiam suam, infra tempora vtlagationis non computetur. Et quod dicitur de vno comitatu dicitur de pluribus, quia hoc totum cedit ad commodum appellati propter negligentiam appellantis. ¶ 8. Si forte sectam resumere noluerit vel antequam perfecta fuerit, nõ procedatur sine secta in comitatu ad vtlagationē, sed expectetur aduentus iustitiorū, nisi sit aliquis qui sequi possit et velit, et resumat sibi sectam Inceptam donec perficiatur: Quæ si ante iter iustitiorum perfecta non fuerit, cõputatis comitatib^o quib^o secta prius facta fuerit, dicant ei iustitij quod eā perficiat donec appellatus vtlagetur. Si autem non sit aliquis qui in comitatu sectam inceptam resumpserit, propter sectam prius factam, quæ violentam inducit præsupcionem, et sine aliqua inquisitione, vtrum appellatus culpabilis sit vel non, præcipiatur a iustitijs quod vicecomes com^o sectam perficiat, computatis com^o præcedentibus; quibus prius ante iter secta facta fuit, quod quidem sine inquisitione non fieret, vtrum indictatus culpabilis esset vel non, nisi secta et appellum præcessisset. Sola autem fuga non sufficit per se, vel latitatio sine contumacia, ad aliquem vtlagandum, nec indictamentum, rectum, vel fama, nisi sit qui sequatur in comitatu ante iter iustitiorum et appellet, vel quod a iustitijs in itinere præcipiatur comitatui, quod sequatur ex parte regis de com^o in com^o, donec rectatus secundum legem terræ fuerit vtlagatus, facta prius a iustitijs inquisitione, si nulla præcesserit secta prius in comitatu, vtrū indictatus culpabilis sit vel non, quia si secta præcesserit licet deserta fuerit, tamen talem inducit præsupcionē quod nõ oportet vterius inquirere, vtrū indictatus culpabilis fuerit vel nõ, quia secta per se vel inquisitio per se ad hoc plene sufficiunt, hoc tamen obseruato, quod si inquisitus dicat quod indictatus culpabilis non sit, dicatur vicecomiti comitatus quod ad vtlagationem non procedat. Sed quando cūquē talis redierit, remaneat sub plegio ad standum recto, si quis versus eum loqui voluerit. Et vnde videtur, vice versa, quod si per inquisitionem culpabilis inueniatur, et ante vtlagationem redierit, quod non sit per plegios dimittendus, sed sub custodia et in persona retinendus, propter inquisitionem præcedentem, donec ab imposito crimine se defenderit. Sed cum præceptum fuerit alicui quod sectam, quæ ante iter incepta fuit, post iter perficiat, cõputatis comitatib^o præcedentibus mori contigerit, vel sequi noluerit post iter, vel infirmitate grauius sequi non possit, videndum si comitat^o sectam perficere possit sine warranto vel iustitij præcepto, si coram iustitijs, et secta non fuerit perfecta

perfecta sed derelicta, tunc precipiant iustitiarij & in com̄ procedatur ad vlagariam sine alia secta.

¶ De causa vlagationis vera et presumptiua. 2. Si vulneratus curari noluerit cum possit. 3. Item causa presumptiua. 4. Si nulla subsit causa. 5. Si causa non sit periculosa. 6. Si quis fuerit vlagatus ob nullam causam vel minus rationabilē, ei gratia est maior quātum ad inlagationē. 7. Itē potest vlagatio pronuntiari nulla et fiat breue regis super hoc & nulla dici poterit multis rationibus. 8. Qua dici poterit nulla, et quibus rationibus, quia minus ritē facta. 9. Item tam ille de forcia quam ille de facto fugerint, et vlagatur quis tam propter factam quāam propter fortia et econtrario. 10. Qualiter et quando pronuntiari debet vlagaria de facto et quando de forcia, an statim et eodem die diuersa opinio. 11. Si ille de forcia presens sit et ille de facto fugerit, vel si vterque. 12. Si quis in quarto comitatu velit manucapere non audietur. 13. Ille de forcia non est interrogandus donec factum cōnoscatur. 14. Cū autem vterq; presens fuerit & ille de facto cōuictus, qualiter sit procedendum contra illum de forcia. Cap. 12.

CAusa vero vlagationis esse poterit vera aliquando, aliquando presumptiua: vera enim esse poterit, cum quis nequiter & in feloniam contra pacem regis, pluribus astantibus & videntibus, vel saltem sub visu & auditu alicuius, cuius interfuerit appellare, occisus fuerit vel grauiter vulneratus, et mayhematus & robbatus, & imprisonatus, vel ligatus, ita quod per se sequi non possit, & sit aliquis qui sequatur, cum malefactor fugerit & capi non possit, & ita quod factum sub se contineat feloniam. Et propter quod, ut videtur, facta precedentia sunt diligenter examinanda, quia quedam accidit ex infortunio sicut de submersis & oppressis & huiusmodi. ¶ 2. Item ubi vulneratus euadere poterit mortem per industriam medicorum, curari noluit cum posset, sed in odium percussoris se morti exposuit, vel si per imperitiam medicorum, qui perperam medicamentum dederunt, vel cum medicis non esset imputandum, usus fuit cibo & potu vetito, vel forte obiit morte naturali, et non plaga illa, & hæc omnia a coronatoribus diligenter examinanda sunt, sed tamen cum secta interuenerit, non erit propter hoc vlagaria differenda. ¶ 3. Presumptiua poterit esse, licet non vera, tum propter sectam, tum propter inquisitionem factam coram iustitariis, licet omnino nulla subsit causa, ut si ille qui interfici debuit, viuus sit & sanus, & ille qui debuit interficere, homo meticulous se subtraxerit propter sectam & appellam, vel etiam cum in duobus comitatibus esset appellatus, in vno se defendit vel prisonam se reddiderit, et in alio comitatu fuerit vlagatus. Item si ille qui dicit se esse robbatum, imprisonatum, vel ligatum, nunquam fuit robbatus &c. ¶ 4. Item etsi subsit causa tamen minus sufficiens, sicut de submersis, & oppressis, & huiusmodi per infortunium mortuis. ¶ 5. Item si plaga, de qua appellatus est quis, periculosa non sit, nec mayhemium inducat, tamen propter presumptionem fugę & sectam appellantis, procedendum erit ad vlagationem siue ad vlagariam, & si secta rite facta fuerit, et secundum legem tenet, tenet vlagaria, licet nulla subsit causa, vel minus sufficiens, propter fugam et propter sectam. Et eodem modo, coram iustitariis, sine omnimoda secta, propter fugam, & indictamentum, et inquisitionem factam coram iustitariis. Sed tamen cum talibus maior gratia fieri debet a principe, quam cum

cum illis quibus est causa vera, secundum quod, inferius dicitur. ¶ 6. Et quamuis sine causa vera quis vlagatus fuerit, vt si homo qui interfici debuit producat viuis, tamen non erit talis vlagaria pronuntianda nulla, cum rex fecerit gratiam vlagato, cum rite & secundum legem terrae facta fuerit. ¶ 7. Pronuntiari poterit quandoq; vlagaria nulla in suo casu, quamuis subsit causa vel non subsit, vera nec praesumptiua, vt si facta fuerit contra legem terrae, quod esse poterit multis modis, & quae cum nulla esse pronuntietur cum facta sit contra legem terrae, de iure deberet vlagatus restitui, & non de gratia. In quo casu, non debet in litteris regis contineri, quod talem vlagariam remitteret, vel perdonaret quae nulla est, quia illud quod non est, perdonare non potest, sed denunciare poterit in ciuitatibus, comitatibus, Burgis, & villis & alijs locis publicis, vlagariam illam esse nullam, & quo casu, non habet necesse vlagatus habere breue domini regis de pace, nisi velit ex abundanti, vt cum fuerit restitutus ad omnia debet restitui, & potest sententialiter sine alicuius praesudicio: quia vlagaria illa contra legem terrae facta, debet deseri, quia non tenet. Vlagaria vero quae fit secundum legem terrae, licet nulla subsit causa, vel minus sufficiens, tenet, & ideo remitti potest vel perdonari, sine praesudicio alterius. Et cum talis restitutus fuerit, non restituetur ad omnia; propter vlagariam rite factam, & secundum legem terrae. ¶ 8. Nulla vero poterit esse vlagaria, vt si quis in comitatu vlagatus fuerit sine secta, & non refert vtrum omnino nulla sit secta vel incepta et non perfecta, vt si incepta & postmodum ommissa & neglecta, quia ad vlagationem non procedetur sine secta. Item nulla, si post iter Iustitiariorum processerit comitatus ad vlagationem sine praescepto & warranto Iustitiariorum post inquisitionem. Item nulla, si ad praesceptum regis vel sectam regis fuerit quis vlagatus, nisi prius facta inquisitione per iustitios, vtrum ille qui in fuga est, culpabilis sit de crimine ei imposito vel non. Item nulla, si fiat alibi quam in comitatu, praeterquam apud London in Hustingo, vt si Rex pro sua voluntate, per litteras suas fecerit aliquem clamare vlagatum per ciuitates, Burgos & villas, & alia loca publica, sine secta (vt praedictum est) vel inquisitione praesidente. Item erit nulla, si ille qui male fuit creditus, mortuus fuit ante vlagationem. Item nulla, si ille qui interfici debuit, producat viuis & sanus ante vlagationem, cum nulla subsit causa vera vel praesumptiua, secus tamen si quis post vlagationem. Item nulla, si comitatus ad vlagationem processerit, cum ille qui aliquando securus fuerit moriatur, vel sequi noluerit, vel non possit. Item nulla, cum appellatus in vno comitatu se defenderit secundum legem terrae, & in alio comitatu ab alio appellatus qui sectam fecerit, fuerit vlagatus: quia qui in vno loco se defenderit de vno facto, versus vnum de pluribus appellatis & sequentibus in diuersis comitatibus, se defenderit contra omnes de eodem facto: si autem diuersa fuerint facta, et diuersi appellantes, & in vno loco siue diuersis locis se defenderit per legem terrae versus vnum vel plures, et in alijs comitatibus fuerit vlagatus, nulla erit vlagatio, dum tamen cum restitutus fuerit, respondeat alijs, et se defendat per legem

legem terræ et omnia sua retinebit; & vice versa, si in vno comitatu fuerit condemnatus, omnia sua amittet. Et eodem modo cum sciuerit se esse appellatum, & interrogatum, ante vtlagationem se reddiderit prisonæ domini regis, quia postquam reddiderit se prisonæ domini regis, non erit vlteriùs interrogandus. Item nulla erit, vt videtur, cum quis semel captus fuerit, vel se gratis obtulerit cum appellatus fuerit, et de consensu regis & regni exilium elegerit, & sic secundum legem exierit, non erit vlteriùs vtlagandus de iure. Item nulla, cum quis interrogatus, ante tempus a lege ei concessum vtlagetur, cum totum tempus a lege definitum, ei cedere debeat ad commodum: et vnde videtur quod si infra tempus illud venerit, & in prisonam se miserit, quod audiri debeat sua exceptio, secus tamen (vt videtur) si post tempus illud. Item nulla, si comitatus aliquem vtlagauerit, si fuerit infra ætatem, cum secta vel sine secta, quia ante ætatem duodecem annorum, non erit quis sub lege, & prius extra legem poni non poterit. Et cum huiusmodi vtlagaria in prædictis casibus, nulla sit, et consimilibus, de iure (concomitante gratia) ad omnia restituendi sunt, dum tamen appellantibus respondeant, et per legem terræ se defendant. Item videtur nulla esse vtlagaria, si factum pro quo quis interrogatus est, ciuile sit et non criminale, pro quo quis vitam amittere non deberet, vel membra. Sola quidem fuga sine contumacia vel crimine, vel causa vera vel præsumptiua, vtlagationem non inducit, in quibusdam tamen criminibus leuioribus fuga ptenam inducit grauiorem, sicut videri possit in eo qui appellatus est in crimine raptus, qui si præsens cõuinceretur, non amitteret nisi tantum membra, amittit tamen quandoq; vitam propter fugam factam. Facta autem possunt esse plura & diuersa, sicut sunt crimina maiora & minora, secundum quod, superius dicitur in tractatu de criminibus, et hoc dico si criminaliter agatur, potest quis vtlagari pro crimine maiori vel minori. Item pro raptu virginis contra pacem, et pro omni alia transgressione, quæ sit contra pacem, & delicto vbi feloniam & pax domini regis adiicitur: Secus autem est de pace vicecom, & alibi, vbi non recipitur nisi estimatio damnorum, et vbi non sequitur poena nisi pecuniaria. Item pro omni transgressione, licet minima, vbi quis ad pacem domini regis vocatus, venire recusauerit, et hoc propter contumaciam, maximè quæ aliquando absentem condemnat ad mortem, qui si præsens esset non amitteret nisi membrum, vel non sustineret nisi imprisonmentem et redemptionem, vel poenam pecuniariam. Nullum autem maius crimen quam inobedientia, quia pro contemptu & inobedientia poterit quis excommunicari, sicut pro quolibet mortali peccato, cum omnes subditi esse debent regi tanquam præcellenti, maximè in honestis, et ducibus eius tanquam ab eo missis. Et sic concordat lex diuina aliquantulum cum humana. ¶ 9. Causæ quidè vtlagationis possunt esse plures, vtlagatur enim quis tam ppter forciam quàm ppter factum, p sectam alicuius vel p inquisitionem coram iustitiarijs, vt prædictum est, et hoc tamen ordine obseruato, secundum quosdam, cum diuersi diuersa sentiant in hac parte. ¶ 10. Et si tam ille qui appellatus est de forciam, quàm ille qui appellatus est de facto absentes sint, tunc vterque simul interrogandus est ad quem-

ad quemlibet com si non venerit, dum tamen in ultimo com, qui debet esse quintus, differatur pronuntiatio vlagaria ipsorum qui appellati sunt de fortia, donec factum conuincatur, ita q̄ primo, secundū quosdam, pronuntietur vlagaria de eo qui appellatus est de facto, et postea eodem die de eo qui appellatus est de fortia, et sic in eodem iudicio. Alij quidem dicunt q̄ non eodem die, nec eodem iudicio, sed diuersis. Dicunt enim quidam, q̄ appellatus de facto & appellatus de fortia non sunt simul interrogandi, sed ille de fortia tunc primo cū factum conuincatur, siue ille de fortia fugerit siue præsens fuerit. Sed ea quæ dicta sunt, locum habere poterunt, cū vterq; in fugam conuertatur, & quo casu præsūmitur de vtroq; propter fugam, & illud idem dici poterit, vt videtur, si cū ille de facto præsens fuerit, & ille de fortia fugerit, quod ille de fortia statim exigatur, sed iudicium vlagationis remanebit, donec ille de facto se defenderit, vel non defenderit. ¶ 11. Cū autem ille de fortia præsens fuerit, & ille de facto fugerit, non erit versus eum de fortia procedendum, quousq; factum conuincatur. Sed quid si vterq; fugam fecerit & sit aliquis qui ad aliquē com illum fugitiuum principale de facto manuceperit, ille de fortia nihilominus interrogetur propter fugam. Dum tamen iudiciū remaneat, donec factum conuincatur. ¶ 12. Si autem sit aliquis qui ad quartum com velit manucapere appellatū de facto, vt supra in parte dictum est, non audietur, secundū quod Martinus respōdit Richardo Duket, de quadam eschaeta in com Kanc. Ad quod facit quod habetis alibi, in itinere M. de Pateshul in com wygorū, anno regni regis Henrici quinto. Ibi enim dicitur, quod in quarto comitat non admittitur effonium alicuius appellati, nec audiri debet quis volens talem manucapere, vsq; ad alium comitatum nisi forte hoc esset ex præcepto domini regis, quod potius esset volūtariū q̄ iustū. ¶ 13. Cū autē ambo essent præsentes, vt prædictum est, ille de fortia non erit interrogandus, donec factum conuincatur, si cū præsens esset non teneretur prius respondere, nec agit contra ipsum aliqua præsumptio, et hæc est ratio forte, quia præsentia excusat eum, et fuga induceret præsumptionem. Sed erit talis per plegium dimittendus, sicut esse deberet si vterq; præsens esset, et vbi ille de facto nō est replegiabilis, ille de fortia per pleuinam vel ballium dimittatur, donec appellatus se de facto defenderit, vel non defenderit, quia vbi factum ibi poterit esse fortia quandoquē, sed nunquā fortia sine facto, quia vbi principale non consistit, nec ea quæ sequuntur locum habere debent, sicut dici poterit de præcepto, conspiratione, & consimilibus: quamuis huiusmodi esse possunt etiam sine facto, & quandoquē puniuntur si factum subsequatur sed sine facto non, iuxta illud: Quid enim obfuit conatus, cū iniuria nullum habuit effectum. Nec etiam obesse debent præceptum, conspiratio, præceptum & consilium, nisi factum subsequatur. ¶ 14. Cū autem vterque præsens fuerit, et ille de facto siue præsens siue absens condempnatus fuerit, propter hoc ille de fortia, cū præsens fuerit, non erit condempnandus: sed agat causam & se defendat, cū habeat defensiones suas integras, & factū esse poterit sine fortia, & qualiter vterq; se defendere debeat, dicetur infra plenius de appellatis.

2. ¶ Quid

1. Quod vlagatus foriffaciat per vlagationem & q̄ vlagatus dicitur *frendleſman*. 2. Cum vlagus qui ſcienter talem receptauerit. 3. Si fugerit et ſe defendiderit. 4. Si non fugerit nec ſe defendiderit. 5. Quod ſola fuga non inducit. 6. Foriffacit que iuris ſunt. 7. Item foriffacit actionem. 8. Item diſſoluit donationes, venditiones et omnes contractus & obligationes. 9. Quod quedam cattalla ſua ſunt domini regis. 10. Si terram liberam habuerit ſtatim capitur in manu domini regis per unum annum et unum diem. 11. Cum autem poſt annum & diem terra non fuerit domino capitali reſtituta, ad querelam veri domini fiat viciale breue. 12. Facta inquiſitione de reſtituenda terra domino capitali. 13. Aliud breue de eadem de reſtituenda terra. 14. Si terra data in maritagium cum filia alicuius de hereditate materna exiſterit in manu ḡni regis per annum et diem per feloniam quam vir ipſius filia fecit, breue de reſtituenda. 15. Breue ſi rex aliquid infra terminum ſuum vel balliu ſui. 16. Item aliud breue de eadem materia. 17. Quod nunquam reuertetur terra ad dñm capitale niſi feloniam conuicta fuerit. 18. Si felo ante feloniam conuicta obierit. 19. Si donationem fecerit ante feloniam conuictam vel poſt. 20. Ite non valebit felonis generatio nec ad hereditatem paternam vel maternam habendam. 21. Exemplum de filio ſenatoris. 22. Quod nihil foriffacit quis antequam fuerit conuictus. 23. Diuerſa opinio Martini de Pateſbul et Stephani de Segrave de hereditate mulieris. Cap. 13.

Cum quis fuerit ita vlagatus rite & ſecundum legem terre, videndum quæ foriffaciat per vlagariam, ſi cum ſit quarto vocat⁹ non comparuerit, et ſciendum quod in primis foriffaciat patriam et regnum, et exul efficitur, et talē vocant anglici *Utlaughe*, et alio nomine antiquitus ſolet nominari, ſcilicet *frendleſman*, et ſic videtur quod foriffacit amicos, et vnde ſi quis talem poſt vlagariam & expulſionem ſciēter pauerit, receptauerit, vel cum eo ſcienter cōmunicauerit aliquo modo, vel receptauerit vel occultauerit, eadem pœna puniri debet, qua puniretur vlagatus, ita q̄ careat omnibus bonis ſuis, et vita, niſi rex ei parcat de ſua gratia. ¶ 2. Scienter dico, quia aut poteſt eſſe notus et cognitus, vel ignor⁹ & incognitus, et vnde qui notum et cognitum receptauerit, pari pœna puniendus eſt, qui dicitur *Couthutlaughe*, ſed de ignoto & incognito non eſt ita, et ad hoc facit lex C. de ijs qui latrones et maleficos occultat, L. prima, vbi dicitur: q̄ eos qui ſecum alieni criminis reos occultando vel receptando cum eis ſe ſociauerint, par ipſos et reos pœna expectat. Et etiam latrones quiſquis ſciens receperit, qui dicitur receptator malorū, et eos offerre iuditijs ſuperfederit, ſupplitio corporali plectetur cū amiſſione bonorum. ¶ 3. Item foriffacit vlagatus omnia quæ pacis ſūt, quia a tempore quo vlagatus eſt, caput gerit lupinum, ita q̄ ab omnibus interfici poterit, et impunè, maximè ſi ſe defendiderit vel fugerit, ita quod difficilis ſit eius captio. ¶ 4. Si autē non fugerit, nec ſe defendiderit cū captus fuerit, extunc erit in manu domini regis mors et vita, et qui taliter captum interfecerit, respondebit pro eo ſicut pro alio. Hoc verum eſt, niſi conſuetudo ſe habeat in contrarium, ſicut iu comitatu Hertford & Gloceſter propè marchiam Walliē. Sed hoc factum aliquandò diſſimulatur ex cauſa. Quod tales, modo quo prædictum eſt interfici poterunt et impunè, legitur F. ad legē Iull. de Sicarijs et veneficis, vbi dicitur: qd̄ tranſugas, ubicūq; inuenti fuerint, interficere licet. ¶ 5. Sola tamen fuga non inducit niſi tantum bonorum amiſſionē, in ſuo caſu, cū coram iuſtitiarijs vocati non venerint ante vlagationem. Et ad hoc facit F. de requirendis

quirendis reis L. vltima & C. eodem titulo, L. Quicumque, vbi dicitur quòd si post fugam redierit quis, et innocentiam suam purgauerit, nihilominus facultates eius apud fiscum remanebunt. Item forisfacit ea quæ legis sunt, quia si sine gratia regis, ausu temerario post vtlagariam redierit, sine lege & iudiciali inquisitione peribit, nec alios appellare poterit, quia omnem legem amisit: portat enim secum in suo capite suum iudicium, ita quòd nullam habebit defensionem, cum constiterit de vtlagaria. Iustum est enim iudicium, quòd sine lege & iudicio pereat, qui secundum legem viuere recusat. ¶ 6. Item forisfacit omnia quæ iuris sunt & possessionis. s. et iuris competentis & competituri, iuris adepti & adipiscendi, & possessionem similiter in forma & modo possidendi. Item nulli tenetur, nec aliquis ei, nec ex aliqua causa obligatur. Dissoluuntur enim obligationes & homagia, fidelitates & sacramenta, et omnia alia quæ mutua voluntate sunt contracta. Item cui? et sciendum quòd sibi ipsi & hæredibus suis omnibus, tam remotis quàm propinquis, & sic forisfaciunt hæreditates & tenementa: & taliter fracta & dissoluta, nunquam coniungi poterunt nec redintegrari, nisi ex nouo contractu & noua voluntate mutua, si forte fuerit aliquo casu restitutus. ¶ 7. Item ex vtlagaria forisfacit actionem ante vtlagariam sibi competentem, licet postmodum de gratia fuerit restitutus, quia semper ei petenti, obstabit exceptio vtlagariæ, dum tamen fuerit secundum legem terræ promulgata, secus tamen si nulla, vt prædictum est. ¶ 8. Item dissoluit vtlagaria, sicut quodlibet aliud iudicium de feloniam, donationes & venditiones factas a tempore feloniam perpetratæ, & vbi post conuictionem cuiuscunque feloniam retrahitur tempus ad tempus feloniam perpetratæ, sicut supra de donationibus plenius dicitur. ¶ 9. Catalla quidem vtlagati erunt domini regis, quia vtlagari alibi non poterit quàm in curia ipsius regis, sicut in Com vel in hustingo London. Et idem dicendum est de catallis fugitiuorum ante vtlagationem, et aliorum qui vocati sunt coram iustitiarijs, siue culpabiles sint siue non, facta super hoc inquisitione, & qui quamuis postea redierint, et prisonæ se reddiderint, catalla sua non recuperabunt propter fugam. ¶ 10. Si verò terram liberam habuerint vtlagati, statim capienda est in manum domini regis, et tenenda per vnum annum & vnum diem, et ad capitales dominos post terminum illum reuersura, si de alio tenuerit quàm de rege, tunc erit eschaeta ipsius regis, et hoc verum est quòd p
2 3
talem terminum remanebit in manu domini regis, nisi ipse capitalis dominus vel alius p eo finem fecerit pro termino regis habendo. Sed quæ sit causa quare terra remanebit in manu domini regis: videtur quòd talis est, quia reuera cum quis conuictus fuerit de aliqua feloniam, in potestate domini regis erit prosternedi ædificia, extirpandi gardina, & arandi prata. Et quoniam huiusmodi verterentur in graue damnum dominorum, pro communi vtilitate prouisum fuit, quòd huiusmodi ædificia & gardina remanerent, et quòd dominus rex propter hoc haberet commoditatem totius terræ illius, per vnum annum & vnum diem, et sic omnia cum integritate reuerterentur in manus capitalium dominorum. Nunc autem petitur vtrumque. s. finis pro termino, et similiter pro vasto, & non videq

rationem quare, nisi quia terminus bene poterit esse per se, sine vasto, eo quod fugitiuus & vlagatus non solum delinquit erga eum qui sequitur & appellat, sed etiam erga Regem, cuius pacem infringit, contra fidem suam cui tenetur, quia quilibet qui facit sacramentum, iurat salua fide domini regis. ¶ 11. Rex vicec. salutem. Præcipimus tibi, quod per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu tuo, diligenter inquiras si terra quæ fuit talis vlagati, vel suspensi, in tali villa, p morte hominis, vel pro alia tali feloniam, extiterit in manu nostra, per vnum annum & vnum diem, et de quo prædictus talis terram illam tenuit, & inquisitionem inde factam sub sigillo tuo & sigillis eorum, per quorum sacramentum inquisitio illa facta fuerit, nobis sine dilatione mittas, & hoc breue. Teste &c. Et cum inquisitio venerit, sequitur tale breue. ¶ 12. Rex vicec. salutem. Quia constat nobis per inquisitionem, quod tanta terra cum pertinentijs in tali villa, quæ fuit talis suspensi vel vlagati pro morte talis & quam tenuit de tali, extitit in manu nostra per vnum annum & vnum diem, sicut esse debet secundum consuetudinem regni nostri Angliæ, tibi præcipimus, quod eidem tali, de prædicta terra cum pertinentijs, sine dilatione plenariam seysinam habere facias. Teste &c. ¶ 13. Rex vicec. salutem. Præcipimus tibi, quod si terra quæ fuit A. et qui vlagatus est de regno nostro & conuictus de latrocinio, extiterit in manu nostra p vnum annum & vnum diem, sicut esse debet secundum consuetudinem regni nostri, tunc haberi facias B. capitali domino seysinam de prædicta terra, quæ fuit prædicti A. in balliuatu tuo, et quam tenuit de prædicto B. & quæ capta fuit in manum nostram occasione prædicta. ¶ 14. Rex vicec. salutem. Monstrauit nobis A. quod cum B. vir suus, qui mortuus est & ipsa A. dedissent C. tantam terram cum pertinentijs in tali villa in maritagium cum D. filia sua, de hæreditate ipsius A. prædictus C. reatus de morte E. fugit pro morte illa, et noluit stare ad iudicium & considerationem comitis talis, propter quod prædicta terra cum pertinentijs deuenit in manum nostram, et in manu nostra extitit per vnum annum & vnum diem, & eo amplius vt dicitur: et ideo tibi præcipimus quod secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ, prædictæ A. (de cuius feodo prædicta terra est vt dicit, et ad quam reuerti debet secundum assisam regni nostri) sine dilatione plenariam seysinam habere facias, ne amplius &c. Teste &c. Contingit quandoque, qd ille cui rex terminum suum concessit infra annum & diem terram alienat, vel cum forte illam in manu sua tenuerit illam capitali domino non restituit, & quo casu fiat breue vic. in hac forma. ¶ 15. Rex vicec. salutem. Præcipe A. quod iuste &c. reddat B. tantam terram cum pertinentijs in tali villa, et in quam non habet ingressum, nisi per nos, qui terram illam ei commisimus p vnum annum & vnum diem, postquam in manus nostras deuenit, et quam talis tenuit, qui vlagatus fuit pro morte talis, vel suspensus, de C. patre vel auo, vel alio antecessore ipsius B. cuius hæres ipse est, et quæ ad ipsum reuerti debet tanquam eschaeta sua, propter prædictam feloniam, vel aliter: et in quam non habet ingressum nisi per nos, qui terminum nostrum. s. p annum & diem ei concessimus & quæ esse debet eschaeta sua propter feloniam, quam talis fecit, & de qua conuictus

tus fuit in curia nostra coram iustitiarijs &c. ¶ 16. Vel aliter: & in quam non habet ingressum, nisi per talem cui nos illam commisimus, habendam per vnum annum & vnum diem, postquam talis reatus de morte talis fugit & vtlagatus fuit vel captus & suspensus, et qui terram illam tenuit de tali patre vel auo talis, cuius hæres ipse est, et qui tunc fuit infra ætatem, ad quem terra illa debuit reuerti post annum & diem, tanquam eschaeta sua, & nisi fecerit &c. summ̄ &c. Et notandum quòd nunquam habebit rex annum & diem, de aliqua terra quæ non possit esse eschaeta, vt si felo non tenuit nisi ad terminum vel ad vitam, vel quid tale quod descendere non possit ad hæredes suos. De materia verò istius breuis inueniri poterit de termino sancti Michaelis anno regni regis Henrici decimoquinto in Comitatu Kanc. de Wilhelmo Musard. ¶ 17. Et notandum, quòd in quolibet breui, per quod petitur eschaeta propter alicuius feloniam, oportet quòd exprimat (et de qua conuictus fuerit) quia nunquam reuenteretur terra ad dominum capitalem, nisi feloniam conuicta fuit aliquo genere conuictionum, vt si fuerit suspensus vel vtlagatus, vel feloniam cognouerit, et regnum abiurauerit, & huiusmodi. Si autem ante feloniam conuictam obierit, quocunque modo, hæreditas descendet ad hæredes suos, nisi ita fuerit quòd conscius criminis & timens sibi suspensionem vel aliam pœnam, se ipsum interfecerit, & hæreditas talis erit eschaeta dominorum. ¶ 18. Si autem furore aut doloris impatientia, vel per infortunium, aliud esse debet. ¶ 19. Et idem erit si donationem fecerit ante feloniam perpetratam, vel post: quod tenet, si nõ fuerit feloniam conuicta, vt supra. Si autem conuicta fuerit, non valet, sed reuocabitur, & retrahitur tempus ad perpetrationem feloniam, et sicut non valet donatio post feloniam perpetratam, ita nec valebit generatio quoad successionem, quantum ad hæreditatem paternam & maternam, cum sit progenitus talis ex testiculo & sanguine felonis. ¶ 20. Si autem ante feloniam generationem fecerit, talis generatio succedet in hæreditate patris vel matris, a quo nõ fuerit feloniam perpetrata. ¶ 21. Proprijs autem hæredibus foriffacit hæreditatem suam propriam, propinquis & remotis. s. quicquid tenuit tempore feloniam perpetratæ, et qualitercunque & secundum quod tenuit. Et ad ea quæ dicta sunt, quòd tenet donatio si antequam conuictus fuerit moriatur, quia defuncto eo qui reus fuit criminis, extincta est pœna. ¶ 22. Sed nihil foriffacit antequam conuictus fuerit vel condemnatus, quia dicit lex, quòd post contractum crimen capitale donationes factæ valent, nisi cõdemnatio secuta sit. Quod autem rite factum est ante crimen contractum, irritari non debet, sicut dicit alia lex, quòd nec corrumpi nec mutari potest, quod rite transactum est, superueniente delicto. Si autem filius & hæres propinquior, in vita patris feloniam fecerit, et patrem superuixerit & conuictus fuerit, cum ius merum ei descenderit, siue seysinam de hæreditate habuerit siue non, foriffacit sibi & hæredibus suis successionem, et ita quòd cum ius ad hæredes descendere non possit, de necessitate reuertitur ad capitalem dominum seoffatorem, et licet talis seysinam non habuerit, tamẽ seysina felonis antecessoris ad hæredes non descendit, quia oportet quòd seysina sequatur

tur dominum capitalem, ad quem ius reuertitur. Si autem in vita patris moriatur, siue conuictus siue non, statim incipit postnatus hæres esse propinquior patri communi, ac si frater antenatus feloniam non comisset, quia in vita patris nihil iuris ei descendit, et sic habendus erit quasi natus non fuisset, ut quibusdam videtur, sed alijs videtur contra, qui dicunt, quod cum talis in vita antecessoris feloniam fecerit, et de qua conuictus est, non solum forisfacit id quod tenet sibi & hæredibus suis, sed quicquid ei aliqua ratione accidere possit, a quocunque antecessore, & non solum hæredibus suis de carne sua exeuntibus, sed remotioribus fratribus & alijs, quia per eum semper fieri debet narratio descensus, si de recto agatur, & hæc fuit ratio W. de Eborum & bona. ¶ 23. Sed quid dicetur de vxore hæreditatem habente, cum vir suus propter feloniam aliquam quam fecerit fuerit vtlagatus, si vxor propter hoc eijcienda sit ab hæreditate sua propria, in quo casu diuersæ fuerunt oppiniones, & secundum M. de Pateshull, quod propter factum viri sui eijci non deberet, nec in vita nec in morte viri sui. Stephanus vero de Segraue sensit contrarium, quod foret eijcienda, & nunquam in vita viri sui restituenda, & hæc forte potuit esse causa, quia hæreditas occasionem daret viro vtlagato veniendi ad vxorem suam, et hoc esset contra pacem. M. dicebat quod propter hoc eijci non debet ab hæreditate, nisi post vtlagationem conuicta esset de receptamento, vel forte quod ab initio consentiens esset feloniam: Si autem non, dicebat quod bene potuit viro suo exhibere, et ei necessaria inuenire in alio regno. Sed esto quod vxor petat hæreditatem suam vel partem, cum fuerit extra seysinam, postquam vir suus fuerit vtlagatus, sine viro suo non debet audiri, licet fuerit sine culpa, nec assisam portare poterit de noua disseysina, si forte post vtlagationem viri sui fuerit eiecta. Item cum hæreditas sit communis tam viri quam vxoris, ut si terra data fuerit viro in maritagium cum vxore, & alter ipsorum feloniam fecerit, pro qua iudicium sustinuerit vtlagariae, quæritur an ille qui sine culpa fuerit, amittere debeat totam terram illam an eius partem. Item cum res communis fuerit inter participes, & vnus feloniam fecerit, & conuictus fuerit, quæritur an plus forisfaciat quam partem suam? Videtur quod non. Et in primo casu, licet in donatione maritagij mentio fiat de viro, tamen non erit ita viro terra data, quod eam forisfacere possit, quia tota remanebit vxori sicut hæreditas sua. Item si mulier aliqua sicut mater cum filio tenuerit in communi, et vbi dos nunquam fuerit partita nec assignata, si filius pro felonia fuerit condemnatus, quæritur si forisfacere possit dotem matris suæ, videtur quod non, sed habebit actionem versus eum, cuius eschaeta terra illa fuerit. Item quid dicetur de eo, qui cum condemnatus fuerit in seysina extiterit de iure alieno. Item si cum hodiè fecerit disseysinam, cras fuerit condemnatus, videtur quod talis, ius & hæreditatem aliorum forisfacere non potest, sed competit eis actio contra quoslibet possidentes, si voluerit, per breue de ingressu. Item si quis ad vitam accipientis concesserit terram alicui ante condemnationem, tunc refert vtrum hoc fecerit ante feloniam perpetratam vel post. Si autem ante feloniam, non erit terra eschaeta ante mortem tenentis, cum

tum nullus possit ius alienum forissacere, si autem post feloniam aliud erit. Item si ad vitam suam propriam concesserit condemnatus, cum vita exspirat terminus, si autem ad firmam & ad terminum annorum concesserit quis terram alicui condénato, erit terminus Regis vt catallum, quia accipitur terminus ad similitudinem catallorum. Et notandum, quod non debet Rex de iure habere annum & diem de aliquo quod non possit esse eschaeta dominorum, nec cum eis remanere; si de hoc constare possit. Item videndum quid dicendum sit de clerico, qui pro aliqua feloniam captus fuerit, et de eo petatur curia Christianitatis, et episcopus vel alius ordinarius petierit prisonam domini Regis ad custodiendum eum, et talis frangat prisonam, et fugiat ad ecclesiam, extrahatur ab ecclesia, & reponatur in prisona a qua euasit, nec etiam ecclesia ipsum tueri debet, nec etiam publicum latronem quin extrahatur si ad pacem Regis venire noluerit, sicut sunt prædones publici, vel huiusmodi, sicut latrones feysiti.

1. De inlagatione, qualiter vlagati post vlagariam ex causa mittuntur ad pacem.
2. Breue quod dominus Rex perdonat fugam & vlagariam omnibus balliuis dirigendum a tempore suo.
3. Aliud quod Rex perdonat (quantum ad ipsum pertinet) vlagariam a tempore patris sui.
4. Item quod Rex perdonat vlagariam, quia tempore quo appellum factum fuit, ipse appellatus in alio Comitatu appellatus fuit de eadem roberia.
5. Si quis falso coram iustitiarijs fuerit indictatus & postea se reddiderit prisona domini Regis, & remittit rex vlagariam.
6. Si ille qui interfici debuit sanus & viuus redierit.
7. Breue de eo qui interfici debuit si sanus & viuus reuertatur.
8. De inlagatione & ad que restituatur inlagatus.
9. Quod iudicandum erit causa primo ante inlagationem per quam fuit vlagatus, vt facilius admittatur ad pacem secundum causam vlagationis.
10. Si nulla causa sed infortunium sine feloniam.
11. Si nulla omnino causa.
12. Non restituatur quis nisi tantum ad pacem.
13. Quid selo forissaciat siue vlagatus.
14. Item restituuntur legi maxime in trinitalibus quod ipsi alijs respondeant & alijs ipsis non in ciuilibus vero ipsi alijs.
15. Quod Rex remittit eis suam sectam sine præiudicio aliorum.
16. Quod oportebit quod versus ipsum loquatur per verba appelli.
17. Item si antenatus filius ex pluribus feloniam fecerit in vita patris & fuerit vlagatus in vita patris.
18. Cum vlagatus captus fuerit non alicui licitum est cum interficere nisi in ipsa captione se defendat.
19. Quod aliquando potest dominus Rex de gratia sua vitam concedere restituitis.

Cap. 14.

Quoniam quis ita fuerit vlagatus qualitercunque, et ex quacunque causa, non crit ei tutum quod compareat antequam fuerit de gratia principis inlagatus. Rex enim poterit vlagatum de gratia sua inlegare, et recipere eum ad pacem suam, extra quam prius positus fuit, et reponere eum in legem, ita quod si vlagaria rite facta fuerit & secundum legem terræ, et siue ex causa vera siue præsumptiua, perdonare ei poterit fugam & vlagariam. Si autem contra legem terræ, debet eam pronuntiare esse nullam, et quidam sic vlagati secundum legem terræ facilius recipiuntur ad pacem, secundum quod ibi subsuerit causa vera vel nulla, vel minus sufficiens: vt si ille qui interfici debuit, producat viuis & sanus, si autem factum tale quod non sit criminoso-

sum

sum, eodem modo, vel si factum contingat per infortunium . Vix autem aut nunquam admittuntur , si factum fuerit criminale & feloniam contineat, tales quidem ad pacem recipi non deberent, ne ex facilitate veniæ, alijs tribuatur materia siue audacia delinquendi. Et qualitercunque inlagetur, ita debet inlagari , quod omnibus respondeat qui versus eum loqui voluerint , et fiant ei litteræ domini Regis patentes & testificantes, quod pacem suam ei dederit in hac forma. ¶ 2. Rex &c. omnibus balliuis & fidelibus suis præsentibus litteras inspecturis salutem . Sciatis nos perdonasse A. fugam quam fecit, & vlagariam in eum promulgatam pro recto tali vel tali, vt pro morte, mahemio, roberia & huiusmodi, vnde talis eum appellat, & volumus & præcipimus quod idem A. firmam pacem nostram inde habeat, ita tamen quod stet recto , si quis versus eum loqui voluerit, et in huius rei testimonium ei fieri fecimus istas litteras nostras patentes. ¶ 3. Sciatis nos perdonasse , quantum ad nos pertinet, A. fugam quam fecit pro morte B. interfecti, tempore domini Regis I. patris nostri, vnde idem A. rectatus fuit, et ideò volumus & præcipimus, quod idem A. firmam pacem nostram inde habeat, ita tamen quod pacem faciat cum parentibus ipsius B. et stet recto &c. vt supra. Litteras autem istas secum deferat inlagatus quocunque ierit , & in promptu habeat , ne quis ignorans ipsum gratiam Regis adeptum fuisse, tanquam vlagatum interficiat, quod quidem recenter post gratiam adeptam posset ignorare, si inlagatus ad manum & in promptu litteras Regis non haberet . Sunt etiam aliæ formæ litterarum vlagationis, sed magistrales secundum qualitatem facti, vt si quis de vno facto appellatus fuerit a duobus , & in vno comitatu se defenderit secundum legem terræ , vel se in prisonam posuerit, et in alio Comitatu fuerit vlagatus . Forma vero brevis talis est.

¶ 4. Rex vicec. tali salutem. Scias quod cum A. in comitatu nostro Eborum appellaret B. de chartis, armis & equis C. domini ipsius A. & eidem C. robbatis in custodia ipsius A. et idem C. eodem tempore, quo appellum illud fuit , in eodem comitatu Eborum appellaret eundem B. de eadem roberia, in comitatu Essex & appellum illud inter prædictos A. & B. per præceptum nostrum positum esset coram iustitiarijs nostris apud W. audito in curia nostra appello ipsius A. et audita responsione ipsius B. consideratum fuit in eadem curia nostra, quod appellum illud nullum fuit, & quod idem B. inde quietus recederet, et vnde vt audiuius, cum idem B. appellatus esset de eodem facto per ipsum C. in comitatu Essex ad sectam, & ad appellum ipsius C. fuit idem B. vlagatus , & publicè pro vlagato clamatus in eodem comitatu Essex , et quoniam error præiudicare non debet veritati, & prædicta vlagaria in prædicto comitatu Essex promulgata ex ignorantia processit , nec dici poterit contumax qui in vno comitatu se legitime defenderit, licet in alio comitatu de eodem facto fuerit appellatus & vlagatus, ex ignorantia & per errorem, de consilio magnatum nostrorum, vlagariam illam nullam esse pronuntiamus , & illam eidem B. siqua esset, perdonauimus. Et ideò volumus & præcipimus, quod idem B. firmam pacem nostram inde habeat imperpetuum & in huius rei testimonium

testimonium &c. ¶ 5. Rex vicecomiti salutem . Ostensum est nobis ex parte A. quod cum peregre profectus esset, tempore quo iustitiarum nostri ultimò itinerauerunt in partibus tuis, quidam ex vicinis ipsius A. terram suam cupientes (cum inde culpabilis non sit) malitiosè fecerunt eum indictari de latrocinio, et quod inde eum malè crediderunt, & ita quod a præfatis iustitiarijs nostris præceptum fuit, quod nisi veniret ad standum recto de prædicto indictamento, exigeretur de com in comitatu, & secundum regni nostri consuetudinem vtlagaretur. Quod cum idem A. a peregrinatione reuersus audiisset, de innocentia & fidelitate sua confusus, reddidit se prisonæ nostræ apud talem locum, antequam esset in comitatu tuo vtlagat°. Comitatus vero tuus hoc ignorans (vt dicit) interrogationem prosequens inceptam versus ipsum A. eundem dum fuit in prisona vtlagauit. Nos vero simplicitatem prædicti A. attendentes & ignorantiam Com, vtlagariam in eum hoc modo promulgatam ei perdonauimus, ita quod sufficientem inueniat securitatem, ad standum recto si quis inde versus eum loqui voluerit. Et ideò tibi præcipimus, quod acceptis ab eo modo prædicto, saluis & securis plegijs, ipsum a prisona facias deliberari, et clamari facias per totum comitatu tuum, quod firmam pacem nostram habeat: et quod occasione prædictæ vtlagariæ nullus ei molestiam inferat seu grauamen. Teste &c. ¶ 6. Item si cuiquam meticuloso imponatur quod hominem interfecerit, vel indictatus fuerit & fugerit, et pfectam alicuius vtlagatus, et ille qui interfici debuit postmodum sanus & viuus appareat: dominus rex de gratia sua remittit ei vtlagariam per hoc breue. ¶ 7. Rex vicecom. salutem. Scias quod iustitiarum nostri, qui ultimò itinerauerunt in comitatu tuo recordantur, quod cum A. in curia nostra coram eisdem iustitiarijs nostris appellaret B. et quosdam alios de morte C. fratris sui: Idem B. homo meticulosus & timens sibi, subtraxit se, ita quod coram eisdem iustitiarijs nostris non stetit recto de appello illo, propter quod a iuratoribus & villatis de morte illa suspectus habebatur & malè creditus fuit inde, maximè propter fugam, et ita quod ad præceptum eorundem iustitiariorum nostrorum interrogatus fuit de comitatu in comitatu, & ita quod secundum legem terræ vtlagatus est. Verumtamen quoniam idem B. qui interfici debuit inuentus est viuus & sanus, nos præsumptionem habitam propter fugam veritati præferri nolentes, et quia iam manifestum est, quod nulla subsit vera causa vtlagationis, fugam illam eidem B. remisimus, & vtlagationem perdonauimus, quod veniat ad pacem nostram, de gratia nostra speciali. Et ideò tibi præcipimus quod in pleno comitatu tuo, vbi idem B. fuit vtlagatus, produci facias ipsum C. qui dicebatur occisus, et ab omnibus videri, & tunc demum ipsum B. inlagari facias & ad pacem nostram recipi. Et etiam publicè clamari, quod ipsum ad gratiam nostram recepimus, & quod ei dedimus firmam pacem nostram. Teste. &c. ¶ 8. Cum quis igitur ita fuerit, de gratia principis inlagatus, ad quæ restituatur: Et ad hoc distinguendum est, vtrum vtlagaria rite & secundum legem terræ facta sit, siue subsit causa vera siue præsumptiua; & sic valida & iusta, vel si facta fuerit contra legem terræ, & sic inualida, & iniusta & nulla:

¶ 9. Item

¶ 9. Item si subfuit causa, quæ & qualiter illa fuerit, & vbi de facto præcedente denotari possit feloniam perpetrata, & in qua voluntate & assultu præmeditato, vt si factum euenerit per infortunium sine feloniam, aut cum quis licitum vellet, aliud accidit per infortunium illicitum, quod non vellet, vel si quid accidit ex necessitate: vt si quis hominem se defendendo interfecerit, cum alias periculum euitare non posset, vel cum omnino nulla subfuit causa, sicut de meticoloso dicitur, & vbi ille qui interfici debuit viuus exhibetur. In primo vero casu vbi feloniam denotari poterit, nunquam deberet talis admitti ad gratiam, vel non nisi cum magna difficultate, quia ex tali inlagatione & tali gratia de facili obtenta, ex tali veniæ facilitate, non solum inlagatis, verum etiam alijs in hoc confidentibus, datur materia delinquendi. ¶ 10. Si autem factum euenerit per infortunium sine feloniam, vt si quis se defenderit licite, recipi debet ad gratiam & ad pacem sine difficultate, gratia tamen principis comitante. ¶ 11. Item in casu vbi nulla subest causa, licet tamen vtlagaria sit iusta & rite facta, recipi debet quis ad pacem de gratia & sine difficultate, & aliquantulum de iure, si nulla causa sit, sed infortunium sine feloniam. Cum autem vtlagaria ipso iure nulla, eo quod contra legem terræ & consuetudinem regni pmulgata, siue subfuerit causa vera vel præsumptiua, siue omnino nulla, secundum quod perpendi poterit ex præmissis, talis de iure recipi debet ad gratiam, et de iure ad omnia restitui, ac si non esset ab initio vtlagatus. Cum appellatus fugerit & appellans rite prosecutus fuerit vsq; ad vtlagariam, præsumitur vehementer propter sectam & propter fugam, quod appellatus culpabilis sit, & huic præsumptioni standum erit semper, quod appellatus non potest restitui nisi ad pacem tantum, & quod omnia amittit, donec probetur contrarium. s. quod factum nullum sit, quod bene fieri poterit, vt si ille qui interfici debuit, post vtlagariam producatur viuus, & quo casu, vtlagatus restituitur ad omnia, quia factum nullum, et vnde talis vera probatio vincit præsumptionem. Si autem vtlagatus ante moriatur, forisfacit omnia suis hæredibus nisi de consilio & gratia aliud fiat. ¶ 12. In omnibus vero casibus prædictis, qualiscunq; fuerit causa, cum vtlagatio rite facta sit et secundum legem terræ, non restituitur quis nisi tantum ad pacem, quod ire possit & redire & de nouo contrahere, non enim poterit id quod per vtlagariam fuit dissolutum, per inlagariam coniungi sine noua voluntate eorum qui prius contraxerunt: Non enim poterit rex gratiam facere, cum iniuria & damno aliorum. Poterit quidem dare quod suum est, hoc est pacem suam, quam vtlagatus amisit propter fugam & suam contumaciam, quod autem alienum est dare non potest per suam gratiam. Item iuste vtlagatus & rite non restituitur nisi tantum ad pacem, quod ire possit & redire & pacem habere, & ad actiones restitui non potest nec alia, quia est sicut infans modò genitus, et homo quasi modò genitus. Itē non potest inlagaria restituere ad actiones & obligationes præhabitas, nec ad homagiū nec fidelitates, nec ad sacramenta nec ad alia per vtlagariā dissoluta, contra voluntatē eorū de quorum voluntate prius fuerunt coniuncta & firmata, & ideo nec ad hæreditates nec ad tenementa in præiudicium dominorum, et sic ad ea quæ iuris sunt restitui non possunt. Ex obligationibus



onib⁹ verò præcedentib⁹ null⁹ eis tenetur, sed ipsi onib⁹ ne sint melioris cōditionis ppter vlagar, cū deteriores esse debēt. ¶ 13. Quid felo foriffaciat & quib⁹ satis dictū est supra, sed cū restitui procurer, videndum vbi restituēd⁹ erit de iure, & vbi de grā, et vbi nec de iure nec de grā, nisi hoc fiat de voluntate regis. Item cū de iure vel de gratia fuerit restitut⁹ post vlagariam, ad quæ restituatur et ad quæ non. Cū autem quis propter suspicionem & malum rectum se subtraxerit, statim amittit catalla, si corā iustitiarijs vocatus non comparuerit, ppter fugā, licet statim ante vlagariam comparuerit. Poterit quis vlagari propter fugam, siue ibi subfuerit vera causa vel præsumptiua. Præsumptiua dico, ppter fugam tantum, licet ibi non sit vera causa. Vera dico, siue quis interfectus sit per feloniam vel per infortunium. Præsumptiua, cū nulla prædictorum subsit, vel cū ipse qui occidi debuit viuus appareat. In omnibus autem casibus prædictis siue subsit vera causa siue præsumptiua, si quis fuerit restitutus post vlagariam rite factam, & secundum legem terræ omnibus rite concurrentibus, nec ad catalla habenda restituatur nec ad hæreditatē, ad catalla videlicet propter fugam, nec ad hæreditatem propter vlagariam rite factā, nisi tantum ad pacem, vt omnibus respōdeat qui aduersus eum loqui voluerint, quia statim cū conuictus fuerit p vlagariā, incipit ius merū reuerti ad dominum capitalem, quia cum felone vltimū remanere nō possit, & talis restituatur ad gratiam sine præiudicio alterius alicuius. Item sūt quidam, qui restitui debent de iure, ad pacem in omni casu, & ad omnia licet fuerint vlagati, videlicet vbi vlagaria nulla ipso iure, vt si facta fuerit contra legem terræ & regni consuetudinem, & aliter q̄ de iure fieri deberet, vel alibi, vt si extra comitatū, vel in Londoni extra Hustingum: et aliter, quod quidem poterit esse multis modis, vt si ante quintū comitatū. Item si in comitatu, tamen ad nullius sectam, videlicet regis, vel parētis, vel amici, & si secta ibi fuerit, tamen ille qui vlagatus est, fuit infra ætatem. Item cum ille qui vlagatus est, venire non potuit, quia ante vlagationem se posuit in prisona pro facto illo vel pro alio. Item cū de facto illo appellatus fuit et interrogatus, pro facto vno in vno comitatu & ab vno, se defendit in alio comitatu versus alium appellantem de eodem facto, & multis alijs modis. Item inlagari debet quis sine iuris iniuria, licet nō ad hæreditatē nec ad catalla, vbi nulla subsit causa vlagationis omnino, nisi q̄ fuit meticulosus, et sic nullam rem timens, subtraxit se, vel quia ipse qui interfici debuit iam apparet viuus, et huiusmodi: & in hoc casu denotatur ius & non gratia. Item restitui potest de gratia, et non de iure ad pacem tantum, et non ad alia, cū rite fuerit vlagatus, sicut est ille qui hominem interficit per infortunium, & non ex mala voluntate, quia voluntas & ppositum distinguūt maleficia. Si quis autem per feloniam & in assultu præmeditato alium interfecerit, talis nunq̄ de iure restitui deberet nec de gratia, quia cū talibus nulla gratia faciēda est; ne talis gratia alijs præbeat audaciam, consimilia perpetrandi: quia facilitas veniæ &c. Facit tamen rex aliquando gratiam talibus, sed contra iustitiam, cum ad sectam suam fuerint vlagati, sed tamen vt omnibus respondeant. Item esto quod filius antenatus vlagat⁹ sit, et in vita patris vel alterius

alterius antecessoris fuerit inlagat^o & sic ad pacē domini regis restitutus, expectauerit mortem antecessoris sui, nec iste ad hæreditatem admitte-
 tur. Item cū inlagatus fuerit tali modo vt & omnibus respondeat, &
 se forte defendat per corpus vel per patriam, nec adhuc admitte-
 tur licet sic purgauerit innocentiam suam. Item cū interrogatus esset & vtlagatus, nunquā exijt a seysina, sed semper fuit in cōtinua seysina per vx-
 orem, & liberos & familiam suam, adhuc hæreditatem retinere non po-
 test, nisi dominus suus capitalis hoc voluerit & hoc propter vtlagariam
 rite factam. Inlagati vero dici poterunt, quasi modo geniti infantes, & no-
 ui homines quasi de nouo creati, quia in personis eorum post vtlagariam
 rite factam, nulla præterita subsistunt, sed post inlagariam tantum præsen-
 tia & futura succedunt & ad ea quæ pacis sunt restituuntur, vt redeant ad
 regnum & exeant cū voluerint, vel remaneant si voluerint & sibi pro-
 uideant in futuro de acquisitionibus rerum (sicut prius) negotiando, cō-
 trahendo, emendo, vel vendendo, cum firma pace domini regis. ¶ 14.
 Item restituuntur legi in criminalibus maximè, & ipsi alijs respōdeāt &
 stēt recto si quis ver^o eos loqui voluerit, sed alij ipsis nō respōdebunt. In
 ciuilibus verò ipsi alijs sed nō alij ipsis, quia per vtlagariā dissoluūtur quo
 ad ipsas obligationes, & perinde extinguūtur actiones quæ resuscitari nō
 poterunt. Respōdere autem tenentur si quis versus eos loqui voluerit, et
 ibi respondere tenentur omnibus, sed habent exceptiones suas versus
 omnes, præterquam illos qui rite & secundū legem terræ versus eos sec-
 tam fecerint per quam vtlagati fuerint, et vnde si versus alios, se defende-
 rint per exceptionem. ¶ 15. Rex remittit eis suam sectam, quod qui-
 dem facere possit sine præiudicio aliorum. Si autem cū quis fuerit in-
 lagatus & sit aliquis qui versus eum loquatur, qui sectam suam bene fe-
 cerit & sufficienter versus eum per quem vtlagatus fuit, & petat iudiciū
 de hoc quod per sectam suam vtlagatus est, si debeat eum iterum con-
 uincere, cū semel eum conuicerit per sectam suam, videtur quod si
 quis vtlagatus fuerit per sectam alicuius, non propter hoc conuincitur
 de facto & felonia, nisi tantum de contemptu & inobedientia, & hac
 ratione, quia poterit quis vtlagari per sectam alicuius propter fugam, vt
 prædictum est, licet nulla subsit causa, nec factum, nec felonia. ¶ 16.
 Oportet igitur quod appellans, si sectam benè fecit, de nouo loquatur
 versus eum, & quo casu, appellatus propter sectam bene factam ab appel-
 lante amisit suas exceptiones, amisit etiam electionem defendendi se per
 corpus suum, vel ponendi se super patriam, cū appellans eum conui-
 cerit semel per appellum & per sectam, & ideò quia appellatus hoc totum
 amisit propter fugam & vtlagariam, oportet quod per patriam se defen-
 dat, quod si per patriam se defendere non possit, quod doceat causam ef-
 se nullam per exhibitionem eius qui interfici debuit, alioquin iudiciū sus-
 tinebit, vel si patriam recusauerit, quasi pro conuicto habetur, ita quod in
 patria remanere non poterit, & si rex eum in patria sustineret, hoc esset ad
 iniuriam appellantis. Si autem non sit aliquis qui ab initio benè secu-
 tus fuerit, nec aliquis qui appellum habere possit, tunc poterit vtlaga-
 tus

tus in patria remanere ad pacē domini regis. ¶ 17. Item esto q̄ quis plures habuerit filios, & antenatus feloniam fecerit in vita patris, & vlagat⁹ in vita patris, mortuo patre vidēdum est ad quem ius et hæreditas descendere debeat. Et videtur q̄ non filio vlagato, ex quo per vlagariam forisfecit ius succedendi, & non solum adeptum sed adipiscendum, non ergo restituatur ad successionem, quia hoc esset, vt videtur, in præiudicium domini capitalis, quod esse non debet. Si autem in vita patris moreretur, cum esset restitutus, sine hærede, tunc: quasi non esset in rerum natura, descenderet hæreditas ad alios hæredes propinquiores, vt quibusdam videtur, quod non est verum, secundūm alios, qui melius sentiunt de talibus, quia cum antenatus moriatur in vita patris vel alterius antecessoris siue inlegatus fuerit siue non, forisfacit omnibus hæredibus suis presentibus, apparentibus & futuris, licet tunc non existentibus, propinquis, & remotis, fratribus, sororibus, & de carne propria exeuntibus, totum ius quod habuit die quo felonia fuit perpetrata, vel quod ei accidere posset ab aliquo antecessore, si antecessor superuixerit, & feloniam non commisisset, & qui mortuo antecessore futuri essent sui hæredes si non ei descendisset, quia licet gradus vacuus sit per mortem suam, si ad pacem domini regis moreret sine felonia, oporteret quod de eo fiat mentio in descensu ad hæredes de carne sua exeuntes sic. Et vnde ius a tali antecessore descendisse debuit tali, vt filio & hæredi si viueret, & a tali, tali vt filio & hæredi talis. Et hoc dici debet de fratribus & sororibus & alijs hæredibus remotioribus, proprijs liberis non existentibus. Et sic non poterit dici immediate quod ius descendit a tali antecessore tali nepoti, vel nepti, fratri vel sorori, vel hæredi remotiori, nulla facta mentione de eo qui obiit in vita antecessoris, & sic forisfacit actionem & hæreditatem ille qui feloniam comisit, siue moriatur in vita antecessoris siue post mortem, & siue vlagatus, vel in vita antecessoris restitutus, & sic forisfacit actionem & ius habitum & habēdum. Item hæreditatem propriam, acquisitam & acquirendam, secundūm quod fuit in statu die quo felonia fuit perpetrata, in dominico & seruitio, ad terminum vite vel annorum. Item idem dici poterit de fratre postnato & suis hæredibus, de omnibus quæ ei possent accidere. Ex hoc igitur sequitur, vt videtur, quod antecessor, cuius hæres feloniam fecerit de qua conuictus fuerit, post feloniam hæredis dare non poterit nec alienare, non magis quam ipse felo, cum non sit hæres qui posset donationem & factum suum warrantizare, nisi hoc habeat speciale in charta feoffamenti sui, quod dare possit & assignare si hæredes defecerint, vel sit ita, quod donationem warrantizare non possint prædicta ratione. ¶ 18. Cum verò vlagatus captus fuerit, non erit licitum alicui eum interficere, nisi in ipsa captione, si se velit defendere, quia post captiōem, vita & mors erit in manu regis. Poterit quidem rex cum captus fuerit, licet risse sit vlagatus & ex causa, & plenitudine potestatis suæ dare ei vitam & membra, & vt regnum abiret. ¶ 19. Tenetur etiam aliquando de gratia concedere ei vitam & membra, vt si per infortuniū vel se defendendo hominem interfecerit. Tenetur

netur etiam si nulla subfuit causa vtlagarie, vt si ille qui interfici debuit, viuus & sanus producat. Item si minus sufficiens sit causa, quia forte factum pro quo fuit vtlagatus, non fuit feloniam sed transgressio. Item quia vtlagaria non fuit rite promulgata, vel loco non debito, vt supra, & secundum quod sic vel sic, poterit abiurare regnum, vel in regno remanere, secundum gratiam regis. Item si clericus ordinatus fuerit vtlagatus, tenetur rex vtlagatum remittere ordinario, vbi non fiet nisi degradatio, si se purgare non possit. Clericus dico, siue maior siue minor, etiam episcopus vel alius, quia de talibus non poterit rex exequi iudicium, nec iudicium factum in foro seculari de vtlagaria ligabit tales, qui in curia Christianitatis se purgare possunt, secundum quosdam.

¶ De homicidio quod palam et pluribus astantibus perpetratum est, et postea de homicidio quod nullo presente perpetratum est, et quod dicitur murdrum. 1. Quid sit murdrum. 2. Quae causa inuentionis murdrorum. 3. Quid dicitur murdrum. 4. Qualiter patria excusatur a murdro. 5. Si interfectus captus fuerit nullum erit murdrum. 6. Item qualiter debet Englescheria presentari secundam consuetudinem diuersorum com. Cap. 35.

Dictum est supra de homicidio, quod palam et pluribus astantibus quodammodo perpetratur, nunc autem dicendum de homicidio, quod nullo presente, nullo sciente, nullo audiente, nullo vidente clam perpetratur, quod dicitur murdrum, vnde in primis videndum quid sit murdrum, quae causa inuentionis, & qualiter quis a murdro excusetur. ¶ 1. Murdrum vero est occulta extraneorum & notorum hominum occisio, a manu hominis nequiter perpetrata, & quae nullo sciente vel vidente facta est, praeter solum interfectorem & suos coadiutores & fautores, & ita quod non statim assequatur clamor popularis. Occulta dicitur, quia occisor ignoratur, nec scitur quis ille fuit qui occidit. Item extraneorum & notorum hominum, vt comprehendatis tam masculum, quam foeminam, et sic excludatis animalia bruta, quae ratione carent. Extraneorum dico, quia siue interfectus cognitus fueris siue ignotus, dicitur francigena, nisi Englescheria, id est quod Anglicus sit, probetur per parentes, & coram iustitiariis presentetur. ¶ 2. Causa vero inuentionis murdrorum talis fuit, quod in diebus Canuti regis Danorum, qui post Angliam acquisitam & pacificatam, rogatu baronum Anglorum, remisit ad Daciam exercitum suum, & ipsi barones Angliae erga ipsum regem Cantum fideiussores extiterunt, quod quotquot rex in Anglia secum retineret, firmam pacem omnia haberet, ita quod si quis Anglorum aliquem hominum quos rex secum adduxit interficeret, si se super hoc defendere non posset, soluerentur pro eo 66. marcae, & colligebantur in villa, vbi quis esset interfectus, & ideo, quia interfectorem non habuerunt, & si in tali villa pro paupertate colligi non posset, colligerentur in hundredo in thesauro regis deponenda. ¶ 3. Et dicitur murdrum extraneorum occisio, & notorum, quia siue notus sit vel extraneus, ille qui interfectus est, semper reputabitur francigena, nisi Englescheria, id est fuerit coram iustitiariis presentata, pro hoc quod sciri possit quod Anglicus extiterit

titerit. Et qualiter Englescheria presentari debeat, infra plenius dicetur suo loco. Item a manu hominū dicitur, ad differentiam eorū qui a bestiis & animalibus, quæ ratione carent, occiduntur, vel deuorantur: & qui nō possunt dici murdrā in felonia, quia animalia, quæ ratione carent, non possunt dici fecisse iniuriam nec feloniam. Vel hoc dici poterit ad differentiam eorū, qui mortui sunt p̄ infortuniū, sicut de submersis & oppressis & huiusmodi p̄ infortuniū ubi nulla subest felonia, secundū quod inferi⁹ dicetur. ¶ 5. Excusatur patria quandoq; a præstatione quæ datur p̄ murdro, sicut videri poterit in multis casibus subsequētib⁹. In primis excusatur patria a præstatione murdri, si interfectoꝝ cognitus fuerit, siue captus fuerit siue non, quia ibi conuinci poterit felonia vel per sectam vel p̄ inquisitionem patriæ, & sic quōd vtlagatus sit. ¶ 6. Item si interfectoꝝ captus fuerit, & iudicium sustinuerit, nullum erit murdrum quia cōuincitur felonia. Item nullū erit murdrū cū quis vulneratus fuerit vsq; ad mortem & vixerit postea p̄ aliquod tempus, quia tunc potest ipse malefactoꝝ detegere, & sic manifestare vel cognoscere pro se, vtrū ipse sit Anglic⁹ vel francigena, & sic nullum erit murdrum. Item licet loqui nō possit, nec detegere malefactoꝝ, si quis pro morte sua confugerit ad ecclesiam & mortem cognouerit, nullum erit murdrum. Item de ijs qui mortui sunt p̄ infortuniū nullū erit murdrum, licet in quibusdam partibus de consuetudine aliter obseruetur, vt si homo mortuus, submersus, vel oppressus & huiusmodi sine culpa alicuius inueniatur, nullum erit murdrum, nec deodanda sunt. Nauis, nec batellus, nec alia catalla de ijs qui submersi sunt in mari, nec in salsa nec in dulci aqua wreccū erit, cū sit qui catalla aduocet & hoc docere poterit. Item si in mari vel in ripa eius, in flumine publico, vel in ripa eius (& maxime quatenū salsa attigerit) mortuus inueniatur, nullum erit murdrum, nisi forte in terra occis⁹ in mare vel in flumen mortuus projiciatur, vel viuus nequiter sit præcipitatus, quod quidem dici posset de omni loco publico, qui in nullius bonis esse dicitur, nisi tantum in bonis ipsius regis. Si autem locus fuerit alicuius vniuersitatis, aliud erit. Nequiter dico, vt si de submersis & oppressis & huiusmodi denunciatur, statim accedant ad mortuum coronatoꝝ, antequam corpora sepeliantur & mortuum videant, & nihilominus diligēter inquirent p̄ decēnas & villatas accepto sacramento, si ibi sit felonia vel infortunium, & secundū hoc, faciat suum officium, & ideō si huiusmodi corpora sepulta fuerint sine visu coronatorum, villata erit in misericordia. Item in omni casu si occisus notus fuerit & Anglic⁹, licet interfectoꝝ ignoretur, murdrum erit, nisi secundū consuetudinem regni & assisam Englescheria presentetur & debito modo, quia non refert vtrum non sit omnino presentata vel minus ritē, & ideō qualiter presentari debeat videndum est. ¶ 7. Et sciendum q̄ statim in ipsa inquisitione & corā coronatoꝝ presentat Englescheria, sed diuersimodē tamē, secundū diuersas consuetudines eorū. In quibusdā vero eorū presentat Englescheria, siue mortu⁹ fuerit mascul⁹ sine femina, p̄ duos masculos ex parte patris, & p̄ duas feminas ex parte matris de p̄p̄nquiorib⁹ patrib⁹ interfecti, qui olim dicebantur *To lunge and To bred*. In quibusdā vero eorū presentatur per vnum

vnum masculum ex parte patris & per vnam foeminam ex parte matris. Item in quibusdam comitatib^o, secundum quosdam, si masculus inueniatur interfectus, presentatur Englescheria per vnum masculum, ex parte patris & per vnam foeminam ex parte matris. Et si foemina, modo praedicto, per duas foeminas vel ex parte patris tantum vel ex parte matris tantum, quorum quidem nomina irrotulari debent in rotulis coronatorum, coram iustitiarijs in itinere suo presentanda, & vbi mutari non possunt personae nec nomina variari, quod si contra factum fuerit, nulla erit Englescheria cum sit minus rite facta, & ideo dabitur murdrum: & ideo sic presentatur vt sciri possit vtrum interfectus Anglicus fuerit vel francigena, pro Anglico vero, & de quo constari possit quod Anglicus sit non dabitur murdrum. Si autem Englescheria nulla sit, vel minus rite facta, licet interfectus Anglicus fuerit, pro francigena reputabitur. Si autem dubium fuerit vtrum Anglicus fuerit vel non, & vtrum producti parentes fuerint vel non, hoc per patriam declarabitur. Si autem plures inueniantur occisi, de singulis per se oportet Englescheriam presentare. Vt sciat quando Englescheria rite presentatur & quando non, notandum quod si coram coronatoribus per quatuor & coram iustitiarijs per duos, vel coronatoribus per duos, & coram iustitiarijs per vnum vel e contrario, nulla erit Englescheria. Item si nominibus eorum qui producti sunt vel eorum personis variatum sit, vel erratum coram iustitiarijs, non valebit presentatio, eo quod in hoc casu non admittitur variatio. Item si producti parentes non sint parentes mortui sed extranei, vel si producti sunt parentes, ex parte patris, vbi quidam illorum produci deberent ex parte matris & e conuerso. Item vbi omnes produci deberent ex vna parte, producti sunt ex parte vtriusque. Item vbi plures produci deberent producti sunt pauciores, & e contrario. Et ideo non valet si ibi fuerit variatio vel defectus. Et quoniam in diuersis comitatibus diuersimode presentatur, inquirendum erit in quolibet itinere ab initio quae sit consuetudo praedictae Englescheriam.

1. ¶ Si malefactores fugiunt ad ecclesiam qualiter debeant regni abiuurare si cognoscant latrocinium & feloniam. 2. De sacramento qualiter debent regnum abiuurare. 3. Quod non debet morari in ecclesia ultra quadraginta dies si velit, quid tunc agendum sit. 4. De diffinitione exiliorum. Cap. 16.

Sunt etiam quidam, qui cum capi deberent, fugiunt ad ecclesiam vel alium locum religiosum vel privilegiatum, & se tenent in ecclesia, & quo casu nihil medium ostendi quod ventant ad pacem domini regis ad standum recto, si quis versus eos loqui voluerit, vel quod cognoscant maleficium propter quod se tenent in ecclesia, & sic habebit electionem. Et quo casu, si recognito maleficio elegerit regnum abiuurare, eligere debet portum aliquem per quem transire possit ad terram aliam extra regnum Angliae, quia non tenetur abiuurare terram & potestatem regis praesentis, sed tantum regnum Angliae. Et computari ei debent rationabiles diem usque ad portum illum, & debet ei interdici ne exeat regnum viam, nec moram

moram faciat alicubi per duas noctes, nec alicubi se diuertat, nec multum declinet a via nisi hoc fuerit ex magna necessitate vel hospitandi causa: sed seper tendat recta via ad portum, ita quod ibi sit ad diem sibi datum, et quod transiret quam cito nauem habuerit & ventum, nisi tempestate fuerit impeditus, si autem contra fecerit erit in periculo. ¶ 2. Hoc audite iustitiarum, vel o vos coronatores, quod exibo a regno Angliæ, & illuc iterum non reuertar, nisi de licentia domini regis vel hæredum suorum, sic me deus adiuuet &c. Et in sacramento faciendo, nulla fiat mentio de aliquo impedimento. Sed quid dicetur sibi ubi nullum eligere voluerit portum? quia sine portu & mari exire poterit vsque in aliud regnum, & tunc non incompetenter dici poterit, ubi dicitur, quod elegit portum, quod elegit transitum, per talem villam, via quæ ducit versus Scotiam, vel Hiberniam vel alibi: sed quod cognoscere debeat malefictum, non est semper necesse, quia subijcere poterit. Si ad ecclesiam confugerit postquam fuerit per patriam condemnatus, siue ante iudicium siue post, vel si fugerit ad ecclesiam cum captus fuerit seysitus, & in nullo istorum casuum, cum ad ecclesiam confugerit morari poterit in ecclesia per quadraginta dies, sicut quidam dicunt, sed statim in aduentu iustitiarum vel coronatorum exire debet & facere legem terræ. Spatium vero quadraginta dierum olim dari solet damnatis per assisam de Clarendone, qui cum exire deberent regnum, possent per quadraginta dies moram facere & querere subsidia amicorum. ¶ 3. Constitutio quidem talis fuit, quod quamuis aliquis se purgaret iudicio aquæ vel ignis, hic nihilominus regnum abiuraret, & habuit spatium illud, occasione prædicta, quod quidem non est alijs concedendum. Sed quid si ille qui ad ecclesiam confugerit exire noluerit ab ecclesia, nunquid poterit per vim extrahi per manum laicalem? non ut videtur, quia hoc esset horribile & nephandum. Videretur igitur quod ordinarius loci, sicut archidiaconus vel officialis suus, decanus vel persona, hoc facere possent & deberent scilicet compellere eum exire, quia gladius debet iuuare gladium, & iuris executio non habet iniuriam, & cum talis exire noluerit nisi compulsus, præsumitur vehementer contra ipsum, quod malus sit & defendere eum in ecclesia nihil aliud erit, quam (cum sit latro publicus) maximè facere contra pacem & contra ipsum regem qui pacem tueri debet ad securitatem omnium, & si talis exire compelli non possit, saltem cum in ecclesia fuerit per vnam noctem ad plus, sic poterit se tenere in ecclesia per quadraginta dies, & per annum & per biennium si hoc fuerit in voluntate malefactoris. Quid igitur fiet cum ordinarij timeant irregularitatem & laici excommunicationem? nihil aliud ergo video, nisi quod tali denegentur cibaria, ut gratis exeat & petat quod contempnibiliter recusauit, & qui tali super hoc, cibaria ministrauerit, tanquam inimicus regis & præsumptor contra pacem regis censeatur, & sic fiat de illis qui debent regnum abiurare & in exilium mitti. ¶ 4. Est enim diuisio triplex ad maius, aut certorum locorum interdictio, sicut puincie alicuius, ciuitatis, burgi, vel villæ impetuū, vel ad tempus, secundum quod exposcit quantitas delicti, secundum quod fuerit maius aut minus. Item exilium propter crimine & lata culpam, & omnium locorum interdictio imperpetuum.

perpetuum, & nisi &c. vel in insulam deportatio in perpetuum, vel ad tempus, quod quidē exiliū dici poterit, abiuratio regni, siue vlagatio. Et si quis ita exulat exilio nō obtēperauerit, poena capitali puniatur, hoc est, si post exiliū tale sine licentia reuertatur.

1 ¶ De homicidio per infortunium et casuali, Cap. 27.

DE homicidio vero casuali, quod multipliciter fieri potest, et de quo supra tactum est, vt si quis telum in feram mittere volens, vel quid tale egerit, vel si cū socius luderet cum socio, et iocosa leuitate percussit, vel cū longius staret, arcum traheret, vel lapidem proieceret, et hominem quem non vidit, percussit, vel si cū pila luderet, quis manū cōsortis quem non vidit pila percussit, ita quod gulam alicuius præsciderit, et sic hominem interfecerit, non tamen cum occidendi animo, absolui debet, quia crimen non contrahitur nisi voluntas nocendi intercedat, & voluntas & ppositum distinguunt maleficiū, et furtum omnino non committitur sine affectu furandi. Et secundū quod dici poterit de infante & furioso, cū alterum innocentia consilij tueatur, et alterum facti imbecillitas excuset. In maleficijs autem spectatur voluntas & non exitus, et nihil interest, occidat quis, an causam mortis præbeat. Sed ibi distinguitur inter veram causam & infortunium, de animalibus quæ ratione carent, vel alijs rebus inanimatis, quæ dant occasionē, sicut nauis, arbor quæ oppressit vel huiusmodi. Recte autem loquēdo, res firma sicut domus vel arbor radicata, quandoquē non dant causam nec occasionem, sed facit ille qui se stultē gerit, nec equus multotiens. Item nec nauis nec batellus in salsa, licet in aqua dulci, & hoc p abusionem sicut in multis alijs casibus.

1 ¶ De illis qui capti sunt q non debent spoliari bonis suis sed debent inde sustentari. 2. Breue q de bonis suis sustentetur. 3. Qualiter captus produci debet coram iustic. et quare iustic. examinare debent in duello iniungendo et iudicij. 4. Variatio duelli et si appellatus victus fuerit vel appellans. 5. Ne quis extraneum hospitetur nisi de clara die. Cap. 18.

Qui pro crimine vel feloniam magna, sicut p morte hominis captus fuerit & imprisonatus, vel sub custodia detentus, nō debet spoliari bonis suis, nec de terris suis disseyfiri, sed debet inde sustentari donec de crimine sibi imposito se defenderit, vel conuictus fuerit, quia ante conuictionem nihil foriffacit, & si quis contra hoc fecerit fiat vic. tale breue. ¶ 2. Rex vic. salutem. Scias q prouisū est in curia nostra coram nobis, q nullus homo captus pro morte hominis, vel pro alia feloniam pro qua debeat imprisonari, disseyfietur de terris, tenementis, vel catallis suis, quousq; conuictus fuerit de feloniam de qua reatus est: sed quam citō captus fuerit p visum custodum placitorum coronæ nostræ, et p visum tuum & balliuorum tuorum & legalium hominum, apprecietur catalla ipsius capti, & imbreuietur, & saluē eustodiantur p balliuos ipsi qui capitur, et qui bonam inueniant securitatem, de respondendo coram iustitiarijs nostris, cū ab eis exigantur, saluo tamē eidem capto & familiarē

hæc suæ necessariæ quamdiu fuerit in prifona, rationabili estouerio suo, vt si idem captus fuerit, et coram iustitiarijs nostris cõuictus de feloniam vn-
 de reftatus est, tunc totum residuum catallorum illorum (vltra estoueriũ
 illud) remaneat nobis; secundũ regni nostri consuetudinem, cum ter-
 mino nostro de terra illa, p vnũ annũ & vnũ diẽ. Et si coram præfatis ius-
 titiarijs nostris se defendere possit, & purgare de feloniam sibi imposta, tũc
 catalla sua sibi quietẽ remaneant. Et idẽ tibi præcipimus, q̃ de cetero ita
 fieri facias in com̃ tuo & obseruari. Et firmiter tibi p̃hibemus, ne de cẽ-
 tero prædicta occasione manum apponas in terris & catallis alicuius, qui
 captus fuerit prædicto modo: Ne amplius inde clamorẽ audiam. Teste,
 &c. De illis autẽ qui in fuga sunt: aliter erit, vt supra dictũ est. ¶ 3. Cũ
 autem taliter captus, coram iustitiarijs producendus fuerit, produci non
 debet ligatis manibus (quamuis aliquando compedibus, ppter periculũ
 euasionis) et hoc idẽ, ne videat̃ coact̃ ad aliquã purgationẽ suscipiẽdã.
 Cũ autẽ p̃ductus fuerit & de crimine ei imposito accusatus, si crimen
 statim cõfiteatur, satis planum erit iudicium. Si autem negauerit, & crimẽ
 defendere præcisẽ, & sit aliquis qui eũ appellat per verba legitima appel-
 lum facientia, tunc autem defendit omnia præcisẽ quæ ei imponuntur &
 nihil excipit contra appellantẽ, habebit electionẽ vtrũ se ponere velit su-
 per patriã, vtrũ culpabilẽ sit de crimine ei imposito, vel nõ: vel defendẽdi
 se per corpus suũ. Si autẽ patriam elegerit, ad defensionẽ per corpus suũ
 ex pœnitentia reuerti non poterit, sed per patriam negotium terminabi-
 tur, nec econtra. Si autem per corpus suum intret in defensionem, nihil
 excipiẽdo: statim vadietur inter eos duellum. Si omnia rite concurrant
 & principalia maximẽ appellum facientia, & quæ iungunt duellum, & si
 forte appellatus hoc omiserit, iustitij ex officio suo debent omnia exa-
 minare. In primis factũ & causã appelli, & si factũ & causã sufficiãt, tũc in
 primis examinare debent sectã si bene facta fuerit, itã q̃ nulla sit variatio,
 vt si appellans vnũ dixerit in com̃, & coram coronatorib̃, & aliud modõ
 dicat corã iustitiarijs: non enim admittitur hic variatio, secundũ quod
 inferius dicetur plenius. ¶ 4. Si autẽ omnia bene concurrant quæ iun-
 gunt duellũ, tunc dat appellatus vadiũ se defendẽdi, & appellator vadiũ
 disrationandi, et si appellat̃ victus fuerit, capitalẽ subibit sententiã, cum
 exheredatione, & omnium honorũ suorum amissione, & sicut esse debet in
 omni vel quolibet genere feloniam. Si autẽ appellans victus fuerit, gaolã
 cõmittatur, tanq̃ calũniator puniend̃, sed nec vitã amittit, nec membrũ,
 licet secũdũ leges ad taliones teneretur, si in p̃batione deficeret, & ap-
 pellant̃ quietus recederet de appello illo, nisi forte iustitij p̃ aliqua alia
 suspitione, vel recto, duxerint vlteriũ retinendũ: quod aliquãdõ faciũt ex
 causa, sicut cõtigit aliquãdõ de Roberto Brodegh in com̃ Berk. corã M.
 de Pateshull. Et hæc verã sunt, q̃ appellat̃ per corpus suũ se defendere po-
 terit, cũ appellat̃ fuerit: nisi aliqua violenta præsumptio faciat cõtra ipsũ,
 quæ p̃bationẽ non admittit in cõtrariũ, per quã dedicere vel defendere
 possit mortẽ & feloniam, sicut esse potest, cum quis capt̃ fuerit super mor-
 tuũ cũ cultello cruentato, mortẽ dedicere nõ poterit, & hæc est cõstitutio
 antiqua, in quo casu nõ est opus alia p̃batione. In quo casu non est ne-
 cesse

Nn.i.

cesse

cesse probare per corpus nec per patriam, vbi p̄sumptio violenta facit cōtra appellatum. Item si quis iacuerit in domo aliqua de nocte, solus cum aliquo qui fuerit interfectus, vel si duo ibi fuerint vel plures, & hutesium non leuauerint, nec plagam a latronibus vel alijs qui interfecerint in defensione facienda non receperint, vel nec quis hominem interfecerint ostenderint de se vel de alijs, mortem dedecere non poterint, vt de termino sancti Michaelis añ regni regis H. nono incipēte decimo in comitatū Kanc. de Adam de Burgh. Eodem modo ferē dici poterit (vt viderur) si quis in domum suam notum vel ignotum receperit hospitandi causa, vel alia huiusmodi, et qui sanus & viuus visus fuit intrare, et nunq̄ postea nisi mortuus, dominus domus (si tunc domi fuerit) vel alij de familia, qui tunc p̄sentes fuerunt, p̄enam capitalem non euadent, nisi forte p̄ patriam fuerint liberati, si iustitiarij perspexerint veritatem per patriā debere inquiri. ¶ 4. Et pro hac suspitione constitutum est, ne quis extraneum hospitetur nisi de clara die, nec permittat eum recedere nisi de clara die, et hęc etiam p̄sumptio maxime esse poterit, vt si dominus & homo suus iacuerint in vna domo, & dominus inuentus fuerit occisus, homo tenebitur, qui nec clamorem leuauit, nec plagā recepit, nec in aliquo se opposuit ad defensionem. Et idem dici poterit de extraneo, quia vix euadere poterit periculum per inquisitionem patriæ, propter tam grauem p̄sumptionem datam de tam occulto facto. Sed cū patria veritatem scire nō possit de tam occulto facto, qualiter liberabitur ille qui super patriam se posuerit? Reuera satis liberat, quia expressē non condemnat, sicut dici poterit de charta, cū satis acquietat ex quo specialiter non onerat. Item poterit factum esse tam occultum, quod secta sit nulla vel minus rite facta, tamen calumniari non poterit, quia initium facti sciri non poterit, sicut de veneno dato, et quo casu, non habebit appellatus electionem vtrum se ponere velit super patriam, vel defendere se per corpus suum: sed oportet quod defendat se per corpus suum, quia patria nihil scire poterit de facto, nisi per p̄sumptionem et per auditum, vel p̄ manus datum, quod quidem non sufficit ad probationem pro appellante nec p̄ appellato ad liberationem, nisi sit qui dicat (vt supra) quod satis liberatur, ex quo non condemnat. Admittitur tamen ex necessitate, quod appellatus habebit electionem propter incōueniens quod sequeretur, quia si semper teneretur se defendere per corpus, ita posset quilibet in tali facto alium appellare per campionem conductiuū, quod non est sustinendum.

- 1 ¶ De quibus loqui debent appellans. 2. De appello de morte hominis. 3. Quod possunt plures appellari sicut vnus de morte alterius. 4. Verba appelli de morte fratris vel alterius. 5. Item appellum de sortia. 6. Qualiter debent appellari defendere. 7. Si duellum declinare noluerit per hoc quod transit aetatem. 8. Si omnes concurrunt qui iungunt appellum statim vadetur duellum. 9. Si plures appellauerint vnum sed de diuersis factis, sicut de diuersis plagis. 10. Si ante duellum percussum omnes appellantes mori contingat. 11. Si autem appellatus victus fuerit de facto, tunc demum procedatur versus alios de sortia & de precepto. 12. Si plures vnum appellauerint de morte alicuius de pluribus plagis. 13. Si vnus plures appellauerit de diuersis plagis mortalibus. Cap. 19.

In

IN omni vero causa criminali quæ sub se continet feloniam, in appello debet fieri mētio de anno, de loco, de die, et hora. Loqui oportet etiā de visu & de auditu. Itē q̄ appellans cōstans sit in dicto suo, & in omnibus circūstantijs, secundūm quod, inferiūs dicitur de exceptionib⁹. Verba autē appelli sūt hæc. ¶ 2. A. appellat B. p̄ talia verba, de morte fratris sui, & si ipse defecerit, tunc p̄ talē, et ita q̄ sunt plures de vno & eodē facto. A. appellat B. de morte C. fratris sui, quod sicut ipse A. & C. frater suus essent in pace dei & dñi regis apud talem locū, faciēdo quoddā tale, vel transiēdo a tali loco vsq; ad talē locū, tali die, tali anno, & tali hora: venit idem B. cum talib⁹ nominandis, & nequiter & in felonia & in assultu p̄meditato, & cōtra pacē dñi regis ei datā, fecit idē B. p̄dicto fratri suo C. vnā plagā mortālē in capite quodā gladio, vel aliquo alio genere armorum molutorū, dū tamen nō de baculo nec lapide, vel alio instrumento (secundūm quosdā) quod dici nō possit armū molutū, itā quod obiit infra triduū de plaga illa. Et quod fecit hoc nequiter, & in felonia, & cōtra pacē dñi regis, offert se disrationare versus eū vbiq; p̄ corpus suū: sicut ille qui p̄sens fuit, & hoc vidit, & sicut curia dñi regis cōsiderat. Et si de eō malē cōtigerit, p̄ corpus talis fratris sui vel alteri⁹ parētis C. qui similiter hoc offert disrationare p̄ corpus suū, sicut curia cōsiderauerit: & sic ulterius de plurib⁹ alijs, si de tali malē contigerit. Et qui omnes loquantur de visu suo sine testimonio, quod plures possūt appellare, vnū de vno & eodē facto, et eodē vulnere. Et si appellat⁹ versus vnū ex pluribus se defenderit, vel p̄ iuditiū quiet⁹ recesserit, vers⁹ omnes alios liberabitur, & quietus recedet. Sed si vn⁹ appellantiū moriatur, vel defaltā fecerit, nihilominus tamē integra erunt aliorū appella. Itē si de primo appellāte, quocūq; modo, vel quibusdā illorū malē contigerit, illi qui superstitēs fuerint ad disrationē faciendā admittuntur. Possunt etiā plures appellari p̄ eodē de fortia, secundūm quod, inferiūs dicef. ¶ 3. Itē possunt plures appellari a plurib⁹ de diuersis factis & plagis diuersis, & quo casu, victoria vni⁹ appellati de vna plaga, vers⁹ vnū appellātū, aliū appellatū de alia plaga versus aliū appellantē nō liberabit, sed nec alij appellati de diuersis plagis conuincuntur si vnus eorū victus fuerit, sed quilibet eorū defendet causam suam ppriam, & sunt verba appelli huiusmodi hæc. ¶ 4. A. appellat B. quod cum ipse & C. frater suus essent in pace dei & regis &c. (vt supra) venit idem B. cum C. supradicto appellato, & cū alijs nominandis, & nequiter & in felonia &c. (vt supra) fecit eidē C. vnā plagam mortālē tali loco, quadā bifacuta, & de qua (si mortu⁹ non esset de prima) mortu⁹ esset de plaga illa secūda, & quod hoc fecit nequiter, et in felonia, offert se &c. (vt supra.) Et itā dici poterit de plurib⁹ appellatis & appellātib⁹ de diuersis plagis, sicut dictū est de p̄dictis qui p̄sentes sunt. Si omnes p̄sentes sint tam de fortia q̄ de facto, pcedatur contra omnes p̄ ordinem: dum tamē illi de fortia non respondeant, antequam factum conuincatur. Si autem omnes tam de fortia quā de facto absentes sint, tunc procedatur contra eos per ordinem, vt supra pleni⁹ de requirendis reis & fugitiuis. Si autem quidam illorum p̄sentes, et quidam absentes sunt, tunc per ordinem procedatur, itā tamen quod factū prius conuincatur. ¶ 5. Idem A.

Nn.ij.

ap.

appellat talē de fortia quōd cū ipse & C. frater suus essent in tali loco &c. vt supra, venit idē talis cū prædicto B. appellato de facto. s. & cū alijs nominandis, & tenuit ipsū C. fratrem suū, q̄ diu idē B. ipsum interfecit, vel vinxit eum, vel fuit in auxilio vel cōsilio qualicūq; modo, vel præcepto, vel mādato quo maius ipse C. fuit interfecit. Et q̄ hoc fuit nequiter & in felonia, offert se &c. Et ideò dico nequiter, quia multoties illi qui nequiter interficiuntur, vel occiduntur, tenti sunt ab amicis bono animo, & non per malitiam: et ideò tutum & honestū est de animo & voluntate diligenter inquirere. ¶ 6. Et B. appellatus de facto similiter venit, & defēdit omnē feloniam & pacē dñi regis infractā, & quicquid est cōtra pacē dñi Regis, & mortē & omnia quæ versus ipsū proponuntur, & totū de verbo in verbū secundū quod cōtra ipsū proponitur, et tunc habebit electionē ponēdi se super patriā, vel defendēdi se per corpus suū: sic dicēdo: Et q̄ idē inde culpabilis nō sit, ponit se super patriā de bono & malo (si patriā elegerit), vel parat est defēdere versus eū per corp⁹ suū, sicut curia dñi regis considerauerit. Et in quo casu, cū se defenderit per corpus suum, debet iustitiam in primis examinare, ad hoc q̄ iungatur duellū inter eos (nisi factum fuerit manifestū & criminale) quale sit factum, et quæ causa p̄ qua sit appellū. Poterit enim factum esse itā leue, quōd nō iacebit appellū, vt si leuā transgressio sit, vel si simplex iniuria. Itē examinare debet per quæ verba factum sit appellū in curia vel in coim. Itē qualiter respōdit ad appellum, et qualiter se defendere voluerit, per corpus vel per patriā. Vel si itā simpliciter dicat, quōd velit se defendere sicut curia dñi regis cōsiderauerit, nisi plus dicat, non erit defensio, quia non pertinet ad curiā regis instruere eum qualiter se defendere debeat. Si autē sic dicat, paratus sum defēdere, vel per corpus meū vel per patriam, sicut curia dñi regis considerauerit, videtur per hoc quōd auferat sibi electionem, quia non debet curia regis ipsum arctare magis ad vnum q̄ ad aliud, nec ei necessitatem imponere quomodo se defendere debeat, cū habeat electionē. Igitur ad vnū se tenere debet, sed cū patriā elegerit, non erit in voluntate sua quā patriā, sed in voluntate iudicis, licet ex certis causis certas possit recusare p̄ personas quancumq; patriā elegerit, vt si patriā natiuitatis, & alibi extra patriā suā deliquerit. Poterit enim esse fidelis, in patria natiuitatis, & alibi infidelis. ¶ 7. Itē cū per corpus se defendere elegerit, per hoc q̄ transijt etatē declinare poterit duellum, sicut infra dicit de exceptionib⁹: sed cū semel sic duellum declinauerit, si ex poenitentia recurrere voluerit ad defensionē per corpus, nō audietur, quia non admittitur in hoc casu variatio. ¶ 8. Cū autē elegerit defensionē per corpus suum, & omnia cōcurrant quæ iungunt appellum, statim vadietur duellum, & quo casu si a plurib⁹ appellatus fuerit de vno facto & vna plaga, et versus vnū se defenderit, recedet quietus versus omnes alios appellantes, et etiā de secta regis, quia per hoc purgat innocentiam suā versus omnes, ac si se poneret super patriam, et patria omninō ipsum acquiescerit. Si autē neutrum istorum facere voluerit, quasi conuictus & indefensus remanebit. ¶ 9. Item cū plures sic appellauerint vnum de vno facto, & de vna plaga, & prim⁹ appellās post duelli vadiationem, antequā peregrinatur moriatur, vel sine

sui culpa inuitis ad pugnandum efficiatur; vel si de eo humanitûs contigerit, ille qui superstes fuerit disrationabit, et ad diem duelli, quo ille primus venire debuit, veniat armatus, & eodẽ die duellum pcutiat, et ita fiat de plurib⁹ appellanti⁹ sicut de isto secundo, si de alijs aliquid contingat humanitûs. Si autem ille primus appellans sequi noluerit & defaultam fecerit, vel si præsens se retraxerit, aliud erit. ¶ 10. Si autem ante duellum percussum omnes mori contigerit, vel omnes efficiantur inuitiles ad pugnandum, sic cadit appellum. Sed tamen appellatus propter hoc non defenditur a feloniam, licet defendatur de appello. Et ideo Rex sequi possit pro pace sua si voluerit. Si autem ante duellum percussum appellatum mori contigerit, sic cadit appellum, & nunquam conuincetur de feloniam. Si autem appellatus ab vno, ex pluribus sic appellanti⁹ victus fuerit, hoc alijs sufficit ad victoriam, quia p vnum appellantem conuinci poterit vicium factum & vna feloniam. Cum autem primus appellans vnum sic appellauerit de vno facto, & alium vel plures de fortia, et de consilio vel pcepto, statim ante duellum vadiatum appellatus de facto non est per plegios dimittendus, nisi hoc fuerit de gratia, et tunc per ballium. s. corpus p corpore, et appellati de fortia sunt replegiabiles, donec ille de facto conuincatur, vel se defenderit: et percussio duello, si appellans victus fuerit, illi de fortia & pcepto p iudicium recedent quæri de appello, quia vbi factum nullum, ibi fortia nulla, nec pceptum nocere debet, cum iniuria nullum habet effectum, et alijs appellanti⁹ respondere non debet, vt prædictum est, de vno & eodem facto de quo semel se defenderit versus vnum. ¶ 11. Si autem appellatus de facto victus fuerit, tunc primò tenentur respondere appellati de fortia & pcepto, nec vltèrius erunt replegiabiles, quia cum factum conuictum sit, tunc primò præsumi poterit quod subfuit fortia & pceptum, & ideo respondeant eodẽ die, & eodẽ die vadietur duellum inter primum appellantem & appellatos de fortia vel pcepto, secundum quod per ordinem positi sunt in appello; ita quod ille primò de fortia & postea ille de pcepto, quia fortia quodammodo sub se continet factum, quod quidem non facit pceptum. Sed quare non possunt alij appellantes a primo & principaliter appellante, eo omisso, iungere duellum cum appellatis de fortia & pcepto? Ea est ratio (vt videtur) quia fortia & pceptum sunt quasi sequela facti principalis, & ita sunt coniuncta factò & annexa, & a facto non separantur, quia vulnus, fortia & pceptum generant vnicum factum: non esset vulnus, si non adfuerit fortia, nec vulnus nec fortia nisi pceptum præcessisset. ¶ 12. Cõtingit etiam quandoq; quod plures appellat vnum de morte alicuius, de pluribus factis & diuersis plagis mortali⁹, & quibus casu plura sunt appellata & diuersa ppter pluralitatem factorum: et vnde quilibet eorum poterit de vna plaga mortali appellare vnum principaliter sine alijs p se, & alios plures de fortia & pcepto. Poterit etiam quis a primo appellare alium de alia plaga mortali & alio facto, & eodem modo sicut primus, & ita deinceps de dilectis plagis, tertilis tertium, & quartus quartum, & sic plures deinceps, & eodẽ modo. Et de verbis appellati⁹ dicitur est supra, sed tamẽ appellat omnibus appellanti⁹ simul & semel respondere nõ poterit quam-

quamuis omnib⁹ principaliter respondere teneatur. Oporteret igitur quòd vni respondeat primò, et sic deinde alijs per ordinem successiuè. Respòdeat igitur appellatus A. qui primus est in ordine appellantium, & ipse excipiat contra ipsum, et petat sibi allocationes fieri, & quo casu, si appellatus appellum declinauerit versus A. primum appellantem, propter hoc non cadunt appella aliorum, sed eodem die respondeat secundo appellanti, & si eodem modo appellum ipsius declinauerit, respondeat tertio eodem die, & sic fiat de pluribus & quàm diu aliquis remanserit principaliter appellans, non erit recurrendum ad sectam dñi regis, nisi tunc demùm cum omnes appellantes defecerint in appello suo. ¶ 13. Si autem vnus plures appellauerit de diuersis plagis mortalibus, et de diuersis factis in forma supradicta, et primus appellat⁹ appellum declinauerit, recedet ille quietus per iudiciũ, et similiter appellati de fortia & præcepto de eodẽ facto, quantum ad appellum tale, non tamen quantum ad sectam regis, si Rẽx sequi voluerit. Si autem appellans appellatum deuicerit per ductum, vel per patriam, et adhuc tenet appellum versus alios principaliter appellatos de alijs et diuersis plagis, & etiam versus alios appellatos de fortia & præcepto de prima plaga & primo facto quos quidẽ omnes cõnvincere oportebit, anteq̃ regressum habeat appellans versus alios principaliter appellatos de facto & alijs et diuersis plagis: & omnib⁹ istis ita cõuictis, per ordinẽ procedatur versus alios quouq; omnes se defenderint vel cõuincant, & sic erunt plura & diuersa appella propter diuersa facta.

¶ 1. Quod appellatus det vadium defendendi & appellans det vadium distracionandi. Item de exceptionibus contra appellum. 2. Quòd quadam sunt exceptiones quæ generales sũt ad omnia placita, quadam speciales & diuersæ secundum diuersitatem placitorum & appellorum. 3. Prima exceptio & generalis in omni appello de secta, si bene & secundum legem terra facta sit. 4. Si de recordo in pr. iustic. contentio habeatur, sunc quid agendum sit. 5. Contra appellum poterit excipere appellatus exceptiones contra appellũ. Cap. 20.

Cum autem appellatus fuerit quis per verba appellum facientia, defensor siue appellatus det vadium defendendi, et appellator vadium distracionandi, nisi appellatus exceptiones habeat pro se, quas proponat ad defensionem suam antequam intret in responsum. ¶ 2. Sũt quædam exceptiones quæ generales sunt ad omnia appella, & sunt speciales & diuersæ, secundum diuersitatem appellorum, sicut de morte hominis, de pace & plagis vel mahemio & roberia. Item de pace & plagis & iuri prisonamento. Item de roberia per se. Item de combustione per feloniam contra pacem. Item de raptu virginum, contra pacem, & cõtra quodlibet istorum appellorũ speciales sunt exceptiones in suo casu. ¶ 3. Est quidem ista generalis exceptio & prima in omni appello: scilicet si secta non fuerit bene facta, quia qui appellare voluerit, & bene sequi, debet ille cui iniuriatum erit, statim quàm citò poterit hutesium leuare, & cum hutesio ire ad villas vicinas & propinquiores, & ibi manifestare scelera & iniurias perpetratas, et continuo accedere debet ad seruientes domini regis, si inueniri possint, & deinde ad coronatores; & sic inde sine interuallo ad proximum

proximum com̄, vel si in crastino felonix ppetratæ, vel secundo die teneatur com̄, sufficit pro secta, dum tamen processerit hutesium, si ad com̄ venerit, seruientibus & coronatoribus non quæsitis, quia die com̄ tenentur omnes adesse. Item sufficit pro secta, si continuo ostendatur Regi vel iustitarijs, si præsentibus fuerint, scelera perpetrata, & ibi dicitur ei quod eat ad vic. et coronatores. Ad proximum verò & primum com̄ in præsentia vic. & coronatorum, fiat appellum p verba appellum facientia (& inferi^o dicenda) & ipsi vic. et coronatores omnia verba appelli secundum quod proposita fuerunt, coram eis irrotulari faciant p ordinem & modum appelli, illud. s. tantummodo, nec plus nec minus. Et in primis ad quæ com̄ venit appellans post feloniam ppetratam, vtrum. s. ad primum, secundum vel tertium, et qualiter & quæ verba proposuit in appello de morte hominis. Item si de pace & plagis, quales plagæ fuerunt, recentes vel nõ recentes, in quo loco, cuius longitudinis & latitudinis. Item si de roberia, de quibus rebus, proprijs vel alienis. Et si de pecunia numerata, exprimere debet numerum, et genus pecuniæ. Si autem massa rudis, exprimere debet valorem, si autem formata, qualitatem & p̄cium. Item si vestis, colorem & p̄cium, si pannus, colorem, p̄cium, & numerum vlnarum. Itē si animal, tunc genus, pilum & p̄cium. Item si de pace & imprisonamento, tunc inquirendum quale fuerit imprisonamentum, vtrum carcer vel simplex detentio. Item vtrum in vinculis vel sine. Item vtrum in ferro, vel ligno vel vtroque. Item si de combustione, qua hora facta fuit, et de omnibus circumstantiis. Item si de raptu, tunc de scissione vestimentorum, et de sanguinis effusione per corruptionem. Item oportet mentionem facere in irrotatione appelli, de anno quo felonia debuit perpetrari, quia ex hoc dabitur appellato exceptio, si in rotulis coronatorum aliter contineatur de anno, et aliter coram iustitarijs in narratione, vt si in rotulis coronatorum fiat mentio de decem annis, et in narratione coram iustitarijs fiat mentio de quinque annis per hoc cadit appellum propter variationem. Item fit mentio de die, ad quod eadem ratio poterit assignari et etiam alia, quia si appellatus docere poterit per certa iudicia, et proborum hominum testificationem se eadem die fuisse alibi, ita quod nullo modo p̄sumi posset contra ipsum, quod interesse posset tali facto, tali die, propter locum ita remotum, quod hoc esset impossibile, tunc cadit intentio appellantis. Item fit mentio aliquandò de hora, sed hoc non est multum de substantia negotij, licet variatum sit de hora, quia appellans in arcto positus, bene potuit horam ignorare, cum metus iustam in se contineat ignorantiam, et si variatum sit de hora, ad hoc quod detur exceptio vel non, discretioni iustitiariorum relinquatur. Item fit mentio de loco, prædicta ratione propter variationem. Item de comitatu fit mentio, sed non propter variationem, quia licet inter vicecomitem et coronatorem de comitatu habeatur contentio, ex hoc non præiudicatur appellanti, nec appellato. Sed si appellans ad primum comitatum non venerit per se, cum commodè venire possit, vel per aliam coniunctam personam, cum per se venire non possit: tunc sibi præiudicat quantum ad appellum & exceptionem appellato, sicut in casibus supradictis.

Et si

Et si ita variatum fuerit in appello, et narratione, quod appellans vnum dicat, et rotuli coronatorum protestentur contrarium vel diuersum, vt si appellans vnum nominauerit in appello suo coram iustitiarijs, & rotuli coronatorum dicant aliud, vel si ibi vnum de facto, et coram iustitiarijs eundem de forcia vel econtrariò. Item si in genere armorum variatum sit, quod ibi de baculo, et hic de gladio, et generalitèr variatum fuerit, cadit appellum per exceptionem. ¶ 4. Est aliquando dissentio in recordo appellati faciendo inter coronam & vic. cum vterq; debeat suum habere rotulū, in quibus quandòq; varia contineantur, quandòq; cōcordant & habent recordum, et quandòquē coronam per se sine vic. vt si vic. mortuus fuerit, vel amotus, et rotuli non inueniantur. Si vero rotulus vic. discordet a rotulo coronatoris, et rotuli coronatoris conueniant, tunc eorum stabitur recordo, et quia rotulus vic. nihil operatur nisi ad testimonium. Et quid si rotulus vnus coronatoris discordet a rotulis aliorum coronatorū cum plures fuerint, standum erit pluralitati. Si autem non nisi duo coronatores & disaccordent, tunc stabitur rotulo ipsius cum quo concordat rotulus vic. Si autem sint ibi quatuor coronatores, et duò dissentiat a duobus, nec appareat vic. qui rotulum habeat ad testificandū siue ad testimoniū, tunc stabitur illis duobus qui pro se habent aliquod adminiculū, & qui cum appellante conueniunt. Et idè audito appello appellatis, & audita responsione appellati, tunc primò audiantur rotuli coronatorum, vt sciri possit vtrum appellans appellum suum, quod fecit in comitatu, in aliquo mutauerit, coram iustitiarijs vel in aliquo variauerit, vel si sectam benè fecerit vel non. Et sciendum quod in omnibus appellis maioribus vel minoribus, non potest appellans variare vel in aliquo appellum suum mutare, adijcere tamen potest, vt si primò dicat & appellet de plaga sibi facta, sed nō dixerit quibus armis, adijcere potest & arma nominare. s. quod gladio vel bifacutā vel huiusmodi. Item poterit appellans in iudicio actionem suam mutare, maximè de rebus robbatis vel forte ablati, & de atroci iniuria, sed non de morte hominis, vt si actionem quę criminalis est primò ciuilitèr intentauerit, poterit illam mutare & agere criminalitèr, & sic crescere appellum vel augere. Sed si primò actionem criminalem criminalitèr intentauerit, nō poterit eam mutare & agere ciuilitèr & sic decrescere appellum vel minuere. Auditis igitur verbis appellati & responsione appellati, et recordo coronatoris, aut stabit appellum aut cadet, secundū quod secta sufficienter facta fuit vel minùs rite, vel secundū quod variatum fuerit vel non variatum. Quod si bene omnia corurrant, tunc proponat appellatus exceptiones, si quas habeat, competentes sibi. Nota qd nō potest quis in appello suo variare, nec appellum mutare, poterit tamen adijcere & accrescere appellum & non minuere. ¶ 5. Excipere quidem poterit cōtra appellum & dicere, quod primò appellatus fuit de eodem facto ab alio, et per iudicium inde recessit quietus, & ad illam pbandam, vocare poterit rotulos & recorda iustitiariorum. Item excipere potest & dicere, quod iustitiarij itinerauerunt in comitatu illo, postquam factū illud fieri debuit, & in itinere illo nulla facta fuit inde mētio, quod secus esset si appellum tunc esset inceptum, licet nondum terminatum, et ad

& ad hoc concordat breue de ſūmonitione. Et q̄ talis exceptio valida eſt, probatur de termino ſancti Michaelis anno regis H. nono incipiente decimo in comitatu Hertford, de Henrico Romband indictato de morte hominis, & quod conclatum fuit in itinere, ita q̄ nulla mentio inde facta fuit, & in ſecundo itinere reſuscitandum fuit indictamentum, & appoſita exceptione iſta, reſeſſit H. inde quietus. Item declinat̄ appellū, appoſita exceptione & probata, q̄ quis alium appellauerit per odium & atium & ſic non iacet appellum. Item non iacet appellum inter dominum & tenentem ſuum, qui ei fecit homagium ſuum durante obligatione homagij nec e contra. Item nec inter dominum & ſeruū ſuum, niſi appellauerit eū de feloniam & ſeditione facta domino regi, in quo caſu quilibet de populo audiri debet appellans, tam ſeruus quā alius, & ſine plegiorum datione, niſi appellans traditor ſit manifeſtus, & conuictus vt felo, qui vero fidelem vocē non habebit, ſicut de Ricardo Neale & Radulpho de Gray vicario de Gaine & wilhelmo filio Helię. Itē cadit appellum coram iuſtitiarijs, vbi nullum fuit appellum in comitatu, nec ſecta fuit facta ante iter iuſtitiariorum, vel ſi appellans nunquam fuit proſecutus, & hoc verū eſt, niſi recens fuerit factum & infra iter iuſtitiariorum euenerit. Itē cadit appellū vbi appellans nō loquitur de viſu & auditu, quāuis locut⁹ fuerit in com̄ & hoc p̄ com̄ teſtatū fuerit, vt de itinere M. de Pateshul in com̄ wygorne anno regis Henrici quinto. Item cadit appellum ſi erratum fuerit in nominibus appellatorum, vel cognominibus, vt ſi modō vocauerit vnum wilhelmum, et poſtea eundem Robertum. Item ſi variatum fuerit in modo appelli qualitercunq;, vt ſi modō appellauerit vnum de facto, & modo de forciam eundem, vel e contra. Item cadit appellum ſi appellans ſemel ſe retraxerit & iterum velit appellare, cū appellatus ſemel p̄ iudicium quietus reſeſſerit, & hoc dico, quantum ad illum qui ſe retraxerit, licet teneat appellum quantum ad alios appellantes qui appellauerint de eodem facto, ſi non per iudicium ſed p̄ defaultam reſeſſit appellatus quietus: defaulta enim non tollit appellum aliorum, iudicium tamē tollit impetuum, de eodem facto. Si autem diuerſa fuerint facta, iudicium contra vnum appellantem de vno facto, non tollit appellum aliorum de diuerſis factis, nec defaulta. Et ſic qui præſens ſe retraxerit vltorius non admittitur ad appellum. Idem erit ſi cū præſens fuerit nihil loquatur verſus appellatum, ſed ſi appellans ad diem ſuum non fuerit proſecutus, ſed defaultā fecerit, vt prædictum eſt, cadit breue, ſed non cadit appellum, cū p̄ aliud breue reſuscitari poſſit, niſi ita ſit, quod iudicium ſubſequatur. Item cadit appellum propter crimen appellantis, vt ſi fuerit traditor manifeſtus, & de hoc conuictus p̄ confeſſionem, vel rationibus manifeſtis. Item ſi latro cognoscens, vel ſeyſitus de latrocinio vel vtlagatus, qui ſuum ſecum portat iudiciū. Item ſi accuſator & appellans de feloniam, & ſeditione facta domino regi, & conſcius criminis ſtatim & ſine mora hora congrua, cū poſſit, ſeditionem domino regi nō manifeſtauit, nec ſuis miniſtris, cū ſtatim ſequi debeat & recenter antequam ſe diuertat ad alia. Item cadit appellum, ſi non fiat mentio de pace domini regis, ſed de pace iuſtitiarij vel vic. Item nullum appellum, niſi fiat mentio de feloniam facta. Item cadit ap-

pellū, si appellans nihil loquatur de visu & auditu, vt de termino. s. H. anno regis H. septimo in com̄ Norff. de Durādo sciffore & Henrico de Ver. Itē datur exceptio appellato. Itē oritur exceptio ex persona appellantis, vt si cleric⁹ sit qui appellet, ordinatus vel homo religiosus vel regularis, quia tales relinquunt seculū, & quæ seculi sunt. Item quia latro cognoscens, de quo supradictū est, qui vocē nō habet versus hominē fidelē. Item si quis de rebus alterius q̄ pprijs, nisi causa adiecta vt supra. Itē si de morte alterius, vel plaga q̄ suorū vel aliorū, nisi sua intersit certa ratione. Itē differtur appellū ad tempus pro minori ætate, siue minor appellans sit siue appellat⁹.

1. ¶ De duelli vadiatione cum nulla sit exceptio, tunc statim vadiatur duellum. 2. De forma sacramenti. 3. Facto sacramento ex vtraq; parte committatur defensor duobus militibus 4. De sacramento faciendo in campis. 5. De Banno domini regis. 6. Si appellatus victus fuerit. 7. Si appellans in campo se retraxerit. 8. Cum omnes de facto conuicti fuerint, tunc procedatur contra eos de fortia, et de sacramento ab appellato faciendo. 9. De sacramento faciendo ab appellante. 10. Si appellans de facto victus fuerit vel se retraxerit, illi de fortia liberantur. 11. Si primo appellans de facto mortuus fuerit vel de factam fecerit, dominus rex potest procedere ex officio. 12. Item deservitur quis ab appello propter mahemium & quia trāsit atatem. 13. Si mulier per vim oppressa. Cap. 21.

Cum autem appellatus nullam ab initio proposuerit exceptionē, vel cum exceptionē pposuerit, nullā habeat cōpetētē, qua se tueri possit, tūc statim vadietur duellū inter eos, & defensor primō det vadiū defendendi, & postea appellator det vadiū difrationandi, & postmodum defensor primō iuret per verba negatiua negando precisē feloniam ei impositam, & postea iurabit appellator per verba affirmatiua, affirmando omnia esse vera quæ appellato imponit, & est ratio assignata infra de ciuilibus actionibus de duello vadiendo pro terra. Forma vero sacramenti hec est. ¶ 2. Hæc audis homo quem p manū teneo, qui te facis appellari A. p nomē baptisterij, & ego patrē tuū vel patrē vel aliū talē non occidi, nec plagā ei feci tali genere armorū, p quod remotior esse debeat a vita, & mortū ppinquior, nec tu hoc vidisti, sic me deus adiuuet & hæc sancta. Et fiat mētio in sacramēto de anno, die & loco secundū formā appelli, & postea iuret appellator cōtrariū, p hæc verba. Hoc audis homo, quē p manū teneo, qui te facis appellari B. p nomē baptisterij, & tu es piurus & idē piurus, quia tali anno, tali die, tali hora, tali loco, nequiter & in feloniam occidisti C. patrē, filiū, patrē vel aliū parentē vel dñm suū. vel aliū: nequiter & in feloniam & in assultu præmeditato fecisti tali vnā plagā tali loco, tali genere armorū, de qua obiit infra triduū, & ego hoc vidi, sic me deus adiuuet & hæc sancta. Et sic fiet semper sacramētum secundum formam appelli, & ita obseruetur in quolibet genere sacramenti vbicunque præstandum est sacramentum ex vtraq; parte. ¶ 3. Facto siquidem sacramento in hac forma, statim committatur defensor duob⁹ militib⁹ vel legalibus hominibus alijs, secundū quod appellat⁹ nobilis fuerit psona vel ignobilis, & p eos ducatur in cāpū ad duellū faciēdū deputatū, & appellās eodē modo, & ita debet appellat⁹ & appellās a p̄dictis custodiri, & nemo post sacramētū factū cū illis habeat colloquium ante duelli p̄cussionem, excepto

excepto eo, q̄ cū in campū venerint iurare debent corā iustitiarijs secū-
dū formā istam. ¶ 4. Hoc audite iustitij q̄ ego nō comedi nec bibi nec
aliquis p̄ me nec p̄ me, p̄pter quod lex dei deprimi debeat, & lex diabo-
li exaltari, sic me deus adiuuet. ¶ Et factō tali modō sacramēto, statim fiat
bannus regis sub voce præconia, & factō silentio p̄ hec verba. Præceptum
reg. & iustitiorū est q̄ null' sit ita aus' vel audax, q̄ quicquid audiat vel
videat se moueat, vel verbis p̄ferat, & si quis cōtra hoc fecerit, captus erit
& posit' in prisonā, & ibi iacebit p̄ annū & diē, vsq; dñs rex de eo p̄ce-
perit voluntatē suam, ijs igitur taliter pactis, congregiantur campioni, &
pugnent. Et si appellans victus fuerit, vel si appellans se defenderit contra
ipsū tota die, vsq; ad horam qua stelle incipiunt apparere, tūc recedet ap-
pellatus quietus de appello, ex quo se obligauit appellans ad conuincen-
dum eum vna hora diei, quod quidem nō fecit, & nō solū quietus dimit-
titur appellatus de facto, imo omnes alij qui appellati sunt de forcia & p̄-
cepto, nec appellat' de facto solūmodō quiet' recedet versus ipsū primū
appellantem, verum etiam versus omnes appellantes qui ipsū appellaue-
runt de eodem factō, secūs si de diuersis. ¶ 6. Si autē appellatus vict' fue-
rit, vltimo supplicio punietur cum pœna graui vel grauiori, secūdm crimi-
nis qualitatem, cum exhæredatione hæredum suorum, & omnium bo-
norum amissione, secūdm quod supradictum est de vtlagatis. Si autem
plures vnum appellauerint, vel plures de diuersis plagis & factis, si appel-
latus se defenderit versus vnum, pcedant alij appellantes versus eundem
modo supradictō quousquē omnes de factō conuicti fuerint, & tunc de-
inde procedatur contra ipsos de forcia & præcepto de eodem factō, quia
factum & præceptum ita connexa sunt, quod separari non possunt. ¶ 7.
Si autē appellās in campo se retraxerit, mittatur gaolē, & ipse & plegij sui
de prosequendo, quos in ipsa vadiatione duelli inuenit, erunt in miseri-
cordia, quia appellans non disrationauit, secūdm quod se ad hoc obli-
gauit. Si autem victus sit in campo, aliud erit: quia non stat per ipsū quin
fiat disrationatio, & quamuis ad gaolām mittendus sit, tamen fit ei aliquā-
do gratia de misericordia, quia pugnat pro pace. ¶ 8. Cū autem ōnes
de factō conuicti fuerint, tunc demum procedatur contra eos de forcia
& præcepto, & loquatur contra primum p̄ verba superius opposita, de-
fendendo omnia quæ ei imponuntur ab appellante, per verba negatiua
vt supra, scilicet quod tali die, tali anno, tali hora, tali loco non venit cum
tali, qui appellatus est & conuictus de factō, nec ipsum talem tenuit, nec
ligauit, nec aliam forciam ei intulit, dū prædictus talis eū occidit vel pla-
gauit, per quod mortuus fuit, sic eum deus adiuuet &c. ¶ 9. Et appellās
iuret in contrarium per verba affirmatiua, et eodem die quo ille de factō
conuictus fuerit, si ille de forcia tunc præsens fuerit, vadietur duellum,
sed detur alius dies ad percutiendum, quo die vterq; veniet armatus, nisi
forte ipse appellat' de forcia aliquam p̄ se habeat exceptionem, p̄ quam
declinare possit appellū, & p̄cusso inter eos duello, si appellatus victus fu-
erit eandē pœnā sustineat, quam sustinuit ille de factō. Dicitur etiam vul-
gariter, quod satis occidit qui præcipit, vel qui malo animo tenet dū quis
occiditur, & ad paria iudicantur in vtroquē delicto quantum ad pœnam.

¶ 10. Si vero legitimè se defenderit, vt prædictū est, dū tamen appellans victus non fuerit, p hoc alij de forcia nō liberantur, quia diuersa possūt esse facta & diuersæ psonæ & diuersæ causæ, & ita diuersa appella, vt si vn^o præcipiat & alius teneat, tertius pcutiat, & quart^o latronibus præbeat ingressū, & quintus in insidijs ne quis su pueniat, in omnibus istis casibus tenerur quilibet eorū de facto suo pprio respōdere. Itē si cū illi de facto conuicti fuerint, ille de forcia appellari poterit p hæc verba, p patrem vel fratrem, vel aliū parentē interfecti. s. A. appellat B. quòd idē B. fuit cōsentiens morti talis, & in auxilio, & q̄ ille qui cōuictus est de facto exiuit de domo talis appellati ad factū illud faciēdū, & ibidē post factū redijt, & q̄ ipse A. p̄sens fuit in com̄ vbi prædictus B. minatus fuit eidē fratri suo, & ita in eodē com̄ q̄ petita fuit ab eo pax dñi regis, & postea in curia regis ei data, & quòd ita nequiter, offert &c. et p hæc verba considerandū fuit, quòd duellū esset inter eos, vt de termino P. anno regis H. nono in com̄ Essex de Hugone de Godingham & Hugone de Cātulupo de morte Iohannis de Godingham.

¶ 11. Si autē ille qui primò appellauerit de facto mortuus fuerit, vel defaltam fecerit, vel p̄sens se retraxerit, vel cū se qui velit, appellatus p exceptionē appellum declinauerit, nihilominus tamē subesse poterit felonia, quæ si non conuincatur, ita remanebunt maleficia impunita, quod esse non debet. Et quoniam non solū iniuriatur ei qui occiditur, immo dño regi, cui^o pax infringitur: et quia adhuc subesse possit felonia, quamuis appellatus appellum declinauerit, nec adhuc defensus erit de felonia, sed sem p stabit p̄sumptio ppter appellū, donec p̄betur contrariū, nec remanere debēt maleficia impunita. Procedat igitur rex ex officio suo, & p pace sua, ad inquisitionem ppter p̄sumptionem appelli, ac si appellatus sine appello esset legitimè indictatus, & q̄ ad regem p̄tinet accusatio & secta p pace sua. Videtur etiā quòd appellatus non solū tenerur appellanti, imò dño regi, sicut videri poterit p verba appelli, vt si dicat. Talis appellat talē, quòd nequiter & in felonia cōtra pacem dñi regis &c. p quod videri poterit manifestè quòd appellatus nō solū tenerur appellanti, imò dño regi. Et quo casu, cū se defendere obtulerit p corpus, non audietur, quia rex non pugnat, nec aliū habet campionem q̄ patriā, nec si esset qui diceret quòd pugnare deberet, duellū caderet ex quo sectā nō fecit, nec loqui potest de visu nec auditu. Recurrendū est igitur ad patriam, vt videtur, quod quidē si inculpatus recusauerit, videtur quòd sit indefensus, & p hoc quasi conuictus, & quòd cogendus sit vt p patriam se defendat p defectū alterius p̄bationis, vt si fœmina appellū fecerit de morte viri sui, nō tenerur duellum facere ppter sexū. Cogendus est igitur appellat^o quòd se defendat p patriā, quia cadit duellū ppter sexum fœmineū, & ita fit in appello de raptu virginū. Vt de itinere vltimo M. de Pateshul in com̄ Linc. anno regis H. decimo. Itē placito coronæ de Gilberto filio Aldrendi & Alani Swadi qui transit ætatē.

¶ 12. Item defendit se quis de necessitate p patriam, ppter defectū corporis appellantis. s. ppter mahemiū. Item propter ætatem, vt si appellatus ætatem transierit vt sexaginta annorum, sed tamen ibi habet electionem, vtum se defendere velit p corpus vel patriam. Igitur in ijs casib^o vt videtur,

vt videtur, tenetur quis se defendere p patriam, tum propter regiam dignitatem & præcedentem præsumptionem, tum ppter sexum appellantis, tum ppter mahemium, tum ppter ætatem. Sed cum dominus rex sectam faciat p pace sua de appellato qui presens fuerit, & ipse p inquisitionem, in qua se posuerit, gratis vel inuitus, damnandus & culpabilis inueniatur, videndum qua poena puniri debeat, cum sint qui dicant quod poena pecuniaria, quidam quod ultimo supplitio. ¶ 13. Et si mulier per vim oppressa pucilagium suum amiserit, & cum de appello suo ceciderit appellatus, se posuerit sup patriam, p quam culpabilis esse inueniatur, condempnabitur, ac si appellum pcessisset: vt de termino sancti Manno reg. H. sexto incipiente septimo.

1. ¶ De indictatis per famam patria ex suspitione. 2. Qualiter iustic. debeat examinare. 3. Quod omnes & iurata amoueantur quos appellatus sufficienti habet ratione suspectos. 4. Quod villata iurabunt per se vel omnes simul erectis manibus. 5. Verba que a iustitiarijs procedenda sunt post sacramentum factum. 6. Generalis obseruancia in sacramentis coram iustic. faciendis.

Cap. 22.

Ite dictum est supra vbi apparet accusator, & sequitur & appellat, & de secta regis cum ceciderit appellum. Nunc autem dicendum est de indictatis p famam patriam, que præsumptionem inducit, & cui standum est, donec indictatus se a tali suspitione purgauerit. Ex fama quidem oritur suspitio, & ex fama & suspitione grauis præsumptio, tamen probationem admittit in contrarium, siue purgationem. Suspitio quidem multiplex esse poterit. In primis si fama oriatur apud bonos & graues. Item ex facto præcedente oritur suspitio, cui etiam standum est, donec probetur contrarium: vt si quis appellatus fuerit a probatore, & fugerit ppter appellum, & mortuo probatore redierit. Item si quis de morte hominis, vel alia feloniam appellatus fuerit, & presens appellum declinauerit, nihilominus suspectus habetur, quia feloniam subesse poterit de qua appellatus se nondum purgauit, & vnde standum est suspitioni donec se purgauerit. Sunt etiam alie præsumptiones, de quibus dictum est supra in parte, que probationem non admittunt in contrarium nec defensionem, vt si quis cum cultello sanguinolento captus fuerit sup mortuum, vel a mortuo fugiendo, vel mortem cognouerit coram aliquibus, qui recordum habent, & hinc tales, etiam si accusator non apparuerit mortem deducere non poterunt. Sed cum fama suspitionem inducat, videndum erit que & qualiter esse debeat talis fama, & vnde oriatur. Et sciendum quod fama que suspitionem inducit, oriri debet apud bonos & graues, non quidem a maleuolis & maledicis, sed puidis & fide dignis personis, non semel sed sepius quod clamor innuit & diffamatio manifestat, tumultus enim fit & clamor populi quandoque de pluribus que in veritate non fundantur, & ideo vanæ voces populi non sunt audiendæ. ¶ 12. Iustitarius igitur, si discretus sit (cum ppter famam & suspitionem p patriam debeat veritas inquiri, si indictatus de crimine ei imposito culpabilis sit vel non) in primis debet inquirere, si forte dubitauerit, & iurata suspecta fuerit, a quo vel a quibus illi duodecim didicerunt ea que in veredicto suo pferunt de indictato, & audita sup hoc eorum responsione, de facili ppedere poterit, si dolus subfuerit, vel iniquitas. Dicet forte aliquis vel ma-

vel maior pars iuratorum q̄ ea quæ ipsi profertur in veredicto suo didicerunt ab vno ex cōiuratoribus suis, & qui interrogatus forte dicet q̄ illa didicit ab illo tali, & sic descēdere poterit interrogatio & respōsio de p̄sona in personam vsque ad aliquam vilem & abiectam personam, & talem cui non erit fides aliquaten⁹ adhibenda. Et ita inquirat iustitiarius in huiusmodi q̄ gloria sua & laudis suę titul⁹ cumuletur, & maturē dicetur Iesus crucifigitur & Barabas liberatur, per huiusmodi enim inquisitiones si diligenter & caute factę fuerint multę inueniri poterūt incōuenientię. Et venit quidem quandoq; quod dominus tenentem suum indictat vel indictari facit & ei crimen imponi ob cupiditatem terram suam habendi in dominico, vel vicinus vicino propter odium & huiusmodi. ¶ 3. Cū igitur procedendum sit de huiusmodi ad inquisitionem, vt ad iuditiū securiūs procedatur, & vt periculum & suspitio tollatur, iustitiarius dicat indictato, quod si aliquem ex duodecim iuratoribus suspectum habeat, illum iusta ratione amoueat. Et illud idem dicatur de villatis, vt si capitales inimicitia fuerint inter aliquos ipsorum & indictatum, vel si ob cupiditatem terrę habendę, vt prædictum est, qui omnes amouendi sunt ex iusta suspitione, vt inquisitio absquē omni suspitione p̄cedat. Præsentibus igitur .xij. iuratoribus, & quatuor villatis, in primis iurabit quilibet de villata p̄ se vel ones simul erectis fursū manibus singulorū in hæc verba. ¶ 4. Hoc auditis iustitiarij, q̄ veritatē dicemus de ijs, quæ a nobis requæretis ex parte dñi regis, & p̄ nihilo omitem⁹, quin veritatē dicemus, sic nos deus adiuuet &c. ¶ 5. Et tūc vnus ex iustitiarijs illis hñi verba p̄ponat. Talis qui hñc præses est, rectatus de morte talis, vel alio tali crimine, venit & defendit mortē & totū, & ponit se sup̄ linguas vestras de hoc de bono & malo, vel forte dicet, de hoc & de alijs malefactis, si forte de alijs suspectus habeatur, & multū refert vtrū se posuerit sup̄ eos taliter vel taliter, quia secūdū hoc diuersa sequitur condēnatio vel deliberatio, & ideo vobis dicimus in fide qua deo tenimini, & p̄ sacramētū quod fecistis, nobis scire faciatis inde veritatē, nec omitteris timore, amore, vel odio, sed solū deum præ oculis habentes, quin dicatis si culpabilis sit de hoc quod ei imponitur, vel de alijs maleficijs vel non, & non incumberetis eum si immunis sit vel innocens sit a delicto isto, & postea secundū eorum veredictum aut sequitur deliberatio vel condēnatio. ¶ 6. Istam vero formam inquisitionis p̄ patriam, seruabunt iustitiarij generaliter in omnib⁹ inquisitionibus quæ faciendę sunt pro morte hominis, vbi quis se posuerit sup̄ inquisitionem, siue sponte siue per cautelam inductus siue per necessitatem, in omnibus criminibus, maioribus et minoribus: possunt tamen iustitiarij si viderint expedire, ex causa necessaria, si graue crimē latens sit, & iuratores forte amore, odio, vel timore celare voluerunt veritatem, seperare iuratores ab inuicem, et quemlibet p̄ se, & seperatim examinare, ad veritatem sufficienter declarandam.

1 ¶ De appello de pace et plagis factis contra pacem et de verbis appellis, et de modo appellandi et defendēdi, et de modo descēdēdi et distracionandi. 2. De exceptionibus cōtra huiusmodi appellum. 3. Item quid dicetur de eo qui virilia abscedit alicuius. Cap. 23.

Dictum est supra de appello de morte hominis facta nequiter & contra pacē, nūc autē dicendū est de pace & plagis factis cōtra pacē, sit autē appellū p̄ hęc verba. A. appellat B. q̄ quadā die tali, sicut fuit in pace dñi regis in tali loco, vel sicut iuit in pace dñi regis in chimino dñi regis inter talē villā & talē, tali die, ante talē festū vel post talē festū anno tali, tali hora, venit idē B. cum vi sua, & cōtra pacē dñi regis in feloniam & assultu p̄meditato, fecit ei insultū, & quandam plagam ei fecit in tali loco, tali genere armorū, & quod hoc fecit nequiter & in feloniam, offert p̄bare versus eū p̄ corpus suū sicut curia cōsiderat. Et B. venit & defēdit pacem dñi regis infractam, & feloniam, & plagam, & quicquid est cōtra pacem dñi regis (& torum de verbo in verbum, quicquid ei imponitur, & secundūm quod ei imponitur) p̄ corpus suū, secundūm quod curia regis considerauit. Et A. quēsitus si leuauit clamorē & hutesiū, & quandō venit ad com̄ cum appello suo: dicit q̄ statim leuauit in facto illo & post factum & statim cum hutesio illo iuit ad villas p̄p̄nquiores, & ad seruientes domini regis & coronatores, & ad proximum eōm fecit appellū suū, & vic. & coronatores testantur quod secta illa sufficiēter & rationabiliter facta fuit, & quod plaga ostensa fuit ad com̄ recens & aperta, & quia secta rationabiliter facta est, & B. nihil ostēdit p̄ quod debet habere patriā, consideratū est quod duellū sit inter eos. Et B. det vadiū defēdendi, & A. det vadiū difrationandi, & vterq; p̄legios inueniet, & dabitur eis dies, ad quē vterq; veniet armatus, & ad quē diē poterit se vterq; effoñ, vel eorū alter, ita q̄ vnicū habeat effoñ, & si appellans defaltam fecerit ad talem diem, vel p̄sens se retraxerit, appellatus quietus recedet, & appellans & p̄legij sui de p̄sequendo in misericordia, si autē appellans venerit, & appellatus non, habeatur appellatus p̄ indefenso. Si autē vterq; defaltam fecerit, & testatum sit quod concordati fuerunt, vterq; capiatur, et ipsi & p̄legij sui in misericordia. Si autem p̄sentes fuerint, vterq; custodiatur. Cūm autē vic. & coronatores testati fuerint contrariū. s. q̄ secta non sit sufficiēter facta, eo quod nullū hutesiū leuatim sit, nec plaga ostensa recens & aperta, nec appellās venit cū appello suo nisi ad secūdū com̄ vel ad tertiū, cadit appellū. Et quia tunc subesse poterit feloniam, inquiret rex si voluerit p̄ pace sua. Et cūm ita fuerit quis appellat⁹, & secta fuerit bene facta, habebit defensor electionē, vtrū se defendere velit p̄ corpus vel p̄ patriam. Et si aliquo istorū modorū se defenderit, omnes appellati de forcia vel p̄cepto quieti recedent. Si autem fuerit condemnatus, tunc statim procedendum erit versus illos appellatos de forcia & p̄cepto. ¶ 2. Declinatur quandoq; appellū de pace & plagis p̄ exceptiones generales, secundūm quod superius dicitur, de appello de morte hominis. Declinatur etiam per exceptiones speciales, quia declinatur propter paruitatem plagę, vnde notandum est, quod in appello de pace & plagis, designandum erit cuius longitudinis fuerit plaga, & cuius profunditatis, & vtrum ibi sit plaga, vel rissura, ad hoc quod procedat duellum vel non procedat. Vt sciri possit per factum, vtrum sit ibi iniuria vel feloniam, & exinde quę sequatur poena, poterit enim alius ab eo qui iniuriam passus est sequi appellum p̄ eo, si ipse comodē sequi non possit, vt si sit parentela cōiunctus

tus vel homagio. Poterit etiam sequi ad vlagandum appellatum, cum forte se subtraxerit, hoc tamen in appello apposito, quod ille principalis sequeretur, si posset, & sequetur si possit. Et vnde p. sectam talis, poterit appellatus vlagari ppter impotentiam principalis. Sed si ante vlagationem conualuerit, statim debet sibi assumere, sectam & appellum, quia alterius secta non valebit, nec erit extuc (si sequi voluerit) ad vlagationem procedendum, cum ipse sit viuus & sanus ppter verba in principio appelli apposita p pcuratorem, quod ipse principalis sequetur cum possit. Item videndum quo loco corporis plaga facta sit. Item quibus armis, vtrum molutis armis, ligno vel lapide, licet ligna & lapides sub armoru appellatione non contineantur. Arma vero moluta plagam faciunt, sicut gladi, bifacuta & huiusmodi, ligna vero & lapides, faciunt brusuras, orbes, & ictus qui iudicari non possunt ad plagam, ad hoc quod inde pueniri possit ad duellum. ¶ 3. Sed quid dicitur si quis alterius virilia absciderit, & illum libidinis causa vel commertij castrauerit, tenetur: siue hoc volens fecerit sine inuitus, & sequitur poena, aliquado capitalis aliquando ppetuu exilium cum omnium bonorum ademptione. Item si quis mulieris visceribus vim intulerit, quopartum abegerit, tenetur. Item si quis furem nocturnu occiderit, ita demum impune foret, si parcere ei sine periculo suo non potuit, si autem potuit, aliter erit: In manu enim regis sunt vita & mors hominum, sicut coram rege apud Windsore de quodam homine de Cochā coram W. de Raleghe tunc iustitiario, cui dominus rex in tali casu pdo nauit mortem. Item erit si quis **Damfoke** quæ dicitur inuasio dom, contra pacem domini regis in domo sua se defenderit, & inuasor occisus fuerit, impersecutus & in vltus remanebit, si ille quem inuasit aliter se defendere non potuit, dicitur enim quod non est dignus habere pacem qui non vult obseruare eam. Item Iudeis filios suos circucidere licet, sed non alterius religionis hominem, quod si fecerint, castrati poena irrogatur.

1 ¶ De appello de plagis et mahemio & de modo appellandi & defendendi. 2. De exceptionibus contra huiusmodi appellu. 3. Quid dici debeat mahemium. 4. Quid sit deformitas & nō mahemium. Cap. 24.

Dictum est supra de pace & plagis, nunc autem dicendum de plagis & mahemio. Verba autem appelli sunt hæc A. appellat B. quod cum esset in pace dñi regis tali loco, tali die, tali hora, tali ano &c. vt supra: venit idem B. cum vi sua & in feloniam & assultu pmeditato &c. vt supra, fecit ei quandam plagam in capite, vel in brachio, vel in alio loco corporis, ita quod mahemiatu est. Et q hoc fecit nequiter & in feloniam, offert distracionare versus eum, sicut homo mahemiatu, prout curia domini regis considerauerit. Et B. venit & defendit totu de verbo in verbum &c. vt supra. Et quo casu videndum erit a iustitiarijs si ibi sit mahemium vel nō. Si autem adiudicetur mahemium, tunc auferetur appellato electio defendendi se p corp, vel p patriam: quia in hoc casu, de necessitate arctabitur appellatus ad defendendum se p patriam. Aufertur etiam quandoq; patria propter conuictionem appellati, vt si forte factum cognouerit coram aliquibus

quibus qui habent recordum, sicut esse possit, si aliquis alium castrauerit, et forte cognouerit se esse scyfitu de testiculis, factu vkerius dedicere no poterit contra eoru recordu. Si autē mahemiu adiudicatu no fuerit, pcedatur contra appellatum, sicut superius de pace & plagis. ¶ 2. Excipit quandoq; contra huiusmodi appellum per generales exceptiones, vt supra, vt si appellans non fecerit sectam sufficientem, vel si nunq; fuit persecutus ante iter iustitiariorum, vel si nullam plagam ostendit coronatoribus, vel non nisi ruffluram vel brusuram, orbes, ictus cum baculo & non armo moluto. Item propter variationem, vt si primò appellauerit quis de pace domini regis, et modo de pace vic. Item si primò de pace vic. & postea de pace dñi regis. Item si primò vnum de facto, et postea eundem de fortia, et econtrario. Item si primò vnum de vna plaga, et postea eundem de alia. Item si de vna plaga vno loco corporis, et postea de eadem in alio loco. Item si de plaga primò cum gladio, et postea coram iustitarijs cum bifacura. Item si minori crimine appellatus sit quis & maiori, accipi poterit in minori, donec maius terminetur, secundum quod excipi poterit in actione criminali & civili, quia semper terminabitur prius criminalis, quam civilis. Item non omnis plaga facit appellum, quia paruitas plagæ, vt prædictum est, declinat appellum, et hoc relinquitur discretioni iustitiariorum, dum tamen si in capite facta fuerit, sufficit si attingit vsque ad os profunditas, & in quocunq; alio membro. Et si os frangatur, quod facile perpendi poterit per renoduram, vel testa capitis frangatur, ita quod extrahantur ossa vel scæda magna leuetur, declinabitur & cadet duellum ppter mahemium. ¶ 3. Mahemium verò dici poterit, vbi aliquis in aliqua parte sui corporis effectus sit inutilis ad pugnandum, et maxime per illu quem appellat, vt si ossa extrahantur a capite, & scæda magna leuetur, vt prædictum est. Item si os frangatur, vel pes, vel manus, vel digitus, vel articulus pedis vel manû, vel aliud membru abscindatur, vel per plagam factam contracti sunt nerui, et membrum aliquod, vel quoddam digiti curui reddantur, vel si oculus effossus fuerit, vel aliud fiat in corpore hominis p quod minus habilis & vtilis reddatur ad se defendendū. Sed quid dicetur de eo qui dentes habet fractos? si fractio dentium iudicari debeat ad mahemium? Ad quod sciendum, quoddam mahemium quo quis inutilis efficitur ad pugnandum, de quo supra dictum est. ¶ 4. Est et aliud, quod deformitatem corporis inducit, & no mahemium, & vnde refert vtrum fracti sunt dentes præcisores, molares, siue maxillares, quia si molares siue maxillares, cum latens sit mahemium non magis inducit corporis deformitatem nec inutilitatem ad pugnandum. Si autem præcisores, videtur quod ex hoc inducitur vtramque, huiusmodi verò dentes multum adluant ad deuincendum. Castratio verò quamuis latens sit, adiudicatur ad mahemiu. Sunt & alia genera mahemij, pro quib; no remanebit duellu, vt videt, vt si auricula abscindatur vel nasus, hoc enim magis erit ad deformitatem corporis, q; ad vrium defectum.

1 De appello de pace & imprisonment & de verbis appelli & de modo appellandi & defendendi. 2 De exceptionibus contra huiusmodi appellum. 3 Qualiter in appello agi poterit civiliter vel criminaliter cum adfectione felonie vel non. Cap. 21.

IN præcedentibus dictum est de pace, plaga & mahethio, nunc autem dicendū est de pace & imprisonamēto, vbi liber homo. s. captus fuerit & imprisonatus contra pacem in curia, vel infra libertatem alicuius, siue fuerit inclusus domo vel castro, ciuitate, villa vel burgo, & in ferro, vinculis, vel ligno detentus contra pacem, donec per seruientem domini regis, vel breue suum fuerit deliberatus, cūm fuerit vetitus p pleuinam, poterit enim quis in hoc dupliciter delinquere, vno modo per iniustam captionem, et alio modo propter iniustam detentionem, verba autem appelli sunt hæc. A. appellat B. quod sicut fuit in pace domini regis (vt supra) venit idem B. eum vi sua contra pacem &c. vt supra, et duxit eum ad talem curiam, vel ad talem locum, et ibi eum posuit in vinculis, et in ferro, et in cippo, et in prisa ibi eum tenuit per tantum tempus, et plagas ei fecit & mahemium, donec deliberatus fuit per balium domini Regis, vel donec tantum ei dedit pro redemptione sua, & quod hoc fecit nequiter, et in felonia, offert probare per corpus suum, vel alio modo sicut curia domini regis consideraret. Idem A. appellat alium de fortia, & alium talem de præcepto, Et B. venit & defendit vim & iniuriam, et pacem domini Regis infractam, & captionem & imprisonamentum, & detentionem in prisa, & redemptionem tot solidorum, plagam, & mahemium, & quicquid ei imponitur, secundum quod ei imponitur per corpus suum, vel alio modo, secundum quod curia domini Regis considerat. Quo casu, si per corpus se defenderit cūm electionem habuerit, fiat vt supra de alijs appellis, et hoc nisi defensiones habeat & exceptiones, quas statim proponat ad declinandum appellum.

¶ 2. Poterit enim (sicut in alijs appellis) petere quod sibi allocetur quod appellans hutesium non leuauit, vel quod sectam non fecit (vt supra), vel quod varius est in appello suo, vel poterit cognoscere quod talem non imprisonauit vt liberum hominem, sed vt seruum & natium suum, ad quod si appellans dicat se esse liberum, habeat appellatus incontinenti parentes appellantis villanos, qui se cognoscant esse villanos, & secundum hoc terminetur negotium, vel per corpus, vel per patriam, secundum verba appelli, et sequatur pœna vel non sequatur, secundum qualitatē delicti.

¶ 3. In appello autem de pace & plagis & imprisonamento, agi poterit ciuilitet licet factum sit criminale, vt si quis dicat quasi conquerendo de iniuria, et sine adiectione felonie, quod talis imprisonauit talem contra pacem domini illius curie, vel si querela fuerit in ciuitate, villa, vel burgo, tunc contra pacem dominorum & pacem balliuorum, si autem in comitatu, tunc contra pacem vicecomitis, si autem contra pacem domini Regis sine felonie adiecta, tunc nullus inferior se intromittat, vicecomes nec alius, scilicet vicecomes non nomine suo, sed nomine ipsius Regis, cuius pax nominatur. Et hic non sequitur aliqua pœna corporalis, sed tantum pecuniaria, ratione damnorum, quod factus esset si felonia esset adiecta, vbi inquisitio solummodo pertinet ad Regem, quia vertitur periculum vitæ & membrorum, & ad nullum alium pertinet iudicium nisi ad Regem, nec etiam imprisonamentum, quia nullus potest in hoc casu iudicare nisi rex, nec habebit aliquis

quis inde curiam suam nisi speciali gaudeat libertate per ipsum Regem, secundum quod inferius dicitur plenius de actionibus personalibus civilibus, quæ ex delictis oriuntur.

¶ De actione criminali sit de pace & roberia & de appellis, & de modo appellandi & defendendi. 2. De appellis de feloniam & pace Regis & de verbis appelli & defendendi & responsione appellati. Cap. 26.

Dictum est supra de actione criminali, quæ oritur de pace & imprisonamento: nunc autem ex illa dicendum, quæ oritur ex pace & roberia. Verba autem appelli sunt hæc, A. appellat B. quod sicut fuit in pace domini Regis tali loco, tali die &c. (vt supra) Venit idem B. cum vi sua, & nequiter et in feloniam, et contra pacem domini Regis, & in roberia abstulit ei C. s. iii. d. et vnum equum talis precij, et vnam robam de viridi talis precij, et sic nominare poterit in appello sub plures res diuersi generis, dum tamen certum precium apponat, et rem certam designet, qualitatem, quantitatem, precium, pondus & numerum, colorem & pilum, secundum quod, superius dictum est in parte. Et quod hoc fecit nequiter & in feloniam, offert se distracionare versus eum per corpus suum, sicut curia considerat &c. Adiungitur quædòquæ in appello isto plaga & mahemium, et imprisonamentum, de quibus supradictum est, vel quædam illorum, secundum diuersitatem appellorum. Et B. venit & defendit pacem, & feloniam, et totum de verbo in verbum, secundum quod ei imponitur &c. vt supra. Et petit sibi allocari tale quid, et tale. Etiam potest exceptiones apponere, quæ generaliter se habent ad omnia appella ad eorum declinationem. Si autem nihil sit quod appellum declinet, tunc defendat se appellatus per corpus suum vel per patriam, cum in hoc habeat electionem, et secundum quod se defenderit vel non, procedatur contra appellatos de fortia & præcepto, secundum quod, superius tactum est. Appellat quandoquæ quis alium de alterius rebus, quam de suis proprijs, vt si ab aliquo robbata fuerint res aliquæ quas habuerit in custodia sua de rebus domini sui vel alterius, et quo casu, oportet eum docere, quod sua intersit appellare, quia alias appellum non habebit, non magis quam de morte alicuius extraneæ personæ, et de quo supra in parte dictum est, secundum quod plagam receperit & huiusmodi. De re vero aliena docere oportet, quod de custodia sua robbata fuerit simul cum rebus suis proprijs, vel sine, et quod ipse custos appellans intrauit in solutionem de tanta pecunia erga dominum suum. Et de hac materia inueniri poterit de termino sancti Michaelis anno regni Regis H. quarto incipiente quinto in comitatu Suffolk de Rogero de Kerken & herede de Ver. Item ad hoc facit de termino sancti Michaelis anno regni Regis H. nono incipiente decimo in comitatu Wygorn de Thoma de Rupe. Verba appellati sunt hæc, ¶ 2. A. appellat B. quod vbi fuit in pace domini Regis tali loco &c. vt supra. Venit idem B. cum vi sua, et nequiter, et in feloniam, et contra pacem domini regis, et roberia, abstulit ei decem aureos & vnum

PP. ij.

num

num annulum aureum talis precij, et de denarijs domini sui, quos habuit in custodia sua C. libras sterlingorum, et vnde ipse intrauit in solutionem erga dominum suum de tanto, vel aliter. A. appellat B. &c. vt supra, cum esset tali loco in pace domini Regis, vel cum venisset a tali loco vsque ad talem locum cum denarijs domini sui, vel cum alijs catallis, vel rebus ad valentiam C. s. venit idem B. cum vi sua, & nequiter & in felonia &c. (vt supra) et roberia abstulit ei tantum de catallis suis proprijs, & tantum de rebus domini sui, et vnde intrauit in solutionem &c. vt supra. Et B. venit, et defendit roberiam, et pacem, & totum &c. vt supra. Et ita fiat vt supra. Et si plures appellati sunt de fortia, loquatur idem A. versus eos, quia ita coniuncti sunt de facto & fortia, quod a diuersis appellari non possunt, nec potest aliquis hic variare magis quam supra, vnde si quis primo appellauerit per corpus proprium, et postea per corpus alterius, non valet appellum, vt supradictum est de Thoma de Rupe. Quæ autem pena sequatur illum qui conuictus est, docet qualitas & enormitas delicti. Indicitur enim quandoque ademptio vitæ, quandoque membrorum truncatio, sicut in itinere M. de Pateshull in comitatu Lincoln de Thoma de Rasne.

1 ¶ De appello de iniqua combustione & roberia et modo appellandi & defendendi. Cap. 27.

Dictum est supra de roberia, nunc autem dicendum est de roberia & iniqua combustione. Si quis autem turbida seditione incedium fecerit nequiter & in felonia, vel ob inimicitias vel prædandi causa, capitali puniatur poena vel sententia. Nequiter dico, quia incendia fortuita, vel per negligentiam facta, et non mala conscientia, non sic puniuntur, quia ciuilibiter agitur contra tales. Si quis igitur ades alienas nequiter combusserit, et fugerit, si sit qui accuset, et appellet, et sequatur, procedatur contra ipsum sicut de alia felonia si non, tunc inquiratur veritas in aduentu iustitiariorum, vt supra de alijs appellis. Si autem captus fuerit, et sit qui sequatur, tunc irrotuletur appellum in comitatu in hæc verba. A. appellat B. quod cum ipse esset in pace domini Regis, in tali loco, tali die &c. vt supra, venit idem B. nequiter & in felonia &c. vt supra, vbi ipse A. interfuit & vidit, & ignem apposuit domibus suis, & eas combussit, et de denarijs & catallis suis in roberia contra pacem domini Regis asportauit tales res designatas, & nominatas, ad valentiam tanti, & quod hoc fecit nequiter, et in felonia offert &c. Et B. venit, et defendit totum, de verbo in verbum &c. vt supra, secundum quod ei imponitur, & tunc (vt supra) petat sibi fieri allocationes, & proponat exceptiones, si quas habet, vel per legem terræ se defendat &c. vt supra.

1 ¶ De appellis de raptu virginum. 2. De verbis appelli mulieris querentis de raptu & defensione appellati. 3. De exceptione contra appellum. 4. Si appellatus per patriam fuerit conuictus qua pena sequatur. 5. De appellis de fortia. Cap. 28.

Est

EST inter alia appella, quoddam appellum quod dicitur de raptu virginū: & est raptus virginis, quoddā crimē, quod foemina imponit alicui de quo se dicit esse violenter oppressam, contra pacē dñi regis, quod quidē crimen si cōvincatur, sequitur poena. s. amissio mēbrorū, vt sit mēbrū p membro, quia virgo cūm corrūpitur, mēbrū amittit, & ideō corruptor puniatur in eo in quo deliquit, oculos igitur amittat ppter aspectū decoris, quo virginē cōcupiuit, amittat & testiculos, qui calorē stupri induxerūt. Nō autem sequitur huiusmodi poena de qualibet foemina, licet vi opprimatur. Sequitur tamen alia grauis & grauior, secundūm qd fuerit nupta, vel vidua honestē viuens, sanctimonialis, vel alia matrona. Itā concubina legitima, vel alia quæstū faciens sine delectu quidē performarū, quas qdē omnes debet rex tueri ppter pacē suā, sed non erit de quolibet par poena. Olim quidē corruptores virginitatis & castitatis, suspēdebant, & eorū fautores, cūm nec tales ab homicidij crimine vacui essent, & maximē cūm virginitas & castitas restitui nō possunt: modernis tamen tēporibus aliter obseruatur, q̄ pro corruptione virginis, amittuntur mēbra, vt prædictū est, & de alijs sequitur alia grauis poena corporalis, sed tamen sine amissione vitæ & membrorum. Et cūm virgines & viduæ & sanctimoniales deo sunt dedicate, corruptio earum non solū ad iniuriā hominū, verū etiam ad ipsius dei omnipotentis irreuerentiam cōmittitur, & sine vindicta, talis non cōquiescat insania. Cūm igitur virgo sic corrupta fuerit, et oppressa contra pacē dñi regis, statim, & dum factū recens fuerit, cum clamore & hutesio accedere debet ad villas vicinas, & ibi iniuriā sibi illatā p̄bis hominibus ostendere, sanguinem & vestes suas sanguine tinctas, & vestiū scissiones, & sic ire debet ad præpositū hundredi, & ad seruientē dñi regis, & ad coronatores, & ad vic. et ad primūm cōm faciet appellum suū, nisi ita sit q̄ immediate statim faciat querelā suam dño Regi, vel iustitiarijs suis, vbi dicetur ei, q̄ sequatur ad cōm, & in rotulis coronatorū irrotuletur appellum suum, et omnia verba appelli, secundūm quod illud pposuerit p ordinē, et annus & dies, quibus fecerit appellū suum, & dabitur dies in aduentū iustitiariorum, ad quē iterū coram eis pponat appellum suum, p eadē verba, quibus pposuit in cōm, & a quibus recedere nō licet, ne cadat appellū ppter variationem, sicut in alijs appellis, & cautela est in appello isto, & in alijs appellis, q̄ primo audiatur appellū ab appellante, & postea irrotulatio coronatorum, qualiter appellum illud factum fuit in eōm, et hoc ideō, ne si rotula coronatoris prius legerentur, possit appellans per illa formare suum appellum. **Adelstane.** Raptus mulieris ne fiat, defendit tam lex humana q̄ diuina, & sic fuit antiquitūs obseruatum, q̄ si quis obuiauerit mulieri, vel alicubi inuenerit eam solā, vel socios habuerit, cum pace dimittat eam, quā si p inhonestatem tetigerit, frangit edictum dñi regis, & emendabit secundūm iuditiū cōm. Si autē contra voluntatē eius iacet eā ad terrā, forissacit gratiā suā, q̄ si impudicē discooperuit eā, & se super eā posuerit, omniū possessionū suarū incurrit dānum, q̄ si cōcubuerit cum ea, de vita & mēbris suis incurrit dānum. De poena eiusdem secundūm legem Romanorum, Francorum, & Anglorum

Lib.iii. De Corona.

desuper Galuro,
desuper Galuro

desuper Galuro

rum. Si eques esset, equus suus ad deditus suum decoriatur de superiori labro, & cauda quae propius natibus abscindere debuit. Item canis si secum habeat, leporarius vel alius eodem modo dedecorabitur. Si habuerit ancipitrem, perdat beccum & ungues pedum, et caudam. Terra vero & omnis pecunia quam ipse raptor perdidit pro sua miseria, dabitur mulieri, warrantizante sibi omnia rege. Et si meretrix fuit ante, tunc non fuit meretrix, cum nequitiae eius reclamando consentire noluit. Quod autem modo fiunt quaedam dispensationes .s. quod ipsi raptores accipiunt violatas in matrimonium, non est de lege, sed de permissione sanctae ecclesiae & regis, et illa permissio solius regis est in regno. Et primo surrexit in Francia, pro quodam Comite qui hospitatus est quaedam ioculatorem cum uxore sua perpulchra, quo mortuo (quali morte non curamus euoluere) ipse quidem Comes habuit eam, ipsa nolente. Ipsa autem quadam nocte exiit a castello, & fugiens venit Parisijs, ubi inuenit regem Robertum, & cadens ad pedes eius narrauit euentum rei. Quam ut rex audiuit, misit propter episcopos & barones, qui tunc erant cum eo ad curiam, & praecipit mulieri ut narraret eis omnia sicut ei fecerat, quod et ipsa fecit. Rex autem consilio episcoporum & baronum, misit propter comitem, ut statuto die veniret ad curiam, ad disrationandum vel defendendum se si posset. Comes autem ut audiuit verba Regis, timens iram Regis pro suo maleficio, respondit quod ad hunc terminum non posset ire ad curiam, sed consilio amicorum suorum mandauit regi, ad pacificandam iram suam, quod daret ei ducentas libras Beluacensis monetae, et x. equos de precio tanto. Ioculatrici autem centum libras, et eam daret in coniugem diuiti burgenfi, aut militi, qui eam honeste custodiret omnibus diebus vitae suae. Rex quidem omnia haec subsannando rennuuit dicens, quod non esset iustus vicarius dei, si tantam nequitiam venderet inultam pro argento, & cum magna ira fecit summonere exercitum, disponens ire super eum, sed barones precati sunt Regem, ut eis inducias octo dierum donaret, et quod posset eum adducere ad misericordiam suam: quod vix concessit, & sic ipse Comes consilio baronum venit ad curiam, et cum Rex comparuisset quod vellet cadere ad pedes eius, diuertit se dicens, aut pateretur iustitiam aut discederet a curia. Quid plura? omnes barones clamauerunt & confirmauerunt contra Regem, quod ipse rex concesserat ei misericordiam suam, quando miserunt pro eo, tandem Rex vix concessit. Episcopi, Comites & barones locuti cum comite, disposuerunt, quod ipse Comes duceret eam in uxorem, quae erat pulchra & sapiens, et quae largita est multas elemosinas ecclesijs & pauperibus, quae tamen de Iudeis nata, a patre & matre & cunctis parentibus. Haec dispensatio a talibus & tantis facta, in tantum excreuit & sublimata est, quod iam multis locis quasi consuetudinaria habetur. Verba autem appellata sunt haec. **Formina talis**. s. appellatur B. quod sicut esset in tali loco, tali die, tali anno &c. ut supra, vel cum iret a tali loco usque ad talem locum, vel cum esset tali loco faciendo tale opus, venit idem B. cum vi sua, et nequiter et contra pacem domini Regis concubuit cum ea, et abstulit ei pucillagium suum siue virginitatem, & cam

eam secum detinuit per tot noctes, et sic totum exponat factum & veritatem, et quod hoc fecit nequiter & in feloniam, offert probare versus ipsum, sicut curia domini Regis considerauerit. Et B. venit & defendit feloniam & pacem, & raptū, et totum, de verbo in verbum, sicut curia domini Regis considerauerit. Et quo casu oportebit de necessitate se defendere per patriam, propter defectum alterius probationis & propter sexum muliebrem, nisi exceptiones habeat sibi competentes, per quas declinare possit appellum. ¶ 3. Excipere enim poterit contra appellum, quod facta non est sufficienter facta, secundum quod dicitur in alijs appellis. Item excipere poterit & dicere quod non abstulit ei pucellagium suum, quia adhuc virgo est, et quo casu, probetur veritas per aspectum corporis, et per quatuor legales foeminas iuratas de dicenda veritate verum virgo sit vel corrupta, quae quidem si dicant ipsam esse virginem, recedet appellatus quietus de appello illo & foemina custodiatur. Si autem inuenerint ipsam esse corruptam, tunc inquirendum est, ut videtur, a quo? ab appellato vel ab alio, sed non per foeminas illas, sed per patriam. Et de hac materia inueniri poterit de ultimo itinere M. de Pateshull in comitatu Norff. anno regni regis H. duodecimo de A. filia Radulphi de Sherings. Item excipere poterit contra eam & dicere, quod ante diem & annum contentos in appello, habuit eam ut concubinam & amicum suam, & inde se ponat super patriam. Item excipere poterit, quod eam habuit & decorruptit de voluntate sua & non contra voluntatem, & quod modo eum appellauerit, hoc est in odium alterius mulieris, quam ut concubinam habet, vel quam duxit in uxorem, et per instinctum alicuius parentis sui. Item excipere poterit, quod anno & die quo hoc fieri debuit, fuit alibi extra regnum, vel in prouincia in tam remotis partibus, quod verisimile esse non poterit, quod hoc quod ei imponitur fieri posset per ipsum. Item excipere possit de omissione facta in appello, ex eo quod nihil aliud dicit nisi quod concubuit cum ea, nulla facta mentione de pucellagio, & multae aliae possunt esse exceptiones, de quibus ad praesens nihil recolo. ¶ 4. Cum autem nihil sit per quod declinari possit appellum, si appellatus per patriam fuerit condemnatus, sine aliqua redemptione oculos amittat & testiculos, supradicta ratione, nisi ita sit quod foemina sic corrupta, eum petat in virum ante iudicium redditum, quia hoc est tantum in voluntate mulieris & non viri, quia si hoc esset in voluntate viri, sic sequeretur istud inconueniens, seruum v. z. vel ignobile, mulierem nobilem & generosam vnius pollutionis occasione perpetuo foedare, & in opprobrium generis sui ducere in uxorem. Sed esto quod vir raptor sit nobilis, & foemina quam rapuit ignobilis, nunquid etiam erit in electione foeminae corrupte, eligendi & nubendi viro nobili vel non? quia illud idem (ut videtur) sequeretur inconueniens, ex parte viri nobilis. Respondeo, quod siue vir nobilis siue ignobilis, foemina nobilis siue ignobilis sit, voluntas semper erit in foemina & electio, quia quod in foemina est voluntarium, in viro erit necessarium, ut membra sua redimat ex necessitate. Cum igitur mulier habeat electionem, et spreto iudicio petat ipsum in virum, conceditur ei ex gratia regis, ob fauorem matrimonij. Si autem iudicium elegerit

gerit foemina, facta executione iudicij de corruptore, procedat appellum versus eos qui appellati sunt de fortia. Possunt enim esse plures in fortia, sed tamen vnus tantum tenebitur de corruptione, licet plures teneri possunt de concubitu. Et cum ibi diuersa sunt facta, videtur quod in vtroque facto sequi non deberet consimilis poena, quia corrumpere virginem, & concumbere cum corrupta, non sequitur vtrumque factum eadem poena, quod quidem verum est, sed non nisi propter fortiam, quae ita conuicta est primo factum de corruptione, et tunc sic fiat appellum versus appellatos de fortia. ¶ 5. Eadem A. appellat C. quod eodem die, eodem anno &c. quo praedictus B. et eadem hora dum idem B. abstulit pucellagium suum, fuit idem C. in fortia, ita quod tenuit eam dum idem B. abstulit ei pucellagium suum, vel quod concubuit cum ea postquam &c. vel fuit in consilio & auxilio quocumque, et quod hoc fecit nequiter, et in feloniam, offert probare versus eum, sicut curia considerauerit, et quo casu, poterit appellatus per patriam deliberari vel conuinci, licet principalis damnatus extiterit.

¶ In quibus mulier habet appellum. 2. De appello de morte viri sui. Cap. 29.

IN quibus casibus foemina appellum habeat videndum est, & sciendum quod non nisi in duobus casibus, per quod alicui lex apparens debeat adiudicari. s. non nisi de iniuria & violentia corpori suo illata, sicut de raptu, vt praedictum est. Item & de morte viri sui interfecti inter brachia sua, & non alio modo. De morte viri sui sic fiat appellum. ¶ 2. A. quae fuit vxor B. appellat C. quod cum D. vir suus esset tali loco, tali hora, tali die, tali anno, venit idem C. cum vi sua, et nequiter & in feloniam &c. vt supra. occidit ipsum B. virum suum inter brachia sua, et quod hoc fecit nequiter & in feloniam, offert &c. vt supra. Eadem A. appellat E. quod eodem loco, eodem die, eodem anno &c. venit idem E. cum praedicto C. & nequiter, et in feloniam, tenuit ipsum B. virum suum, dum idem C. illum B. occidit inter brachia sua. Et quod hoc fecit nequiter, et in feloniam &c. offert probare &c. Et sic eodem modo versus plures et de pluribus factis. Et si ille de facto captus fuerit super factum cum cultello cruentato, non erit ulterius inquirendum, dum tamen de hoc constiterit testimonium proborum virorum. Sed quid magis operatur appellum mulieris, licet secta bene facta fuerit quam secta regis, si appellum ceciderit vel suspitio oritur per indictamentum, cum in vtroque casu recurratur ad patriam, videtur quod idem sit quoad vtrumque, nisi tantum in hoc, quod secta regis quandoque remittitur de gratia, vel cum causae cognitione, quod quidem non fieret, si mulier bene sequeretur.

¶ De appellatis attachiendis. 2. Breue de attachiendis. 3. Aliud breue ad idem de eadem. 4. Breue de faciendo venire appellum coram iustic. 5. Aliud breue ad idem de eodem, & nisi inueniatur, quod vsu agitur & interrogatur de eodem in Com. 6. Breue quod datur per balliuum. 7. Breue de sumuocando appellum coram domino rege. 8. Breue si appellum factum fuerit immediate coram rege. 9. Breue vice faciendo recurrere in Com coram custodibus. 10. Aliud breue de eodem vice. Cap. 30.

Contun-

Contingit quādoq; quòd appellati de morte hominis, plaga, roberia, vel alia felonìa, p negligentiā vicecomitis & coronatoris, attachiandi sunt, & ideo ad querelam appellantium fiat breue domini regis de attachiando eos quòd sint coram iustitiarijs in hac forma. ¶ 2. Rex vicecom̄ salutem. Si A. fecerit te securum de clamore suo psequendo, tunc attachiari facias B. p corpus suū, quòd sit corā iustitiarijs nostris ad primam assisam, cū in partes illas venerint, responsurus eidem A. de morte C. patris, matris, fratris vel sororis, vel alterius parentis, vel domini sui, vnde eū appellat. Et habeas ibi hoc breue Teste &c. Si vero de pace regis infracta, sicut de pace & plagis, pace & mahemio, pace & roberia, pace & raptu virginū, & huiusmodi, tunc fiat breue in hac forma. ¶ 3. Rex vice. salutem. Si A. fecerit te securum &c. tunc pone p vadium & saluos plegios B. quòd sit coram iustitiarijs nostris ad primam assisam &c. responsurus eidem A. de pace nostra infracta, vnde eum appellat. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breue Teste &c. Si autem placuerit domino regi, quòd huiusmodi appella, quæ attachiata fuerunt in com̄ vsq; ad aduentum iustitiariorum, de morte hominis vel de pace domini regis infracta, veniant coram seipso vel iustitiarijs suis de banco, tunc fiat breue in hac forma de summonendo appellum. ¶ 4. Rex vice. salutem. Præcipim⁹ tibi, quòd venire facias corā nobis vel iustitiarijs nostris apud westm̄, appellū quod est in comitatu tuo inter A. appellatē & B. appellatū de morte talis, vel de roberia, vel alia felonìa, & pace nostra infracta, vnde idem A. appellat ipsum B. & pone p vadium & saluos plegios prædictum B. quòd sit coram nobis vel iustitiarijs nostris ad prædictum terminum, ad respondendum eidem A. de prædicto appello. Et habeas ibi nomina plegiorū, & hoc breue Teste &c. Et fiat tale breue si hoc sit ad instantiam appellantis, si autem ad instantiam appellati, tunc variatur in hoc, quòd vbi dicitur, pone per vadium & plegios, dicatur, summonneas p bonos summonitores prædictum A. appellantem &c. scilicet quòd sit &c. ad sequendum appellū suum versus prædictum B. si voluerit. Si autem vic. mandauerit quòd appellat⁹ non sit inuentus, sed quòd se subtraxerit, tūc præcipiatur (vt prius) quòd attachiet eum si inueniatur, si autem non, quòd faciat eum interrogari de com̄ in com̄, donec p legem terræ vlagetur, licet nullus sequatur p tale breue. ¶ 5. Rex vice. salutem. Præcipimus tibi sicut aliās tibi præceperim⁹, quòd ponas p vadium & saluos plegios B. vel quòd habeas corp⁹ B. quē A. in curia nostra coram nobis vel iustitiarijs nostris apud westm̄ appellat de roberia & plagis, vel mahemio & pace nostra infracta, si inueniatur, ad respondendum eidem A. de appello illo, & si non inueniatur, tunc facias eum interrogari de com̄ in com̄, donec p legem terræ, & secundum consuetudinem regni nostri vlagetur, eo non obstante quòd nullus sequitur Teste &c. Et sciendum quòd in hoc casu, non erit necesse quòd, alius sequatur, quia hæc est secta regis p contemptis, eo non obstante q̄ null⁹ sequatur. Si autem ate vlagationem venerit & reddiderit se prisonæ domini regis, vel si vic. eum ceperit, detineat eum in prisona donec rex ei aliud præceperit. Aliquādo tamē, licet prisonæ se non reddiderit, tamē differri poterit vlagaria, si sint aliqui qui manuceperint eum de habendo eū coram

ram domino rege vel iustitarijs, dum tamen hoc sit ante quintū com̄, et tunc fiat tale breue. ¶ 6. Rex vic. salutem. Si duodecē liberi & legales homines de com̄ tuo manuceperint coram te de habendo coram nobis vel iustitarijs nostris tali die B. ad standum recto de appello, quod A. in eadem curia nostra &c. fecit versus eum de morte C. auunculi sui, vel alterius talis, tunc appellum illud venire facias coram nobis, vel iustitarijs nostris &c. ad prædictum diem, & dic prædicto A. quòd tunc sit ibi corā &c. appellum suum versus eundem B. profecuturus si voluerit, & habeas ibi nomina prædictorum duodecem summonitorum & hoc breue Teste &c. Si autem appellum, secundum quod prædictum est, fuerit in comitatu, fiat aliud breue de sumonendo appellū coram dominò rege in hac forma. ¶ 7. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi, quòd appellū vnde B. attachiatus est in com̄ tuo p̄ morte C. vnde A. eum appellat, venire facias coram nobis &c. tali die sicut attachiatus est veniendi coram iustitarijs nostris ad primam assisam, cum in partes illas venerint. Et habeas &c. Teste &c. Si autem appellum factum fuerit (secundum quod prædictum est) immediatè coram ipso rege vel iustitarijs suis de banco, tunc fiat breue de attachiando appellatum de facto in hac forma. ¶ 8. Rex vicecom̄ salutem. Si A. fecerit te securum de clamore suo profecundo, tunc pone per vadium & saluos plegios B. et C. quòd sint coram &c. tali die ad respondendum eidem A. de morte D. patris vel alteri, vnde eos appellat, vel de pace & plagis, vel alijs felonijs superioris nominatis, et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breue. Et ad diem illum poterunt attachiati se effoniare, nisi hoc sit pro morte hominis, vel alio crimine maiori. Si autem ad diem non venerint, nec se effoniauerint, & vic. miserit breue & nomina plegiorum, tunc appellante se liti offerente, attachientur p̄ meliores plegios, & tunc in fine quod habeat eorum corpora, & obseruetur ordo attachiamentorum (vt infra) de personalibus actionib, nisi iustitarij aliud duxerint statuendū p̄ qualitate delicti. Et si tunc se subtraxerint exigatur vt supra, & plegij omnes eius in misericordia, si autem appellatos produxerint ad diem suum, plegij quieti erunt de pleuina, nisi gratis velint eos sub eadem pleuina retinere, si nihil aliud plegiauerint nisi tantum habendi eum: Non enim sunt plegij quòd appellati respōdeant vel se defēdant nisi velint, aliud tamen esset si essent plegij de p̄sequēdo. Si autem cum appellum semel fuerit in comitatu, & positum corā rege vel iustitarijs & de verbis appelli contentio habeatur, tunc præcipiatur quòd fiat recordum in comitatu de verbis appelli per hoc breue. ¶ 9. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi, quòd coram te & coram custodib, placitorum coronæ nostræ in pleno com̄ tuo, recordari facias appella vnde A. appellat B. de pace nostra infracta, qualiter & p̄ quæ verba idem A. fecit appella sua, & vtrum appella fecit in com̄ vel hundreda, & recordum illud habeas coram nobis vel iustitarijs nostris apud westm̄ tali die sub sigillo tuo & sigillis prædictorū custodū placitorū coronæ nostræ, & p̄ duos ex illis qui recordo illi interfuerint, & habeas ibi hoc breue Teste &c. Item aliud de eodē si vic. debeat habere recordū & debeat facere venire duodecē & iij. villatas ad certificandum iustitarijs de morte alicuius

¶ **110.** Rex vic. salutem. Præcipimus tibi, quod omni occasione postposita, sis coram iustitiarijs nostris apud westm̄ ad talem terminū, & ibi habeas recordum de appello quod factum fuit in com̄ tuo inter A. appellantem & B. appellatum de morte C. fratris ipsius A. & coram eisdē iustitiarijs venire facias ad prædictum terminū duodecē liberos & legales homines de com̄ tuo de pximo visineto p quos &c. & qui p̄dictos A. & B. aliqua affinitate nō attingant, & p̄terea de quatuor pximis villatis, de qualibet villata sex homines legales & præpositum, ad certificandū præfatos iustitiarios nostros de morte illa, et habeas ibi nomina prædictorū duodecē & hoc breue Teste &c.

1 Si quis fecerit feloniam de seipso.

Cap. 31.

Eodem modo, quo quis feloniam facere possit interficiendo alium, ita feloniam facere possit interficiendo seipsum, quæ quidem feloniam dicitur fieri de seipso. Feloniam quidem facit de seipso, vt si quis reus fuerit alicuius criminis, ita quod captus fuerit p morte hominis, vel cū furto manifesto, & cū vlagatus fuerit, vel in aliquo scelere & maleficio deprehensus; & metum criminis imminētis, mortem sibi conscuerit, hæredem non habebit. Quia sic cōuincitur feloniam prius facta, sicut furtum, vel mors hominis, vel huiusmodi. Sed qui criminis rei postulati nō sunt, vel in crimine deprehensi manus sibi intulerint, bona eorum sicō non vendicentur, non enim facti sceleritatem constat esse obnoxiam, sed conscientie metus in reo veluti pro confesso habeat. Et ideo si rei postulati fuerint, vel in scelere deprehensi, si seipsos interfecerint, bona ipsorum confiscentur, scilicet bona eorum qui reatum mortis sibi conscuerint, vt si eius criminis fuerint quod damnarentur morte vel deportatione. Qui autem se submerserint vel precipitauerint ex alto, vel alio modo, tales hæredes habebunt, quia non conuincitur feloniam, nisi præcedat aliquod crimen propter quod periculum mortis vel membrorum sustinere deberet. Si quis autem tēdio vitæ vel impatientia doloris alicuius, se ipsum interfecerit, successorem habere poterit, et talis non amittit hæreditatem, sed tantum bona eius mobilia confiscentur: sed si quis sine causa manus sibi per vim intulerit, per iram & malam voluntatem, vt cūm alteri nocere vellet, et adimplere non posset quod voluit, seipsū interfecerit, puniendus est, & successorem non habebit, quia conuincitur & punitur feloniam, quā in psonā alteri facere pposuit; quia qui sibi ipsi nō parcat, multo minus alijs parceret, si facultatem haberet. Sed de furioso quid dicitur qui rationem non habet: & de mēte capto, & frenetico, vel de infatulo, vel si ille qui laborat in acuta infirmitate seipsū submerserit vel interfecerit, queritur an talis feloniam faciat de seipso? videtur quod non, nec hæreditatem forissaciunt nec catalla, eo quod sensu carent & ratione, & non magis quā brutum animal iniuriam facere possunt nec feloniam, cū non multum distent a brutis, secundum quod videri poterit in minori, qui si alium interfecerit in minori etate, iudicium non sustineret; & hæc vera sunt quod furiosus non tenetur, nisi hoc fecerit simulato

Qq. ij.

furore

furore cum dilucidis gaudeat interuallis. De submersis & oppressis & per infortuniū mortuis patet supra. Sed si quis seipsum suspendarit, non propter hoc exheredantur heredes, secundum quosdam, nec vxor dotem amittat nisi in casu vt supra, quia feloniam de seipso facta conuinci non poterit.

¶ De actione furti & quid sit furtum. 1. Quot species furti. 2. De appello de latrocinio. 3. Si defendas vaditatur duellum. 4. Si appellatus patriam elegerit. 5. Breue de faciendo venire warrantum per auxilium. 6. Si warrantum vocauerit per auxilium curia breue de venire faciendo warrantum. 7. Si furtum in manu alicuius inueniatur. 8. Si vxor teneatur ex furto viri. 9. Si vxor cum viro conuicta fuerit. 10. Si ciuilitate prægnans fuerit damnanda. Cap. 34.

INter alia placita coronæ non est omittendū de actione furti, & de qua oritur appellum, quāuis in diuersis curijs aliquādo terminetur, sicut in comitatu & in curijs baronum, & aliquando in maiori curia ipsi regis. In primis igitur videndum est quid sit furtum & quot eius species. Et sciendum, quod furtum est, secundum leges, contractatio rei alienæ fraudulenta, cum animo furandi, inuito illo dño cuius res illa fuerit. Cum animo dico, quia sine animo furandi non comittitur. Est etiam, quasi furtum, rapina quæ idem est quantum ad nos quod roberia, & est aliud genus contractationis contra voluntatem domini, & similis poena sequitur vtrumque delictum, et vnde prædo dicitur fur improbus: quis enim magis contractat rem aliquam inuito domino, quā ille qui vi rapit? ¶ 2. Species autem furti sunt duæ, quia aliud publicum aliud priuatum. Videlicet manifestum & non manifestum. Non manifestum est, vbi quis suspectus est de latrocinio per famam patriæ, p̄ indictam etum & rectum, & vbi graues præsumptiones faciunt contra ipsum. Sed si seysitus non inueniatur de aliquo latrocinio, non habet quis potestatem inquirendi, nec procedendi cōtra ipsum ad inquisitiones, nisi ipse dominus rex in curia sua. Sed de hac specie nihil amplius ad præsens, quia superius p̄ præcedentia perpendi poterit, quid in hac parte sit agendum. Et si coram balliuis vel coronatoribus furtum cognouerit, tamen non tenetur ex tali confessione, sine seysina, licet cum seysina recordum haberent. Furtum vero manifestum est, vbi latro deprehensus est seysitus de aliquo latrocinio, scilicet **non habende & habende** & infecutus fuerit p̄ aliquem, cuius res illa fuerit qui dicitur **habburth**, & si sine seysina cognouerit se inde esse latronem coram vic, vel coronatore vel seruiante domini regis, cum testimonio bonorum & p̄borum hominum, extunc furtū dedicere nō possit, quia tales in hoc habent recordum. Et (secundum quosdā) illud idem erit, etiam sine seysina. Cū autem sit qui sequatur, possit ab initio agere ciuilitate vel criminaliter vtrum voluerit: poterit enim rem suam petere vt **adiratam** p̄ testimonium proborum hominum, et sic consequi rem suam quāuis furatam. ¶ 3. Et si ille qui seysitus fuerit in hoc ei non obtemperauerit, poterit accrescere & petere eam vt furatam, sed non e contrario, & dicere quod ille qui tenet latro est, aut latronem scit nominare, & quod in feloniam, & furtiue & in latrocinio, & contra pacem domini regis cepit

adiratam

cepit rem illam, et furtiue abduxit eam. Et quod hoc fecit furtiue, & in feloniam, offert probare versus eum per corpus suum, sicut curia regis considerauerit. Et appellatus tunc defendat feloniam, latrocinium, et totum, vel per patriam vel per corpus, secundum electionem suam prout curia considerauerit. ¶ 4. Si autem elegerit se defendere per corpus, statim vadietur inter eos duellum, et appellatus det vadium defendendi, & appellans det vadium distracionandi, & sic terminabitur negotium. ¶ 5. Si autem p̄s̄la elegerit, tunc dicere poterit, q̄ res de qua agitur sua sit propria & rationem ostendere quare. Vt si equus fuerit, poterit dicere quod ei pullonatus fuit, et quod eum nutriuit per tantum tempus. Et si hoc per patriam testatum fuerit liberabitur, nisi ille qui appellat, docere poterit contrarium, videlicet docere poterit per patriam, & per visinetum suum, & per alia iudicia certa, quod ei pullonatus fuit & quod ipsum nutriuit a diuente, & cum ex vtraque parte sic producat secta, præferatur illa, que maior fuerit, & dignior, et magis veri similior. Et non refert vtrum res que ita subtracta fuerit extiterit illius appellantis propria vel alterius, dum tamen de custodia sua. Si autem pares sint in secta & testimonio, vocentur alij fideles homines de confinio, qui nullam partium attigerint, & ille obtinebit, cum quibus ipsi concordēs fuerint, & sic terminabitur negotium. Si autem appellatus dicat rem illam esse suam & sibi esse venditam, vel donatam ab aliquo, tunc necesse erit, quod illum vocet ad warrantum. Si autem warrantus præsens fuerit, vel si habere possit eum ad certum diem, habeat eum vt inter eos procedatur de warrantia, si autem eum habere non possit, tunc alio modo procedendum erit. Cum autem warrantus præsens fuerit, aut statim warrantisat, aut defendat quod ei warrantizare non debet & negat. Et quo casu, si negauerit, oportet quod appellatus, qui in seysina fuerit, hoc distracionet versus eum per corpus suum, & sic perueniri poterit inter eos ad duellum. Si autem warrantizauerit, tunc statim, cum tradita res fuerit waranto, liberabitur ille qui warrantum vocauit, & ille qui rem vendicat tunc loquatur versus eum qui rem warrantizauit, per verba appelli, sicut locutus fuit primò versus primum seysinum, & sic vocare poterit warrantus de waranto in warrantum, plures sicut vnus per auxilium curie & per breue. Si quis vero cum warrantum vocauerit & habere non possit sine auxilio curie, tunc fiat breue in hac forma vicecomiti. ¶ 6. Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod tali die, tali anno regni nostri, et tali loco venire facias talem, apud comitatum talem, vel ad curiam talis apud talem locum, ad respondendum in eodem com̄ vel in eadem curia tali, de warrantizatione vnus equi furati, vel alterius rei quam ei vendidit, vt dicit, et vnde idem talis in eodem comitatu, vel in eadem curia vocauit ipsum talem ad warrantum versus ipsum talem Teste &c. Si quis autem rem furatam emerit, cum illam crederet esse legalem, tunc si warrantum non habuerit, distinguendum erit vtrum illam emerit publice, & in feria, et mercato, & nundinis, et coram balliuis & alijs probis hominib⁹, qui de hoc testimonium phibuerint, & q̄ tolnetum & consuetudines dederit: liberabitur talis emptor, cum rē restitueret vero domino, sed nihil restituetur ei de precio quod

quod soluit pro eadem re, si autem nihil horum habuerit, in periculo erit. ¶ 7. Intrat quandoque in defensionem & warrantum aliquis malitiose, & per fraudem et per mercedem; sicut capio & conductitius, quod quidem si fuerit coram iustitarijs detectum, non procedatur ad duellum, sed per patriam inquiratur veritas si talis mercedem acceperit vel non: Et si confiterit quod sic, pedem amittat & pugnū, vt coram M. de Pateshul de termino sancti Hillarij anno regis H. quarto in comitatu Essex de Elya Pigone campione cōductitio. Est etiam furtū de re magna & re minima, et ideo habenda erit ratio quæ vel qualis sit res quæ furatur: Pro paruo enim latrocinio, vel pro parua re, nullus christianus morti tradatur, sed alio modo sic castigetur, ne facilitas veniæ alijs materiam præbeat delinquendi, et ne maleficia remaneant impunita. Et ideo secundum qualitatem rei furatæ & valorem, si fur conuictus fuerit, aut morti tradatur aut regnum abiuret vel patriam, comitatū, ciuitatem, burgum vel villam, aut fustigetur, & sic castigatus dimittatur. ¶ 8. Si vero furtum in manu, vel sub potestate alicuius inueniatur, tunc ille in cuius domo vel potestate res furtiua inuenta fuerit tenebitur, nisi warrantum inuenient qui eum inde defendere possit. ¶ 9. Vxor vero furi desponsata, non tenebitur ex facto viri, quia virum accusare non debet, nec detegere furtum suum nec feloniam, cum ipsa sui potestatem non habeat sed vir, consentire tamen non debet feloniam viri sui, nec coadiutrix esse, sed nequitiam & feloniam viri impedire debet quantum potest. In certis tamen casibus de furto tenebitur, si furtū inueniat sub clauibus vxoris, quas quidem claues habere debet vxor sub custodia, & cura sua. Claues videlicet dispensæ suæ archæ suæ & scrinij sui: Et si aliquando furtū sub clauibus istis inueniatur, vxor cum viro culpabilis erit. Sed quid si res furtiua in manu vxoris inueniatur, nunquid tenebitur vir? non, vt videtur, nisi ei expresse consenserit, vel cum rem eam warrantifauerit cum ipsum vocauerit ad warrantū, & tunc consentisse presumitur, nisi expresse dissentiat, vel nisi de eo presumatur quod fidelis sit, eo quod societatem talis vxoris deuitauit in quantum potuit. ¶ 10. Item quid erit si vxor cum viro coniuncta fuerit, vel confessa quod viro suo cōsiliū præstiterit & auxilium, nunquid tenebuntur ambo? imo, vt videtur, quia vir potest teneri per se cum sit malus, & vxor poterit esse bona & fidelis & liberari: Item vxor mala per se & vir fidelis, cum ergo vterque possit esse malus per se & alter eorum bonus, ita poterit vterque eorum simul & coniunctim esse malus sicut bonus. solutio. Non igitur erit in omni casu vxor deliberanda propter consiliū, auxilium & confesū, deficut sunt participes in crimine, ita erunt participes in poena. Et licet obedire debeat viro, in atrocioribus tamen seu latrocinij ei non erit obediendum. Poterit quidem vir ligare & tenere, & vxor sponte & non coacta occidere, & ita (vt videtur) tenetur de maleficio vterque. De cōcubina vero, vel familia domus, non erit sicut de vxore. Ipsi vero accusare tenentur vel a seruitio recedere, alioquin videntur consentire. Si vero mulier pro maleficio fuerit condemnata, differtur aliquando executio iudicij, postquam redditum fuerit iudicium, si prægnans fuerit donec peperit, siue ante delictum perpetratum conceperit siue post. ¶ 11. Ad hoc facit F. de pen

peñ L. Prægnant, vbi dicitur quòd prægnantis mulieris damnata: poena differtur quoad pariat, nec de eo questio habeatur quamdiu prægnans fuerit, et id est, non torqueatur.

1. ¶ De furto manifesto & probatore cognoscete. 2. Breue q̄ rex dat iustic. potestatem concedendi probatori vitã & mēbra. 3. Quòd vic. attachiet eos quos probator appellauerit. 4. De capiēdo appellatū per probatorem qui se cognoscit esse latronem. Cap. 33.

Cum furto manifesto deprehensus, quandoque sine aliqua probatione cognoscit latrocinium & se esse latronem, vel cognoscit homicidium vel roberiam, vel quòd aliam feloniam fecerit, vel quòd vltagatus fuerit, vel gaolam frerit, vel regnum abiurauerit, vel quid tale fecerit per quod secum suum portat iudicium. Et qui sic cōuicti secum portant iudicium sicut finaliter condemnati, nullum habent appellum versus aliquem fidelem nec infidelem: quia omninò frangitur eorum baculus. Sed non erit ita de probatore, quia licet crimē confessus fuerit, tamē ppter hoc non est iudicatus. Poterit dominus rex si voluerit ei concedere vitam & membra, per sic quod patriam deliberaret a malefactoribus, per corpus vel per patriam, vel per fugam, secundum quod cōuenerit de numero et de modo. Appellare poterit quos voluerit de societate & latrocinio vel alia quacunq̄ feloniam, dum tamē si sit aliquis fidelis & in frāco plegio, & dñm habuerit qui ipsū aduocauerit, et velit se ponere super p̄riã, si fidelis appellatus, p patriã fuerit deliberatus, p̄bator infidelis, quasi mēdax et cōuictus cōdēnabitur. Si autē in decenna non fuerit, nec dominū habuerit qui aduocet eū, & patriã recusauerit, forte tūc cūm ōnia bona ei deficiant, et p hoc par sit appellatū, pcedat inter eos duellū. Et eodem modo si ad appellū p̄batoris posuerit se quis sup p̄riã de roberia vel latrocinio, vel alia feloniam ei imposita a p̄batore, & a patria fuerit inde male creditus, tūc cūm sit par p̄batori, pcedat inter eos duellū. Non enim habet felo vel latro cognoscens vocē versus aliquē fidelē, qui velit & possit se ponere sup patriã de fidelitate. Cūm autē quis latrocinium vel aliã feloniam cognouerit, et p̄bator deuenit corā aliquib⁹ qui recordū habuerint de cognitione, aut pseuerat in eadē volūtate corā iustitiariis aut nō pseuerat: si autē nō pseuerauerit, sed se retraxerit quancūq; et recordatū sit a vic. vel coronatorib⁹, vel ab alijs qui recordū habent, q̄ corā eis latrocinium cognouit, extūc habebitur p̄bator p cōuictio et p cōdemdato, ppter cognitionē. Si autē in eodē pposito corā iustitiariis pseuerauerit, vbi nūq̄ se retraxerit, tūc corā eis suã de nouo faciat cognitionē, & obliget se ad cōuincēdū tot, quot appellauerit, vt habeat vitã & mēbra, vt prædictum est: Quod quidē ei concedere nemo potest nisi ipse rex, vel iustitiarius suus de speciali pmissione, viua voce vel p breue suū quod tale est. ¶ 2. Rex iustic. salutem. Sciatis q̄ concedim⁹ vobis potestatem cōcedendi tali vitã & mēbra, qui coram vobis p̄bator deuenit, & latrocinium vel aliam feloniam cognouit, per sic, quòd faciat duellum vt conuincat quinq; vel tot, per corpus vel p patriam, ad quod se obligauit coram vobis, & secundum quod nobis significastis, vel cum pluribus, si ad hoc ipsum

sum inducere possitis Teste &c. Et quo casu vic. attachiare debet omnes appellatos, & si in hoc negligens extiterit, fiat ei hoc breue in hac forma. ¶ 3. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi, quod si aliqué habes latronem pbatorem in balliua tua qui publicè confessus fuerit latrocinium, vel aliam feloniam coram seruiante nostro vel balliuo, vel balliuis, vel alijs probis hominib⁹, & aliquos de societate appellauerit de latrocinio, roberia, morte hominis, vel alia felonia, tunc ipsos sine aliqua dilatione attachiari facias, secundum consuetudinem regni nostri, ad habendum eos coram nobis vel capitali iustitiario nostro ad summonitionem nostram, vel ipsius capitalis iustitiarij nostri Teste &c. Item aliud de eadem materia de capiendo appellatos p pbatorem & producendo coram iustitiarijs. ¶ 4. Rex vic. salutem. Præcipim⁹ tibi, quod sine dilatione capias A. què B (qui se cognoscit esse latronem) in curia nostra coram Iustic. &c. appellat de societate & latrocinio, vel alia tali felonia, & illum captum q̄ citius poteris ducas, vel venire facias coram eisdem iustitiarijs nostris apud talem locū, ad respondendum eidem B. de societate & de morte hominis, roberia, & latrocinio, vel alia tali felonia, vnde eū appellat &c. vel aliter: Præcipimus tibi, q̄ sine dilatione capias A. & ipsum captum ducas corā iustitiarijs &c. ad respondendum B (cognoscenti se esse latronem) de societate latrocinij vnde eum appellauerat, & tunc habeas ibi coram eisdem iustitiarijs sufficentem sectam de visineto tali, ad faciendam inquisitionem de predicto tali, secundum consuetudinem regni nostri: Et habeas ibi hoc breue Teste &c. Et posset huic breui bene adiungi, vt videtur: Et si idem talis propter appellum se forte subtraxerit, tunc facias illum interrogari de comitatu in coīn, donec secundum legem terræ vtlagetur. Et hoc fieri debet tantū ad sectam domini regis sine alia secta, ppter presumptionem appelli & ppter fugam. Cū autem appellatus præsens fuerit, pponat pbatore appellum suum in hæc verba.

1 ¶ Cū præsens fuerit appellatus qualiter probator proponere debet intentionem et appellum suum, et de modo defendendi. 2. Quod appellatus primo iuret per verba negativa et postea iuret appellans per verba affirmatiua. 3. Si autem defensionem non susceperit in propria persona sed excipiat et iudicium petat, si contra talem cognoscentem se esse latronem. 4. Si probator fecerit quod promisit teneatur ei conuentio et sic in sine abiuret regnum. 5. Si Comitatus vel curia alicuius petentis appellum tenuerit de probatore veniat recordum ad curiam Regis per hoc breue. 6. Item breue vic. q̄ probatorem habeat coram rege & omnes quos ipse appellauerit de societate, quia plures forte propter appellū probatoris se subtrahunt. 7. Si autem appellati venerint & sine fecerint q̄ redire possunt et esse sub plegijs. 8. Vbi quis appellatus per patriā fuerit deliberatus q̄ habeat castalla sua. 9. Breue de replegiando aliquem quem talis cepit & captum detinet. Cap. 34.

Ade N. cognoscens se esse latronem, appellat B. de morte & societate & latrocinio vel roberia, vel morte hominis scilicet ita: quod ipsi simul furati fuerunt talem rem apud talem locum, & ita quod prædictus B. habuit ad partem suam tantū, vel sic: quod ipsi simul venerunt ad domum talis, loco tali, vel in via vel alibi, & robbauerunt ei talem rem & postq̄ robbauerint eum, eū interfecerunt, & ita quod prædictus B. habuit tantum ad partem suam, & idem de receptamēto scienter, & alia felonia, et hoc

et hoc offert probare versus ipsum per corpus suum, sicut curia confiderauerit. Et oportebit probatorem certam rem exprimere, et omnes circumstantias sine variatione & mutatione aliqua, et quod cognoscat personam appellati cum fuerit in iudicium productus, quia si eum non cognouerit, praesumetur contra ipsum, quod nunquam fuerunt socii. Idem A. appellat B. de N. de societate & latrocinio vel feloniam praedicta, et ita quod ipse habuit ad partem suam tantum vel de alio latrocinio alibi factum. Et sic poterit plures appellare eodem modo de societate & pluribus latrocinij & diuersis. Et B. venit & defendit societatem, et latrocinium, roberiam, & mortem, et receptamentum, & omnem feloniam, et quicquid ei imponitur de verbo in verbum, & secundum quod ei imponitur de verbo in verbum. Et tunc si per corpus suum sine aliqua allocatione vel exceptione, quo casu, vadietur inter eos duellum, & appellatus det vadium defendendi & probator det vadium distracionandi. Et si appellatus plegios non habuerit, tunc erit gaola plegiorum vtriusque, et dabitur dies ad quem venient armati. Et cum venerint, primo intret defensor & iuret in haec verba.

¶ 2. Hoc audis homo quem per manus teneo, qui te facis appellari A. per nomen baptisterij, quod ego non sum latro, nec socius tuus de latrocinio, vel roberia, vel huiusmodi, nec tecum furatus fui talem rem, tali loco, nec aliud tale quid fecimus, sicut roberiam talem, nec ego habui ad partem meam tantum, sic me deus &c. Et postea iuret appellans per verba affirmatiua & dicet. Hoc audis homo quem per manus teneo, qui B. te facis appellari per nomen baptisterij, quod tu es periurus, & ideo periurus quia tu es latro, et socius meus de latrocinio, quia tali loco simul furati fuimus talem rem, vel talem roberiam simul fecimus, vel quid tale, et vnde tu habuisti ad partem tuam tantum, sic me deus &c. Et sic proceditur inter eos duellum, ordine supradicto obseruato. Et si appellatus victus fuerit, eodem die vadiet probator aliud duellum versus alium appellatum; sed statuetur alius dies ad pugnandum, ad quem vterque veniet armatus, et sic fiat de pluribus de quolibet post alium, et (secundum quosdam) non sufficit quod appellatus cognoscat se fuisse socium suum, vel latronem, vel aliquid conuulsum ad recreantiam, nisi dicat illud verbum odiosum quod recreantus sit, & similiter quod socius sit, et latro, licet sufficiat (secundum quosdam) quod cognoscat se esse socium, et latronem; quia non refert vtrum quid fiat vel quod tantumdem valeat. Si autem probator victus fuerit, appellatus per plegium dimittatur, propter suspicionem appellati, nisi iustitiarum propter aliquam aliam suspensionem prouiderint illum esse ulterius in prisona retinendum, quia forte indictatus est alibi per milites, et alios fide dignos, ut de termino sancti Hillarij & de termino Pasche anno regni regis H. quinto in principio rotuli in comitatu Eborum de Roberto filio Iohannis. Ibi eodem die vadiatum fuit duellum inter appellatum victorem, et alium probatorem de nouo appellantem. Si autem plegium inuenire non possit, aut regnum abiuret aut remaneat perpetuo in prisona. ¶ 3. Cum autem in propria persona, per corporis defensionem non intrauerint, poterit excipere contra probatorem, et petere sibi allocari, si debeat tali respondere qui est latro

Rr.i.

cognoscens, vel talis quod vocem habere non debeat versus fidelem hominem. Et cum ipse sit fidelis homo, et in assisa domini Regis &c. & in franco plegio, et dominum habeat qui ipsum aduocat, et tunc sic. Et B. venit & defendit societatem, latrocinium, et totum (vt supra) sicut versus eum, qui est latro & cognoscens, et ipse homo fidelis, et in franco plegio, et in assisa domini Regis, & dominum habet qui ipsum aduocat. Et quo casu, si hoc per patriam conuictum fuerit, damnabitur probator appellans & liberabitur appellatus. Si autem sic dicat appellatus simpliciter, quod defendit totum sicut versus latronem cognoscentem, et de fidelitate se ponat super patriam, si per patriam fuerit male creditus, cum pares sint in culpa appellans & appellatus, statim vadietur inter eos duellum. Et eodem modo cum fuerit requisitus appellatus, si fuerit in franco plegio, et in assisa domini Regis, vel si fuerit dominus qui ipsum aduocat, nec sit aliquid boni quod pro se habeat, statim vadietur duellum, cum omnia bona ei defecerint. Item si appellatus alias reatus fuerit de maleficio, vel indictatus per milites, et villatas, et legales homines, qui presentes fuerint et hoc testentur. Item si alias ab alio probatore appellatus fuerit propter tales suspensiones, vadietur duellum. Et eodem modo, si cum probator primum appellatum deuicerit, fiat de alijs appellatis omnibus, sicut de primo. ¶ 4. Cum autem probator fecerit quod promisit, teneatur ei conuentio, quod vitam habeat & membra, sed in regno remanere non poterit, etiam si velit plegios inuenire. Si autem probator victus fuerit antequam duella sua perfecerit, vel mortuus casu, vel morte naturali, alij qui appellati sunt ab eo & non conuicti, propter suspensionem appelli probatoris remaneant sub plegio, ad standum recto si quis versus eos loqui voluerit, et si plegios inuenire non possint, abiurent regnum. Si autem appellati forte per appellum se retraxerint, et mortuo probatore redire voluerint, cum propter appellum & propter fugam magis suspecti habeantur si redierint, capiantur, nec sint per plegium dimittendi, nisi ex speciali precepto domini Regis, et tunc fiat de eis, secundum quod superius fit de alijs. Si forte contingat quod aliquis in curia sua, vel com, vel iustitiarius, nisi ad hoc fuerit specialiter datus, appellum tenuerit de probatore, com, et curia erit in misericordia, et iustitiarius redarguendus. Et si in curia baronis hoc factum fuerit, summonetur recordum per hoc breue.

¶ 5. Rex vic. salutem. Ostensum est nobis, quod cum quidam talis captus sit in comitatu tuo cum latrocinio, vel infra libertatem talem, & cognouit latrocinium & probator deuenit, et plures appellauerit de societate & latrocinio, comitatus, vel balliui de tali hundredo, vel de tali curia, vel tales milites & liberé tenentes de eodem hundredo, vel eadem curia, tenuerunt querelam illam, et appellum de eodem probatore audiuerunt, et ita quod per appellum illud, tot homines damnati fuerant in prefato hundredo vel curia, sine precepto nostro, & sine warrato, quod inde haberent. Et ideo tibi precipimus, quod assumptis tecum pbris hominibus, & custodibus placitorum coronę nrę, sine dilatione conuenire facias predictum hundredum, & predictam curiam, et illos coram quibus appellum illud deductum fuit & coram vobis fieri faciatis recordum illud, qualiter appellum illud deductum fuit in predicto hundredo vel curia, et qualiter idem probator predictos homines

mines appellauerit, et per quæ verba, et qua occasione prædicti homines damnati fuerunt, & recordum illud habeas coram nobis ad talem terminum, sub sigillo tuo, et sub sigillis prædictorum custodum, et per quatuor legales homines ex illis, qui recordo illi interfuerunt. Et statim probatorem illum recipias a balliuis illis, et saluò custodias, & illum habeas coram nobis vel iustitiarijs nostris &c. et omnes illos quos de societate appellauerit & latrocinio, ad respondendum eian prædicto appello, vnde eos appellat. ¶ 6. Sunt nonnulli, qui per appellum probatoris se subtrahunt, et quandoque propter aduentum iustitiariorum, p. indictamento & malo recto, & eo quòd male crediti sunt in itinere per milites & villatas. Et vnde cum propter duplicem suspensionem, scilicet propter appellum & sacramentum militum, & fugam, non sunt per plegium dimittendi si redierint, sed in prisona retinendi, donec Rex inde præceperit voluntatem suam, vnde sunt quidam qui finem faciunt cum Rege, antequam redeant, vel cum fuerint in prisona. Et idè fiat vicecom breue de talibus in hac forma. ¶ 7. Rex vic. salutem. Scias quòd talis finem fecit nobiscum, p. tali, vel sic: Scias quòd finis factus est nobiscum pro tali, qui est in prisona nostra, vel aliter: Scias quòd finis factus est nobiscum coram Iustitiarijs nostris, qui vltimò itinerauerunt in comitatū tuo, sicut ipsi iustitij nostri recordantur, pro A. qui redatus fuit coram eis de burglaria & male creditus a xij. militibus & villatis, vel qui fugit propter appellum probatoris: quòd redire possit & esse sub plegio, ad standum recto si quis versus eum loqui voluerit. Et idè tibi præcipimus, quòd si prædictus A. redierit, et tibi plegium inuenerit ad standum recto in aduentu iustitiariorum de eodem recto, si quis versus eum loqui voluerit, tunc ei inde pacem habere permittas. Item si aliquis redatus de roberia, vel alio maleficio deliberatus fuerit per patriam, fiat breue vicecom de deliberandis catallis suis in hac forma. ¶ 8. Rex vicecom salutem. Scias quòd A. quem B. in curia nostra &c. appellauit de pace, et plagis, & mahemio, per testimonium visneti sui deliberatus est, et quietus clamat, sicut ille qui non fuit inde culpabilis: et idè tibi præcipimus, quòd omnia catalla ipsius A. quæ tu cepisti, vel talis balliuis tuus occasione prædicti appelli, et captionis prædicti A. eidem A. sine dilatione reddi facias, et ei firmam pacem nostram habere permittas. Est & aliud breue de materia ista, quod est generale de dimittendo ipsos per plegium nisi in casibus exceptis. ¶ 9. Rex vicecom salutem. Præcipimus tibi quòd iuste & sine dilatione replegiari facias talem, quem talis ceperit & captum detinet, nisi captus sit per speciale præceptum nostrum, vel capitalis iustitij nostri, vel pro morte hominis, vel foresta nostra, vel pro aliquo alio recto quare secundum legem Angliæ non sit replegiadus, ne amplius &c. pro defectu iustitiæ &c. Teste &c.

¶ Quod nemo potest curiam suam habere de probatore vel latrone cognoscente. Item quæ placita pertineant ad curiam et quæ ad Comitatum & de libertatibus singulorum.

Cap. 35.

Rr. ij.

Dictum

Dictum est supra quod nemo potest habere curiam suam de pbatore et latrone cognoscente, videamus igitur que placita pertineant ad curiam et que ad comitatum. Sunt enim quidam barones et alij, qui libertatem habent, scilicet Sok, Sak, Tol & Team, **Infangenthes**, **utfangenthes**. Isti possunt iudicare in curia sua, si quis inuentus fuerit infra libertatem suam seysitus de aliquo latrocinio manifesto sicut **Hondhabend** & **Bacherend** et insecutus fuerit per **Saccabor**, quia nisi fuerit in seysina, licet aliquis sequatur versus eum sicut versus latronem, non pertinebit ad curiam, **hundreda**, vel **wapentakia**, cognoscere de huiusmodi furtis, nec inde facere inquisitionem per patriam, vtrum talis qui non fuerit seysitus culpabilis sit vel non. Nec quod vadietur inter aliquos duellum ante seysinam. De hoc quod dicit **Infangenthes** videndum est quid sit. Et dicitur **Infangenthes** latro captus in terra alicuius, de hominibus suis proprijs seysitus latrocinio. **Utfangenthes** vero dicitur latro extraneus, veniens aliunde de terra aliena, et qui captus fuit in terra ipsius qui tales habet libertates. Sed non sequitur, quod ille posset hominem suum proprium, captum extra libertatem suam, reducere vsque infra libertatem suam & ibi eum iudicare ex tali libertate. Debet enim quis iuri subiacere vbi delinquit. Proprios enim latrones & alienos, infra libertatem suam captos, iudicare possunt. Item cognoscere possunt de medletis & hominibus verberatis, vulneratis, nisi feloniam & pax Regis vel vicecomitis non apponitur. Poterit tamen apponi pax domini regis & balliuorum. Item de equis, bobus, & alijs animalibus vulneratis, & mahematis. Talis quidem transgressio emendari poterit per vicinos. Item cognoscere possunt de debitis que exiguntur sine breui domini Regis & etiam de alijs que relaxantur sine breui. Ad vicecomites vero pertinent huiusmodi placita in comitatu. Cognoscere quidem potest de medletis, plagis, verberibus, et consimilibus pro defectu dominorum, nisi querens adijciat de pace domini Regis infracta, vel feloniam apponat, extunc enim se vicecomes non debet intromittere, cum hoc tangat personam ipsius domini regis & coronam suam. Et ideo coronatores querelam illam siue appellum irrotulare debent, annum & diem & locum, & omnia verba appelli per ordinem, et omnes circumstantias vt supra de appellis vsque ad aduentum iustitiariorum. Sed si tantum agatur de pace vicecomitis, non erit ibi amissio vite vel membrorum, sed sequitur poena pecuniaria de conuictis. Potest quidem vicecomitē tenere plura placita que non sunt ex officio vicecomitē, sed vice ipsius regis, et ex causa necessaria, non sicut vicecomitē sed sicut iustitarius Regis, si hoc ei specialiter demandetur quod iuratam capiat, et inquisitiones faciat, extensiones & partitiones, licet in quibusdam iudicium reddere non possit. Item habet ex speciali mandato regis, non ex officio vicecomitē, vbi mandatum habet quod iusticiet aliquem, et quo casu, videretur quod omnia habere debeat vt iustitarius, sine quibus placitum illud terminari non possit. Habet etiam vt Iustitarius & non ex officio vicecomitē, quod cognoscere potest de auerijis captis, et detentis, contra vadium & plegium, quod quidem placitum pertinet

pertinet ad coronam, et quod ei ex necessitate conceditur ad terminandum ratione inferius dicenda. Item pertinet ad ipsum cognoscere de assis in regno statutis, et iuratis per regnum, si fuerint seruatae vel non, sicut panis & ceruiciae, et falsis mensuris quae pertinent ad coronam, & de quibus attachiamenta facere potest, simul cum coronatore vsque ad aduentum iustitiariorum. Item pertinet ad vicecom̄ visus franciplegij in turnis suis duobus, singulis annis, per hundreda, wapentakya faciendis, & idè qualiter debent fieri turni videndum est.

1 ¶ De minoribus et leuioribus criminibus quae civiliter intentantur. 2. Qualiter quis patitur iniuriam propter suos. 3. In quibus casibus serui habent personam standi in iudicio contra dominos suos. 4. Quod atrociniuria estimatur multis modis
Cap. 36.

Dictum est supra de maioribus criminibus, et appellis quae criminaliter intentantur, et aliquando vltimum inducunt supplicium, aliquando membrorum truncationem, aliquando exilium perpetuum, vel ad tempus. Nunc autem dicendum est de minoribus et leuioribus criminibus, quae civiliter intentantur, sicut de actionibus iniuriarum personalibus, et pertinent ad coronam, eo quod aliquando sunt contra pacem domini Regis. Videndum igitur quid sit iniuria, et sciendum quod iniuria est, quicquid non iure fit, et vnde supra in parte dicitur, quod si quis interfectus fuerit, videndum erit an iniuria interfectus sit, vel sit talis qui nullo iure occiditur. Igitur qui latrosem occiderit, non tenetur, nocturnum vel diurnum, si aliter periculum euadere non possit, tenetur tamen si possit. Item non tenetur si per infortunium, & non animo & voluntate occidendi, nec dolus, nec culpa eius inueniatur, de quo supra dictum est, & de gratia principis cum eo mitius agitur hoc probato. Non iure occiditur quis, vt si in assultu praemeditato, & in feloniam, & animo occidendi fuerit quis interfectus, ob iram et cupiditatem. Item si quis vnum percusserit et occiderit, cum alium percutere vellet in feloniam, tenetur. Item si cum leuius credidit percussisse, grauius percusserit et occiderit, tenetur, debet enim quilibet modum et mensuram adhibere in suo facto. Et est iniuria talis quae inducit vltimum supplicium, cum criminaliter agatur. Est et alia quae non nisi poenam pecuniariam tantum, et quandoque eandem poenam cum carceris inclusione, secundum facti qualitatem fit autem iniuria non solum cum quis pugno percussus fuerit, verberatus, vulneratus, vel fustibus cesus, verum cum ei contumeliam dictum fuerit, vel de eo factum carmen famosum et huiusmodi. ¶ 2. Patitur autem iniuriam quis, non solum per seipsum, sed etiam per alios quos habet in potestate, sicut per liberos suos, et vxorem suam. Vir autem agere poterit de iniuria facta vxori suae, sed non e contrario. Defendi enim vxorem a viro, non virum ab vxore dignum est. Item iniuriam patitur quis, per illos quos in familia sua habuerit, sicut seruientes suos et seruos, si pulsati fuerint, et verberati in contumeliam suam, vel quatenus sua interfuit operibus eorum non caruisse.

¶ 3. De

¶ 3. De plagis vero & verberibus sibi factis, habent ipsi actionem & non dominus, habent enim serui personam standi in iudicio contra omnes de iniurijs sibi factis, contra pacem domini Regis, & multò fortius seruientes. Habent etiam serui personam standi in iudicio contra dominos suos, de seditione domini Regis, et alijs quæ fiunt contra personam eius, quia ibi admittitur quilibet de populo, & contra dominum suum de atroci iniuria, vbi agitur de vita vel membris vel roberia. Poena autem iniuriarũ, quandòq; erit corporalis, quandòq; pecuniaria, & si fuerit pecuniaria, & certa, et in iudicium deducta, tunc erit a iudice taxanda, cum sit omne interesse incertum, et quandòquè minuitur, cum sit in iudicium deducta, secundum qualitatem delicti & personæ cui iniuriatur, nunquam tamen crescere debet de iure. ¶ 4. Est quidem iniuria leuis, & est atrox, atrocitas vero estimatur ex ipso facto, vt si quis fuerit male vulneratus, verberatus, et male tractatus contra pacem. Item ex loco, si in curia domini Regis, vel dominorum; si coram iustitiarijs, vel in comitatu coram vicecomite. Item si in theatro, in nundinis, vel in foro, vel alibi coram omni populo. Item locus vultus, vt si in fronte, vel in oculo magis quàm in loco secreto. Item ex persona estimatur iniuria, vt si magistratibus, vel balliuis fiat, parentibus, vel patronis. Item non solum tenetur actione iniuriarum, qui fecit iniuriam (hoc est) qui percussit, sed ille qui dolo fecit, vel qui dolo procurauit, vt alicui maxilla pugno percuteretur. Hæc autem actio per dissimulationem aboletur. Et ideo si quis iniuriam passus, hoc statim ad animum non reuocauerit, postea ex poenitentia remissam iniuriam per dissimulationem ad animum recolligere non poterit.

¶ De verito namij. 2. Si verito capto fuerit iusta. 3. Si querens queratur de vtraque captione & detentione. 4. Si dominus post legem radiatam defaultam fecerit. 5. Quod non potest quis aliquid deducere de recordo aduersarij. 6. De officio vicecomitis. 7. Breue de attachiando quare cepit aueria & fugauit extra comitatum. 8. Cum vice, vel seruiens Regis visum habuerit de auerijis captis sine impedimento. 9. De responsione captoris quod iuste, quia in damno suo. 10. Si lex radiatur ex vtraque parte ita quod querens dicat quod iuste. 11. Item si captor dicat quod iuste. 12. Si seruiens alicuius cepit aueria alicuius in absentia domini sui. 13. Cum aueria alicuius semel fuerint per iudicium deliberata & iterum capta, breue q. deliberentur. Cap. 37.

Detentio Namij pro districtione facienda, pertinet ad coronam domini Regis, et vix conceditur alicui terminandum, præterquam ipsi domino regi, vel iustitiarijs suis. Sed quia placitum istud dilatione non capit, propter animalia mura, et propter damnum quod euenire posset, si diu detineretur inclusa, donec placitum de verito Namij terminaretur, ideo placitum de verito namij vice conceditur terminandum, hæc necessitate, quod quidem non habet ex officio vice. sed sicut iustitiarius domini Regis. Et eodem modo non erit aliquis, qui huiusmodi libertate clamare possit, vt de iure sibi ipsi competentem, sed vt iustitiarius domini regis, & de speciali concessione Regis, et nisi hoc habeat, tueri non poterit.

rit aliquo tempore longo. Item cū quis talem habeat libertatem, refert vtrum aueria deliberata fuerit per breue domini Regis ad querelam factam Regi, vel sine breui regis ad querelam factā imediatē vicecometi ad hoc quōd quis habeat curiam suam de huiusmodi placito, si curiā petat: cū in iustitia faciēda negligens non extiterit. Omniaverō quę contingere possunt circa huiusmodi placitum, consistunt et versatur circa duo, vz circa captionem et detentionem cōtra vadium et plegium; et est omnis captio iusta vel iniusta. Si autem iusta sit captio, vz pro seruitio detento ab aliquo qui seruitium illud cognoscit, tūc poterit ille qui capit, cognoscere captionem illam, nec in tali captione deliquit. Sed si aueria taliter iuste capta, contra vadium et plegium fuerint detenta, cū petita fuerint per vadium et plegium, prestita securitate de seruitio faciēdo cum arreragijs, vel si alia occasione capta fuerint sicut pro damno facto, vel iniuriis vel debitis, vel aliis, quę terminari possunt sine breui domini regis iusta poterit esse captio, et iniusta detentio; primō agatur de captione, quia nunquam forte capta, vel si capta fortē iustē vel iniustē, nūquam fuerūt petita per vadium et plegios, vel si petita, non venit ad curiam domini sui ad standum recto, et ita quōd iterum capta. Item si pro damno capto, disputari poterit vtrum capta fuerint in damno vel extra. Tunc de veniendo ad curiam et parendo iuri, et hoc conuictum sit in comitatu, tunc ille qui cepit erit in misericordia vicec. et aueria sic capta deliberabit vicali modo, quōd ille cuius aueria sunt, veniat ad curiam domini sui ad rationabilem summonitionem, et ad certum diem, responsurus de seruitio suo quod cognoscit, et de arreragijs seruitij illius. Et in hoc casu, oportet quōd dominus defendat detentionem vel concedat; si autem concedat detentionem iniustam, planum est quod ex hoc sequitur: Si autem defēderit detentionem iniustam, et querens sectam habeat statim ad manum, quę examinata in omnibus concors fuerit; et quōd omnia facta fuerunt sub eorum præsēntia, tūc vadiabit defēdens legem se duodecima manu, in qua si defecerit, incidet in manum vicecomitis, sicut in primo casu, et restituet querenti damna sua, quę habuit per illam detentionem. Si autem legem fecerit dominus, tunc quietus recedet, et querens in misericordia, sed nulla damna recuperabit, et returnabit domino aueria capta, Et querens aut satisfaciāt domino statim de seruitio suo, aut replegiare faciat aueria sua vsquē ad certum diem, ad quem faciet ei id quod de iure facere debet. Sed quid si postea cū fuerint retornata petantur per vadium & plegium, et tunc sint vetita? videtur quōd deliberari debent vt prius. ¶ 2. Si verō captio fuerit iniusta sicuti pro seruitio, quod tenens non cognoscit, et de quo sine præcepto domini Regis respondere noluerit, tunc oportet quōd ille qui aueria ceperit, respondeat de iniusta captione, siue illa detinuerit iniuste cōtra vadium & plegium, vt supra, siue non. Et hoc, si querens doceat per certa iudicia, et sectam sufficientem, quōd capta fuerit pro seruitio quod non cognoscit, quia cū quis dedixerit seruitium quod petitum est, siue debitum sit & solutum siue non, cū in placito illo, per breue domini Regis peruenire possit ad duellum, vel magnā assisam, manifeste patet quōd nullus liber homo de tali

tali seruitio tenetur respondere sine breue domini regis, non magis quã de libero tenemento suo. Sed quid si dominus recenter fuerit in seysina de seruitio de quo cõtenditur, nunquid poterit tenens illud dedicere? Bene poterit (vt videtur) licet solum, debitum vel indebitum. Tu dic, quòd si dominus fuerit in seysina seruitij, pro quo distringitur, per nãmum querentis, et hoc possit verificari per patriam, tenens non poterit illud seruitium sic dedicere, quin inde capiatur inquisitione. s. de seysina recenter per manum tenentis. Si tenens huiusmodi seysinam dedixerit, & inquisitione pro domino faciente, querens erit in misericordia, et aueria capta returnabit domino, quia in huiusmodi casu, perueniri nõ potest ad duellum nec ad magnam assisam, propter seysinam recentem. Si autẽ cõuictum sit per inquisitionem, quòd dominus non fuerit in seysina seruitij per manum tenentis, pro quo recognouit districtionem, tunc dominus erit in misericordia & querens recuperabit damna sua, et aueria sua deliberata remanebunt, & dominus sibi prouideat per breue si voluerit, pro huiusmodi seruitio recuperando, vbi perueniri poterit ad duellum vel magnam assisam. Idem erit dicendum si tenens moriatur & dominus fuerit in seysina seruitij, p quo districtionem fecit anno & die quo tenens suus fuit viuus & mortuus, si hæres tenentis postmodum velit huiusmodi seruitium dedicere, cùm dominus p eodẽ distrinxerit. ¶ 3. Si autem tenens conqueratur de iniusta captione, et iniusta detentione simul & semel, bene poterit vtramq; iniuriam si velit prosequi, et per eosdem testes, et per eandem sectam, et si fuerint concordēs, et idonei, & sufficientes, ponere poterit captorem & detentorem ad legem si voluerit, & vadiata lege, habebit diem ad faciendam legem, vsq; ad proximum com, ad quem poterit vterq; se effoniare si voluerit. Et si ad diẽ legis faciendæ defuerit aliquis de xij. vel si contra prædictos excipi possit, quòd non sunt idonei ad legem faciendam, eo quòd villani sunt, vel aliàs idonei minus, tunc dominus incidet in misericordiam, & damna restituet sicut prius. Et contingit multotiens quòd dominus potest saluò defendere detentionẽ contra vadium & plegium, sed non iniustam captionem, & quo casu, vterq; cadet in misericordiam vicec. tam dominus quàm tenens, dominus propter iniustam captionem, et tenens pro falso clamore de iniusta detentione. ¶ 4. Si dominus post legem vadiatam defaltã fecerit, distringendus erit quòd veniat ad proximum com, auditurus iudicium suum de defalta, ad quem com siue venerit siue non, debet tenens habere aueria sua deliberata, eo quòd dominus defecit in lege sua facienda, et post talem districtionem, nullum habebit reus effonium in odium defaltæ quam fecit, nec possit dedicere com, per aliquem audientem & intelligentem, q̄ ipse legem non vadiauit, cùm in hoc casu habeat comitatus recordum, sicut in alijs pluribus casibus, quia si hoc facere posset, eadem ratione dedicere posset quilibet contra recordum comitatus de viso petito, et warranto vocato, & cognitionibus, & attachiamentis, & huiusmodi, & inde sequeretur quòd nullum placitum terminaretur in comitatu. Hoc tamen videtur esse contra eos, qui dicunt quòd com non habet recorda, cui cõtradici non possit per vnum audientem & intelligentem. ¶ 5. Ad quod notandum,

notandum, quòd nullus potest in comitatu vel alibi aliquid dedicere, de recordo aduersarij sui, nec de recordo illò aliquid augere vel diminuere; ad damnũ ipsius aduersarij sui: quia si hoc, sic sequeretur inconueniẽs, quòd quicquid boni aduersarius suus diceret pro se, amouere posset, & in peius conuertere. Sed de recordo suo proprio in comitatu recitato inde augere poterit vel diminuere, sed totum dedicere non potest, nec ea quæ sunt de substantia negotij, vel principalia cum captione aduersarij, verbi gratia. Sit qui petat quandam terram de seysina antecessorum suorum, p verba duellum facientia & nominauerit tempus regis Richardi, et quòd expletia cepit ad valentiam viginti solidorũ, hoc ad alium comitatũ dedicere potest, & dicere quòd petijt de seysina antecessorum suorũ de tempore regis I. et ita mutare quod petijt de tempore regũ Richardi et Iohãnis simul & ita addere vel augere; et quòd expletia cepit ad valentiam quinque solidorũ & sic minuere; et statim hoc probare debes per vnum audientem, et intelligentem, qui incontinenti paratus sit hoc probare p corpus suum si curia considerauerit. Et sic poterit quis pprium recordum mutare, augere, et minuere, quia ex hoc nullum damnũ habebit aduersarius, quia non sunt multum de substantia negotij. ¶ 6. Officiũ vero vic. est, si quis conqueratur de iniusta captione, vel iniusta detentione contra vadium et plegium, quòd cũ breue domini regis superuenierit & receperit, quod tale est. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi, quòd sine dilatione replegiare facias tali aueria sua, quæ talis cepit et iniuste detinet vt dicit, et postea eum inde iuste deduci facias ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu iustitiæ Teste &c. vel etiam ad querelã alicuius sine breui (accepta prius ab eo securitate de prosequendo) in ppria psona sua, si ad hoc intendere possit, accedat vic. ad locum vbi aueria detenta sunt, vt dicitur, vel si ipse vic. non possit, mittat seruientem suum, & statim cũ venerit, petat visum de auerijs illis vbicunq; inclusa fuerint, & si sit aliquis contradictor vel qui velit contradicere quòd inde visum habere non possit, vel ppter hoc in eum manus violentas iniecerit, statim leuet huthesium & clamorem, & cum huthesio & clamore capiat delinquentes, sicut illos qui sunt manifestè contra pacem domini regis, et ingaolam projiciat, quousquẽ dominus rex inde præceperit volũtatem suã; et aueria capta deliberet si inueniantur: si autem inueniri non possũt, eo quòd alibi fugata sunt forte, vel extra com̃ in fraudem, et captor terrã habuerit in com̃ & catalla, capiat seruiens domini regis de auerijs illius in duplum, & illa detineat, donec aueria sic abducta reducantur. Sed quid si captor nullam terram habuerit in com̃ nec cattalla, quid agendum erit: cũ potestas vic. non extendatur vsq; ad alium com̃, et hoc fiat in fraudem ad impediendam vic. potestatem, tunc reuertendum est ad potestatem regis & fiat tale breue. ¶ 7. Rex vic. salutem. Quia A. fecit nos securos, vel aliter. Si A. fecerit te securũ de &c. Pone p vadiũ & saluos plegios B, quòd sit coram iustitiarijs &c. apud westm̃ tali die, ostensurus quare cepit aueria ipsius A. in com̃ tali, vbi idem B. non habet terras nec tenementa, licet habeat feoda, et ipsa fugauit a prædicto com̃ tali, vsq; ad com̃ tuum in fraudem extra potestatem vic. nostri talis, et ibidem ea detinet

Sf. i

tinet

Lib.iii. De Corona.

tinet contra pacem nostram, ut dicit. Eodem modo fiat breue, si hoc fecerit ad grauamen tenentis sui. Cū in comitatu vbi tenens degerit feodum habuerit & curiam capitalē, ad quā tenēs sectam debuerit, cū hoc faciat de voluntate & in fraudem, & non de necessitate pro defectu curiæ, & tunc sic: ostensurus quare cepit aueria ipsius A. in comitatu tali vbi idem B. terras habet & tenementa & curiam capitalem & ipsa fugauit &c. vt supra. Si autem hec fecerit ex necessitate & pro defectu curiæ, nō erit hoc ei imputandum. ¶ 8. Cū autem vicecom̄ vel seruiens regis visum habuerit de auerijꝫ captis, sine impedimento & contradictione, statim faciat ea deliberari querenti, & statim det vtrique eorum diem ad proximum comitatū, vt ille qui cepit aueria, quorum captio dedici non poterit contra recordum vicecom̄ vel seruiens, siue iusta fuerit siue iniusta, ostendet rationem quare illa iustē cepit, & tunc ille qui petit doceat, si possit, quōd iniustē. Ad quem comitatū nullum de iure competeret captori essonium, cū iniusta captio & detentio contra vadium & plegium, dici poterit quædam roberia, contra pacem domini regis, etiam plus quā noua disseysina. Cū vero vterque præsens fuerit in comitatu, tunc dicat captor quōd iustē cepit, et per considerationem curiæ suæ, pro seruitio quod idem querens & tenens suus ei debuit, & ei iniuste detinuit, & inde poterit vocare curiam suam ad warantum si voluerit, et bene defendat, quōd illa nunquam detinuit contra vadium et plegium. Ad quod querens respondere poterit, quōd illa iniustē cepit et detinuit, quia cū ad curiam ipsius captoris domini sui, summonitus esset ad respondendū ei de seruitijs et consuetudinibus, ipse respondit quōd nullum seruitium ei tale debuit, et iudicium petijt, si debuit inde respondere sine breui et præcepto domini regis, de sicut hoc tetigit liberum tenementum suum. Et super hoc nihilominus cepit idem dominus suus aueria sua, et eū distrinxit pro seruitio suo, quod non cognouit: et cū aueria sua peteret deliberari quietē, illa noluit deliberare, et inde producat sectam suam sufficientem, scilicet probos homines, qui præsentem fuerint in curia, et qui bene examinati, si concordem inueniantur, tunc sumoneatur curia, quæ si cū venerit concordans fuerit cum secta, tunc refert vtrum captor distractionem fecerit per iudicium curiæ, vel propria voluntate. Si autem per iudicium curiæ, tunc erit curia in misericordia pro falso iudicio, et aueria remanebunt deliberata. Si autem de propria voluntate, et curia sua ei defecerit de waranto, tunc erit ipse in misericordia, et remanebunt aueria deliberata. Sed quid si curia recorderetur, quōd querens seruitium petatum recognouit in curia ipsa, et iudicium aduocet, et quōd iusta fuit captio propter cognitionem, tunc querens recordum illud dedicare poterit, et cognitionem contra recordum curiæ. Esto quōd in curia domini nullum fuit placitum de seruitio, sed immediate peruenta est querela ad vicecomitem de iniusta captione, et quo casu, si dñs cognoscat q̄ iustē cepit et p̄ seruitio suo, vt prædictū est, tunc aut querens omnino dedicit seruitiū illud, et q̄ illud nūquā fecit, vel cognoscit q̄ illud aliquando fecit sed tamē iniustē, quia chartā habet quæ ipsum inde acquietat. Si autē omnino dedixerit, tūc q̄ com̄ nō habet potestā vlti⁹ cognoscendi,

cendi, nec iudicare poterit vtrum seruitium debitum sit vel non, remaneant aueria deliberata, & dominus sibi perquirat, quod faciat ei seruitia & consuetudines quæ ei facere solet, si recenter fuerit in seysina propter seysinam recentem. Et quo casu, recuperabit omnia damna sua, quia agit tantum de possessione. Si autem de lóginqua & remota seysina, tunc dicatur, quæ ei facere solet & debet, vt vtrumq; ius, tam possessionis q̄ proprietatis in iudicium deducatur per breue de recto, vbi nulla damna recuperabit. Si autem cognoscat querens, quod aliquando fecit ei seruitium sed iniuste, tunc quia cognoscit seysinam domini, iustam vel iniustam, retormentur aueria, donec satisfecerit domino de seruitio quod cognoscit, propter seysinam, licet dominus ius non habuerit, & querens sibi perquirat breue, quod dominus non exigat ab eo seruitium & consuetudines quæ ei facere non debet, eo quod illa de iure facere non debet, & ideo si seysina illum grauat, liberabit ipsum actio super iure. Item cognoscere poterit captor, quod aueria iuste cepit, quia cum habeat fundum suum liberum, ita quod nec ipse querens nec alius communiã in eadem habere possit, nec aliam seruitutem, & cum idem querens immisisset aueria sua, cum ius non haberet immittendi, & pluriẽs esset ei prohibitum ne immitteret, ipse nihilominus immisit contra prohibitionem, & ita cepit aueria sua iuste, paratus ei illa restituere si velit ab huiusmodi iniuria abstinere, quod quidẽ facere penitus recusauit, nec voluit aueria sua tali modo recipere. Ad quod querens, quod iniuste, quia ipse ibi communiam habere debet, et semper habuit, & hoc paratus est docere, vbi, & quando &c. Et ex quo noluit illa quietẽ sine plegio dimittere, ideo noluit tali modo plegium inuenire. Et quia comitatus non habet potestatem procedendi vterius, remaneant aueria deliberata, & si querens vti voluerit cum ius non habeat, si dominus aliter se defendere non poterit, habeat breue contra ipsum de noua disseysina de libero tenemento suo, & si querens ius habeat vtendi & dominus eum non permittat, habeat breue versus dominum de communia pasturæ suæ. ¶ 9. Dicere etiam poterit captor, quod iuste cepit aueria sua, quia illa inuenit in damno suo, & secundum legem & consuetudinem regni imparcauit illa, donec damnum suum ei esset emendatum, & non alio modo. Et ipse querens noluit damnum emẽdare nec securitatem dare, vel nec illa vnquam petijt p vadium nec p plegium, vel si petijt, oblata fuerunt ei tali modo, vt prædictum est, & non alio, & inde producat sectam. Et si querens hoc precisẽ negauerit, defendat se p legem suam, vel si dicat, quod si prædicta occasione captã fuerunt & iuste, tamen detenta fuerunt iniuste cõtra vadium & plegium, quia ille querens venit ad ipsum captorem cum probis hominibus, & coram eis paratus fuit ei emendare damnum suum p visum eorundem, & ipse hoc recusauit, et nihilominus aueria sua detinuit iniuste contra vadium et plegium. Et si inde habuerit bonam sectam et sufficientẽ, ille captor, si hoc precisẽ defenderit, contra vadiet legem, et sic ex vtraquẽ parte poterunt leges vadiari. ¶ 10. Item si querens dicat q̄ iniuste cepit aueria sua, quia nulla damna ei fecerunt, nec cum obtulisset ei satisfacere de danis, aliquod danum ei ostendit, tunc oportet q̄ captor sectam producat

Sf. ij. suffici-

Lib.iii. De Coronâ.

sufficientem, quòd illa cepit in damno suo, & ideo iustè: vel pro seruitio suo recognito, et iniustè detento. Si autem ad seruitium responderet querens, cū illud recognouerit, & aueria iniustè capta sunt, quia totum fecit seruitiū, ita quòd nihil ei a retro est, si inde habeat sectam sufficientem, quæ sufficiat ad probationem, iniusta erit captio, nec se defendere poterit captor per legem. ¶ 11. Itē dicere possit captor, quòd iustè cepit quia quidam talis questus fuit de querente de tali iniuria, sicut de verberibus et sanguine effuso, vel de tali debito sine breui. Et vnde talis summonitus fuit, quòd esset ad certum diem in curiā suā inde responsurus, ad quem diē ipse non venit, nec se essoniauit, & vnde per considerationem curiæ meę districtus fuit, quòd esset ad alium diem. Et ad quem diem non venit & ita quòd aliās per considerationem curiæ præceptū fuit quòd aueria primò capta retinerentur, & plura caperentur, & ita per iudicium curiæ iustè capta fuerunt, et non detenta iniustè contra vadium et plegium, quia nūquam petita fuerunt, vel sic: Cū primò post summonitionem capta essent aueria pro default ipsius querentis, et petita per plegium, ei deliberata essent per sic, quòd veniret ad alium diem rationabilem inde responsurus, et nisi veniret, quòd aueria retornarentur, et ad diem illum non venit, et retornata fuerunt aueria per defaultam suam, et ita iustè capta. Ad quæ respondeat querens, quòd iniustè et tali ratione (quam dicat si sciat) Et sic iustè capi possunt aueria vel iniustè, assignata ratione: quia sepe inquirendum erit, qua occasione capta fuerunt, et si iustè siue iniuste capta fuerunt, tamen contra vadium et plegium denegari non debent, dum tamen ille cuius fuerint, paratus sit facere quod de iure facere debet. Et notandum quòd iniusta captio emendari poterit per vicinos, iniusta autem detentio non, quia hoc est manifestè contra pacem domini regis, et contra coronam suam. ¶ 12. Sed quid si seruiens alicuius in absentia domini sui ceperit aueria alicuius tenentis domini sui, & ipse tenens conqueratur de seruiente quòd aueria sua iniuste cepit, & contra vadium & plegium detinuerit, & seruiens ille curiam domini sui vocauerit ad warrantum, & curia ei warrantizauerit de seruitio quod non recognoscit: seruiens liberabitur, & curia de facto suo respondebit. Sed nunquid poterit curia sine domino respondere, cū seruitium tangat ipsum dominum? immo: ita quòd iudicium emendetur. Si autem aueria capiantur per seruientem sine iudicio curiæ, & postea petita fuerint ab ipso domino, cū præsens fuerit, & ipse ea vetuerit per vadiū et plegium, vterq; tenebitur, vt videtur, vnus de captione, & alter de vetito namio. Et licet dominus ipse aduocauerit captionem seruientis, seruientem non liberat, sed onerat seipsum, & vterq; tenetur de facto seruiētis: seruiens, quia cepit, & dominus dupliciter, quia aduocat factum seruientis, & quia vetat. Itē sunt qui dicunt, quòd non tenetur quis respondere de vetito, antequam conuincatur captio iniusta; ad quod dico, quamuis captio iusta vel iniusta, tamē vetitum semper erit iniustum, aliud tamen erit si captio omninò nulla, quia vbi nihil omninò captum, nihil erit ex eo quod sit vetitum. Item etsi captum, tamen nihil petatum, & si nihil petatum, tunc non erit aliquid vetitum. Item esto quòd nihil actum sit per curiam, nec per dominum curiæ, sed

sed tantum per seruientem, vt si seruiens sine domino vel sine curia talli-
 auerit tenentes domini sui, sicut villanos qui sunt liberi, vel dicant se esse
 liberos forte, cum sint serui, & postea cum inde autoritate propria fece-
 rit distinctionem, et aueria ad querelam tenentium fuerint deliberata per
 vicecom ad vadum & plegium & querela facta sit tantum de seruiente
 sine domino, queritur an seruiens respondere possit vel debeat sine do-
 mino, & rem iudicium deducere sine eo? quo casu, inquirendum erit a
 domino, vtrum factum seruientum suorum aduocauerit vel non, si au-
 tem non, tunc poterit dominus hoc emendare, quod si aduocauerit vel
 non emendauerit, facit iniuriam illam suam propriam, si ibi fuerit iniu-
 ria. Et cum aduocauerit poterit descendere ad inquisitionem de talla-
 gio, vtrum iuste petatur vel iniuste, maxime si loquela posita fuerit in cu-
 ria domini regis. Casus de petro de Sabaudia, & tenentibus suis coram
 consilio domini regis apud westmonasterium ad scaccarium anno regni re-
 gis H. xvi. de termino Pasche paulo ante ascensionem. ¶ 13. Cum autem a-
 ueria semel fuerint per iudicium comitatus deliberata, iterum capi non de-
 bent pro eodem, antequam placitum terminetur. Et si iterum capta fue-
 rint, vicecom ea iterum deliberari faciat cum damno capientis per tale
 breue. Rex vicecom salutem, monstrauit nobis A. quod cum breue nos-
 trum nuper tibi detulisset, de auerijis suis replegiandis, quae B. cepit & ini-
 iuste detinuit (vt dicit) et tu eadem aueria eidem A. replegiasses, & ei de-
 didisses diem ad proximum comitatum tuum, & praedictum B. attachiasses ad
 respondendum super hoc eidem A. praedictus B. post attachiamentum il-
 lud aueria eiusdem A. iterum cepit, eadem occasione qua ea prius ceperat, vel
 occasione alicuius talis, quod tangit illud placitum principaliter, & illa
 detinet sicut prius. Et quia hoc est manifeste contra pacem nostram, tibi
 praecipimus, quod aueria ipsius A. sine dilatione deliberari facias quouis-
 que capitale placitum inde inter eos terminetur. Et si inueneris quod praed-
 ictus B. aueria ipsius A. iterum ceperit ea occasione qua ea prius cepit, &
 idem A. fecerit te securum &c. tunc habeas coram iustitiarijs nostris ad
 primam assisam &c. corpus ipsius B. ad respondendum praedicto A. de
 secunda captione, et habeas ibi hoc breue Teste &c. Et vnde, siue prima
 captio iusta fuerit siue iniusta, secunda omnino erit iniusta vel aliter. Et si in-
 ueneris quod praedictus B. aueria ipsius A. iterum ceperit, ea occasione qua prius
 ea ceperat, tunc corpus ipsius B. habeas coram te, et coram custodibus placitorum
 coronae nostrae ad proximum comitatum tuum. Et si per balliuos tuos per quos aueria
 praedicti A. secundum replegiata fuerunt, et per alios legales homines conuinci
 poterit de secunda captione, et per vna eademque occasione, tunc praedictum B.
 ita castiges per grauem misericordiam, vt castigatio illa in casu consimili alijs
 timore tribuat delinquendi Teste &c. Et quo casu, semper oportebit quod in-
 culpatus defendat secundam captione et detentionem, et damnum et totum, secundum
 quod fuerit inculpatus contra querentem et contra sectam suam, si sectam produxerit
 sufficientem, cum ei non sit credendum ad simplicem vocem suam. Et si simpliciter defendet
 per legem se defendat contra sectam, poterit tamen inculpatus ita excipere et respon-
 dere, quod vterque onerabitur ad sectam producendam, et cum hinc inde fuerit secta diligenter
 examinata, pro ea iudicabitur quae probabilior et verisimilior esse probabitur. Et quod
 secta

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

secta examinari debeat, pbatuꝛ in itinere w. de Ralegh in comitatu Leyc. In principio rotuli, de Rogero le Suche: vbi dicitur, quòd si secta ex parte querentis producatuꝛ, quòd aueria sua iniuste capta fuerunt contra vadium & plegium, & iniuste detenta, & responsum sit ex aduerso quòd iuste, & ideo, quia capta fuerunt in damno, & contra vadium & plegium nõ fuerunt detenta, si cù secta fuerit examinata, non concordat nec deponat secundum intentionem querentis, quia forte dicit contrarium vel diuersum, vel quia nihil scit nisi de auditu, vel quia nihil actum fuit in pꝛæsentia eorum qui producentur, tunc ille de quo queritur, recedat sine die. Sunt etiam catalla quæ aliquando petuntur nomine aueriarum, cù quis in solo alieno opus fecerit manifestum vel manufactum, vt si heyauerit vel fossatum fecerit, vel carucam immiserit, & huiusmodi vtensilia vel catalla capiantur, & per vadium & plegium denegata cù petantur, & vicecom̄ vel balliuus ad querelam eius cuius fuerint, illa deliberauerit vsquẽ ad comitatũ vel hundredam, vbi cù captor dixerit quòd iuste capta sunt propter opus manifestum in fundo & solo suo iniuste & contra voluntatem suam, & alius dicat fundum illum esse suum: quia istud tangit liberum tenementum, nec sciri poterit quis eorum dominus sit, nec comitatũ habet potestatem cognoscendi, tunc recurrendum erit ad assisam nouæ disseysinæ per illum qui queritur, & retornentur aueria & vtensilia sic capta, & ante captionem assisæ non deliberentur, & sic fiat de consimilibus.

¶ Henrici de Bracton de Legibus & consuetudinibus Angliæ

Liber quartus: Qui diuiditur in septem tractatus, quorum primus est de assisæ nouæ disseysinæ.

(. .)

¶ De diuisione possessionum. Cap. i.



dictum est supra de actionibus criminalibus, & iniuriarum quæ personales sunt, & pertinent ad coronam domini regis. Nunc autem dicendum est de actionibus civilibus. Et huiusmodi quædam sunt reales, & quædam sunt personales, sed primò de realibus actionibus dicatur. Et est rerum possessio, & est proprietas, & primò dicendum est de possessione quam de proprietate ratione supradicta. ¶ i. Et sciendum quòd possessionum, quædam nuda pedum positio, quæ dicitur intrusio, & dicitur nuda, eo quòd non vallatur aliquo vestimento, et minimum

num habet possessionis & omninò nihil iuris, & in parte habet naturã cū disseysina & in quibusdã sunt dissimiles, quia vbicunquẽ est disseysina, ibi quodammodò est intrusio, quantum ad disseysitorem, sed non econtra-riò, quia vbicunq; est intrusio, ibi non est disseysina propter vacuam possessionem, & in vtroq; casu, possessio est nuda, donec ex tempore & seysina pacifica acquiratur vestimentum. Est et alia possessio, quæ parum habet possessionis & nihil iuris, sicut illa quæ precaria est, & clandestina, sicut violenta, et talis ex tempore nunquam sibi vestimentum acquirit. Est et alia quæ aliquid possessionis habet & nihil iuris, sicut illa quæ conceditur ad terminum annorum, vbi nihil exigi poterit nisi vsus fructus. Est etiam quædam quæ multũ habet possessionis & nihil iuris, sicut illa quã quis habet ad vitam tantum, ex causa dotis, vel donationis, vel alia quocunquẽ causa. Est etiam quædam possessio quæ plus habet possessionis & multum iuris, sicut illa, vbi quis habet liberum tenementum & feodũ sibi & hæredibus suis. Est etiam quædam quæ plurimum habet possessionis & plurimum iuris, sicut est illa in qua quis habet liberum tenementum, feodum & proprietatem. Et cùm talis habet plurimum possessionis, et plurimum iuris, alius tamen in eodem habere poterit ius maius.

1. De possessione quæ nuda est vel dicitur. 2. De terra quæ reuerti debet vt eschaeta tanquã ad capitalem dominum pluribus rationibus. 3. Si quis se intruserit in terram aliquam & quæ reuerti debet. 4. Item quo warranto se intrusit. 5. Breue de intrusione. 6. Itẽ quare se intrusit. 7. Si quis post mortem vxoris suæ se tenuerit in possessione. 8. Breue de attachando. 9. Item adhuc de intrusione. 10. Item si duobus facta fuerit donatio & de intrusione.

Cap. 2.

Primò vero dicendum est de illa que nuda est omninò et sine aliquo vestimentò; quæ dicitur intrusio, et sic de alijs consequenter dicatur per ordinem. Videndum igitur quid sit intrusio, & sciendum quod intrusio est, vbi quis (cui nullũ ius competit in re nec scintilla iuris) possessionem vacuã ingreditur, quæ nec corpore nec animo possidetur, sicut hæreditatem iacentem antequam adita fuerit ab hærede, vel saltem à domino capitali ratione custodiæ, vel ratione eschaetæ, si forte hæredes non existant, vel si post mortem alicuius, per finem factum, vel per modum donationis, vbi successio sibi locum vëndicare non possit, vel si post mortem alicuius qui tenuit ad vitam, debeát tenementum reuerti ad proprietarium, ponat quis se in seysinam, antequam tenementum illud perueniat ad illum, ad quem peruenire deberet, ex prædictis causis. Et quæ possessio vacua dici debeat & quæ non, supra sufficienter videri poterit, in titulo de acquirenda possessione. Cùm autem quis ita se intruserit, cùm nihil iuris habeat, et hæredem venientem, vel dominum capitale (vt prædictum est) vel eum ad quem tenementum reuerti deberet pluribus modis, per finem factum, per modum donationis, vel vt eschaeta pro defectu, vel p delicto, vel alio quocũq; modò non admiserit: succurritur ei ad quẽ tenementum reuerti debet pluribus modis, secũdũ diuersitatem

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseyfinæ.

fitatem casuum, p talia breuia, si autem reuerti debeat ad dominum capitalem tanquam eschaeta sua, eo quòd feoffatus sibi & hæredibus suis de corpore suo pueniētibus obierit sine hærede de se. s. de corpore suo, tūc sic. ¶2. Rex vic. salutem. Pone per vadiū & saluos plegios, vel certos plegios A. quòd sit coram &c. ad respondendum B. quare intrusit se in tantam terram cum p̄nētijis in tali villa, quā C. tenuit de prædicto B. & vnde idem C. fuit seysitus die quo obiit, & quæ ad ipsum B. reuerti debuit tāquam ad capitale dñm illius feodi, eo quòd prædictus C. obiit sine hærede de se. & habeas &c. Teste &c. ¶3. Item aliud de eodem, vbi quis se intruserit in terram aliquam quasi hæres cū non sit, super seysinam domini capitalis, & quæ remanere debet in manu sua, donec rectus hæres veniret ad faciendum ei, quod de iure facere deberet, & tūc sic. ¶4. Ad respondendum quo waranto se intrusit in tantam terram, quæ est de feodo ipsius B. et quam prædictus B. ceperat in manum suam, donec rectus hæres veniret ad faciendum ei, quod de iure facere deberet, vt dicit, & habeas &c. Et sic competit capitali domino actio ratione eschaetæ, & ratione custodię. Et cū nullum competat ei remedium ordinarium, quòd loqui possit de seysina ppria vel antecessoris, de necessitate recurritur ad extra ordinarium, & ad huiusmodi breuia formata. Item aliud de eodem iure alicui competente, & tunc sic. ¶5. Ad ostendendum quare intrusit se in tantam terram &c. quam B. clamat tenere de C. filio & hærede D. qui quidem terram illam dedit prædicto B. in ligea potestate sua, de assensu & voluntate prædicti C. filij & hæredis sui, & similiter de assensu & voluntate prædicti A. capitalis domini illius terræ (vt dicit) vel aliter. ¶6. Quare se intrusit in tantam terram &c. quam idem B. clamat versus prædictū A. p breue nostrū de recto in tali curia. Et vnde idem A. se posuit in magnam assisam nostram, & pquisiuit sibi breue nostrum de pace nostra habēda, vsquē ad aduentum iustitiariorum in partes illas, & in quas nōdum venerunt, vt idem A. dicit, vel aliter: Quare se intrusit in tantam terram &c. quæ ad ipsum B. reuerti debuit post mortem talis mulieris quæ terrā illam tenuit in dotem de dono talis, ratione finis facti inter prædictos B. & talem antecessorem ipsius A. cuius hæres ipse est vt dicit. Et huiusmodi forma breuis locum habet in omni casu, vbi quis se intruserit in terrā aliquam, quam quis tenuerit ad vitam suam nomine dotis, vel per legem Angliæ, vel alio quocunquē modo, & quæ reuerti deberet post mortem talium, ad verum hæredem, vel ad alios per finem factum, vel alio modo quocunq;. Si autem tales in vita sua donationes fecerint, tunc locum habebit breue de ingressu, sicut infra dicetur. ¶7. Itē poterit quis post mortem vxoris suę se tenere in seysina tanquam p legem Angliæ, licet liberos simul non habuerint, & tunc fiat tale breue: Quia possessio aliquando ius parit, & quia pro possessione p̄sumitur de iure, ideo infra annum ad minus eijciat verus hæres intrusorem vel si non: versus eum perquirat per breue, quia de longiori tempore non respondebit ad intrusionem. Vt de termino sancti Michaelis anno regis H. nono incipiente decimo in com̄ Norff. & Suff. de Simon de Rakfeld, quòd post longum tempus agi non poterit de intrusionem, scilicet post decem ānos vel duodecē, nec p breue nec

nec sine breui. Si autem intrusor recenter eiectus fuerit & antequam habuerit longum tempus & pacificum (annuale videtur secundum quosdam) per assisam nouæ disseysinæ non recuperabit; vt de itinere M. de Pateshul in comitat Hereford & wigorn anno regis Henrici tertio, assisa nouæ disseysinæ si w. Camberlanus. Si autem, fiat tale breue. Præcipe A. quod iuste et sine dilatione reddat B. tantam terram &c. et in quam non habet ingressum nisi per intrusionem, quam fecit in eandem terram post mortem talis &c. Et si tenens dicit quod nihil teneat, nisi nomine alicuius qui fuit infra ætatem & in custodia sua, & quod inde nihil lucrari possit nec perdere, cadit breue. Item si vterque nominetur in breui tam custos quam minor, cadit breue pro custode: quia nihil inde tenet nisi nomine custodiæ. Si autem, ita dicatur. ¶ 8. Pone per vadium & salurum &c. vt supra, et ita quod actio omnino sit personalis, quamuis in breui vterque nominetur, non cadit breue, cum aliquo casu sapiat naturam nouæ disseysinæ: quia non agitur specialiter de tenemento cum intrusione, sed tantum de intrusione per se, & ubi culpabiles esse poterunt de intrusione tam illi qui ius habent in re, quam illi qui ius non habent. Cum autem intrusor cum recenter eiectus fuerit habere non possit assisam, eadem ratione nec compositionem super assisam si per assisam amiserit. Item si non habeat actionem, neque exceptionem si aliquem spoliauerit, si ad ipsum nihil pertineat disseysina: vt si dicat forte quod disseysitus seruus sit, vel quod nihil iuris habuerit in tenemento, vel quod bastardus, vel quod teneram seyfinam, quia nihil ad eum: & quia si petere vellet per actionem nulla ei competeret. Et sic posset tenens semper remanere in possessione, licet nihil iuris haberet in re possessa: Quia cum neuter ius habeat, melior est causa possidentis, & ideo si ille qui ius non habeat talem eiciat, eiector exceptionem contra ipsum non habebit, cum si peteret, actionem non haberet. ¶ 9. Item agere poterit de intrusione quis, ubi ratione alicuius chartæ vel homagij se posuerit quis in seyfinam de aliquo tenemento, de quo nullam habuit seyfinam in vita donatoris. Itē si se posuerit in seyfinā sine breui procuratorio vel waranto. ¶ 10. Item si cum duobus facta fuerit donatio et alteri eorum traditio, vnus propria autoritate ratione nuda chartæ se posuerit in seyfinā. Itē fieri poterit breue de intrusione breuiter & in generali forma, sic: Ostensurus quare intrusit se in tantam terram &c. quā B. qui nup obijt tenuit de eodem A. ad vitam suam tantum, & que post mortem eiusdem B. ad eundem A. reuertit debuit, vt idem A. dicit, et habeas &c.

¶ Qualiter amissa possessio per vim iniuriosam per assisam nouæ disseysinæ restituatur & de qualitate disseysinæ. Cap. 3.

DICTUM est supra qualiter possessio acquisita, ex quacūque causa acquisitionis, de voluntate possidentis ad alium transferatur. Nunc autem dicendum est, qualiter semel acquisita contra voluntatem possessoris per vim iniuriosam auferatur et amittatur, & qualiter et qua actione, cum amissa fuerit, spoliato restituatur: quia nemo debet sine iudicio disseysiri

Tt.i.

de libe-

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

de libero tenemento suo , nec respondere sine præcepto domini regis, nec sine breui. Sed in primis videndum erit qualiter fit disseysina, & quibus modis, postea vero quale competat remedium incontinenti vel expost facto: prius enim cognosci debet de transgressione vel iniuria , et facti qualitate , vt postmodum facilius sciri possit quale sequatur remedium, & quæ poena subsequatur . In hoc autem iudicio nouæ disseysinæ, quod ex maleficio oritur, persequitur quis ipsam rem & persequitur poenam, & est personale , sicut ius bonorum raptorum, et ibi poena triplex: vna propter spoliationem contra pacem, vbi infligenda est poena corporalis, alia propter iniustam detentionem, vbi infligenda erit poena pecuniaria. Item persequitur quis damna sua quæ sustinuit medio tempore spoliationis . Est etiam poena adiecta , quod disseysitor principalis, vnus & non omnes , cum per assisam conuicti fuerint , dant vice comiti bouem de consuetudine, licet non de iure. Fit autem disseysina non solum cum quis præsens, vel procurator, vel familia qui nomine suo fuerit in seysina, violenter, iniuste, & sine iudicio de libero tenemento suo qualicunque, eieci fuerint: verum etiam fit disseysina, cum quis ad nundinas, vel peregrè profectus fuerit nemine in domo relicto vel possessione, alius in possessionem ingrediatur, & ipsum reuersum non admittat, vel cum ingredi voluerit, per se, vel assumptis viribus violentè repellat. Fit etiam disseysina, non solum si quis verum dominum præsentem, procuratorem, vel familiam eijciat, vel reuersum a nundinis vel a peregrinatione non admittat vel repellat: verum etiam disseysinam facit, si ipsum, vel procuratorem, vel familiam in possessione existentem, vt omnino non permittat, vel saltem impediatur quo minus commodè vti possit. Et quo casu, licet eum omnino non expellat, tamen facit ei disseysinam, cum commodum vtendi ei omnino auferat, vel quo minus commodè, quietè & in pace vti possit impediatur, possessionem inquietando & perturbando. Item non solum fit disseysina, secundum quod prædictum est, sed etiam si quis præpotens vti voluerit in alterius tenemento contra ipsius tenentis voluntatem, arando, fodiendo, falcando et asportando, contendendo tenementum esse suum quod est alterius, si autem nihil clamauerit in tenemento aliud erit: quia tunc erit transgressio, & non disseysina de libero tenemento, vel pecora immittendo vel alio quocunque modo sic seruitutem imponendo fundo qui prius liber erat. Et vnde, quamuis omnino non expellat vel impediatur, sic imponendo seruitutem, aufert libertatem quo minus possessor liberè teneat. Item facit quis disseysinam ei qui possidet, vt cum ius habeat vtendi fruendi in alieno, vt voluerit alio modo, alio tempore, alio genere, quam vti deberet, vel aliter quam seruitus fuit constituta. Item facit quis disseysinam, non solum si fiat vt prædictum est, sed fit cum quis in seysina fuerit vt de libero tenemento, & ad vitam, vel ad terminum annorum, vel nomine custodiæ vel aliquo, alio modo, alium feoffauerit in præiudicium veri domini, & fecerit alteri liberum tenementum: cum duo, simul & semel de eodem tenemento & in solidum, esse non possunt in seysina. Itè facere poterit quis

quis disseysinam sub colore distractionis, vt si quis distringat pro seruitio cum nihil ei debeat, vel cum ei solutum fuerit, vel cum modum distractionis excedat. Item si quis vti voluerit cum iuste possidente velit nolit, et si contra suam voluntatem opus fecerit manufactum. Item facit disseysinam, qui iuste possidentem impedit, quo minus in pace & quiete vti possit, faciendo ei contentionem iniustam: sed omnis contentio non erit iniusta, vt si verus dominus contentionem moueat ei qui rem suam iniuste detinet, ne pacificam habeat possessionem siue seysinam, sed interruptam ne currat tempus per desidiam. Item disseysiri poterit quis iniuste & sine iudicio de tenemento suo, licet tenementum non teneat liberè, sed ad terminum annorum, vel de dominico domini regis, vel huiusmodi: talibus iniuriari poterit sicut alijs prædictis, sed non hic succurritur eis per tale breue.

¶ De violenta disseysina. i. de simplici violentia & sine armis. Itē de vi & vi armata & quid est vis. 2. Quod pluribus modis dicitur vis. 3. Quæ dicuntur arma. Cap. 4.

Dictum est supra de qualitate disseysinæ, & quæ aliquando potest esse violenta, & aliquando simplex sine violentia, & violenta sine armis, & violenta cum armis. Est enim vis simplex & vis armata; quia dicitur de vi, et vi armata: & ideo de vi in primis videndum, quid sit vis. ¶ 2. Et sciendum quod vis est maioris rei impetus, cui resisti non potest. Diuiditur autem sic, quod alia simplex, alia expulsua omninè, & expulsua cum armis vel sine armis. Item alia clandestina & de nocte, alia palam & publica, & de die. Item alia iusta, alia iniusta. Item alia per violentiam, alia sine violentia: sicut in rem vacuum. Item expulsua locum habet in rebus corporalibus & immobilibus, sicut in terris & tenementis. Item locum habet in rebus incorporalibus, sicut in ijs quæ in iure consistunt, sed non ita omnino, sed in parte & alio modo: Item vis alia perturbatiua, scilicet vbi quis cõtendit se possidere cum ius non habeat, & alius dicat se esse in possessione cum ius habeat. Item alia vis inquitatiua, vbi quis non permittit alium vt in possessione quietè & in pace. Est enim quies & non quies, quod idem est quod inquietas. Est etiam vis ablatiua, quæ conuertitur simul cum perturbatiua: cum aliquis scilicet fodiat in alieno vel falcet, & sic perturbet, vt auferat & asportet rem mobilem de re immobili. In rebus autem mobilibus vel se mouentibus, locum non habet per se, vt in illis quæ per vim rapiuntur, auferuntur, & asportantur. Item est vis compulsiua, quæ aliquando metum inducit, vbi scilicet quis alium in carcere & in vinculis detinuerit, vel euaginato gladio compulerit ad aliquid dandum, vel faciendum contra ipsius voluntatem. Et exceptionem inducit, siue vis illata fuerit alicui vel filio vel nepoti vel patri in filio vel nepote. Item est vis iniuriosa et illicita, et quedam licita et non iniuriosa, siue fuerit simplex vel violenta, incrimis vel armata. ¶ 3. Est etiam vis armata (armis deiectur dico qualitercunquè fuerit vis armata) non solum si quis venerit cum telis, verum etiam omnes illos dicimus armatos, qui habent cum quo nocere possunt. ¶

Lib. iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

lorum autem appellatione omnia in quibus singuli homines nocere possunt, accipiuntur, sed si quis venerit sine armis & ipsa concertatione ligna sumpsit, fustes & lapides, talis dicitur vis armata. Si quis autem venerit cum armis, armis tamen ad deiciendum non usus fuerit, & deiecerit, vis armata dicitur esse facta: sufficit enim terror armorum, ut videatur armis deiecisse. Si autem cum dominus a peregrinatione vel nundinis reuersus fuerit, et armati qui possessionem inuaserint eum prohibuerint ne ingrediatur, videtur cum armis esse eiectum, et talis vis dici poterit repulsiva. Item cum procurator generalis armatus venerit, et ipse dominus videtur armis deiecisse siue hoc mandauerit siue ratum habuerit: et hoc quidem erit dicendum de familia, cum familia armata venerit. Ego enim non videor venisse armatus sed familia nisi iussi vel ratum habui: et secundum præcedentia, qualitas facti facit poenam grauiorem vel minus grauem. Sed siue fuerit vis armata vel inermis, quælibet talis non erit iniuriosa, quia armorum quædam sunt tuitionis, et quod quis ob tutelam sui corporis fecerit vel sui iuris, iuste fecisse videtur. Item sunt arma pacis & iustitiæ, & arma perturbationis, pacis, & iniuriæ. Sunt etiam arma usurpationis rei alienæ, & talis vis dici poterit ablatiua, unde & ei qui iuste possidet, licitum erit cum armis contra pacem venientem ut expellat, cum armis repellere, ut per arma tuitionis & pacis, quæ sunt iustitiæ, repellat iniuriam, & vim iniustam, & arma iniuriæ: sed tamen cum talis discretionis moderamine, quod iniuriam non committat, non enim poterit sub tali prætextu hominem interficere, vulnerare, vel male tractare, si alio modo suam tueri possit possessionem. Ei igitur qui vult viribus uti, erit viribus viriliter resistendum cum armis vel sine, iuxta illud. Cum fortis armatus &c. sed tamen quolibet tempore sine causa non erit cum armis incedendum. Venit etiam quis, ut iuste possidentem cum viribus eiiciat, sed cum possidens ei resistat, quod opere adimplere non possit quod in animo habuerit & in voluntate: in assisam non incidit, nec debet ei obesse conatus, ubi iniuria nullum habuit effectum. Sunt etiam quidam qui dicunt, & putant vim solum esse, cum homines vulnerentur: sed regulariter verum est contrarium, quod vis est quotiens quis (quod sibi deberi putat) non per iudicem reposcit. Hæc autem de vi dicta, ad præsens sufficiant. Sed quia vis aliquando metum inducit, ideo videndum quid sit metus, & sciendum, ut supra de donationibus plenius.

Lamb: 9

De primo remedio post disseysinam et ubi incontinenti licet reuocare et quomodo et quando. Cap. 5.

SI vero aliquo prædictorum modorum facta fuerit disseysina, primum & principale competit remedium tale, videlicet quod ille qui ita disseysitus fuit, pro se si possit, vel sumptis viribus vel resumptis, dum tamen sine aliquo interuallo, flagrante disseysina & maleficio, reiiciat spolia.

spoliantem, vel si tenens cum fuerit in possessione sue in seysina & alius cum eo uti voluerit, ipse nihilominus utatur, nisi omnino iniuste utentem tenere possit ab utendo exclusum: quia per usum suum sic utendo, iuste retinet seysinam suam, alius vero utendo iniuste in alieno, nihil sibi per usum iniustum acquirit. Si autem ipsum nullo modo expellere possit, ad superioris auxilium erit recurrendum, ut ei pacifice liciat acquirere & quietè uti. Incontinenti vim vi repellere est, quam cito sciri possit vim esse illatam, priusquam ille cui illata fuerit, ad actum contrarium diuertat. Si autem omnino quis uti impediuerit vel minus commodè, incontinenti repellatur si fieri possit, alioquin ad superiorem recurratur ut supra. Incontinenti autem quid sit videndum, et infra quod tempus. Tempus autem non definitur, sed præsumitur quòd tantum tempus habere deberet, quantum haberet si esset super proprietate implacitatus, scilicet quindecim dierum, quo tamen iure ad præsens non utitur. Videndum est etiam utrum disseysitus præsens fuerit vel absens tempore disseysinæ, vel utrum ipse personaliter eijciatur vel eius procurator, vel familia, vel dum absens fuerit alius ingrediatur in suam vacuum possessionem. Vacuum dico corpore, licet non animo. Si autem præsens fuerit tempore disseysinæ, tunc statim & eodem die, si possit, reijciat disseysitorem, nisi hoc elegerit propter desperationem, quòd sibi velit requirere, & electa via illa & facta impetratione, ad reiectionem redire nõ poterit, nec seysinam suam propria autoritate resumere, in præiudicium superioris ad quem iam deuoluta est cognitio. Si autem talem viam non elegerit fiat in crastino, tertio die vel quarto, vel ulterius cum debita continuatione quod fieri debuit prima die: quia si primo die reijcere non potuit, potest tamen in crastino vires resumere, arma congerere, & auxilia amicorum inuocare, quòd si per longum tempus expectauerit, videtur per hoc iniuriam dissimulare, & per hoc illam poenitus oboleri. Dictum est supra quòd si possessor, procurator vel familia præsens eijciatur, & nunc dicendum erit si reuersus ingredi prohibeatur vel repellatur vel credat se posse repelli. Si autem absens fuerit ex quacunque causa necessaria negotiationis communis, vel peregrinationis, vel alia quacunque, oportebit distinguere locorum distantiam & tempora, vel diligentiam vel negligentiam disseysiti; secundum quòd fuerit in eodem comitatu prope, vel in alio comitatu longè, vel alibi, dum tamen infra regnum. Longe vel longius distinguatur, quo tempore scire potuit disseysinam esse factam, & non tempus quo sciuit, & quo casu in veniendo, computandæ sunt rationabiles dietæ, ut sic allocatis ei rationabilibus dilationibus, infra quartum diem vel ulterius ex causa ut prædictum est, deijciat disseysitorem, quod satis erit incontinenti, cum non curat tempus ei nisi ex tempore scientiæ, & ex quo post scientiam venire potest commodè. Si autem extra regnum in peregrinatione simplici apud sanctum Iacobum, vel in seruitio domini regis fortè in vascon, dilatione habebit quadraginta dierum, & duos Flodorum, & unum ebbæ, quia de ultra mare, & similiter spaciū quindecim dierum postquam venerit

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

nerit in regnum & etiã quatuor dierum, vt prædictum est, vt vires resumat &c. Si autem extra regnum in simplici perigrinatione in terra sancta, tunc dabitur ei dilatio vnus anni extra regnum, et quindecim dierum et quatuor infra, vt prædictum est. Si autem in generali passagio ad terram sanctam, tunc dabitur ei dilatio trium annorum & quindecim dierum, & quatuor, vt prædictum est. Et si aliquis infra tempus illud feoffatus fuit a disseysitore, si verus dominus reuersus eum incontinenti eijciat, non recuperabit per assisam: quia tempus tale, licet longum fuerit, non est computandum absentis: & ideo taliter feoffatus sibi imputare poterit, nisi prius medio tempore sibi per breue de warrantia prospexerit. Omnes autem qui moram faciunt longiorem quoad restitutionem, incontinenti feysinam suam dedisse videntur obliuioni. Prouideant igitur sibi, illi qui voluerint reijcere incontinenti flagrante disseysina, quòd iniuriam disseysinæ per patientiam, dissimulationem, negligentiam, impotentiam, desperationem, vel negligentem impetrationem non tepeſcant, per quod amittant vtramque possessionem, naturalem videlicet & ciuilem, & disseysitor vtramque habere incipiat, ita quòd sine iudicio eijci non possit quasi incontinenti. Qualiter autem quis eijci debeat incontinenti videndum erit per exemplum, & cui competit assisa, & cui non, quia incontinenti: vt ecce. Eijcio te de libero tenemento tuo, viribus & non iudicio, competit tibi remedium per assisam vt infra. Item eijcio te, & tu me incontinenti flagrante disseysina, non recuperabo per assisam, quia passus sum id quod feci. Item eijcio te, & tu me incontinenti, & ego te postea incontinenti iterum, adhuc competit tibi assisa contra me ad feysinam recuperandam, & ita erit in infinitum, quòd verus possessor eijcere poterit incontinenti, & non competit contra ipsum assisa, & si ipse iterum a spoliatore incontinenti eijciatur, poterit spoliatorem reijcere & non competit spoliatori assisa: quia quod fecit passus est. Si autem verus possessor negligens erit post disseysinam, & negligens impetrator, patiens, & dissimulans iniuriam, impotens omnino, vel de potentia sua desperans, vt prædictum est, ita quòd vtramque amisit possessionem, naturalem videlicet & ciuilem, non succurritur ei nisi per assisam. Et si forte assisam contemnat, & possessionem suam (viribus vtens non iudicio) sibi vsurpare præsumat, competit spoliatori propter vsurpationem assisa, non quia iniuste disseysitus sit, sed quia sine iudicio, & quia per negligentiam veri domini vtramque habere incepit possessionem, naturalem videlicet & ciuilem. Et si verus dominus habere velit regressum, vix aut nunquam audietur, nisi tantum super proprietate, si autem velit ad assisam recurrere, quæ ei primò compete-
tebat, non poterit: quia assisam demeruit & gratiam iuris, & quia frustra legis auxilium inuocat, qui in legem committit: lex enim se ei gratis obtulit, quam quidem recusans, vsus est viribus & non lege, & ideo ei non subueniet, quia cum potuit noluit, & cum velit non poterit. Eodem modo respondebit ei minister legis & iuris, cuius iurisdictionem minus licite sibi vsurpauit. Item esto quòd disseysitor cum disseysinam fecerit sta-
tim

De Affisa nouæ disseysinæ (a. 97 fol. 164.)

tum & eodem die vel in crastino rem spoliatam ab alio transfulerit, ex quacunque causa, poterit ille ad quem res translata est, incontinenti eici a vero domino disseysite; sicut ipse primus & principalis disseysitor, qui verus dominus semper sibi retinuit ciuilem possessionem, quamuis naturalem amitteret. Eodem modo si per affisam nouæ disseysinæ velit agere, versus vtrumque recuperabit, quia vterque fecit ei disseysinam principaliter, scilicet primus disseysitor abstulit ei naturalem possessionem; & secundus ciuilem, & vterque coniunctus cum alio, simul abstulit ei vtramque, ciuilem scilicet & naturalem, & vnde neuter eorum sine alio respondebit. Sed vnus, scilicet primus tenetur ex disseysina tantum ad poenam & non ad restitutionem, quia non habet rem quam restituere debet. Secundus vero tenetur ad vtrumque, tam ad poenam quam ad restitutionem: ad poenam quia abstulit ciuilem possessionem, & ad restitutionem, quia habet rem quæ debet restitui. Secus autem est si res post disseysinam per longum interuallum transferatur ante impetrationem breuis, & vbi primus & principalis disseysitor tantum tenetur ad poenam propter iniuriam, et ille ad quem res per interuallum translata fuerit tantum ad restitutionem secundum virtutem affisæ, vt infra dicitur. Item est quoque quod primus disseysitor post disseysinam statim ab alio fuerit disseysitus, poterit verus dominus si voluerit vltimum disseysitorem incontinenti deijcere, sed non post interuallum, supradicta ratione. Et eodem modo si per affisam velit agere, poterit versus vtrumque recuperare. Si autem ad tempus dissimulauerit, poterit ille primus disseysitor versus suum disseysitorem recuperare si agere velit per affisam. Posset etiam ab initio eum incontinenti reijcere, vt infra de transgressionibus vbi plus de hac materia, sine regressu aliquo, quem ille secundus disseysitor habere poterit. Item quæritur de recenti reiectione, an vicecom̄ debeat se intromittere: videtur quod sic, quamuis quidam dicunt contrarium, sed ad certum tempus & non imperpetuum, nec debet se ingerere ex officio suo, nisi hoc postulet disseysitus, quia si fecerit, cadit in affisam. Item videre debet vicecom̄ vtrum violentia, pro qua requiretur, si fuerit requisitus, iusta sit vel iniuriosa: si autem iniuriosa, se non intromittat ad allicuius instantiam ne incidat in affisam, vt si aliquis alium disseysuerit iniuste, & disseysitus ad hoc nitatur vt disseysitorem suum incontinenti deiciat: si vicecomes vim disseysiti quæ iusta est amoueat, & vim disseysitoris iniuriosam sustineat, cadit similiter in affisam. Item cum quis venerit vt iuste possidentem per vim deiciat, cum possidens in possessione se viriliter agat & se defendat, et vicecomes vim & inualoris iniuriam sustineat, cadit similiter in affisam. Sed vice versa, cum vicecomes iuste possidentem in sua possessione defendat, vel cum iuste possidens eiecius fuerit, & incontinenti nitatur possessionem suam resumere, & vicecom̄ cum rogatus fuerit, & quamdiu licuerit vim talem sustineat, cum iusta sit, hoc ei licebit. s. quamdiu iuste possidens ciuilem habuit possessionem, & donec amissa fuit p̄ negligentiam, impotentiam, vel desperationem: in quo casu, vic. vltim⁹ se non intromittat etiã rogatus, ne incidat in affisam. Hæc autem

Lib. iiii. De Affisa nouæ disseysinæ.

autem omnia facere potest vel vt amicus, vel vt vicecom̄ ex officio suo, pro pace domini regis. Et in fine notandum, quod talis reiectio incontinenti faciendā, cōtinua esse debet & non distincta per temporum interualla, vt si quis iniuste disseysitus fuerit, assumptis viribus debet disseysitorem incontinenti reijcere si possit, si autem non, non debet inde recedere, sed continue pulsare: quia qui semel per impotentiam recesserit vtramque amittit possessionem, quia post tempus redire non potest ad deiciendum, nec seysinam quam sic amisit pro voluntate sua resumere, cū iam ad manus superioris fuerit deuoluta cognitio. Oportet igitur de necessitate ad superiorem recurrere, sicut inferius apparebit. Hæc autem ad præsens de reiectione incōtinenti dicta, sufficiant exempla causa.

¶ Quid oportet de necessitate ad superiorem recurrere vbi non poterit disseysitus per se disseysitorem suū incontinenti reijcere & fiat ei ibi breue de noua disseysina. 2. In quibus locis habet huiusmodi affisa. 3. De triplici effectu huiusmodi affisa. Cap. 6.

Dictum est supra qualiter disseysitus poterit disseysitorem suum incontinenti reijcere impunè & sine breui, quamdiu retinuerit ciuilem possessionem. Nunc autem dicendum qualiter recurritur ad superioris auxilium, cū vtramque amiserit possessionem, naturalem videlicet & ciuile. Cū igitur disseysitus, ita negligens fuerit in hac parte, & nolit vel non possit disseysitorem suū reijcere, de beneficio principis succurritur ei per recognitionem affisæ nouæ disseysinæ multis vigilijs excogitata & inuentam, recuperandæ possessionis gratia, quam disseysitus iniuste amisit & sine iudicio, vt per summariam cognitionem absq; magna iuris solennitate, quasi per compendium negotium terminetur. ¶ 2. Locum autem non solum habet huiusmodi affisa in rebus corporalibus, sicut in tenementis quibuscunq;, verum etiam in rebus incorporalibus, sicut in seruitutibus & in rebus quæ pertinent ad tenementum, sicut in iure pascendi, falcandi, fodiendi & huiusmodi: sicut inferius apparebit. ¶ 3. Est autem ista recognitio siue affisa triplex, & pœna multiplex, vt infra de restitutione damnorum: est enim personalis quia persequitur eum qui fecit disseysinam, propter factum quia ipse fecit, persequitur etiam eū ad poenam propter iniuriam, persequitur etiam rem, quoad restitutionem, et in hoc est rei persecutoria. Persequitur etiam quandoq; vnicam personā, quantū ad hæc omnia, & quandoq; duas personas vel plures, secundū quod duo fuerint disseysitores principales vel plures, & secundum quod res ad ipsos peruenerit per ipsam disseysinam, vel post disseysinam p̄ translationem statim vel post tempus. Persequitur etiam quandoq; vnicā personā quantū ad poenā p̄pter factū et iniuriam, & aliam personam quantū ad rei restitutionem cū rem detineat, quarū nulla sine alia poterit respondere per se, quia disseysitor non habet quod restituat, licet teneatur ad poenam, nec ille qui rem detinet, licet possit restituere vllam iniuriam fecit: coniunctis igitur vtrisque personis in vnam, tunc demum procedatur per affisam, & non aliter. Persequitur etiam quandoque plures personas

sonas quantum ad poenam, et plures quantum ad rei restitutionem, secundum quod res in plures manus deuenit post disseysinam, vel secundum quod in plura capita in ipsa disseysina diuisa fuerit et partita. Acquiritur vero per assisam istam non solum ipsa res spoliata corporalis, verum etiam omnes fructus medio tempore percepti cui competit querela. Item non solum ipsa res, sed in ipsa re pax et quies. Item non solum pax et quies in proprio, sed libertas et perturbationis euacuatio, de quibus mentio facta est in principio.

¶ Cui competit assisa. 2. Si facta fuerit donatio vna & recorsit simul qui habent quasi ius vnum vel alijs duobus simul in communi. Cap. 7.

Item, quoniam ad omnes non pertinet huiusmodi querela quamuis in possessione fuerit, videndum est igitur cui competat remedium per assisam, et ad quem pertineat querela, et cui fieri debeat, et quando, et similiter ad quem non pertineat, et sciendum quod tantum pertinet ad eos querela qui nomine suo proprio tenementum tenent et non alieno, siue ad vitam, siue in feodo et non ad terminum annorum, licet aliud habeat remedium: et quicumque sint tales, masculus vel foemina, maior vel minor, liber vel seruus, in suo casu, et siue per se in propria persona siue per procuratorem vel familiam, vel firmarium, vel alios quoscumque, qui suo nomine fuerint in seysina, cum per tales possideant, quia ille possidet cuius nomine possidetur, et vnde si quis tales, qui nomine dominorum suorum fuerint in seysina, eiecerit, domino competit assisa et non illis, ut inferius dicitur ad exemplum. Nulli autem competit qui in seysina fuerit nomine alieno, quia talis non possidet licet fuerit in seysina, sicut procurator, vel custos ratione custodiam, firmarius siue usufructuarius ratione firmam, seruus proprius vel alienus, hospes vel alius quicumque, talibus enim non competit assisa, cum nomine dominorum siue aliorum existerint in seysina, sed querendum est de eo qui seysinam iniustam habuerit per disseysinam, vel intrusionem, et ab eo disseysitus fuerit, qui ius non habet. Item si a non domino feoffatus fuerit, et ita ab eo qui ius non habet disseysitus, an ei competat querela & remedium per assisam: videtur prima facie quod non, cum disseysitor pro se habeat contra assisam, ut videtur, sufficientem exceptionem, vtz quod disseysitus non habuit nisi tenentiam seysinam, vel quod habere non potuit, propter iniustam initium, secundum nec liberum tenementum. Sed reuera licet talis iniuste possidens nullam haberet actionem contra veros dominos, habebit tamen querelam & remedium per assisam contra tales qui ius non habent, propter commodum possessoris, et ipsi contra tales nullam habebunt exceptionem tenentiam seysinae, vel liberi tenementi. Propter commodum possessoris dico, quia si tales qui ius non habent extra seysinam peterent, nunquam recuperarent versus possidentem, quamuis iniuste, cum actionem competentem non haberent, et ita remaneret sup loco possessio. Et cum neuter illorum ius habeat, nec feodum, nec liberum tenementum, tamen pro primo possessore indicandum erit, propter seysinam primam, ex quo ille qui secundo

Vv. i.

primum

primū possessorem eiecit, nullū ius habuit eijciēdi, & quia res posset semper cū eo remanere per negligentia veri domini, & hoc propter comodū possidendi. Cū igitur actionē non habeat, & talē (quāuis iniuste possidentē) disseysuerint, cū per iudiciū recuperare nō possent, si talis petat per assisam, licet ei de iure nō cōpetat, tamē in odiū disseysitoris perdit, quia prædicti disseysitores nulls cōtra ipsum habere possunt exceptionē. Itē cōpetit remediū per assisam & querela, ei qui p se titulū habuerit ad tēpus, simul versus oēs a quocunq; feoffatus fuerit, dño vel nō domino, & versus eū qui ius nō habet, & eū qui ius habet: vt si quis a nō domino, custodē, vel firmario ad certū terminū tenuerit annorū, vel ab eo qui ingressum habuerit p disseysinā, vel intrusionē, si taliter feoffatus p aliquod tēpus in pace tenuerit, a vero dño eijci non poterit sine breui & iudicio, dū tamen talē sit tēpus, quod sufficere possit p titulo. A non domino vero, cū titulū ab eo habeat, eijci nō potest, ppter titulū, & feoffamētū, et ppter factū suū, licet tēpus nō interueniat, nec etiā ab eo qui ius non habet, licet non interueniat titulus, nec tēpus, sed a vero domino eijci poterit & impunē, si tempus quod sufficiat pro titulo non interuenierit. Item cōpetit ei remediū & restitutio per assisam, quia omnino sine aliquo titulo in seysina fuerit per disseysinā vel intrusionem, q sine iudicio disseysitus, dum tamē tēpus habeat quod sufficiat pro titulo, versus omnes siue ius habeant siue non, & ita iuuat possessionem aliquando tempus sicut titulus. Item cōpetit ei querela & remedium per assisam, licet eiectus nō fuerit personaliter in propria persona, vel per procuratorē, sed cū nomine relicto in seysina a seysina recesserit, & cū reuersus fuerit non admittatur vel repellatur. Item cōpetit ei querela & remediū per assisam, si quis in alieno vti voluerit, cū ius non habuerit, & contra domini voluntatem, & eodē modo si dominū non permisit vti in suo, vt supra dictum est in principio. Item cōpetit ei querela & remedium per assisam, si quis disseysitus fuerit ab aliquo per iudicium, quod tamē sit iniustum. Item cōpetit ei querela & remedium per assisam, qui furiosus est vel mente captus, sicut ei qui est sanæ mentis, dum tamen in acquisitione tenementi habuerit sanam mentem: quia ex quo semel dum sanæ mentis extiterit animū habuerit retinēdi, in ipso furore (si superuenerit) animum mutare non poterit nec desinere possidere, quia consentire non potest nec dissentire, nec desinere possidere, & ideo amittere non potest per aliquē cursum temporis id quod tēpore pspero, vel dilucidis interuallis acquisuerit. Item cōpetit remediū tā ei qui feodi firmarius est, quā ei qui tenet i feodo vel ad vitā. Et eodē modo cōpetit ei qui tenet in Sokagio per certū redditū, sicut ei qui tenet p seruitiū militare. Item cōpetit vxori de re sibi data & tradita a viro vel ecōtrario cōstante matrimonio, quāuis donum irritari possit ex postfacto. Sed si qui ipsorū post mortē donatoris in seysina fuerint, sine iudicio disseysiri nō possūt, dū tñ tēpus quod alibi sufficere possit pro titulo interuenierit. Item cōpetit ei actio cuius pater obiit in statu libero, si post mortē patris fuerit in seysina & i possessione libertatis, extra dominorū potestare. Itē quādoq; cōpetit villano Sockmanno in dominico dñi Regis, si maneriū vocet Burg, sicut Cyrence-

De Assisa nouæ disseysinæ. C. 7 Fol. 166.

Cirencestr: vt de itinere abatis de Radinge, et M. de patefhull in comitatu Gloucester, anno regni Henrici quinto, assisa nouæ disseysinæ si Philippus le Riche. Item competit libero homini, qui tenuerit villenagium per seruitium et consuetudines villanas, siue copulatus fuerit villanæ vel non, de tenemento quod alibi tenuerit liberè, eo non obstante, quòd tenuerit villenagium et copulatus fuerit villanæ. Item competit ei qui feoffatus est per aliquem qui tenuerit ad vitam siue nomine dotis, siue per legem Angliæ vel ad terminum vel alio quocunque modo, vt in multis locis probatur per exemplum. Item competit villano in suo casu, versus dominum et omnes alios, dum fuerit extra potestatem dominorum, donec dominus eum eiecerit vt seruū. Si autem sub potestate dominorum et feoffatus fuerit, siue a domino siue ab extraneo, competit ei assisa versus omnes. Si autem tantum ab extraneo, cõpetit ei assisa contra omnes de mundo, præterq̃ contra verum dominum, sub cuius fuerit potestate, si forte velit eum disseysire. Item comepit ei qui tenemētum tenuerit, donec ei prouideatur, sicut alijs qui liberum habent tenemētum, quia bene potest esse quòd nunquam ei prouidebitur, et sic poterit remanere in feodo tale tenementum. Item competit assisa, vt si duobus facta fuerit donatio successiuè et diuersis temporibus, et vterque se simul posuerit in seysina sine warranto, et donator ratam habuerit alterius seysinam, et alterius non, sed si ille cuius seysina rata non erat eiectus fuerit, non recuperabit. Si autem vtriusque, hoc stare non poterit, sed proprietates erit præferenda, ac si vterque ingrederetur cum warranto. Si autem vnus ingrediatur cum warranto et alius sine, ille cum warranto præfertur, et ei competit assisa. Item si duo se gerant pro hærede et de eorum iure dubitetur, in hoc dubio ei competit assisa, qui se prius posuerit in seysinam, nisi in veritate constare possit talem ius non habere. Si autem duo contendant de hæreditate quorum nullus ius habuerit, vt si ambo fuerint bastardi, competit ei assisa qui prius fuerit in possessione, cū waranto vel sine, donec alius eiecerit qui ius habuerit qualecunq;. Si autem vnus bastardus & alius legitimus, vel vnus seruus & alius liber, competit ei assisa qui ius habet, si ille qui fuerit in seysina longum tempus habuerit & pacificum, quòd sine iudicio eijs non possit. Quid etiam si tale tempus non habuerit per assisam non recuperabit. ¶ 2. Item videtur incontinenti eiecisse, si quis ita tenementum dederit sub conditione quæ dependet de futuro, vt si dicat, do tibi tantam terrā si filiam meā, vel vt filiam meā ducas in vxorem, si facta donatione & subsequuta traditione, talis, licet per longum tempus postea, ad alia vota cõuolauerit, & aliā in vxorē duxerit, si eijsiatur etiam sine iudicio, per assisam non recuperabit: quia si res ob causam data fuerit & sub conditione quæ sic dependet de futuro, licet ab initio perfecta sit, tamen causa non secuta, resoluitur donatio per conditionē, & ita incipit esse nulla, quia cõditioni nõ est satisfactū. Sed posset opponi, q̃ si statim non posset conditioni satisfieri, post mortem mulieris quā primò cõtra cõuentionē traduxit, posset satisfieri, & sic fieri posset in multis donationibus sub cõditione suspēsis vel perfectis, sub cõditione tamen resoluendis. Item sicut deijci poterit quis per seipsum, et

Vv. ij. com-

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ

competit ei remedium per assisam, ita potest per familiam suam, et alios qui nomine suo extiterint in possessione, et quia sicut acquiritur possessio per eos quos quis in potestate habuerit et retinetur, ita poterit per suos amitti & retineri: vt si quis me deiecerit, meos autem non, non competit mihi assisa, quia per meos qui deiectioni non sunt retineo seysinam. Sed si quis meos & me deiecerit, et quosdam retinuerit & vinxerit vel eos vt seruos suos retinuerit, competit mihi assisa, desij enim possidere cum serui mei vel alij, per quos seysinam retinui, ab alio possidentur. Item si expulsi non sunt tales, sed ab eo qui vi deiecit tenere ceperint, adhuc competit mihi assisa. Item si ego deiectus non fuero, in possessione tamen vincus sum et impeditus quo minus vti possim, adhuc competit mihi assisa. Item competit cuilibet qui proprio nomine fuerit in seysina iuste vel iniuste: iuste, vt si iure proprio utatur, iniuste, vt si in possessione fuerit per disseysinam, vel intrusiuem, et si fuerit eiectus per aliquem qui ius non habuerit, competit ei restitutio per assisam, sicut ei qui ius habet aduersus omnes, præterquam aduersus verum dominum: quia licet ius non habeat, eo tamen quod in possessione est, plus iuris habet propter seysinam quam ille qui est extra possessionem qui nihil iuris habet, et eo maxime, quia si ille qui ius habet nunquam petat, sic poterit terra semper remanere cum disseysitore vel intrusore. Item si cum antecessor meus ad firmam dederit tenementum & moriatur, et si in seysinam me posuero, saluo firmario firma et termino suo, et de vsu non impediatur, competit mihi assisa si eiectus fuero, licet mihi vti non liceat, & valebit mihi seysina quoad liberum tenementum, & non aufert firmario terminum suum, & si ultra terminum tenere ceperit firmarius, tunc primò mihi competit breue de termino qui præterijt, sicut antecessori meo competeret: si autem firmarius exceperit de feoffamento, tunc vertitur assisa in iuratum ad inquirendum de feoffamento.

¶ Si fiat disseysina pluribus in re communi. Cap. 8.

Plures etiã disseysinari possunt in re cõmuni, sicut & vnus in propria persona, & competit eis querela & remedium per assisam. Cõmunis autem esse poterit res siue tenementum multis modis, sicut res quæ cõmunis est inter virum & vxorem vbi neutri ipsorum sine alio competit querela vel assisa, cum sint quasi vnum corpus & diuersæ animæ, & quasi vnum ius habentes, nisi sit aliquis qui dicat, quod si vir vxorem disseysierit, vel econtrariò, quod assisa competit vni ipsorum quasi tenendam in cõmuni cum alio. Sed si ita esset, sic fieret diuisio inter eos corporis & sanguinis, quod esset contra hoc quod supradictum est. Videtur igitur quod recurrendum sit ad curiam christianitatis, vt discusso ibi de matrimonio per censuram ecclesiasticam, vel compellatur vir suscipere vxorem, vel vxor redire & sequi virum, & si opus fuerit, dominus Rex ad supplicationem ordinarij in tenemento communicando quod suum fuerit exequatur. Poterit etiam esse tenementum cõmune inter duos vel plures, sicut sũt bũdæ & metæ & rationabiles diuise quæ ponuntur in terminis & finibus agrorum

agrorum ad distinguendū prædia & dominia vicinorum, quorum quilibet dominus est proprietatis, & non dominus in solidum, sed tamen dominus in communi. Talibus autem omnibus competit querela & remediū per assisam, secundū quod fuerit quilibet eorū disseysiti. s. omnes vel quidā illorū, per extraneos vel seipsos inter se. Si quis igitur diuisas arauerit, lapidem vel arborem finalem amouerit & asportauerit, facit disseysinam, vt de itinere M. de Pateshull ad assisas nouæ disseysinæ capiendas & gaolas deliberandas in com South: Assisa nouæ disseysinæ si Radulphus de le Haye: quia ibi dicitur, quod si quis terram meam arauerit, & maximè qui diuisas arauerit inter me & ipsū, facit disseysinā: quia in hoc magis iniuriatur, quàm si aliam terram arasset, quia si aliam terram, tunc possent blada retineri, quod nō est in diuisis (vt videtur) quia huiusmodi metæ & bundæ sunt vtriusq; vicinorum in communi; quoad hoc quod nullus vicinorū aliquid sibi appropriare possit sine eo quod nō facit disseysinā ex quo tenēt in cōmuni. Sed quod ibi potius sit transgressio q̄ disseysina videtur, quia in visu faciendo iuratoribus, non potest querēs aliquā partē designare nec dicere, hæc pars mea est, quia diuisæ non sunt p partes diuisæ, sed iacēt in cōmuni, quia nullus scit nec scire poterit partē suā. Si autē sit qui dicat quod illa pars dimidia sit alicuius quæ iacet propius iuxta terram suā, hoc stare non possit, quia si quilibet araret vel prostraret partem dimidiam propinquiorem terræ suæ, ita consumi possent diuisæ & ad nihilari. Sed reuera (quicquid dicant alij) videtur quod ibi sit potius disseysina de tenemēto in communi, & sic fiat visus de toto tenendū in cōmuni, de lapide vero & arbore finali, idē est quod liberū tenemētū, ex quo lapis in terra fixus, quasi edificiū solo cedit, & arbor eodē modo cum radices egerit. Sunt autē quidā qui dicunt, q̄ amotio arboris & lapidis potius transgressio est q̄ disseysina, sed hoc nō est verū, quāuis disseysina sub se cōtineat transgressionem, licet non econtrariō. Poterit etiā res esse cōmunis inter plures, sicut inter cohæredes & participes in tenementis communibus, non partita hæreditate. Item inter vicinos in aliquo tenemento, quod aliquando fuit litigiosum & de communi voluntate relinquitur ad aliquem vsum vnum vel plures, si quis ex talibus participibus vnum de participibus suis disseysuerit, idem habebit assisam versus participes suos tenendum in communi. Si autem duos, quilibet habebit assisam suā per se, quia diuersæ sunt disseysinæ, & idem erit de pluribus in causa possessionis acquirendæ ante partitionē hæreditatis, cum semel fuerit acquisita, & sunt ibi diuersa iura licet de re incerta. In acquirenda vero seyfina alicuius antecessoris in causa proprietatis, vbi diuersæ sunt personæ & diuersa capita, sed tamen quasi vnus hæres propter ius quod eis cōpetit, nullus potest sine alio petere seyfinā antecessoris propinquā vel remotā, cum sunt omnes quasi vnus hæres ppter vnicū ius. Cum autē semel adita fuerit hæreditas & acquisita siue deuifa fuerit inter capita siue non, nullus sine alio respondebit in causa proprietatis de seyfina antecessoris, nec etiam in causa possessionis in assisa mortis antecessoris, vt infra. De seyfina vero ppria, si eiectus fuerit participes vn' vel plures a participe vel participib' vel etiā ab extraneis psonis,

Vv. iij.

quili-

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ

quilibet habebit remedium per assisam per se sine particeps, quia plures sunt ibi disseysinæ. Et vice versa, si vnus vel plures cohæredes disseysinã fecerint cohæredib⁹ vni vel pluribus siue extraneis, quilibet de facto suo et de iniuria sua per se respõdebit: quia pœna suos tenere debet autores. Ante vero aditionem hëreditatis coniunctum est ius et seysina antecessoris, et ita coniunctim ab omnibus peti debet qui cõiuncti sunt, quasi vn⁹ hæres. Cùm autem adita fuerit, incipit vel adhuc manet esse ius vnum coniunctum, et seysina diuersa, sed communis quouq; fuerit partita, et ideo nullus sine alio respondebit alicui qui seysinam petat, vel ius alicuius antecessoris sui, nec in causa proprietatis, nec in causa possessionis p assisam mortis antecessoris, cùm omnia sunt eis communia pprietas. s. & possessio. Si autẽ extraneus petat de seysina sua ppria in causa disseysinæ & spoliationis si omnes disseysinã fecerint, omnes tenentur & cadunt in assisam. Si autem quidam illorum & non omnes, illi tenentur qui fecerint & non alij. Et idem erit si vnus tantum, & ipse solus incidit in assisam & in pœnam & non alij. Sed esto q̃ disseysitus versus talẽ semel recuperauerit p assisam, siue tenementum siue pasturam, et alius particeps a primo disseysitore illũ ipsum iterũ eijciat de eadẽ re, & ipse disseysitus iterũ super illũ assisam portet, quæro an debeat procedere? videtur q̃ sic prima facie, quia licet eadẽ sit res, diuersæ tamen sunt personæ, sed reuera non est capienda, quia sic esset capere assisam super assisam, & hac ratione, quia bene possit contingere q̃ vltima assisa posset esse cõtraria primæ, & per vltimam assisam possit adnihilari quod rite actum esset per primam, & ita possunt esse iudicia in pendentia, & esse in incerto, quod esse non debet. Et ita potest vnus particeps & debet de seysina sua & iniuria propria sine participibus suis respondere, & nõ habebitur in hoc casu regressus ad aliud, nisi ad conuincendos iuratores si particeps qui per assisam amisit, hoc voluerit.

1. De eo qui est in possessione nomine alieno & cui non competit assisa. Cap. 9.

Dictum est in proximo capitulo præcedenti cui competat remediũ per assisam, siue teneat rem propriam vel in communi, post diuisionem vero hëreditatis communis plures erunt seysinæ & plura iura separata, sed tamen nõn debet quis sine alio respondere, nisi velit in causa proprietatis, quod si faceret, nullum haberet regressum erga participes suos si forte amitteret, & quod dictum est de cohæredibus participibus, dici poterit de vicinis. Nunc autem dicendum est cui non competat remedium per assisam, nec querela. Nulli autem competit querela nec remedium per assisam, qui in possessione fuerit nomine alieno, quia talis non possidet, licet in possessione fuerit, sed ipse possidet cuius nomine possidetur. Et longe aliud est possidere quàm esse in possessione. In possessione autem sunt, licet nõn possident, custos qui tenet aliquando in dominico licet non in feodo. Item procurator. Item familia, seruus proprius, vel alienus bona fide possessus. Item firmari⁹ vel fructuarius, quod non dicitur de feodi firmario. Item vsurarius & hospes. Itẽ qui ad volũtatem

tatem tenuerit de die in diem de anno in annum licet warrantum vocare possit, secundum quosdam, sicut et usufructuarius qui tenet ad terminū annorum, tales querelam non habebunt nec remedium per assisam, quia non habent actionem, sed dominus proprietatis: et ideo si agant, locum habet contra eos exceptio proprietatis, et liberi tenementi a quocunque disseysitore apposita, siue ius habuerit eijciendi siue non, et si non competat eis de iure exceptio, tamen dissimulanda erit propter verum dominum cui competit actio. Item non competit eis querela nec remedium per assisam, qui statim & incontinenti post disseysinā a vero domino sunt eiecti flagrante maleficio. Item non competit intrusori eodem modo, nisi tempus habuerit longum & pacificum, quod sufficere possit pro titulo. Item nec ei qui nunquam fuit in seysina nec quasi in seysina, & idē si minus sufficientem habuerit seysinam sicut iniuriosam sine tempore & pace contentiosam. Item non competit villano nec villanæ sub potestate minorum existentibus de puro villenagio contra dominum suum nec contra alios quoscunque, tam ratione personarum quam tenementi, siue sit de antiquo villenagio siue de nouo. Si autē perquisitum fuerit, contra dñm nō cōpetit assisa in cui⁹ potestate fuerit, cōpetit tamē cōtra feofatores extraneas psonas, quousq; dñs (sub cuius potestate fuerit) tenementū illud in manū suā cepit, vt infra de exceptionibus pleni⁹ dicitur. Itē nō cōpetit ei qui tenuerit de villano socagio ī dominicis dñi Regis, nec puris villanis, cōpetit tamē quandoq; eis qui aduētitiij sunt, & habēt cōuentionē suā per certa seruitia, quāuis villanæ, ad similitudinē eorū qui tenēt de dominico dñi Regis in villano socagio, nisi hoc fuerit in libero burgo siue infra manerium tale. Item non competit ei qui de naue sua eiectus fuerit, quasi de libero tenemēto suo, nō magis quā si tractus esset de equo suo siue de vehiculo, curru, carecta vel carro. Sed quid dicitur de eo qui eiectus erit de ædibus ligneis, cōpetit ei assisa si cōsistāt in solo pprio siue solo cohæreant siue nō, si autē cōstruantur in solo alieno, aut præcessit phibitio ne amoueant, vel denūtiatio ne fierent, in quibus casibus cōpetit ei assisa in cui⁹ solo edificatū est, et nō ei qui edificauit, quia post denūtiationē siue phibitionē, effectæ sunt cōtentiosæ, & nō est licita amorio. Si autē nulla præcessit denūtiatio nec phibitio, & sic quasi sine contentione licite amoræ fuerint, nō cōpetit dño soli aliquod remediū per assisam. Item non cōpetit alicui assisa nisi ei qui possidet, nec a possessione potest aliquis deijci, nisi ille qui possidet nomine pprio, possidet dico, per se vel p aliū naturaliter vel ciuilititer, vel altero istorū. Itē nō cōpetit ei si eiect⁹ fuerit sine iudicio qui tenuerit p legē Angliæ ratione liberorū suorū, qui postmodū conuicti sunt ad bastardos, & quāuis velit tales ī curia Christianitatis phare ad legitimos nō audiret, sed si de facto hoc facere vellet, vero hæredi cōpeteret phibitio. Itē nō cōpetit donatorio, qui nullā omninō seysinā habuit per se quāuis cū donatore, quia si talis eiectus fuerit a vero hæredē, dū tamē incontinenti post mortē donatoris antequā temp⁹ habuerit tale, q sine iudicio eijci nō possit, si autem ab extraneo eijciatur, & cuius non interfuerit, omni tempore recuperabit, propter modū possessoris, post tēpus verō recuperare poterit verus hæres p assisā mortis antecessoris. Itē idē erit si cōuicti fuerint qheredes esse nō possint,

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ 50

possint nec propinqui nec remoti ; vt si terra data fuerit certis hæredibus alijs omninò exclusis, vt si terra data fuerit in maritagium cum aliqua muliere viro & hæredibus de ipsis duobus vel de eorum carne exeuntibus. Item non competit viro sine vxore de hæreditate vxoris cum ambo fuerint simul disseysiti, nec etiam vxori p se quæ p se fuerit disseysita et quæ postmodum nupserit viro, licet ante nuptias impetrauerit, quia cadit breue illud. Item non competit aliquando ante tempus, vt si quis ab hostibz captus fuerit, dum fuit sub eorum potestate, cum autem ad libertatē redierit de eorum manibus, aliud erit. Item competit vxori liberæ copulata villano & non econuerso. Et competit eis de rebus vxoris prius acquisitis, cum vxor libera et villanus simul sint in possessione & seysina extra potestatem dominorum, vt si seruus ingrediatur ad liberam vxorem habentem liberum tenementum vel dotem, si eiciantur, recuperabunt non obstante seruitute viri, sed non econtrariò, libero copulato villanæ in villenagio, et dum ambo fuerint sub potestate dominorum. Vxori vero liberæ nunquam competit actio de acquirendis, nisi post mortem villani, non magis quàm in vita eius, sed prouidebitur ei per aliud breue, sicut liberæ a seruo liberatæ. Libero autè homini nunquam competit de villenagio vxoris, de libero autem tenemento suo proprio bene competit, non obstante vxoris villenagio. Item non competit ei qui ex libera vxore & villano coniugatis et sub potestate dominorum constitutis de hæreditate matris liberæ, si forte post mortem matris fuerit in seysina, vz contra dominum suum sub cuius fuerit potestate, sed contra alios quoscunq; præterquam contra dominum capitalem hæreditatis illius si alij non sint hæredes, et si statim eiciatur. Si autem alij sint hæredes vel si post tempus pacificum eiciatur, recuperabit, et consulitur hæredibus vel domino p aliud breue. Item non competit alicui viro religioso (secundum quosdam) qui feoffatus fuerit per aliquem qui de domino rege tenuerit in capite, vel de alio, nisi residuum quod remanserit in manibus feoffatorum sufficiat ad plenum seruitium, propter constitutionem libertatis. Item nulli competit assisa qui per dominum regem vel balliuos suos nomine suo fuerit disseysitus, nisi manifesta fuerit disseysina, et quo casu erit volūtas domini regis expectanda. Si autem non fuerit manifesta, quia forte cōtentio est de finibus agrorum, adhuc erit expectanda voluntas domini regis vt de præcepto suo, et si ei placuerit, fiat inde perambulatio, et sic terminetur negotium. Item non competit ei qui in villenagio tenuit & per villanas consuetudines, licet persona libera sit, siue tenementum sit purum villenagium siue priuilegiatum, vt dominicum domini regis, quia tales nihil tenent nomine proprio sed nomine alieno, cum omnes consuetudines & seruitia, in puro villenagio omninò sint incerta. Si autem certa sunt, sicut in villenagio priuilegiato vel villenagio puro, si eiciatur tenens, non competit ei remedium per assisam nouæ disseysinæ, quia tenet vt villenagium & nomine alieno. Sed tamè bene possit sustineri in hoc casu, quod assisa verteretur in iuratum, saltem ad inquirendum de conuentione vel de priuilegio, vt querens saltem habeat suam conuentionem vel priuilegium. Item non competit ei assisa, vt si quis se intruserit in aliquod tenementum

De Assisa nouæ disseysinæ. (a. 9. Fol. 169.

mentum contra conuentionem & cirographū vel finem factum, nisi hoc fecerit per conuentionem duplicatam: Vt si ita conuenerit in donatione q̄ nisi hoc factum fuerit vel non fuerit, bene liceat tali se ponere in seysinam, non obstante sine facto, vel conuentione, vel homagio vel huiusmodi. Videndum erit vtrum satisfactum fuerit conuentioni vel fini sufficienter & modo debito, & ita quod ille qui se in seysinam posuit, contentus esse debeat de satisfactione. Item non competit ei assisa qui tenet per legem Angliæ vel nomine dotis, vel alio quocunq; modo ad vitam, & ita quod habeat liberum tenementum, si vastum fecerit vel destructionem, si dominus capitalis, vel amicus cuius interfuerit, tenementum suum in manum suam ceperit simplici tamen captione, propter vastū, & destructionem, dum tamen paratus fuerit restituere, facta inde plenè satisfactione de vasto facto, & accepta securitate de vasto vlteriùs non faciendo. Quod etiam obseruari potest, si aliquis hoc fecerit cuius interfuerit parens vel amicus, qui forte custodiam habuerit. Et de hac materia inueniatur in itinere M. De Pateshull ad assisam nouæ disseysinæ capiend' & gasolās deliberādas ī com̄ North. Assisa nouæ disseysinæ si Roger' de Deneford, & sic intentio deijcientis vel impediētis quandoq; excusat a disseysina. Talibus enim personis conceditur rationabile estouerium, & nō vastum, & si in eo quod modum excedat & mensuram impediatur, non erit per hoc eis iniuriatum. Item nō competit assisa vxori per se sine viro, nec cum viro si vir donationem fecerit de hæreditate vxoris viuente vxore, quia ipsa per se sine viro assisa portare non poterit in vita viri nec post mortem, & vnde si ambo nominentur cadit assisa, quia vir iniuste non est disseysitus, nec ipsa sine viro queri potest, ne ambo fecerint disseysinam. Item non competit domino contra tenentem suum de seruitio ei detento, quia locum ibi habet districtio, dum tamen districtio non vertatur ad disseysinam, quod multis modis fieri poterit, nisi fuerit rationabile vt alibi contra alium bene competit, vt infra dicetur. Si autem tenens ad assisam respondeat ita, quod assisa non iacet inter ipsum & dominum suū, per hoc cognoscit quod de eo tenet & sic cadit assisa, & per hoc quod assisa cadit in eodem iudicio, statim p̄ hoc surgit districtio, vnde statim precipiant iustitarijs vic. quod sit in auxilium domino ad distringendum, si dominus non sufficiat. Si autem tenens dominum suum deaduocauerit, statim facit eum non tenentem quantum ad se ipsum, licet re vera tenens sit, & sic statim locum habet disseysina multis rationibus, vt si extraneus distringat tenentē ad soluendū ei, statim iacet assisa inter dominum & extraneum, si autem tenens gratis soluerit extraneo, tunc iacebit assisa in p̄sona vtriusq;. Item potest quis esse tenens meus reddendo mihi redditū, et possum redditum illū dare alicui et attornare tenentem meum ad reddendum redditum illū meo feoffato p̄ manū suam, sicut mihi reddere cōsuevit p̄ manū suam, et sic non erit tenens meus homo illius cui per me attornatus fuerit, nec ille cui attornatus est erit dominus suus, & sic iacere poterit assisa nouæ disseysinæ inter tales si forte redditum & seruitium non soluerit. Item non competit ei qui semel se retraxerit coram iustitarijs: tam a breui quā assisa, propter aliquem defectū breuis vel p̄sonæ que-

Lib.iiii. . . De Assisa nouæ disseynæ.

næ querētis, vel ppter errorē vt infra plenius dicitur. Itē nō competit ei qui semel se cognouerit ad villanū coram iustitiarijs, & de hoc conuictus fuerit, nisi forte impostērū mutato statu quōd priuilegium habeat vel exceptionē, vt infra. Itē non cōpetit ei qui semel de bona voluntate sua dederit vel restituerit alicui tenementū aliquod in iure vel extra ius, dū tamen hoc pbari possit, quia volenti non fit iniuria. Itē si quis tenens cūm p̄sēns non sit velit rē repetenti restituere, siue in causa spoliationis siue p̄prietatis, sufficit si chartam suā in signū traditionis & restitutionis in iudicio tradiderit, talis enim traditio instrumenti vel signi sufficit p̄ traditione rei, quoad restitutionē sine alia solennitate, licet hoc nō sufficiat quā tū ad donationē, cūm corporalis apprehensio nō interuenerit, & vnde etiā cūm talis sic in iudicio restituerit, si postea se p̄ vim tenuerit in seysina & eiectus fuerit, non recuperabit, quia semel ex voluntate restituit p̄dicto modo: in tali enim casu restitutionis nō est talis solennitas adhibēda, qualis in donationibus obseruatur. Item non iacet aliquando ratione donationis, vt si quis tantū dederit de tenemento suo in liberā elemosinā, p̄ quod capitalis dominus amiserit seruitiū suū, quia hoc est cōtra cōstitutionē, vt in rotulo de placitis quæ sequūtur regē anno regni regis H vicesimo tertio apud Cateshull corā w. de Ralegh de Roberto de Toteshall & Priore de Brickfete de tenemento in Bathford, ibi cecidit assisa. Itē de eodē quōd nō cōpetit assisa, vt si quis tenuerit de dño rege in capite p̄ seruitiū militare, & ille talis aliquē religiosū feoffauerit in liberā elemosinam: vel de aliquo alio q̄ de dño rege p̄ minus seruitiū. Et vnde si dñs rex vel alius capitalis dominus talē religiosū eiecerit incontinēti, nō recuperabit, sicut in p̄dicto casu corā eodem, nisi tempus habuerit post seysinam. Itē non cōpetit restitutio p̄ assisam ppter falsam causam possidendi, vt si mulier fuerit disseysita de tenemento quod tenuerit nomine dotis, de qua sufficienter p̄batum est in foro ecclesiastico, q̄ nunquā fuit ei, cuius nomine dotem habuit, legitimo matrimonio copulata, quia si de facto, non tamen de iure, & ideo nulla dos: quia vbi nullū matrimonium, ibi nulla dos, & sic definit esse liberū tenementū ppter falsam causam possidendi, & ideo licet ab initio crederetur ibi esse matrimoniū, tamen ibi nullū fuit, & ideo dos nulla. Et quamuis talis mulier sine iudicio eijciatur, tamē p̄ assisā nō recuperabit ppter falsā causā possidēdi, & hic nō definit esse liberū tenemētū quod nunquā fuit liberū tenemētū reuera, & nō potest desinere esse quod nunquā incepit. Idē poterit esse si vir alicui⁹ mulieris primò aliā duxit in vxorē de iure, & aliam postea de facto, hoc detecto, cūm prima p̄bauerit secūdū matrimoniū advlteriū deficit omnino, & quia tūc primò causā possidēdi nō habet p̄ verā p̄bationē int̄ueniētē, si sine iudicio eijciatur, p̄ assisā nō recuperabit ppter falsā causā possidēdi: & ita erit qualitercūq; p̄batū fuerit q̄ matrimoniū secūdū stare non possit, & quia seysina quā talis mulier sup̄inducta pri⁹ habuit nulla fuit in se sed omninō vitiosa, nisi sit qui dicat quōd ab initio ignorātia eos excusat, sed non est ibi nisi p̄sumptio quam postmodum vincit p̄batio vera. Item non competit ei restitutio per assisam si vir incontinenti eijciatur post mortem vxoris de re vxoria qualicunquē, cūm liberos simul

De Assisa nouæ disseysinæ. (a. 9 Fol. 170.

mul nunq̄ habuerint, post interuallū vero eijs sine iudicio nō potest: vel si habuerint & conuicti sunt ad bastardos, vel alio modo quōd hæredes esse nō possunt, vt supra eodem. Item non competit restitutio p̄ assisā, p̄pter falsā impetrationē. s. vbi quis impetrauerit antequā subesset causa impetrationis, quod de facili p̄pendi poterit per datam breuis. Eodem modo si causa fuit impetrādi & postea desinit esse, vt si disseysitor rē disseysitam dño p̄prietatis restituerit illam gratis accipienti oblatam, desinit esse restitutio p̄ assisā. Aliud autē est si verus dñs seysinam suam sibi vsurpauerit viribus & non iudicio. Item desinit esse causa & non competit ei restitutio p̄ assisā, si disseysitus rē spoliatā (diffimulando iniuriā) gratis remiserit, & quietam clamauerit, vel condonauerit, vel si disseysitus donū quod inde fecerit (ratū habēdo) cōfirmauerit, cū seysinam suā rehabere posset si vellet. Itē nō cōpetit assisa cū desinat esse causa quæ primō fuit & cadit omninō propter ordinē placitandi non obseruatū: vt si quis disseysitorem suū primō implacitauerit de tenemento p̄ breue & in suo casu de tenemento vnde assisa arramata est su p̄ iure & proprietate p̄ breue de recto, vel de ingressu qualitercunq; plus vel minus, vel p̄ assisā mortis antecessoris. Item non competit restitutio p̄ assisā ratione loci, sed cadit omninō sicut in dominicis domini regis. s. in villenagijs priuilegiatis, vbi nec assisa nouæ disseysinæ, nec assisa mortis antecessoris nec aliud breue, nisi tantū paruum breue de recto secundū consuetudinem maneriorum currit. Possunt tamen aliquando in manerijs dominorū esse liberè tenentes & tenere p̄ seruitium militare p̄ homagio & seruitio, & in liberum Sokagium, & p̄ Sciantiam, et p̄ conuentionē de gratia dñorum, licet hoc esset ab initio villenagium. Poterit enim quis de villenagio suo facere liberum tenementū & feodū militare si voluerit. Item non cōpetit restitutio p̄ assisā propter tenementū, vt si liber homo tenuerit villenagiū p̄ villanas cōsuetudines & seruitia incerta, faciēdo inde quicquid ad villenagiū p̄tinet. Itē non cōpetit p̄pter p̄sonam, licet sit liberū tenementum, vt si villano tradatur a domino suo (sine manumissione & libertate) aliquod liberū tenementum tenendū p̄ liberū seruitiū ad voluntatē dñi sine mentione hæredū, quia si mentio fieret de hæredibus, p̄sumi posset ex hoc quōd dñs vellet eum esse liberū, quod quidē sufficere posset pro manumissione. Est enim ratio & regula generalis in istis duobus casibus, quōd liber homo nihil libertatis p̄pter p̄sonam suā liberam cōfert villenagio, nec liberum tenementum econtrario in aliquo mutat statū aut cōditionem villani. Item non competit restitutio p̄ assisā et qui tenet ad voluntatem alicuius de anno in annū, quia apponitur terminus certus & determinatus, quia p̄ hoc innuit quōd voluntas concedentis est annualis, & sic nulla assisa p̄pter tempus determinatum, vt de itinere W. de Raleghe in comitatu Bedf, assisa nouæ disseysinæ si Milo. Si autem sic concessū fuerit tenementum, donec quis prouiderit siue ad voluntatem siue non, dum tamen ita dicatur, donec prouiderit: semper remanebit res data accipienti vt liberum tenementum, donec prouisum fuerit, & si nūquā prouideatur, ita semper remanebit in feodo. Et illud idem dici poterit de terra data ad terminum annorum, vt si dicatur, concedo tibi tantam

Xx.ij.

terram

Lib. iiii. l. De Assisa nouæ disseysinæ.

terram ad talē terminū, & ego warrantifabo &c. & si aliquid amiseris pro defectu warrantie, volo q̄ teneas terrā illā vltra terminū tuū donec tibi reddidero quicquid amiseris pro defectu warrantiæ, & sic poterit esse quòd nunquam reddet, & ita poterit terra remanere in feodo imperpetuū vt liberū tenemētū suū. Si autē dicat, donec ipse vel hēredes sui p̄uiderint, & licet ipse non p̄uideat, sufficit si hēredes p̄uideant. Item si dicat donec ego & hēredes mei p̄ouiderimus tali, nulla facta mentione de hēredib⁹, si ei in v̄ta sua non p̄uideatur, remanebit tenementū in feodo, licet donator vel hēredes sui hēredibus donatorij velint p̄uidere. Prouisio enim in hac parte restringitur ad p̄sonas tam dantis q̄ accipientis & hēredum ipsorū. Itē non competit restitutio p̄ assisam ratione rei de qua agitur, vt si quis queratur se esse disseysitū de aliqua re quæ ritē & p̄ pontifices deo fuerit dedicata, sicut de ecclesijs & cæmeterijs, quia huiusmodi in nullius bonis esse poterunt. s. in bonis nullius singularis p̄sonæ, sed solūmodo in bonis dei sunt, & si forte de facto ab aliquo sup̄ h̄ni quereretur assisa, cōmutari poterit assisa in iuratā ad inquirendum de trāsgressione, in quo casu si trāsgressū esset, vterq; foret in misericordia, querens. s. pro falso clamore, & trāsgressor pro trāsgressione. De eo autē quod nō est sacrū, sicut de libera elemosina non erit ita, dicitur enim libera elemosina, & magis libera vt infra. Itē eodem modo non cōpetit restitutio p̄ assisam alicui singulari p̄sonæ de tenemētis & locis quæ sūt quasi sacra, sicut ea quæ sunt cōmunia ciuitatū & vniuersitatū, sicut stadiū & theatrū & alia, sicut muri & portæ, viæ publicæ, & stratæ publicæ quæ tantum deputata sunt ad aliquem vsū publicū, & in quibus nulla singularis p̄sona p̄ se aliquod ius vindicare poterit, in quibus trāsgressio est & nō disseysina, quia nulla singularis p̄sona inde poterit esse in seysina, & disseysiri non potest aliquis de eo quod nō potest possidere. Nec si q̄s dicat se aliquid inde possidere p̄ iuratā in quā vertitur assisa vt supra, in primo casu aliquid p̄ iuratā retinebit, nec querens aliquid recuperabit, nisi tantū vsū cōmunē, ad quē h̄ni loca sūt deputata: vt de itinere M. de Pateshul in cōm South, ad assisas nouæ disseysinæ capiendas & gaolas deliberandas, si Adam Gerū. Infra plus de hac materia de trāsgressionibus.

¶ Contra quē competit assisa & quibus modis quis incidat in assisam. Cap. 20.

Dictum est supra cui competat querela & remedium per assisam post disseysinam factam, & cui non: nunc autem dicendum contra quē competit, & quibus modis quis incidat in assisam. Competit enim assisa contra liberum hominem masculum & foeminam, maiorem & minorem, clericum & laicum, Christianum & Iudeum, ita contra furiosum sicut contra illum qui est sanæ mentis. Item contra seruū sicut cōtra liberum, ne seruus melioris sit conditionis quā liber, cū deterioris esse debeat. Item tam cōtra ipsum qui auctoritatem præbet dei cōsentibus præcepto, consilio, & auxilio inductiuo, quā contra ipsū qui disseysinam ratam habet ex post facto, vel quia iniuriam non emendauerit cū fuerit interpellatus ab homine personaliter viua voce, vel saltem per diligenti-

diligentem impetrationem & diligentem prosecutionem, dum tamen præsens hoc sciuerit, vel scire possit & debeat, & ita quòd ibi non sit crassa ignorantia, quod esse poterit si omnes de patria sciuerint disseysinam esse factam, & ipse solus ignorauerit cum præsens sit. In quibus casibus, cum iniuriã suorũ nõ emendauerit cum possit & sciuerit, incidit in assisam. Item non solum ille qui facit & præcipit (vt prædictum est) verum etiam ille qui statim & recenter ingreditur seysinam post disseysinam factam, ab vno vel a pluribus, & ex quibus omnes vel quidam illorum fuerint principales disseysitores, & hoc siue ingrediatur de voluntate disseysitoris per donationem, vel per aliam translationem, siue contra voluntatem per disseysinam, & hoc ante impetrationem quandocunquẽ. Et quid si non eiciantur incontinenti & recenter? omnes sicut principales disseysitores incidunt in assisam, & omnes in breui comprehendantur. Si autem fuerit diligens impetratio & diligens prosecutio, & post impetrationem factam seysinam ingrediantur, tunc refert vtrum statim post disseysinam & impetrationem factam, vel ex longo interuallo, sed siue sit sic siue non, oportet quòd in breui nominentur ex noua impetratione, quia ad quemcunquẽ res peruenierit post impetrationem, cum res per diligentem impetrationem & prosecutionem effecta sit litigiosa, ille qui eam sic receperit (quamuis in breui non nominetur) illam restituere cogetur, et non tenetur ad pœnam ex disseysina, sed tantum ad restitutionem, & sic imputari sibi ipsi debet quòd rem sic litigiosam recepit, nec excusat eum aliqua ignorantia, sed si cautè egerit dum fuerit in seysina, prospiciat sibi per breue de warantia. Si autem disseysitus negligens fuerit ad impetrandum, & ad prosequendum, & res ante impetrationem fuerit ad alium translata, siue incontinenti siue per longum interuallum: omnes qui acceperint incidunt in assisam, quidam eorũ quantum ad pœnam & restitutionem, secundum quod statim & recenter, quidam verò tantum ad pœnam & non ad restitutionem, & quidam ad restitutionem & non ad pœnam, secundum quod post interuallum seoffati fuerint, & ante impetrationem, sicut superius in parte dictũ est. Et si quidam ante impetrationem per longum interuallum seoffatus fuerit, vel disseysinam fecerit de re spoliata post interuallum, & si in breui non nominetur, respondere non tenetur nisi velit. Si autem sponte velit, non fit ei iniuria propter voluntatem. Item incidunt in assisam non solum vnus sed plures, quidam principaliter & quidam secundariò, qui autem principales sunt & qui non, inferius dicitur. Item incidit in assisam non solum ille qui facit nomine alieno, verum etiam ille cuius nomine fit, dum tamen factum suorum & iniuriã aduocauerit, & illam fecerit esse suam. Potest etiam quis eijcere præsens cum familia, sicut potest per se sine familia, & eodem modo familia sine eo, & dominus cum familia præsens & absens. Absens, vt si eo non præsentẽ iubeat vel mandet, & sic autoritatem præstet ab initio. Item eo non præsentẽ, non iubente, non mandante, nec autoritatem præstante ab initio, sed ex post facto ratum habente, vel cum fuerit interpellatus iniuriã nõ emédante, vt paulo ante dictũ est. Et in quo casu principalis nõ tenebitur sine secundarijs nec ecõtra:

quia

Lib.iii. De Assisa nouæ disseysinæ.

quia quilibet incidit in assisam cū alio. Familia vero non potest restituere sine domino, quia per factum eorū est in seysina, & ita nō possunt restituere quamuis teneantur ad poenam, dominus autem cū aduocauerit, suam facit iniuriam, & ita tenetur ad vtrumq; , ad restitutionem. s. & ad poenā. Si autē deaduocauerit & iniuriā suorum emendauerit, non tenebitur nisi tātū ad restitutionē. Itē qui factū aduocauerit & iniuriā suorū, nō magis excusatur in hoc casu quantū ad disseysinā, q̄ ille qui iussu deijcit, q̄ excusaretur ab homicidio, si iussu alicui⁹ occideret, cū in hoc nō sit dñs obediēdū nec excusat autoritas maioris, nec ille magis excusatur qui iussit, vel qui consilium adhibuit, si iniuria peruenerit ad effectū, alit̄ autē nō, & nō refert vtrū quis proprijs manibus eijciat an p̄ aliū, & vnde si familia mea ex voluntate mea deiecerit, ego videor deiecisse, eodē modo si p̄curator meus, & cū omnibus erit agendū. Si autē falsus fuerit p̄curator qui deiecit, nō mecū erit agendū sed cū eo, nisi cū suum factum ratum habuero, quia rati habitio in hoc casu cōparatur mandato. Dicitur enim quōd rectius est in maleficio, habitio nē rati mandato comparari. Et notandū, quōd familiæ appellatio duos continet seruos vel alios in numero & vlteriūs trium vel plurium. Et si tantū vnus deiecerit, adhuc videbitur familia deiecisse, & etiā familiæ appellatio eos cōplectitur qui loco seruorum habentur, sicut sunt mercenarij & conductitij. Itē tam liberi quā serui, & quibus poterit imperari. Itē inter cetera videndū est quis sit ille qui deijcit, princeps: s. ex potentia, vel aliquis p̄ eo vel nomine suo, vel iudex qui male iudicauerit, vel priuata p̄sona. Si autē princeps vel rex vel alius qui superiorē nō habuerit nisi dñm, contra ipsum nō habebitur remediū p̄ assisam, immo tantū locus erit supplicationi vt factū suum corrigat & emendet, quod si non fecerit, sufficiat ei p̄ poena quōd dñm expectet vltorē, qui dicit: mihi vindictam, & ego retribuam, nisi sit qui dicat quōd vniuersitas regni & baronagium suum hoc facere debeat & possit in curia ipsius Regis. Sed si alius ex facto & disseysina principis statim vel ex post facto in seysina extiterit, quamuis talis incidat in assisā & in poenam vel tantum ad restitutionem, secundū quōd seysina ad ipsum puenerit statim vel ex post facto, tamen sine principe coueniri non poterit p̄ assisam: quia licet ipse quodammodo disseysinam fecerit, tamē non per se sed cum alio. s. cū principe, & ita quōd sine eo respondere nō potest, & ideo non procedit assisa. Indirecte tamen & quasi ex incidenti etiā sine breui comprehendi poterit p̄sona principis ad hoc quōd factum suum emendet, vel in personam suam redundabit iniuria manifeste. Vtpote esto quōd impetratur assisa tantū super eum ad quem res trās-lata est sine principe, & qui tenetur ad restitutionem & ad poenam vel ad minus ad restitutionem, & ipse respondeat quōd sine principe (qui fecit iniuriam) per se vel suos respondere non debeat, quia ipse princeps per se fecit iniuriam, vel ipsi duo simul, extunc erit factum & iniuria in manu domini regis, qui dici debet in hoc facto quasi warantus, & extūc poterit (si voluerit) factum suum emendare quasi a lege cōpulsus, & quasi in persona sua cū sit ei submissus, debet firmiter obseruare. Si autē balliuus vel seruus nomine regis, capienda erit assisa, sed non erit procedē-
dum

dūm ad iudicium quousq; sciatur de voluntate regis. Si quis autem fuerit a iudice qui male iudicauerit disseysitus, siue hoc scienter fecerit siue ex imperitia, qualiter procedendum sit inferius dicetur de exceptionibus. Possunt etiam plures teneri & cadere in assisam sicut vnus, & quorum vnus vel plures possunt esse principales disseysitores, & quidam secundarij. Principales secundū quod quidam rem disseysitam tenuerint in cōmuni ante partitionem, vel secūdum quod partita fuerit inter plures qui culpabiles sunt de facto principaliter, vel secundum quod postea & post disseysinam in plures manus statim deuenerit, vel inter plures partita extiterit statim post disseysinam. Item sicut plures possunt esse principales disseysitores & vnus, ita plures possunt esse rei disseysitæ disseysitores & detentores post disseysinam & vnus siue possidere inceperint statim post disseysinam qualitercunq; siue ex interuallo siue non, siue ante impetrationem siue post impetrationē, dū tamen si post impetrationē & negligētem prosecutionē possidere inceperint, oportebit eos in breui cōprehēdi, ac si ad eos translata esset res ante impetrationē, quia res que ab initio effecta fuit litigiosa p diligentē impetrationē, effici possit non litigiosa per negligentem prosecutionem, oportebit enim vtramquē esse diligentem, saltem quousq; plegij de proseguēdo inueniantur, licet captio assisæ differatur, quia extunc omninò erit litigiosa. De hac materia infra plenius de exceptionibus.

1 ¶ Contra quē non cōpetit assisa. 2. Si quis nomine domini sui fecerit disseysinam. Cap. ii.

DIctum est supra contra quē cōpetit assisa, nunc autē dicendū contra quē non cōpetit. Et sciendū q̄ contra ipsū nō competit qui iniuriā siue disseysinā nō fecit. Immunis enim esse debet a pœna qui immunis erat a culpa, quāuis quis teneatur aliquando ad restitutionē, licet nō ad pœnam, nisi p iniusta detentione, sicut ille qui feoffatus est a disseysitore p longū interuallū, vel qui disseysinā fecit p̄mo disseysitori p longum interuallū post disseysinam, & qui a vero domino sine iudicio disseysiri non potest, quia diu ante secundā disseysinam seysinā suam amisit p negligentiam, vtramq; v; naturalē & ciuilē, & quamuis a suo disseysitore statim eijci possit & recēter & impune. Item non tenetur aliquis hæres de facto s. de disseysina antecessoris sui quoad pœnā disseysinæ, licet teneatur ad restitutionē, & hoc nisi lis contestata fuerit cum suo antecessore, sicut alibi dicetur. Item nec successor ex facto prædecessoris sui, nisi modo quo prædictū est, & hoc maximè si prædecessor suus in breui nominetur sub nomine officij vel dignitatis, secus autē est si sub nomine proprio, quia sub diuerso nomine non respōdebit. ¶ 2. Cum aliquis Abbas, vel prior, vel dominus vel alia persona quæcunq; ex facto & iniuria suorum inceperit possidere, cū facta eorum aduocauerit, & sic in seysina ante restitutionem obierit, quæritur an eorum successores vel hæredes ad restitutionem teneantur, cū possint restituere, licet non teneantur ad pœnam, sicut antecessor teneretur vel prædecessor. Hæres autem tenetur quoad restitutionem, sed per aliud breue de ingressu. Et eodem modo successor sub

Lib. iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

sub nomine dignitatis, si nomen proprium prædecessoris in breui non fuerit expressum, quia semper eadem est dignitas, licet diuersum nomē. Si autem nomen proprium prædecessoris in breui de noua disseysina incertū fuerit, non tenebitur successor per tale breue, sed per breue de ingressu, sicut supra dicitur de hærede: nisi forte idem habuerit nomen proprium prædecessor & successor, quod bene potest sustineri, vt infra dicitur plenius. Cū vero quis fecerit disseysinam nomine alieno, vt prædictū est, refert vtrum domini presentes fuerint in prouintia, ita quod adiri possint de facili, vel extra regnum. Si autem adiri possint de facili, adeundi sunt, vt sciatur vtrum iniuriam emendare voluerint vel non, cū de iniuria eis constiterit: Si autem non, erunt principales disseysitores & in breui nominandi sunt primò & principaliter, cū hoc aduocauerint. Si autē verbo deaduocauerint expresse interpellati, & hoc non emendauerint, sed opere fecerint contrarium, prudenter & scienter vtendo & non restituendo, adhuc illud idem erit dicendum quod superius dictum est, & hoc si ante impetrationem. Si autem post impetrationem fuerint interpellati, tunc refert vtrum dominus nominetur cum suis vel non. Si autem nominetur, & postea deaduocauerit, fiat idem quod supra, quia tunc facit iniuriam suam propriam, & incipit esse primus & principalis disseysitor per ratihabitionem, quæ retrotrahitur ad disseysinam & ad primum factum. Si autem in breui nominatus non fuerit, si postmodum aduocauerit bene se poterit ponere in assisam de voluntate sua, cogi autem nō debet. Et vnde si noluerit respondere sine breui, alio breui opus erit. Item si nō fuerit interpellatus nec in breui nominatus, nihilominus procedit assisa versus suos in absentia sua. Et si post captionem assisæ redierit & factū aduocauerit, in primis sit in misericordia cum suis, & nullum aliud habeat remedium, nisi quod agat de conuictione contra iuratores si voluerit, et in quibus casibus omnibus cū aduocauerit, & ante captionem assisæ moriatur, successor eius nō tenebitur ad pœnam nisi tantum ad restitutionem p breue de ingressu, nec alij qui fecerint tenebuntur. Si autem absentes fuerint omnino vel presentes deaduocauerint & statim moriatur, semper tenebuntur principales disseysitores illi qui fecerunt, & pcedet assisa contra eos vsque ad creationem successorum. Cū autem successor creatus fuerit ante captionem assisæ, tunc erit successor vel hæres in eadem causa in qua fuit prædecessor quod deaduocare poterunt vel aduocare, cū de facto suorum incipient possidere. Sed refert vtrum per breue impetratum contra prædecessorem propter diuersitatem personarum. Et vnde videndum vtrum impetratum fuerit versus prædecessores, Abbates vel priores tantum sub nomine dignitatis, vel simul sub nomine proprio, vel nomine dignitatis, & si sub nomine proprio, tunc refert vtrum idem fuerit nomen prædecessorum & successorum vel diuersum, vt infra dicitur plenius. Et generaliter quicumque illorum moriatur, siue ille qui fecit, siue ille cui nomine fit, cū aduocauerit, cadit breue & assisa sub nomine dignitatis & sub nomine proprio, & alio breui opus erit.

¶ Cui fieri debet querela.

Cap. ii.

¶ Dictum

Dictum est supra ad quem pertineat querela de disseysina facta, et ad quem non, nunc autem dicendum cui fieri debeat querela, & ad quem recurrendum erit, cum disseysitus vtramq; amiserit possessionem naturalem & ciuilem, et cum seyfinā resumere non possit autoritate propria, cum illam semel amiserit. Querela autem fieri debet ei qui iurisdictionem habet, sicut principi, & non omni qui habet iurisdictionē, nisi cum iurisdictione habeat coercionem, quod possit iudicium suum executioni demandare. Non Archiepiscopo, nec Episcopo, nec alijs, licet iurisdictionem habeant in quibusdam. In layco vero feodo cognitionē non habent nequē coercionem, quia si Archiepiscopus, vel Episcopus vel alia psona ecclesiastica de laico feodo cognosceret vel iudicaret, si iudicium per se exequeretur, competeret contra eos assisa nouæ disseysinæ: quia quamuis iudicium interueniret licet iustum esset omnino, tamē quia non haberet iurisdictionem in talibus nec coercionem, non valeret. Si autem vicecomes hoc demandaret exequendum, impune eis non obediret, quod si faceret, simul cum alijs caderet in assisam. Sed nōne poterit Iudex ecclesiasticus de layco feodo cognoscere ratione fidei interpositę? non, quia si sic faceret, non haberet coercionem nec iudicij executionē, & cum in iudicio ecclesiastico cognoscatur de fidei interpositione, non tamen propter hoc mutatur iurisdictione vel cognitio super principali, quod est de laico feodo, ppter quod incidens est principali quod est fidei interpositio, nec illud quod prius et maius est & principale, trahi debet ad forum alienum siue vetitum, propter id quod minus est et posterius, & incidens principali vel emergens. Sicut vice versa, ad forū secularem trahi non debet p id quod minus est & nō principale id quod primu & principale est in foro ecclesiastico, vt si ob causam matrimonij pecunia promittatur, licet videatur prima facie quod cognitio super cattalis & debitis pertineat ad forum seculare, tamen propter id quod maius est & dignius trahitur cognitio pecunię promissę & debitę ad forum ecclesiasticum, et vbi locum non habet prohibitio, cum debitum sit de testamēto vel matrimonio. Eodem modo videretur quod trahi deberet ad forum seculare fidei interpositionis cognitio, quod tamen esse non poterit, cum iudex secularis pro fide læsa iniungere non potest poenitentiam ne falcem suam ponat in messem alienam. Et similiter videri poterit aliās q id quod mai⁹ est trahit ad se id quod min⁹, vt si quis i curia domini Regis implacitatus fuerit ab aliquo super transgressione ab aliquo, & ab eodem appellatus super eodem facto in com vel coram Iustitiarijs de banco, remitti debet placitum super transgressione ad com vel ad bancum, nec trahi debet appellum ad iudicium siue cognitionē super transgressione, sed ecōuerso: quia id quod maius est trahit ad se id quod minus est & non econtrario, & hoc sufficit ad p̄sens exempli causa,

¶ Quando fieri debeat querela. Cap. 15.

Dictum est supra cui fieri debeat querela, nūc autē dicēdum erit quādo, et sciendum quod statim & sine mora, cum diligens esse debeat impetratio & diligens prosecutio, secundū quod superius dictum

Yy.j.

est

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ

est, cum desides & sui iuris contēptores nō iurat iuris beneficium, & vigilantibus & non dormientibus iura subueniunt, & ne ante impetrationē vel diligentem prosecutionē res disseysita transferatur ad alium, propter quod fiat difficilior prosecutio, & quę si diligens fuerit, perpetuatur per hoc actio & detur hæredibus, & cōpetit in hæredes per breue de ingressu cum clausula vel sine, quantum ad poenam vel restitutionem, secundum quod inferius dicitur & secundum quod res translata fuerit ad alium ante impetrationem vel post, secundum quod fieri potest multis modis sicut continuò videri poterit in sequentibus.

¶ Si res disseysita post disseysinam ad alium transferatur per disseysitorem vnum vel plures.
Cap. 14.

SI post disseysinam factam ab vno vel a pluribus res ad alium transferatur ad vnū vel ad plures. Ad plures autē simul vel successiue, de persona in personā, siue de voluntate disseysitoris, siue cōtra voluntatē suam per disseysinā, & hoc si statim post disseysinā & sine interuallo antequam disseysitus sibi p breue vel p longū interuallum perquisiuerit per negligentia suā, cum commode sibi perquirere posset si vellet. In ijs casibus omnibus, oportet q omnes, ad quos res translata fuerit ante impetrationē, cum primis & principalibus disseysitoribus in breui nominetur, vt superius dictū est, siue ppter poenā siue ppter restitutionē, alioquin nō recuperabit disseysitus. Principales vero disseysitores ppter factū & ppter iniuriā, & illi eodē modo ad quos res trāsferat de voluntate disseysitoris, si statim possessionē nacti fuerint de re translata post disseysinā, & ad restitutionē tenentur & ad poenā, si autē post longum interuallū, aliud erit, quia illi non sunt disseysitores: quia longum tempus eos excusat ppter negligentia disseysiti p quā disseysitus amisit vtrāq; possessionē, vel ppter negligentē psecutionē, licet diligens fuerit impetratio per quā res desinit esse litigiosa. Item si statim & sine interuallo res disseysita ad aliū trāsferatur siue de voluntate disseysitoris siue cōtra p disseysinā, oēs tenentur, & incidunt in assisam, & nullus poterit sine iudicio disseysiti nisi hoc fiat incōtinēti, habita tñ tali distinctione, q si ille qui p longum tēpus ante impetrationē ingressus fuerit possessionē, si cōstiterit p iuratā vel cōfessionē feoffatoris sui q taliter inde feoffatus fuerit, sine alio breui & sine placito recuperabit excambium suum, cum verus dominus p assisam recuperet tenementū suū, cum huiusmodi confessio vel cognitio sit quasi quoddā incidēs in assisa, si p̄sens fuerit, si autem absens, tunc soluetur tenētī recuperare suū quoad excabiū cum talis redierit si habeat vnde fiat excabiū. Et q tā ille (licet disseysinā nō fecerit) q ille principalis, qui re vera disseysitor est simul nominari debeant in breui, & quod nullus sine alio possit cōueniri, ratio facit ad hoc potentissima, quia principalis disseysitor licet disseysinā fecerit, nō tñ potest re restituere, nec ille ad quē trās-lata est res licet disseysinā nō fecerit, potest tamē rem restituere, sed tamen sine iudicio & breui ei non poterit, nisi gratis se ponat in assisam (vt supra) cum in breui non nominetur. Si autem statim ante impetrationem vel post, i breui nominati vel nō nominati, de voluntate disseysitoris primi vel

vel contra ingressi fuerint seysinā, nullum talibus competit remediū de escambio, quamuis sine iudicio & sine breui eijciantur, siue post tempus in breui nominati per assisam vel per officium Iudicis excambium consequantur, ex quo recenter ingressi sunt rem vitiosā post disseysinam, non subuenitur eis, vt supra in alio casu, in odiū disseysinæ, sed sibi ipsis pspiciāt dū fuerint in seysina p breue de warantia chartæ, quia donatio valida est quantum ad disseysitorem et suum feoffatum, licet inualida quantum ad disseysitum. Si autem res translata fuerit ad alium post diligentem impetrationem & diligentem prosecutionem incontinenti siue post interuallum, non est necesse quod fiat impetratio super illos ad quos res translata est, cum semel fuerit impetratum, et res effecta litigiosa prædicto modo, vel postquam disseysitus statim et incontinenti post disseysinam ante rem translata iter arripuerit versus curiam ad impetrandum cum sic etiam effectum sit tenementum litigiosum, et sic plus est appellare facto quam verbo, siue hoc factum fuerit statim siue post aliquod interuallum post arreptum iter, dum tamen disseysitus diligens fuerit ad impetrandum & prosequendum, & ita quod ei nulla imputari possit negligentia. Non oportet tales ad quos res translata fuerit post talem diligentiam, nullo habito respectu ad datam, in breui comprehendere, quia ex quo sciunt & scire possunt & debent disseysitum diligentem fuisse ad impetrandum & prosequendum, scire debent per consequens rem effectam esse litigiosam, & etiā ppter hoc tempus non currere contra disseysitum, cum disseysitor non extiterit, nec contemptor sui iuris. Igitur ad quemcunq; res post talem diligentiam peruenit, non cadit breue, nec oportebit iterum impetrare nec tales in breui inferere, quia siue nominati fuerint siue non, siue res statim transferatur ad eos siue post interuallum, semper tenentur ad restitutionem, nec expectari debet tempus post assisam captam nec differri iudicium, quo minus statim fiat restitutio disseysito, cum omnes sunt in culpa & disseysina, tum propter recentem translationem, tum propter rem effectam litigiosam per diligentem prosecutionem, & hoc dico, quia solebant quidam differre iudicium, vt dum tales essent in seysina per breue de warantia (cum per officium iudicis non possent) possent tamen sibi prouidere ad excambium, & semper procedit assisa super eum qui tenuit tempore impetrationis vel diligentis prosecutionis. Esto etiam quod aliquis impetrauerit diligenter & propter aliquem defectum cadit primum breue, cum forte ineptè sit conceptum vel alio modo vitiosum quod stare non possit, & disseysitus incontinenti impetrare incipiat aliud breue, si pendente impetratione secunda, postmodum sit tenementum ad alium translatum, & diligens fuerit disseysitus in impetrando & prosequendo, non valet translatio ad hoc quod illos ad quos transferrur tenementum oportet in breui nominare, sicut in primo casu: quia primus & principalis semper respondebit sine eis quasi præuentus. Nihilominus tamen si voluerit poterit disseysitus omnes conuenire. Item si disseysitus diligens fuerit in impetrando, negligens autem in prosequendo, durante negligentia per aliquod tempus, quia supprimit breue, vel alio modo non prosequitur cum possit, per negligentiam & moram suam efficitur res non

Yy. ij.

litigiosa

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ

litigiosa per negligentem prosecutionem, quæ ab initio litigiosa fuit per diligentem impetrationem. Et si in tali mora, res ad alium trāsata fuerit, cadit primum breue, & oportebit aliud impetrare, & omnes tam primū & principalem disseysitorem quàm illos ad quos res translata fuerit in breui comprehendere. Si autem in omni parte interuenerit diligentia, & breue liberatum fuerit vicecomiti, & plegij de prosequēdo iuuenti, & disseysitores attachiati, licet assisa statim per hoc non capiatur, & per hoc efficietur res litigiosa imperpetuum, & quantum ad disseysitores illos, & quantū ad suos hāretes si illi moriantur, & si res ad alium transferatur in vita eorum, non oportebit omnes nominare, vt prædictū est. Item transfertur quandoq; res ad alium non vt feoffamentum, vel vt liberum tenementum, sed ad terminum forte annorum, vel sic: videlicet donec ille ad quē transfertur perceperit inde tot vesturas, vel quandiu tenementū illud possit excoli, & bladum portare, sicut contingit in communia pasturæ vbi dominus fundi, vel ille qui se gerit pro domino cum non sit & fecerit disseysinam, & alij communiam clamauerint, & sic componūt inter eos, q̄ ille qui communiam clamat, possit aliquā partem imbladare cum disseysitore, & disseysitus super eum qui se gerit rei dñm recuperat, recuperat versus alios qui ingressi sunt per disseysitorē ad terminum, vel donec, vt prædictum est, cum imbladatione licet non nominentur in breui: & hoc ideò dico, quia liberū tenementū non habent, nisi tantū terminū, vel donec, & sic transit inuestitura cum tenemento. Secus esset si disseysitor alijs rem disseysitā daret, ad vitā vel in feodo. Donec quādoq; habet & signat tempus incertum, vt hic. s. Concedo tali talē terram vel quid tale donec ei prouidero in tātum vel tam bona, vel donec sic vel sic. Si autem dicat sic, donec inde perceperis tot vesturas, vel donec ita sit vel non sit, vel quandiu excoli possit, hoc non erit liberū tenementū, quia conceditur ad certū tēpus & certū terminū. Si autē sic dixerit, do & cōcedo tibi tantā terrā, donec inde perceperis xl. l. quia nescitur quanto tempore leuari possunt tot libræ de tanta terra, quia terminus incertus est & indeterminatus, videtur quòd tenemētū remaneat liberū tenementū, donec tot libræ leuētur, cum sciri nō possit nec determinari p̄ quātum tēpus leuari possunt nec p̄ quot annos, sicut supra dicitur de tot inuesturis, & hic determinari potest certus terminus, quia quælibet inuestura habet suum annū & vnū. Contingit quandoq; quòd cū p̄ disseysinā aliquando res ad aliū trāsata fuerit vel nō trāsata, disseysitū mori vel disseysitorē vel vtrūq; , vel illū ad quē res translata fuerit vel vtrunq; ipsorum, vel aliquē vel omnes, vel ante impetrationē breuis vel post: & si ante, tūc forte cum disseysitus sibi cōmodè perquirere posset si vellet, & non p̄quisiuit, vel cum vellet non potuit infirmitate præpeditus, vel morte præuentus, vel alio iusto & legitimo interueniente impedimento, vel post impetrationem & diligentem prosecutionem, ita quòd visus terræ factus fuit, & iuratores electi. In quibus casibus omnibus subuenitur disseysito per breue de ingressu, secundum formas inferius notandas, tam super possessionibus rerum corporalium, quàm super iuribus. s. rebus incorporalibus, sicut super iure pascendi & huiusmodi, vtendi fruendi.

¶ Si res disseysina ad alium transferatur post disseysinam per disseysitorem unum vel plures.
Cap. 15.

Contingit etiã multotiens, quòd ille qui facit disseysinã, rem disseysitam transfert ad aliũ, ex aliqua causa iusta acquisitionis, & cum disseysitus super eũ portet assisam nouæ disseysinæ, ipse timens assisam, suũ spoliat feoffatũ, & ita quòd suus feoffatus sup eũ portet assisam, & ita quòd duæ disseysinæ in vnã & eandẽ cõcurrant psonã, & super eundem disseysitorẽ, vterq; istorũ disseysitorum petit restitutionẽ p assisam, vtriq; competit assisa, refert tamẽ cui primò fieri debeat restitutio. Et sciendũ est quòd semper primò cognoscendum est de vltima disseysina, & postea de prima, vt infra apparebit per exemplum. Sed esto quòd primus disseysitor cum feoffatum suum disseysiuerit, rem disseysitã restituerit vero domino primo disseysito post disseysinam antequã breue impetrauerit sup ipsum, & post longũ interuallũ vel incõtinenti, oportet cum qui vltimò disseysitus est per suũ feoffatorẽ, super vtrunq; portare assisam. Et tunc cum super vtrunq; recuperauerit, ita euanescit prima disseysina, & primò disseysitus seysinam suam non recuperabit, nisi per breue de ingressu, videtur quòd esset iniquum, cum vterq; superstes sit, disseysitor & primus disseysitus. Temperandum est igitur negotium ex officio iudicis, quòd quicquid agatur remaneat seysina cum primo spoliato siue disseysito, & facta inquisitione de secunda seysina, & inquisita veritate per iuratum, si constiterit feoffatum per suum feoffatorem esse spoliatum contra factum suum, faciat ei excambium ad valentiam, quia si per iudicium recuperaret feoffatus, & secundo spoliatus contra verum dominum, si verus dominus peteret per assisam versus suum disseysitorem tantum, vel versus vtrunq;, obstaret ei exceptio rei iudicatæ proposita a feoffato possidente, & sic nunquã recuperaret per assisam: quòd esset iniquum, nisi ita esset, quòd sua negligentia ei esse deberet damnosa. Et si cõtingeret, quòd tenementum cum feoffato remaneret, contra dominum proprietatis, ita sequeretur quòd primò disseysitus excambiũ haberet rei suæ, quã de iure habere deberet in dominico, quòd similiter esset iniquum, & cuiuscunq; præcedat assisa vel subsequatur, semper locum habebit iudicis officium, vt æquum seperetur ab iniquo, & quòd quidem latissimum est, & quòd ita fieri debeat per cõsiliũ curiæ siue per iudicis officium, quòd idẽ est quòd remanere debeat seysina rei disseysitæ cum vero domino, & nõ cũ feoffato p disseysitorẽ. Et quòd excambiũ fieri debet feoffato, inueniri poterit in itinere W. de Raleigh, in cõm Midd de termino s. T. año regni Regis H. decimo tertio, assisa nouæ disseysinæ si Iohannes Calbus iniuste disseysiuit Emmam Duredet. Casus talis est. Et vnde iudicium positum fuit coram Rege & consilio suo. A. dedit B. seruitium C. qui de eo tenuit libere. Item B. occasione doni, quòd ei factum fuit per prædictum A. de seruitio ipsius C. disseysiuit ipsum C. de tenemento quòd idem C. tenuit in dominico, & de quo idem B. occasione illius doni nihil clamare potuit nisi tantũ seruitium, & postquã idem B. tenementũ illud tenuerat in manu suã per aliquod tempus, illud dedit cuidam D. post impetrationem breuis

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ

breuis, quod idem C. impetrauit super prædictum B. qui ipsum de eodẽ tenemento disseysiuuit. Et processu temporis, venit idẽ B. timens assisam quam prædictus C. super eum arramaui, & disseysiuuit ipsum D. de prædicto tenemento, & illud restituit ipsi C. postea venit idem D. qui vltimò fuit disseysitus, & arramaui assisam nouæ disseysinæ super vtrunq;. Sed si D. recuperet per assisam, qualiter consulatur C. vero domino cuius fuit tenementum ab initio? & qui primò iniuste fuit disseysitus: quia si D. recuperet per assisam, & C. agat de prima disseysina versus B. suũ disseysitorem, vel versus vtrunq; tam B. quàm D. ex parte D. obstabit ei exceptio rei iudicatæ, & ita vix impetrabit excambium, nisi rem propriam habere deberet in dominico. Prouisum fuit coram ipso Rege, quòd antequam prædictus D. vltimò feoffatus & disseysitus recuperaret per assisam, q̄ B. warantisaret prædicto D. & sine alio breui per officium iudicis & de consilio curiæ, donum & factũ suũ quod ei fecit de prædicto tenemento, & ita quòd idẽ D. haberet excabiũ ad valentiã de tenemento ipsius B. & quòd C. teneret in pace tenementũ suũ. Item retento primo casu, si cum B. disseysiuerit D. & retinuerit tenementũ in manu sua, & illud non restituerit ipsi C. obseruabitur ordo vt supradictum est, cum vterq; tam D. quàm C. portauerit assisam super ipsum B. videlicet q̄ C. primò recuperabit versus B. & B. faciet excabiũ ipsi D. sed cum C. tantũ sine D. & per assisam recuperauerit versus B. & D. tunc demũ assisam portet super ipsum B. nõ audietur sine ipso C. & quãuis B. teneatur ad poenam propter disseysinã & ppter iniuriã, tamen restituere nõ potest sine C. Si autẽ tantũ super ipsum C. ipse non fecit disseysinã ipsi D. sed per iudiciũ recuperauit vt tenementũ suũ p̄priũ de quo idẽ B. ipsum disseysiuerat. Oportet igitur de necessitate vtrunq; in breui comprehendere B. s. quia fecit disseysinã & C. quia rem detinet disseysitã, & in quo casu fiat tẽperamentũ (vt supra) quòd C. retineat tenementũ suum & B. faciat D. excabiũ. Item esto quòd D. prius agat per assisam, & recuperet versus B. & tunc velit C. agere versus B. tantũ, recuperare non poterit versus B. quia nõ habet quod restituat. Oportet igitur de necessitate vtrunq; cõprehendere tam B. q̄ D. siue D. incontinenti feoffatus fuerit post primã disseysinã, siue per interuallũ, & quãuis D. habeat pro se exceptionẽ rei iudicatę per assisam, vel quòd disseysinã non fecerit, ipsi C. tamen (vt supra) sic tẽperabitur negotiũ, quòd C. suũ recuperabit tenementũ & quòd B. ipsi D. faciat ad excabiũ, & ita fiet si tenementum ad plures manus deuenerit post disseysinam, quòd primus disseysitus suum recuperabit tenementum, & vltimò feoffatus per disseysitorem, & sine iudicio disseysitus recuperabit excabiũ. Et siue præsens fuerit principalis disseysitor siue absens, vocet eum tenens qui disseysinam non fecit ad warrantum sine alio breui, & ei warrantisabit, quod non erit, si post breue impetratũ translatur fuerit tenementũ ad aliũ, quia talis amitteret, nisi sibi p̄spexerit p breue de warrantia chartæ dũ fuerit in seysina, quia intrauit in seysinam de re quæ effecta fuit litigiosa per diligentẽ impetrationẽ & diligẽtem p̄secutionẽ. Item & de eodem modo, si res ad alium statim & recenter translata fuerit ad aliũ post disseysinam licet ante impetrationẽ, nõ habebit talis warrantum

habebit talis 22

rum si illum vocauerit, quia vterq; disseysitor & tenens sunt in eadē causa damnationis. Item esto quod A. dimiserit B. terram ad terminū reddendo sibi inde C. s. per annum, postea dedit illam terram cuidam C. tenendam in feodo, & facit ei seyfinam, saluo firmario termino suo, & attornat seruitium firmarij. s. illos centum solidos prædicto C. suo feoffato, & firmarius facit eidem C. seruitium prædictum; post venit idem A. cum nihil habeat nisi nudum dominiū, & de facto (cum de iure nō possit) feoffat prædictū B. firmarium, & post tale feoffamentū non vult firmarius soluere redditum, postea vero prædictus C. primò feoffatus, deicit ipsum B. firmarium & secundò feoffatū, prædictus vero B. firmarius portat assisam nouæ disseysinæ super C. primum feoffatum, non recuperabit seyfinam, quia prædictus A. nullū potuit ei facere liberum tenementū, quia nullam omnino habuit seyfinam, nec aliud nisi tantum nudū dominiū. De cōsilio tamen curiæ Regis, per officiū iudicis, fraude detecta, vel per recognitionē in odiū circumuentionis, de terris ipsius A. providebitur ipsi B. excambiū ad valentiā, siue primò feoffatus sit liber siue seruus, quamuis si seruus, nullus prædictorum A. vel B. habebit exceptionē seruitutis. Item esto quod A. eiciat B. & statim post disseysinam feoffat C. si hoc fecerit ante impetrationem, oportet vtrunq; in breui comprehendere, quia nullus sine alio respondere poterit, licet vterq; sit principalis disseysitor, & quia primus & principalis restituere nō potest sine feoffato, nec feoffatus disseysinam fecit per se, sed simul cum feoffatore, & sic de pluribus in infinitum. Si autem post impetrationem feoffauerit, siue statim siue post interuallum fiat vt supra. Item esto quod A. eiciat B. & C. eiciat A. & sic quilibet alterū, & vterius in infinitū, & postmodū A. eiciat C. vel B. eiciat C. incontinenti vel post interuallum, videndum erit quis primò impetrauerit, & in cuius persona tenementum esse debeat in pace vsq; aduentum Iusticiariorū, & sciendum quod in manibus illius qui inuentus fuerit seyfitus tempore impetrationis ppter verba, q. vicecom̄ faciat tenementū esse in pace vsq; ad aduentū Iusticiariorū. Itē esto, quod B. sine iudicio disseysit A. post interuallū, & antequam A. transtulerit rē ad alium si A. impetrauerit super B. licet disseysitor fuerit, recuperabit: si autē gratis obtulerit disseysito, & disseysitus gratis rem oblatam ceperit ante impetrationem; bene licet, sed post impetrationem non, sine pœna. Item esto quod A. primus disseysitor disseysuerit C. suū feoffatum vel suū disseysitorem, & sic restituat tenementum B. anteq̄ C. impetrauerit, C. habebit assisam super vtrūq; si res fuerit restituta ipsi B. ante impetrationē C. si autē post, sufficit si impetratum sit tantum sup ipsum A. Item esto quod A. cum disseysuerit C. tenuerit tenementum in manu sua, & cum C. impetrauerit super A. & A. post impetrationem restituerit B. C. recuperabit versus vtrūq; , & ita quod B. nunquam postmodum audietur nisi super pprietate, quia rem licet propriam, tamen contentiosam recepit, & in præiudicium C. cum iniuste inde fuerit disseysitus, & in quo casu non licuit ei rem propriam sine iudicio recipere. Item esto quod tam B. quā C. impetrauerint super ipsum A. simul, quæro cuius assisa præcedere debeat: & secundum quod, ad vltimā assisam erit recurren-

Lib.iii. De Assisa nouæ disseysinæ

recurrendum. Item esto q̄ C. vltimò disseysitus negligens sit & B. prius sibi impetrauerit super ipsum A. & per assisam recuperauerit versus ipsū A. & C. postmodum impetrauerit super vtrunq; .s. A. & B. ex parte B. obstabit ei exceptio rei iudicatæ, ex parte vero A. tenebit breue quoad excambium per officium iudicis. Si autem impetrauerit tantum super B. non valebit, quia nullam fecit disseysinam: & si tantum super A. restituere non potest, & ideo super vtrunq;. Ex præmissis igitur videtur & præsumitur, q̄ in assisa nouæ disseysinæ vocari possit warantus, quod videtur absurdū esse, cum in delictis non possit quis warantum vocare, nec dominum siue autorem nominare, & cum poena suos tenere debeat autores, ad quod distinguendum, vtrum intentetur querela nouæ disseysinæ versus aliquem, secūdum quod poenalis est, vel rei persecutoria tantum. Si autem secundum quod poenalis est, siue contra vnum, siue contra plures qui principaliter fecerint disseysinā, vel feoffati fuerint recēter post disseysinam, intentetur: nūquā erit warantus vocandus, propter delictum disseysinæ. Si autem intentetur versus aliquem, in eo quod est rei persecutoria tantum: vt si aliquis feoffatus fuerit per disseysitorem per longum interuallum post disseysinam, & ante breuis impetrationem, cum talis non teneatur ad poenam, eo quod disseysinam non fecit, licet teneatur ad rei restitutionem, warantum vocare poterit de iure, & etiā sine alio breui, si præsens fuerit. s. suum feoffatorem, & statim respondere debet warantus, etiam sine alio breui, si autem præsens non fuerit in captione assisæ tunc cum vocatus fuerit, statim summonetur quod sit ad warantifandum tenementum de quo vocatus fuit ad warantum, dum tamen tenens fuit in seysina, ad similitudinem eius quod fit in assisa mortis antecessoris. Si autem vterq; absens fuerit, hoc sibi poterit feoffatus imputare. Et idem esse poterit si vocetur warantus per breue de ingressu post disseysinam, vbi vnus illorum moritur vel tenens vel querens, vel vterq;, & ibi extinguitur poena cum persona, vt si querens tantum, nisi sit qui agere possit de iniuria, cum ille mortuus sit cui fuit iniuriatum, qui habuit actionem quoad poenam. Item not̄ si tenens, quia cum poenalis sit non datur in hæredes, nō magis quā hæredibus datur sicut in præmissis casu. Nec ergo si vterq; moriatur, multo fortius. Item quod warantus vocari possit, patet manifestè, vt si assisa nouæ disseysinæ contra aliquem fuerit aramata, qui per iudicium curiæ suæ recuperauerit, si curiam suam vocauerit ad warantum, audiri debet, & veniat recordum, quia si curia male iudicauerit, tenebitur curia ad poenam & ipse nō, quāuis teneatur ad restitutionem. Sed obijci poterit, nonne tenetur dominus ad poenam, cum curia male iudicauerit? & ipse post iudicium statim ingressus est tenementum, & ideo disseysitor cum curia? sicut alius qui ingreditur statim post disseysinam per ipsum disseysitorem & de voluntate sua, vel contra voluntatem suam per disseysinam per ipsum disseysitorem? Cum autem sic feoffatus per longum interuallum warantum vocet, & ei fuerit per iudicium vel alio modo warantifatum, per warantiam illam iam quasi transfertur res disseysita ad personam eius, & ita quod ipse qui fecit disseysinam restituere poterit rem disseysitam querenti, quod ante warantiam

tiam non potuit, & sic liberabitur omninò feoffatus & disseysitor, & idē feoffator tenebitur ad restitutionem & similiter ad pœnam disseysinæ, & ita per warrantiam omnia reducuntur ad temp^o disseysinæ factæ. Et videtur quòd sic fieri possit in omni casu, ad quécunq; translata fuerit res post disseysinam, vnum vel plures, in personis ipsorū & similiter hæredū ipsorum, quamdiu ipse principales psonæ durauerint. s. disseysitus & disseysitor qui alienauit, cū autē vnus illorū obierit, extincta est actio in eo q̄ pœnalis est. Sed cū disseysitor tenementū ad alium transtulerit, statim vel post interuallum viuentibus disseysitore & disseysito, quæritur an disseysitus petere possit tenementum, versus tenentem per breue de ingressu, viuente disseysitore, sicut posset si mortuus esset, vel petere restitutionem, & remittere pœnam disseysinæ disseysitori, sicut posset ille qui habet actionem criminalem versus aliquem, & in voluntate ipsius erit vtrū velit ab initio criminaliter agere vel ciuilitè: non, quia si warrātus vocetur (vt prædictum est) sic posset esse actio pœnalis licet ciuilitè intentata, quæ quidē p̄ tale breue terminari non possit.

- 1 ¶ Audita querela rex mittat breue suum vic. de modo impetrationis breuis nouæ disseysinæ
 2. Forma breuis de noua disseysina. 3. De officio vic. cū acceperit breue. 4. De visu faciendo. 5. De quibus rebus, & qualiter fieri debet visus. 6. Si de redditu proueniēte de camera. 7. Si de recordo. 8. Quòd multiplex potest esse diuisa inter vicinos. 9. De visu faciendo. 10. De summonitione faciēda disseysitoribus attachiatis. Cap. 16.

Audita a superiore, ad quem pertinet vim & iniuriam propulsare, & ad quem recurritur de necessitate, querela: transmittet breue suū vicecomiti, in quo continebitur tam nomen querentis, quàm eius de quo queritur, siue sit vnus vel plures, & forma querelæ, secundū quòd ei facta fuerit qui iura tuetur, in hæc verba. ¶ 2. Rex vic. salutem. Questus est nobis talis, quòd talis iniuste & sine iudicio disseysit eum de libero tenemento suo in tali villa post vltimum reditum domini regis de Britannia in Angliam. Et ideo tibi præcipimus, quòd si prædictus talis fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc facias tenementum illud reseysiri de catallis quæ in ipso capta fuerint, & ipsum tenementum cum cattallis esse in pace, vsq; ad primam assisam cū iustitiarj nostri ad partes illas venerint. Et interim facias duodecē liberos & legales homines de visneto illo videre tenementum illud, & nomina illorum imbreuiari. Et summeas eos per bonos summonitores, quòd sint ad primā assisam coram præfatis iustitiarjjs nostris, parati inde facere recognitionem, & pone per vadium & saluos plēgios prædictum talem vel balliuū suum, si ipse inuentus non fuerit, quòd tunc sit ibi auditorus recognitionem illam, & habeas ibi summonitorum nomina, plēgios, & hoc breue Teste &c. Facta autem taliter impetratione, secundū quòd prædictum est, statim & sine mora tradatur breue vic. ne per negligentiam, & minus diligentem prosecutionem, efficiatur res non litigiosa, quæ ab initio litigiosa facta fuit per diligentem impetrationem. ¶ 3. Officium vero vic. est, cū breue receperit, in principio plēgios de psequendo recipere a querente,

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

rente, siue vnus fuerit querens siue plures, nisi in curia domini regis forte plegios inuenerit, vel fidē dederit p paupertate, secundū quod in breui continebitur. Ab vno autem recipiat duos plegios ad minus, qui sufficientes sunt ad misericordiā domini regis soluendā, si querens forte se retraxerit, vel non fuerit profecutus, & tales etiam recipiat qui sufficientes sunt ad misericordiā, ita q̄ nō oporteat se ipsū p alijs de misericordia respondere. Si autem vir & vxor sint querentes, sufficit si illi duo duos plegios sufficientes inueniant, propter vnicū ius quod habent, & quia sunt vna caro quamuis diuersæ animæ & vna erit misericordia, siue vnus eorum vel ambo se retrahant vel non sequantur, et quia defalta vnus ipsorum in psonam vtriusq; redundabit. Idem erit (vt videtur) de pluribus vnā disseysinam & iniuriam prosequentibus in communi, cū sint quasi vnum corpus, & ideo vnica sufficit securitas p duos plegios, secundū quosdam, quia si onere satisfactionū grauarentur, ita cogerentur a prosecutione sui iuris desistere. Tutius tamen est (secundū alios) quod quilibet eorum duos plegios inueniat si possit. Item ad officiū eius pertinet, quod faciat tenementum reseysiri de cattallis &c. quod hodie aliter obseruatur, quia querens omnia damna post captionem assisæ recuperabit, per sacramentum recognitorum declaranda, vt inferius dicitur. Item q̄ tenementum faciat esse in pace, videlicet q̄ non permittat disseysitorem rem disseysitam ad alium transferre, vel querentem sine iudicio seysinam sibi vsurpare, vsquē ad primā assisam &c. Et vnde si quis rem ita effectā litigiosam per impetrationem, aliquo modo, vel per disseysinam vel ex aliqua causa acquisitionis ingressus fuerit, illam sine breui restituet vero domino, sine regressu habendo versus suum scoffatorem, nisi sibi p̄pexerit per breue de warrantia dum fuerit in seysina. Item quod in eodē statu remaneat, quod iniuria non crescat, nec res deterioretur vel vastetur, quamuis eam meliorare liceat. Item quod blada nondum matura nō amoueantur, quamuis possit matura amouere ille qui possidet, & alius damna consequatur si optinuerit. ¶ 4. Item ad ipsum pertinet, quod in præsentia partium (si velint interesse) eligere faciat & couenire duodecim liberos & legales homines de visneto illo vt in aduentu iustitiariorum facere possunt recognitionē, quos etiam statim mittat ad videndum tenementum illud, & nomina eorum faciat imbreuiari, & non solum ab vno vel a duobus, sed etiā ab omnibus si fieri posset, vel etiam septem ad minus, quia per pauciores assisa capi non poterit, licet possit per plures quā duodecim ex aliqua iusta causa. Necessē est enim quod fiat visus de tenemento a iuratoribus, vt certa res deduci possit in iudicium, & quod iuratores verum & certum facere possunt sacramentum, et q̄ p̄inde possit iustitiariorū iustū p̄ferre iudiciū. ¶ 5. Videre autē debēt iuratores quale sit tenementū, & quid, & quantū, quale videlicet, vtrū terra vel redditus, & vtrum res sacra vel prophana. Item priuatum vel cōmune, vt infra. Item quantum querens posuerit in visu suo, quia si querens posuerit in visu suo plus quā illud de quo fuerit disseysitus, cadit in misericordiam pro superdemanda, si autem minus, non. Et eodem modo in assisa mortis antecessoris obseruet, vt de itinere abbatis de Rading & M

De Assisa nouæ disseysinæ. Cap. 16 Fol. 180.

& M. de Pateshul anno regis H. quinto in com̄ warī, assisa noue disseysine si w. de Ludingtō. Quid? s. vtrum terra & tenū illud de quo facta fuerit disseysina, siue reddit⁹ siue cōsistat in solido vel in liquido. Et tūc videre debet tenū de quo redditus puenit, siue consistat in denarijs siue in alijs rebus quibuscunq; numero, pondere, vel mēsurā. Mensura, solida vel liquida, solida sicut in frumento: liquida, sicut in vino, oleo, & hūi. Item quantū. s. vtrū plus vel minus. Item videre debent in quo tenū sit, & in qua villa, & in quo loco, & in qua parte loci, & inf̄ quos fines & quos terminos tenū contineatur, vt si de numero acrarū vel virgatarū dubitetur, vt ad minus si quantitātē ei distinguere non possunt, q̄ dicere possunt certū vel circiter, vel saltē infra quas metas tenū contineatur. Itē si de loco constiterit, nesciunt tamen qua parte loci, cū ad seysinan: faciendā, sufficit si in quacunq; parte loci fiat seysina, & si in qua parte constiterit, sed tamen nesciant determinare fines tenementi tamen sufficit si fiat seysina ad quantitatem dicti iuratorum p̄ rationabilem mensuram. Itē si de com̄ constare non possit, cadit assisa nouæ disseysinæ in pambulationem p̄ illud idem breue de noua disseysina. Si autem redditus, tunc fiat iuratoribus visus de tenemento vnde redditus prouenit. Itē si cōmunia pasturæ, tunc fiat visus de tenemēto in quo petitur cōmunia, & similiter de tenemēto ad quod dicitur p̄tinere. ¶ 61 Si autē reddit⁹ fieri debeat de camera in perpetuum vel ad tēpus, non potest fieri visus de aliquo tenēto. Et ideo assisa locum non habet, cū hūi redditus non sit tenū, sed alia actione opus erit, & hoc siue redditus pueniat ex camera tantū, vel ex tenemento aliquo, sed non p̄ manum illius qui tenet tenementum, sed p̄ manus donatoris, quod idē erit quod de camera. Si autem per man⁹ tenentis fieri debeat solutio & immediate de certo tenemento, si cessatum fuerit, & cū locum non habeat districtio, locum habebit assisa in defectum districtionis. Et eodem modo si ex aliquo certo tenemento cōcedatur redditus, plus vel minus, vt si aliquis ex aliquo manerio suo cōcesserit alicui p̄ annū & in feodo decē libras cum districtione vel sine. Et si cū districtione, aut est sufficiens, aut non est sufficiens: si autē sufficiens, teneat se ad districtionē ille cui redditus debetur. Si autem omnino nulla vel minus sufficiens, locū habebit assisa propter defectū districtionis, ex quo redditus puenit ex certo tenēto, & quia ibi deficit districtio, locum habebit assisa. ¶ 7. Itē in visu faciendō, si visus fieri debeat de corrodio, quæro si talis possit facere visum iuratoribus de aliquo tenēto: etiam, vt videtur prima facie, quia prioratus siue abbatia vel alia domus, est quasi tenementum de quo talis redditus prouenire debet; vnde videtur quod sufficit si visus fiat de Abbatia, sicut de alijs tenementis de quibus redditus prouenit, sicut de domo priuata, sed reuera huiusmodi Abbatia & prioratus, non sunt tenementa alicuius singularis personæ, cū sint sacra & religiosa, & in bonis dei, & non alicuius hominis priuati, vel singularis personæ, et huiusmodi prestatio est quasi prestatio de camera, & vnde nulla districtio; & ideo cū huiusmodi corrodia sint quasi spiritualia; siue spiritualibus annexa, non est recurrendū (si detineatur) ad forū seculare, & quoniam in huiusmodi corodijs committi poterit sumonia, ideo ad forū

Lib. iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

ecclesiasticum recurratur, vt negotium ibi terminetur, quia ibi fieri possit cognitio de simonia. Itē cū disseysitus fecerit visum iuratoribus, videre debent iuratores vtrum tenementum proprium sit vel commune, vt si commune sit inter cohæredes participes, vel vicinos, fiat visus de toto, tenendum in communi, a quocunq; particeps fuerit disseysitus. Item vtrum sit commune, sicut diuisæ, quæ distinguunt & terminant fines agrorum, siue sit arbor vel fossatum vel lapis, vel quid tale. ¶ 8. Et sciendum quod multiplex potest esse diuisa inter vicinos quæ diuidunt dominia et distinguunt fines agrorum. In primis sicut regia via, quæ communis esse non potest inter vicinos, nec propria alicuius, sed ipsius domini regis, et quasi res sacra, & qui aliquid inde occupauerit excedēdo fines & terminos terræ suæ, dicitur fecisse purpresturam super ipsum regem. Idem etiam dici poterit de via militari quæ publica dici poterit, & ducit ad mare, & ad portus, & quandoq; ad mercata. Item fit diuisa de consensu vicinorum ex eorum terra, & est talis diuisa cōmunis inter eos vicinos, ex quorum terris fuerit coadiuuata, & vnde tenementum illud coadiuuatū dicitur commune inter eos, ita quod nullus dominus habet per se sed in cōmuni. Et eodem modo si terra fuerit cōiecta de communi consensu vicinorū vt fiat fossatum, vel murus ex communi tenemento: & dicitur diuisa, eo quod diuidit agros & tenementa. Aqua vero currens non dicitur diuisa, nisi quādiū suū rectum cursum tenuerit, & cū alueum mutauerit, desinit esse diuisa. Item diuisa poterit esse lapis finalis, vel lignum & hæc omnia communia sunt vicinorum, sed non alicuius eorum ppria, vt infra. ¶ 9. Item videre debent vtrum tenementum fuerit sacrum & deo dedicatum, vel quasi sacrum, sicut publicum, vel vniuersitatis, vt stadium, theatrum, muri, & portæ ciuitatum, non poterit quis tenementum liberum facere, sicut de redditu qui prouenit ex re sacra. Abbathia, vero siue prioratus sunt res sacre, & solummodo in bonis dei, & non in bonis alicuius priuatæ personæ. Igitur cū huiusmodi domus religiosæ res sacre sint, non poterit quis conuertere aliquid in vsus priuatorum, & facere de re sacra rem non sacram siue prophanam, ita quod ex re sacra quæ deo p pontifices dedicata est, possit quis habere liberum tenementum, & ideo nulla assisa nouæ disseysinæ: sed acquam res deo dedicata esset, & sacra, bene posset fundator excepisse & retinuisse sibi liberationes & hospitia, & huiusmodi, & ita huiusmodi nunquam fuerunt sacra, nec poterit redditus proueniens de re sacra, magis esse alicuius liberum tenementū scilicet alicuius priuatæ personæ, quā ipsa res de qua prouenit. Itē non poterit liberum tenementum redditus esse personalis qui debetur, vt pertinens ad aliquā rem ratione cuius petitur, & tamen non poterit habere redditum nisi habeat ipsam rem, cui & propter quam debetur: vt si quis habuerit hundredum aliquod, & sunt qui dant redditum ne sequantur, & quia ille redditus non prouenit ex aliquo tenemento nec ratione alicuius tenementi, nec iuratores visum facere possunt de aliquo tenemento. Item sicut oportet visum facere de tenemento de quo redditus prouenerit, ita videre debet tenementum propter quod præstatur redditus, vt si quis certum redditum constituerit alicui de camera sua & hæredum suorum

De Assisa nouæ disseysinæ. C. 16 Fol. 181.

suorum, vt aquam ducere possit per fundum suum, si talis aquam duxerit vel non duxerit. Item si redditum constituerit quis eodem modo, vt habeat in alieno ius pascendi vel eundi vel aliud quid tale faciendi, siue alius aquam duxerit, vel pauerit, vel diuerterit, vel aliquid tale fecerit vel non, semper tamen debetur redditus, & pro redditu seruitus, vnde si aliquis ipsorum contrahentium recedere voluerit a contractu, tamen » cum alius possit alius vbi voluerit non recedet, & vnde si ille qui seruitutem concesserit redditum percipere noluerit, nihilominus tamen debetur seruitus, & ius eundi, aquamue ducendi & ius pascendi. Si autem seruitus concedatur, & redditus denegetur vel detineatur, nec sit locus vel tenementum vbi districtio fieri possit, locus erit assisæ nouæ disseysinæ quasi de libero tenemento. Et si non sit tenementum de quo redditus prouenerit, & de quo visus fieri possit, tamen sufficit si fiat visus de tenemento propter quod debetur redditus, et quia si fieret districtio in seruitute debita, verbi gratia. Vt si constitueretur redditus quod ducere posset quis aquam per fundum alienum, & cessatum esset in redditu soluendo, non posset ille cuius fundus esset, pro districtione facienda aquam diuertere vel diminuere, quo minus cursum suum debitum haberet & statutum, quin faceret disseysinam ei cui seruitus deberetur, nisi ita conueniret in constitutione seruitutis. Durum esset & iniquum quod vnus haberet cursum & alius de redditu sine aliquo regressu frauderetur: competit ei igitur assisa nouæ disseysinæ ratione prædicta, & eo quod deficit districtio, & fiat visus de tenemento propter quod debetur non de quo redditus prouenit, quod fieri non poterit, sed propter quod redditus debetur a vicino. Sed hoc locum habet, vbi ille cui seruitus constituta fuit non curat vterius aquam ducere, quia semper remanet tenens licet aquam ducere nolit. Melius tamen est quod fiat districtio pro redditu tali modo quo fiat summonitio, & quod per iudicium capiatur aqua in manum domini simpliciter sine aliqua mutatione vel diuersione, & qui si tunc non venerit nec satisfecerit de redditu, capiatur ex secundo decreto & adiudicetur domino suo sic, quod illam diuertere poterit donec ei satisfactum fuerit de redditu, & quod semper paratus sit restituere cum ei fuerit satisfactum. Item si fiat aliquid in fundo alicuius quod vicino noceat iniuste, vt si fossatum vel murus leuetur vel prosternatur iniuste, vel aliud quiddam fiat ad nocumentum iniustum vel iniuriosum, non solum sufficit videre tenementum quod nocet, sed etiam illud cui nocitum est. Item si ius eundi vel pascendi debeatur vel aliud tale, non solum sufficit visum facere de tenemento in quo ius illud constituitur, sed etiam illud ad quod ius pertinet. Vnde oportet videre tenementum vbi pastura est, & tenementum ad quod pertinet pastura. Si autem nesciat ille qui queritur vel non possit tenementum designare, secundum quod prædictum est, qualitatem, nec quantitatem, locum, nec comitatū, nec villam, nec aliud certum, nihil dare possunt querenti per assisam, sed cadit omnino breue quantum ad assisam. Et cadit quandoquæ in pambulationem coram iustitiarijs ex consensu partium, vt si dissensio habeatur

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

habeatur de finibus & terminis terræ, com̄, vel fundorū, vel locorum, vel in qua parte, cūm habeat assisam in aliqua parte, nec in meliori nec in peiori nec in posteriori, quia ius respicit æquitatem. Si autem querēs locum designauerit, sed in qua parte loci nesciat designare, sufficit si in aliquo loco habeat seyfinam per sacramentum iuratorum. Si autem de certa parte loci constiterit, sed nesciat querēs fines & terminos distinguere, eo quòd termini & lapides finales amoti sunt forte, tunc ei assignabitur tantum, quantum iuratores crediderint ipsum esse disseysitū, quia et si iustitiarij semper certum reddere non possint iuditiū, eo quòd de incerta re agitur apud illos, tamen hoc facere debent quantum eis fuerit possibile. Sunt autem quidam iuratores qui sine visu faciunt sacramentum, & ita iurare debent quòd veritatem dicent secundū conscientiam suam, saluo visu in modū iuratę: Sed tamen de talibus distinguendum erit, vtrū ab initio electi fuerint p vic. vel p balliuū & pceptum fuerit vt visū facerent, & ipsi hoc facere contēpserūt, & ita q de negligentia nullā haberint excusatiomē: in quo casu et si de hoc conuicti fuerint quòd p negligentiam hoc fecerūt & contemptum, grauiter americiētur. Et si contingat quòd de periurio in assisa facta contuincantur, pœnā non euadent cōuictorum nec quantum ad infamiam nec quantum ad pœnā, quia magis delinquent q̄ alij iuratores p contemptum. Et ideo æqualis pœna eis infligitur cūm de iure maior ppter contemptū esset eis infligenda, & hoc suæ imputare poterunt negligentia. Si vero non sunt prius electi sed loco aliorum, qui non veniunt forte, vel si venerint certa ratione recusantur eo quòd inutiles sunt vel alio modo substituūtur, tunc videndum est vtrum fuerint de proximo vicineto, vel longe a remotis alibi assumptis, & vtrū verisimile sit vel p̄sumi possit quòd veritatem nesciant vel ignorent. Si autem p̄sumi possit quòd veritatem sciuerint de facto, secundū quod res se habet, de loco tamen & quantitate rei dubitauerint, quoad hoc vltimum excusantur, quia visum non fecerunt de tenemento. Si autem in narratione facti & veritatis mentiti fuerint sciēter, nō excusantur in hoc, quantum ad pœnā conuictorum, sed vix quantum ad infamiā, & pro eo q visum non fecerint excusantur. Si autem longe a remotis assumpti fuerint ppter defectum aliorum, & ita quòd p̄sumi possit quòd veritatē ignorent, excusantur quantum ad pœnam & quantum ad infamiā, quia visum non fecerunt, & similiter quia a remotis assumpti sunt, & in veritate errare possunt, & ideo non mentiuntur neq; se peierant, quia contra conscientiam non vadunt, nec consentit qui errat. Sunt etiam qui iurant omnino sine visu in modum iuratę, quòd esse non debet vt alibi vt, esto quòd assisa capi debeat in modum assisę cūm nihil excipiatur contra assisam coram iustitiarijs, nec sit ratio quare cadere debeat in iurata, & cūm omnes iuratores electi sint in ipsa curia coram iustitiarijs, cūm cito recessuri sunt & quasi ex improviso dicere debeant veritatem, cūm visus de tenemento eis non fiat, nec sciuerint vtrum aliquid dare debeant querenti plus vel minus, vel totū auferre, nec sit locus conuictioni; periculosum erit querenti & tenenti quòd procedat negotium sub iurata, & etiam magis erit periculosum iuratoribus propter alieni compendij lucrum āceps subire

subire periurium. Quòd autem assisa capiatur in modum assisæ, hoc stare non poterit aliqua ratione, quia primus iurare non potest saluo visu ppter verba in sacramento exponenda, quia iurabit quòd dicet veritatè de tenemento de quo sic visum fecit per præceptum domini regis, sed nullū tenementum vidit, nec per præceptum domini regis nec sine, igitur de nullo tenemento quod viderit dicere poterit veritatem, quia nullum tale tenementum vidit, & ideo si ita iurauerint iuratores, peierant manifeste, quia non conuenit sacramentum cū veritate. s. de tenemento vnde visum non fecerint. Si autem ita iurauerint. s. de tenemento de quo visum fecerint, & postea in fine (saluo visu) non valet, quia sic erunt sibi ipsis cōtrarij. Quòd autem assisa capi debeat in modum iuratæ sine causa manifesta non video rationem. Sed quid si fuerit in assisa inter partes disputatū, & quòd per incidentem questionem de consensu partium vertatur assisa in iuratam? bene procedet iurata etiam sine visu. ¶ 110. Item cū vic. disseysitores attachauerit quòd sint in aduentu iustitiorū, siue iustitiorij qui constituti fuerint ad omnia placita generaliter siue ad quædā specialiter, sicut ad assisas nouæ disseysinæ & mortis antecessoris capiendas, & gaoilas deliberandas vel ad aliquā assisam specialiter, sicut sunt quatuor milites de com, vel vn° iustitiorij specialiter trāsmissus a latere regis, quòd assumptis tecum &c. secundū quod supra dictum est in principio de ciuilibus actionibus siue criminalibus. Quæritur an tales attachiati ante aduentum iustitiorum rationabilem habere debeant summonitionem quindenar: & est verum quòd non, quia siue quindenam habuerit siue min° spacium, diem causare non poterunt, quia siue venerit siue non, capiēda erit assisa, & quia tantum operatur eorum absentia quantum præsentia. Nec iniuria disseysinæ essonium habebit, nec longas inducias, nec iudiciorum solennitates, quia viribus & sine iudicio fecerunt disseysinam, quod est manifestè contra iustitiam & pacem domini regis. Item si per se venire non possint, possunt tamen venire per balliuos suos, & etiam per amicos suos qui verba p cis faciant, & quorum responsio admittetur ad instructionem iuratorum, & etiam declinandā assisam. Cognoscere autem non possunt disseysinam nec pacisci, nec remittere, sicut inferius dicitur.

- 1 ¶ Si disseysitor cū attachiatus fuerit debeat habere rationabilem summonitionē, & de modo recedendi siue retrahendi se de placito. 2. Casus de Priore de Kynelworth & walero de Insula. Cap. 17.

IN aduentu autē iustitiorū si nullus venerit nec querens, nec ille de quo queritur, tūc erit assisa quasi vacua & omnes plegij sui erunt in misericordia. Si autē ille de quo queritur venerit, & querens non, plegij & querens erunt in misericordia, & ille de quo queritur recedet sine die, nisi querens se velit essoniare, quod bene ei licebit, sed querens ad aliud breue consimile si voluerit recuperabit. Si autem querens venerit, & alius non, plegij de attachiamēto erūt in misericordia, & ipse similiter si fuerit attachiatus, & capiatur assisa per defaultam vt infra. Si autem nulla pars venerit, nec querens nec ille de quo queritur, p iuditiū curiæ quieti recedant

Lib.iii. De Assisa nouæ disseysinæ.

venerit, nec querens ille de quo queritur, p iudicium curiæ quietè recedant, & omnes in misericordia, scilicet principales psonæ & plegij. Item in aduentu iustitiariorum, aut omnes veniunt tam querens quàm ille de quo queritur, secūdum quod fuerint vnus vel plures, quo casu, statim pcedatur ad assisam, nisi forte de gratia iustitiariorum in casu licito velint transigere vel pacisci. In quibusdam vero casib^o nihil aliud erit, nisi quòd querens se retrahat, vel ille de quo queritur cognoscat disseysinā. Et qui se ita in principio sine aliqua causa iusta simpliciter retraxerit, siue in assisa disseysinæ, siue in alia quacunq; assisa vel placito, nunquam ad consimile breue recuperabit. Si autem incepta fuerit assisa vel placitum quodcunq; & error forte fuerit in impetratione, ita quòd breue stare non possit, sed cadit tanquam vitiosum, siue querens dicat quòd sequi noluerit breue illud, vel se simpliciter retrahat, vel licentiam recedendi petat, vel alio quocunq; modo, ad aliud breue recuperare poterit quod non sit vitiosū, quia ad actionem non respondetur, nec contra actionem recipitur, sed contra breue, ppter vitium & errorē & actio in se integra est & non incepta. Et vnde cum nihil in iudicium deducatur nisi exceptio contra breue, si simpliciter se retrahat a breui, non tamen se retrahit ab actione quæ in iudicium non deducitur, nisi expressè dicat quòd se retrahat ab vtroq;. De errore vero breuis infra dicetur de exceptionibus, sed quicūq; & qualitercunq; se retraxerit simpliciter siue dicat, retraho me de breui isto, vel recedo, vel nolo amplius sequi, vel alio modo, impune non recedet: quia ipse & plegij sui de prosequendo erunt in misericordia. Cum autem petat licentiam recedendi & eis gratis concedatur, impune recedet. Si autem breue competens sit, & nihil scit quod excipi poterit contra breue nec contra psonam, si res & actio in iudicium deducantur, & non sit error in quantitate rei petite, si tunc petat licentiam recedendi, simpliciter recedit ab vtroq; & nunquam ad aliud breue consimile recuperabit. Itē si dicat retraho me versus talem forte, quia nihil tenet, in quo casu nihilominus ad aliud breue recuperabit versus aliū qui tenet, licet versus eum qui non tenuit recessit ab vtroque. Sed esto quòd ille versus quem se retraxit iam de nouo inceperit possidere, competit contra illum consimile breue, non obstante exceptione quòd se retraxit prius, quia iam incipit competere actio versus eum vbi prius non competeat. Et vnde semper videndum erit vtrum se retraxerit de breui tantum, propter vitiū breuis, vel de breui & assisa, expressè vel tacitè, & si eadē sit persona & eadē res vel diuersa: & vtrum actio prius non competijt, quia tenēs non tenuerit, & postea cōpetere inceperit, quia tenens de nouo inceperit possidere. Sed querendū si per primum breue possit agere, cum iam peruenerit in eū casum a quo incipere potuit. Sed reuera non, quia tempore impetrationis nulla subfuit causa impetrandi, quod perpendi poterit per datam. Illud autem locum habet infra de exceptionibus, vbi quis excipit quod totum nō teneat, vel quod oninō nihil. Itē esto quod aliquis se retrahat de bñi, cū tenēs falsò dicat q̄ nō possideat cū possideat reuera, & idē tenēs aliās cōueniā ab eodē p cōsimile breue, nō habebit talis tenēs talē exceptionē, q̄ se retraxerit petēs, in odiū mēdatij, sed sine iudicio ppter mēdaciū spoliād^o erit, secundū

secundū w. de Eborū: vel si cū dixerit aliquādo tenēs i iudicio q̄ nihil clamat in tali re, si postmodū velit de eadē re versus eūdē petētē defendere se per exceptionem, vel si ad hoc agat quōd nihil petit, nisi quōd uti possit iure suo & seysina, quare alius eum inde inquietat vel impedit, non audietur, quasi sibi ipsi contrarius, sicut dici possit in iure aduocationis, ut si quis dicat se nihil habere in iure aduocationis: si postmodum velit agere contra primam petitionem p̄ Quare impedit, quia in hoc contrarius est sibi si dicat primō quōd nihil teneat, & postmodum quōd ad ipsum pertinetius præsentiendi, quia simul stare non possunt in vna persona & eodem tempore. Si autē talis qui dicebat se possidere cū nihil possideret, & postea ex causa possidere inceperit, vel ex causa donationis vel emptionis, vel fortē quia vocatus est ad warantum, hic poterit se defendere vel ex tali noua causa agere, nec habebit exceptionem quōd aliās se retraxerit, cum nihil possideret. Si autem aliquis se retraxerit a iudicio, vbi iudicium erit & a breui, non poterit agere postmodum per consimile. Item si semel sit in iudicio et se retraxerit de breui de recto, postmodum ad inferiora descendere non poterit. Si autem tantum a breui vbi nullum iudicium, bene poterit descendere ad inferiora, vbi tenens nihil tenuit vel mentitus fuit, dicendo se non tenere cū teneret. Item si quis negauerit quōd possederit, agere nō poterit nec se defendere contra petentem cui mentitus est, ex aliquo iure vel causa precedente mendatium, tamen ex causa subsequenti benè potest. Si autem ille qui dixit quōd nihil tenuit quando talis se retraxit, incipiat postmodum defendere sicut tenens & petat iudicium de petente, qui dicat se possidere, si ipse sit in possessione, ex quo tunc petijt, quia propter hoc quod petijt dixit se esse extra possessionem, non minus valebit sua responsio propter mendatium, verbi gratia. ¶2. Esto quōd aliquis dicat se ius habere in aliqua aduocatione, & ei petenti per breue de recto respondeat tenens, quōd aduocationem non teneat sed alius talis, & quōd nihil iuris clamat in eadem, & petens sic retraxerit se a breui, & non perquisiuerit sibi versus eum, de quo dicitur quōd sit in seysina, siue hoc verum sit siue non, saltem ad conuincendum mendatium excipientis, si postea contingat ecclesiam illam vacare, & vterquē istorum præsentaauerit, tam ille qui se retraxerit quā ille qui dicebat se nihil tenere, neuter eorum aliquid cōsequatur (vt videtur) petens, quia per hoc quod petijt dicebat se esse extra possessionem, & postea se retraxerit & nihil sibi postmodum perquisiuit. De tenente ergo videndum, vtrum mentitus fuit excipiendo vel verum dixit, si verum, & ille qui reuera tūc tenuit ius suum postmodum ei recognouit & remisit, vel forte ei præsenti non contradixit: valet præsentatio tenentis, si autem mentitus fuit, adhuc valet præsentatio tenentis, & remanet mendatium impunitum, eo quōd nullus fuit profecutus ad illud mendatium conuincendum, & sic de nouo incipiat petens agere, si confidat de iure. Si autē ille de quo queritur præsens disseysinam cognouerit, mittendus est gaolæ, eo quōd iniuriam cognouerit, quæ est contra pacem. Præsente siquidem querente & præsentibus recognitoribus omnibus, cū disseysitor præsens non fuerit, nec per se, nec per ballium suum, nec per aliū

AA. j. qui

Lib.iii. De Assisa noua disseysina 50

qui p se verba facere possit, procedet assisa & recognitio per defaultam, quia nulli parcendum est in hac parte, maiori nec minori, nec differenda erit assisa pro aliquo, nec etiam ipse rex esset expectandus si in veniendo esset ad portam. In isto tamen casu erit querens diligenter examinandus, & iuratores diligentissime instruendi ad veritatem dicendam, cum ille super quem venit assisa (si praesens esset) excipere possit contra assisam, & dicere quare remaneret, & ideo querens diligenter examinandus est quod doceat diligenter, qualiter sit suum liberum tenementum, & quem ingressum habuerit in tenementum illud, secundum quod inferius plenius dicitur de interrogationibus a iustitiarijs faciendis. Et quo casu, si iuratores male iurauerint, conuincendi sunt de periurio, siue male iurauerint de articulis assisae, siue de circumstantijs quae assisam non tangunt, quia capitur assisa in modum assisae & non iuratae de partium consensu.

1. De interrogationibus faciendis cum partes comparuerint in iudicio & de officio Iustie. in huiusmodi placito. 2. Item de interrogationibus faciendis. Cap. 18.

Partibus autem in iudicio comparentibus, & audito breui per quod iudex habeat cognitionem, et confirmata persona eius, audito breui & querela, oportet inquirere in primis a querente si habeat querelam, quod possit esse pars in iudicio, et ideo videndum est de officio iustitiarum. Officium autem eius est, diligenter causam examinare, et non solum diligenter, imo diligentissime, secundum illud beati Iob qui dixit: Causam quam ignorabam diligentissime examinabam. Interrogare enim debet partes, tam actoris quam rei, actoris, i. petentis vel querentis de iure siue querela, ut sciri possit per haec si habeat actionem vel querelam, & etiam ut per hoc scire possit utrum recognitio procedere debeat in modum assisae vel iuratae. In primis de quo tenemento. Item interrogare debet illum de quo queritur, ut scire possit an ei competat exceptio & qualis, & si actio realis fuerit, oportet docere petentem quod sua intersit petere, ut infra de causis proprietatis plenius. Eodem modo oportebit querentem ostendere quod sua intersit conqueri, quia non sufficit alicui dicere quod aliquis disseysiuerit eum de libero tenemento suo sic proponendo intentionem, nisi illam fundauerit aliqua ratione probabili, vel praesumptua: ut si dicat quod talis disseysiuerit eum de tali tenemento, quod ei descendit ex causa successionis, vel donationis, vel ex causa dotis, vel ex aliqua alia iusta causa acquirendi, et unde fuit in seysina per tantum tempus, donec ipse (de quo queritur) eum inde iniuste disseysiuerit, vel quod tenementum illud, qualecunq; ingressum haberet, tenuit per tantum tempus quod sine iudicio non debuit disseysiri. Quia cum quis agit ut possessionem alicuius rei adipiscatur, docere debet de iure suo per quod probet illam rem ad se pertinere, alioquin succumbet, quamuis ad disseysitorem res illa non pertineat, ut C. de edendo L. qui accusare & C. de rei vindicatione L. penult & V. Q. V. C. I. Item qualitercunq; in seysina esset & per qualecunq; tempus siue per longum siue per modicum, non pertinet ad illum querentem disseysire, cum nullum ius haberet nec iuris scintillam eijciendi, nec aliquam actio-

De Assisa nouæ disseysinæ. Ca. 18 Fol. 184.

actionem in causa proprietatis: Et pposita sic querela & fundata, tunc de-
tūm descendendum erit ad recognitionem, vt sciri possit vtrum verum
sit quod pponitur vel non. Quia qualitercunque quis fuerit in seysina
sue per disseysinam siue per intrusionem, et sic nō nomine alieno sed p
prio, licet reuera nihil iuris habeat quantum ad verum dominum: habet
tamen statim & sine interuallo liberum tenementum quantum ad omnes
qui sunt extra possessionem qui nihil iuris habent in tenemento, vt infra
de eodem. Igitur si ita nudē & in superficie pcedatur (sicut quidam faci-
unt qui dicūt, statim audito breui, si ille de quo queritur aliquid sciat di-
cere contra assisam) indiscretē agitur, quasi querela manente indiscussa:
quia nescitur adhuc vtrum competat assisa vel iurata, nec etiam scitur v-
trum ibi sit transgressio vel disseysina. Igitur sicut necesse est quod petens
doceat in causa proprietatis, quo iure petat, cū non sufficiat per se dice-
re quod ius habeat in re nisi doceat de iure: Ita non sufficit proponere
querelam, nisi querens doceat ius querelæ, et quo iure ad ipsum ptimeat.
¶ 2. Et ideo vt res certa in iudiciū deducatur, & certi reddantur iustitia-
rij & instruant iuratores, oportebit iustitarios interrogationes facere, ad
cautelam. s. in primis de quo tenemento querens fuerit disseysitus. Item
de qualitate, vtrum .s. de terra vel de reddito, et si de terra inquirendum
est vtrum propria fuit vel communis. Item vtrum publica res vel res sa-
cra. Item si terra siue tenementum sit hæreditas descendens vel perquisi-
tum, ex aliqua iusta causa acquisitionis. Item in feodo, vel ad vitam quo-
cunque modo, vel donec sit prouisum, ita quod ad minus presumi possit
quod possit esse suum liberum tenementum, et quamuis alienum, quod
tempus sufficiat quod sine iudicio eijci non deberet. Et ideo de tempore
seysinæ querendum est, quicunque fuerit in seysina & sine iudicio dissey-
situs, vt frater postnatus, vel antenatus vel bastardus, vel etiam omninō
extraneus. Si autem redditus sit, tunc inquirere oportet si redditus ille
sit, qui domino feoffatori debeatur, vel redditus qui concedatur de ali-
quo tenemento annuatim percipiendus, & vt tenementi feoffato. Item
vtrum sit de camera tantum picipiendus ad vitam, vel in feodo de hære-
dibus, sine aliquo tenemento de quo debeat prouenire. Item si sine tene-
mento & de camera & in feodo vel ad vitam, si detur pro aliquo tene-
mento vel pro aliquo iure habendo, vel libertate in fundo alieno. Item
inquirere oportet de quantitate tenementi, vtrum sit ibi plus vel minus,
vt sciri possit si plus querens posuerit in visu suo, quam recuperare debe-
at per assisam, et vt sciri possit vtrum recuperare debeat per assisam totum
vel partem, vel omninō nihil. Item ne querens plus vsurpet in seysina
quam recuperauerit per assisam, quod si fecerit & inde fiat querela, de-
clarabitur postmodum per assisam. Item inquirendum est, vtrum omni-
nō eiectus fuerit, vel quo minus vti possit seysina sua, vel quod alius vti
velit contra voluntatem suam, et sic de qualitate disseysinæ. Item inqui-
rendum est de modo, scilicet vtrum facta fuerit disseysina de nocte vel de
die, vtrum cum armis vel sine. Item vtrum cum roberia, vel sine, & sic de
singulis circumstantijs. Item inquirendum est, quamuis querens iustum
non habeat initium, vt super disseysinam vel intrusionem, vel per dona-
tionem

AAa.ij.

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ

tionem factam a non domino, de re aliena, per quantum tempus possiderit, per longum vel per breue, & quis cum eiecerit: extraneus qui ius non habuit omnino, vel verus dominus vel feoffator suus, & hoc propter commodum possessoris, cum ille qui possidet, licet ius non habeat, meliorem habeat conditionem, eo quod in possessione est, quam ille qui nihil iuris habet & est extra possessionem: quia talis qui ita est in possessione statim habet liberum tenementum erga feoffatorem suum & extraneas personas, sine aliquo temporis interuallo, contra verum dominum non, sine temporis interuallo quod sufficere possit pro titulo, ita quod possidens ei non possit sine iudicio. Item talibus non competit aliqua exceptio contra assisam, nec de tenera seyfina, nec de libero tenemento, Feoffatori de re aliena non competit propter factum suum, extraneo vero non, quia nullum ius habuit. Vero domino non propter tempus, quia post tempus disseysiuit sine iudicio. Quibus de causis etiam proxime prænotatis, inquirendum erit a disseysitore, cum taliter possidens absque iusto initio iniuste & sine iudicio, vel licet non iniuste per se, tamen iniuste, quia sine iudicio disseysitus fuerit, qualem ingressum ille de quo queritur habuit in illud tenementum, ut videri possit vtrum ei competat exceptio vel non, & si querens nihil docere possit, quod habeat liberum tenementum, vel quod iniuste deiciatur, tamen oportet quod ille de quo queritur doceat contrarium, scilicet quod iuste posuerit se in seyfinam, et non iniuste scilicet vel cum iusto iudicio vel alio modo incidenti in causis prænotatis. Item si dicat tenens quod iuste & de voluntate querentis, hoc non sufficit, quia primo potest de voluntate intrare, sed postmodum iniuste & contra voluntatem se in seyfinam tenere multis modis, sicut per vim ut contra conventionem.

1. *¶* *Falsis interrogationibus a Iustic. u querente, inquirendum erit a tenente si aliquid sciat dicere quare assisa debeat remanere, et de captione assise.*
2. *Exceptio contra Iuratores.*
3. *De forma sacramenti in assisa noua disseysinae.*
4. *Si Iuratores sunt sibi inuicem contrarij.*
5. *De veredicto Iuratorum.*
6. *Quod sacramentum habet in se tres comites.*
7. *Qua debent restitui disseysito.*
8. *De pena disseysitoris multiplici.*
9. *Qualiter iustic. inquirere debent de damnis.* Cap. 19.

FACTIS igitur interrogationibus, ut prædictum est, quod non est fatuum nec præsumptuosum, tunc primo queratur a tenente si aliquid velit vel sciat dicere, quare assisa debeat remanere. Ex interrogationibus vero præcedentibus dabitur ei materia respondendi, sunt tamen qui interrogant a tenente si aliquid sciat dicere contra assisam, quod non est in primis querendum, sicut paulò ante dictum est. Et cum ita inquisitum fuerit, forte non vult vel nescit aliquid dicere quare assisa debeat remanere, sed statim negando quod disseysinam non fecerit se ponit simpliciter in assisam, & sic procedit assisa in modum assise, & tunc procedatur ad assisam capiendam si iuratores præsentès sint, omnes vel pro maiori parte, vsque ad septem ad minus, contra quos excipi non poterit.

Si

De Affisa nouæ disseyfinæ. Ca. 19. Folia 85.

Si autem præfentes non fuerint, differatur affisa vsque ad alium diem, vt tunc veniant & procedat affisa. ¶ 2. Cùm autem venerint excipi possit contra iuratores multis modis. Eisdem enim modis amoueri possunt a sacramento, quibus etiam testes amouentur a testimonio. Repellitur autem a sacramento infamis scilicet qui alias conuictus fuerit de periurio, quia legem amittit, & ideo dicitur quod non est vltius dignus lege, quod anglie dicitur, *He ne es othes worthe that es enes guilty of oth broken*. Item repellitur quis a sacramento propter inimicitiam magnam & non leuem, presentem & non illam quæ aliquando fuit, & non modo cum producit. Item repellitur quis propter amicitiam presentem, sicut propter odium. Item repellitur si quid iuris clamauerit in re de qua iurare debet. Item repellitur seruus a sacramento iuratorum, & hoc simplici verbo protestantium, si fuerit in possessione seruilitatis. Item repellitur propter nimiam familiaritatem, & non leuem. Item propter consanguinitatem & affinitatem presentem, quia fere paribus passibus incedit, & hoc nisi eadem familiaritate vel consimili coniunctus sit alteri parti. Idem verò dici poterit supra de amicitia, familiaritate, & inimicitia. Item repellitur si fuerit cum eo pro quo iurare debet commensalis vel de eius familia. Item si sit ita sub eius potestate, quod sibi possit imperari vel noceri vel huiusmodi, vt si in domigerio vel ita sub eius manu, quod possit per eum in aliquo grauari, vel ratione sectarum, seruitorum vel consuetudinum. Item si iurator, vel aliqua partium sint in eadem causa vel consimili. Item repellitur si fuerit consiliarius alicuius partis, vel aduocatus. Item notandum quod causæ suspicionum quandoque præfentes sunt, quandoque præteritæ, et ea quæ fuit & non est, locum non habet: Quia præfens causa debet allegari & probari, præterita autem non, quia quæ fuit non est, et ideo locum non habet, nec probari debet. Item causa non sufficit quæ dudum fuerat, nisi præfens fuerit vel recens, scilicet ante hesternum diem vel nudius tertius iurator & aliqua partium inimici erant, & licet modo non sunt, tamen ista causa recusationis probabilis est propter recentiam. Plures autem aliæ sunt causæ recusandi iuratores, de quibus ad præfens non recolo, sed quæ iam enumeratæ sunt sufficiant exempli causa. Et sciendum quod si semel de consensu partium eligantur, vltius recusari non possunt nisi ex noua & recenti causa superueniente. ¶ 3. Cùm autem partes in iuratores consenserint, tunc procedet affisa, & statim iurare debent in hac forma, & primus per hæc verba. Hoc auditis iustitiarum, quod veritatē dicā de affisa ista, & de tenemēto de quo visum feci p præceptum dñi regis, vel sic: de tenemento vnde talis redditus puenit. Item si fuerit communia pasturæ tunc sic. De pastura & tenemento vel tenementis vnde visū feci. Item si aliquid fiat ad noxamentū in fundo vnus quod noceat fundo alterius, vt si murus leuet, tunc dicatur primò de eo quod nocet, & postea de tenemēto cui nocitū est, sic: de muro & tēto vel huiusmodi vnde visum feci &c. Et ita generaliter de omnib⁹, ratione quorū capiunt affisæ principaliter, & tūc: & p nihilo omitā quin veritatē dicā, sic me deus adiuuet & hæc facta. Et postea omnes

Lib. iiii. De Assisano diffeyfina 51

omnes alij iuratores iurabunt per ordinem, quilibet per se & hoc modo. Tale sacramentū quale ille talis primus hic iurauit, tenebit ex parte mea, sic me deus adiuuet & hæc sancta &c. Et notandū q̄ possunt plures assisano capi sub vno & eodē sacramento, sicut plures nouæ diffeyfinæ de tenemento, & tunc sic. s. q̄ veritatem dicam de assisano istis & tenementis, de quibus visum feci. Item de assisano istis & tenementis, & similiter de tenemento vnde talis redditus prouenit. Itē si cōmunia pasturæ adiungatur, tunc sic: de talibus tenementis, & cōmunia pasturæ, & tenemento, de quibus visum feci &c. Item si nocumentū adiungatur, tunc repetitis omnibus vt supra, dicatur: de fossato, muro, vel haya, & huiusmodi, & de tenementis, vnde visum feci &c. Et sic fiat de omnibus alijs assisano, sicut vltimæ præsentationis, Mortis antecessoris et alijs. Itē sicut plures diffeyfinæ terminari possunt per vnam iuratā vel p̄ plures, ita possunt plures diffeyfinæ surgere ex vno facto, & terminari per vnam assisano vel per plures, vt infra. Facto autē sacramento, vt prædictū est, tunc legat prothonotarius virtutē breuis ad instructionē iuratorū, hoc modo. Vos dicetis per sacramentū quod fecistis, si talis N. iniuste & sine iudicio diffeyfuit talē N. de libero tenemento suo in tali villa post vltimum redictum regis H. &c. vel non. Nihil autem dicent iustitarij in hoc casu ad instructionem iuratorum, quia nihil dicitur vel excipitur ab iniūto contra assisano. Facto autem sic sacramento, recedant iuratores in aliquem locum secretum & habeant adinuicem inter se colloquium de hoc quod eis iniungitur faciendum, ad quos etiam nullus habeat accessum nec cum eis colloquium, donec suum dixerint veredictū, nec ipsi signo vel verbo alicui manifestent quod fuerit ab eis dicendum. ¶ 4. Contingit etiam multotiens quod iuratores in veritate dicenda sunt sibi contrarij, ita quod in vnā declinare non possunt sententiam. Quo casu, de consilio curiæ affortietur assisano, ita quod apponantur alij iuxta numerū maioris partis quæ diffenserit, vel saltem quatuor vel sex, et adiungantur alijs, vel etiam p̄ se ipsos sine alijs de veritate discutiant et iudicent, & per se respondeant, & eorum veredictum allocabitur, & tenebit cum quibus ipsi conuenerint, sed alij propter hoc non erunt conuicti, sed quasi p̄ transgressione americiandi, quia adhuc bene poterit esse quod ipsi veritatem dixerint, & alij mendatium, qui adhuc conuinci poterunt de periurio. Cū autem post sacramentum suum dixerint veredictum suum siue pro vna parte siue pro alia, secundum eorum dictum proferetur iudicium, nisi aliquid dixerint obscurum, propter quod Iustitarij inducantur ad examinandum, & vel adiudicabitur seysfina querenti, vel ipse tenens quietus recedat cum seysfina sua: Et aliquādo contingit quod vtraque pars in misericordia remanebit vel vna tātum. Et eodem modo plures nominati diffeyfitores quidam cadunt in pœnam diffeyfinæ, et quidam quieti recedent. Et si p̄ tenente dixerint, querens tantum in misericordia & non plegij, quia p̄secutus est, licet iudicium habuerit contrarium. Possunt etiam recognitores totam rei veritatem breuibus & paucis verbis iustitarijs exponere, si omnia plana sūt & aperta, & nihil in obscuro. Sed si talis oriatur dubitatio vel obscuritas, quod solutio difficilis existat, tūc cogantur, ea quæ obscura

feura sunt manifestius & apertius declarare, si hoc eis sit possibile, & Iuriciarij secundum dicta eorum procedunt ad iudicium. Sed si illud obscurum vel dubium declarare non possunt aliquo modo .s. nec ipsi recognitores, nec alij qui fuerint ad hoc vocati pro aforciameto, tunc tutius erit quod partes inducantur ad concordiam, si fieri possit, vel ponatur iudicium vsque ad magnam curiam, & ibi de consilio curiæ terminetur negotiū. Si autem omnia plana sunt, quæ in recordo continentur, tunc secundum eorum dicta erit procedendū, & si bene iurauerint, stabitur eorum veredicto, si autē male, locus erit conuictioni: si autē obscura dixerint & dubia, vbi vnica oratio duplicē habere possit intellectū, vel si partes minus plenæ fuerint examinatae, locus erit certificationi, vt infra dicitur. ¶ 5. Videndum erit igitur vtrum certū dixerint vel incertū, clarū vel obscurum, vel vtrum dubitauerint in veredicto suo vel omnino ignorauerint. Item vtrum dixerint aliquid contra personam querētis, quare assisā portare non possit, vel contra personam tenentis, quare contra assisam excipere non possit, vel quod dicant quod propter errorem in breui stare non possit, vel respondent secundum ea quæ eis iniunguntur, & quæ pertinent ad assisam tantum. Si autem certum dixerint de ijs quæ pertinent ad assisam, et non contra breue, tunc aut verum, aut falsum. Si verum, stabitur eorum veredicto, nec erit timenda conuictio, Si autem falsum, tunc aut scienter aut ignoranter: si scienter, committunt periurium, si autem ignoranter, vt si fuerint aliquo iusto errore ducti, de gratia excusantur. Si autem incertum dixerint, Iudex examinare debet, vt de incerto faciat certum, de obscuro, clarum: de dubio, verum: alioquin anceps & periculosum erit sacramentum, et inde sequi poterit fatuum iudicium. Si autem iuratores omnino factum ignorauerint, et nihil de veritate sciuerint, adiungantur eis alij qui sciuerint veritatem. Si autem nec adhuc sciri possit veritas, tunc dicere oportebit de credulitate & de conscientia ad minus. Et in quo casu non committunt periurium, quia contra conscientiam non vadunt, vt infra plenius dicitur de conuictionibus. Locus erit certificationi si minus plenè fuerint examinati, vel si minus plenè responsum sit ad interrogata, ita quod obscura dixerint, vel ambigua, vel iusto errore decepti fuerint. Item si contra personam querentis dixerint, quare non competit ei assisa, vel contra personam tenentis quod excipere non possit, si falso hoc dixerint, committunt periurium, & incidunt in conuictionem: quia capitur assisa in modum assisæ, quod quidem non esset, si caperetur vt iurata, vt si huiusmodi exceptio scilicet causa, status, vel conuentio, vel conditio, vel huiusmodi a parte parti opponeretur, & vtraque pars de hoc se sponte poneret in iuratam, cum aliam forte non haberent probationem. Item si dicant Iuratores, quod breue ineptè conceptum est, quia erratum est forte in comitatibus, & villarum nominibus, & nominibus personarum, vel cognominibus, vel etiam nominibus dignitatum, vel huiusmodi: non erit de hoc multo curandum, quia hoc ab initio non fuit a tenente excipiendo obiectum. De nominibus vero comitatum & villarum non refert, dum tamen de loco constiterit, nec etiam de nominibus personarum, dum tamen constiterit de personis. Et quia

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ

quia tenens ab initio (si vellet) excipere posset contra breue & non excepit, ex quo se statim in assisam posuit errorem dissimulans, breue tanquã validum approbavit. Et etiam quamuis iuratores in hac parte errauerint, periurium non committunt, cum non consentiant falsitati, quia ille qui errat non consentit. Item sicut ad Iustitiarium pertinet diligentissima examinatio, ita pertinet ad eum iusta sententiæ prolatio: sed ante iudicium examinare debet factum & dicta Iuratorum, vt secure possit procedere ad iudicium. ¶ 6. Et cum sacramentum habeat in se tres comites, veritatem. s. Iusticiam, & iudicium, veritas habenda est in iuratore, Iusticia & iudicium in Iudice. Videtur tamen quòd aliquando pertinet iudicium ad iuratores, cum super sacramentum suum dicere debent (dum tamen secundum cõscientiam) si talis disseysiuerit talem vel non disseysiuerit, & secundum hoc reddatur iudicium. Sed cum ad iudicem pertinet iustum proferre iudicium & reddere, oportebit eum diligenter deliberare & examinare si dicta Iuratorum in se veritatem contineant, & si eorum iustum sit iudicium vel fatuum, ne si contingat eum iudicem eorum dicta sequi, & eorum iudiciũ, ita falsum faciat iudiciũ vel fatuũ: est enim falsum iudicium & fatuum, vt sic esse possit falsum iudicium vel fatuum, vt infra plenius dicitur de conuictionibus. ¶ 7. Item cum superius dicitur quòd vicecomes faciat tenementũ reseysiri de catallis &c. & tenementum esse in pace, illud hodiè non obseruatur, sed loco illius clausulæ, debet iudex diligenter prouidere, quòd omnia damna restituantur disseysito, cum constiterit Iusticiarijs per sacramentum Iuratorum disseysinam esse factã. Et ita diligens debet esse in hac parte quòd omnia damna restituantur cum ipsa re, ne disseysitoribus impostherum ex negligentia eorũ detur voluntas vel materia delinquendi per disseysinam, & ne ex alieno damno lucrum reportant vel commodum. Videndum est igitur quid debeat restitui disseysito, & sciendum quòd ipsa res cum fructibus omnibus medio tempore perceptis. s. a tempore disseysinæ vsq; ad iudicium perceptis & percipiendis, quia quãuis quis disseysinam fecerit, catalla sua inuenta & illata in tenemento amittere non debet. Item quòd tenementum esse debeat in pace non dicitur sine causa, quia ex quo vicecomẽ breue Regis susceperit, non debet tenementum vel possessio ad alium transferri, nec iniuria minui nec augeri, sed omnia in pace debent remanere vsq; ad captionem assisæ, & hoc si omninò eiectus fuerit a tenemento. Si autem impeditus quò minus quiete & in pace vti possit, licet a tenemento omnino eiectus nõ fuerit, recuperabit principaliter pacem & quietẽ, & præterea secundariò, omnia damna quæ sustinuerit per prædictum impedimentũ. Item etiã etsi non omnino eiectus fuerit, tamen alius vsus fuit in suo contra suam voluntatem, recuperabit libertatem & quietem, & excludet seruitutem. Recuperabit etiam omnia damna quæ sustinuerit per prædictũ vsus iniustum. ¶ 8. Disseysitor autem p disseysina triplicem pœnam sustinebit, & aliquando quartam sustinere deberet. Prima enim talis est, quòd erit in misericordia domini Regis, pro qualitate & modo disseysinæ pœnam habebit maiorem vel minorem, vt si cum armis vel sine, & nunquam minor erit misericordia quàm repperiũtur damna.

Item

De Assisa nouæ disseysinæ. (a. 14 Fol. 187.)

Item pœnam habebit, quæ dici poterit quarta, propter pacem. Item si roberiam fecerit cum disseysina, pœnam habebit triplicatâ, scilicet p disseysina misericordiam, pro pace prisonam, pro roberia grauem redemptionem, vitam autem non amittet, nec membrum propter roberiam, cum criminaliter non agatur nec procedatur versus eum per appellum. Dabit etiam disseysitor vicecomiti pro disseysina vnum bouem vel quinq; solidos, dum tamen principalis disseysitor extiterit. Illi vero qui in auxilio vel fortia, vel consilio extiterint, nullum dabunt, licet in quibusdâ com aliter fuerit obseruatum (Principalis dico) secundum quod fuerit vnus vel plures &c. Item damna dabit per sacramentum iuratorum estimanda, & per iustitarios (si opus fuerit) taxanda ad minorem quâtitatem, si iuratores forte modum excefferint, ad plus autem estimari non debent a iustitiarijs quàm iuratores dixerint in sacramento, nisi forte iuratores illa damna ex certa scientia ad minus taxauerunt quàm deceret. Quod quidem non expedit, vt prædictum est, si disseysitor de damno alieno lucrû reportaret. Sunt enim multi magnates, & alij potentiores, qui ppter lucrum quod inde consequi sperant, plures faciunt disseysinas, quas quidē aliàs non essent facturi, nisi propter lucrum, quia cum de exitibus terrarû & fructibus ex longo tempore magnam summâ pecuniæ, & aliàs comòdum aliud perceperint, credunt se posse euadere de misericordia per summam minimam, & ita lucri facere quod excedit, quia sepius iuratores, ex quo tenementum disseysitoribus auferunt, nolunt eos grauare per damna, vt sic vtramq; partem reddant pacificam & pacificatam. ¶ Ad talē igitur occasionem in iure tollendam, iustitarij non negligentèr sed diligentèr examinent & inquirent, quæ damna facta sint in domibus, gardinis, boscis, & alijs, & quod vastum fecerint disseysitores, & quod exiliû, & quam distractionem & qualiter, & pro quanto (cum huiusmodi facta fuerint) possunt meliùs & viliùs emendari. Item inquirere oportet, quid perceptû fuerit in fructibus, & bladis, & redditib⁹, & alijs terrarum commoditatibus. Item estimari oportet diligentèr quale commodû habitur⁹ esset disseysitus si a tenemēto non fuisset eiectus. Item si cum res restituantur disseysito, sicut fundus, tenementum, vel huiusmodi, habenda erit ratio rerum ablatarum, quæ cum ipsa re restituantur, sicut sunt arma, vtenfilia, equi, & boues, & huiusmodi, & quæ aliquando etiam sine ipsa re restitui debent, siue ibi fuerit disseysina siue non, & si huiusmodi res nō restituantur, tamen semper durabit iurisdictio iustitiariorum, donec fuerint cum ipsa re restitutæ. Item omnes res restituendæ sunt, & non solum quæ ppriæ fuerunt ipsius disseysiti, verum etiam omnes illæ quæ apud illum depositæ, commodatæ, vel impignoratæ fuerunt, vel quarum vsus, vel vsus fructuû habuit, vel quæ ei locatæ fuerant, quia hæc omnia sub (habendi) verbo continentur. Item non solum hæc res quæ tunc fuerūt cum disseysina facta esset, verum etiam & quicquid postea desijt illic esse, vt si pecora mortua sint post disseysinam: quia licet disseysitor amiserit, & dānum senserit, hoc non erit imputandum disseysito. Item si ædes incendio consumptæ fuerint, earum precium restitui debet per assisam, quia disseysitor ad casus fortuitos tenebitur. Itē non solum restituendæ sunt res quæ

BBb.i.

illic

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

illic habuit disseysitus cū disseysiretur, verum etiā siue in eo loco a quo deiectus est, siue in omni possessione: quia ad omnem partem possessionis refertur, qua quis caruit cū fuerit disseysit^o. Item a die quo quis disseysitus est, fructuum ratio habenda est, & non retro computantur. Item rerum mobilium quæ tunc ibi fuerant computandi sunt fructus, ex quo quis disseysitus fuit, & non solum fructuum ratio habenda est, sed etiam omnis vtilitatis omnium rerum quæ ille habiturus esset, si non esset disseysitus. A iudice autem estimanda sunt damna, vel ad plus vel ad min^o, habita ratione meliorationis, & secundum quosdam videtur contrariū, quia disseysitor meliorationem fecit ad opus suum proprium & non ad opus disseysiti: & ideo videtur quod melioratio cedit cū terra, & ex quo disseysitor alienū scienter meliorauit, donasse videtur, sciuit enim aut scire debuit. Sed reuera melioratio minuit damna, & exonerat disseysitorē in parte, & aliquando in toto, vt per exemplum: per assisam istā, ipse qui disseysiuit tenetur rem disseysitam restituere, licet tempore assisæ captæ, dū tamen post impetrationē nō possiderit disseysitor, sed ad alium transfulerit, siue ille ad quem res translata fuerit, vltius transfulerit ad plures manus, siue non, cū res per impetrationem diligentem & prosecutionem diligentem litigiosa effecta fuerit. Item videndum quis teneatur ad damna restituenda & quis non, & secundum hoc oportet considerare rigorem iuris vel æquitatem. s. q. ius est ars boni & æqui, & sciendū quod illi participes esse debēt in damno qui participes fuerunt in lucro. i. omnes principales quatenus sufficiunt, & si non sufficiunt, tunc recurrendum est ad alios de forcia & consilio.

1. ¶ De exceptionibus. Exceptio contra breue siue contra iurisdictiōnem. 2. Quæ exigatur ad hoc q. procedat assisa. 3. De exceptionibus contra breue. 4. Quod error multiplex est. 5. De errore circa personam siue circa corpus siue circa officium. 6. De errore circa nomen & dignitatem. 7. De errore circa ipsam rem. 8. De errore circa causam. 9. De errore circa locum. 10. Exceptio si breue fuerit deperditum. 11. Quando tenere debet breue in persona successoris quod impetratum est versus prædecessorem. Cap. 10.

Dictum est supra quid iuris si tenens nihil velit vel sciat dicere contra assisam, vel excipere quare remaneat imperpetuum vel ad tempus. Nunc autem dicendum si velit excipere, siue contra breue, siue contra personam querentis, siue contra assisam. Sunt enim exceptiones quæ competunt contra breue, & assisam differunt, sed non perimunt. Sunt etiam quædam exceptiones contra personam querentis, quæ assisam omninò perimunt. Est enim peremptoria breuis, & dilatoria iudicij, est etiam quædam peremptoria quantum ad personam vnius & dilatoria iudicij, & non peremptoria quantum ad personam alterius, vt si querens actionem non habeat, sed alius & competat alteri actio sed non sibi. Item sicut competit contra personam, ita competit contra assisam. Si autē breue non valeat ab initio, non erit vltius procedendū. Si autem breue valeat, tunc recurrendū est ad personā, & videndum si ei competat querela vel non, postea verò ad assisam, si tenens iniuste & sine

De Assisa nouæ disseysinæ. Fol. 188.

sine iudicio disseysinæ ipsam querentem, vt dicit, de libero tenemento suo in tali villa & post talem terminum. ¶ 2. In primis autem oportet confirmare breue confirmata iurisdictione, sic vt iustitiarij habeant potestatem iudicandi, & auctoritatem superioris, vt per breue speciale, vel per generalem summationem, vt supra videri possit in principio manifeste. Cum autem confirmata fuerit persona iustitiarij, oportet quod breue competens sit actioni. Item quod querens habeat actionem, & tenens habeat exceptionem, & quod cetera res in iudicium deducatur, vt supra. ¶ 3. Confirmata igitur persona iustitiarij, & audito breui, excipiat tenens in primis contra breue, si videat sibi exceptionem competere. Multipliciter enim excipi poterit contra breue, vt si in se vitiosus sit, si appensus fuerit sigillo alteritum, vel etiam si rasura sit in loco suspecto, vbi nomina scribantur, & non iura: Item si in se contineat aliquam falsitatem, quod non habeatur verbis cancellarie ordinatam dispositionem, nec verborum ordinem, nec stilum calami, ita quod concordet manibus notariorum. Suspicio etiam esse poterit, in nominibus tenementorum, locorum, & aliorum que sunt iudicij principalia, & que certa sunt, & que varietatem non admittunt. In alijs vero que iuris sunt non est multum curandum de rasura, quia rasura in illis que iuris sunt non multum inducit suspicionis. Iura enim & consuetudines & alia que communia sunt omnibus, vbi que scribi possunt, nisi huiusmodi suspensionem inducant, calami diuersitas, vel atramenti, & si in loco suspecto inueniatur rasura, videri debet & distinguendum, vtrum breuia sunt que diriguntur vice comitibus clausa vel aperta. Item vtrum id quod suspectum est in cancellaria sit emendatum, vel ab alio sicut a clerico vice si clausum fuerit, vel apertum sit, si nomen alicuius, vel aliud quid, prius scriptum in conspectu, deletum, & ex hoc presumi possit vehementer, vt si breue illud aliquo tempore sub alio nomine recitatum fuerit & auditum, & qui hoc veraciter protestentur, ille qui super hoc conuentus fuerit & conuictus, dum querela tamen prius in iudicium deducatur, & facta inquisitione culpabilis inueniatur, tanquam falsarius puniatur. Item videndum erit si tempore data aliqua fuerit causa impetrandi vel nulla, & ideo respicienda erit data, si forte deleta fuerit vel in aliquo mutata, & per hoc erit suspitio de data, & quod non valet impetratio que nulla est nisi sub ista causa vera impetrandi. Et quod cadere debeat breue probatur in itinere w. de Ralegh in comitatu war, assisa nouæ disseysinæ si Gerardus filius wilhelmi. Item si de consimili breui & etiam assisa omnino se retraxerit, & tamen non propter vitium & errorem. Item si prius incepit agere de seysina aliena quam propria, per assisam mortis antecessoris, per breue de ingressu, vel per breue de recto, vel per aliud qualecunque, ordine breuium non obseruato. Item si aliquid consimile impetrauit coram eodem iudice vel diuerso, a cuius prosecutione per licentiam vel alio modo non recessit. Item si impetratum fuerit contra ius commune, quod plures querentes in vno breui contineantur. Vbi diuersæ sint querelæ, diuersæ personæ & diuersæ disseysinæ, nisi ibi vnicum fuerit ius & diuersæ personæ, sicut vnus hæres, sicut sunt illi qui cohæredes sunt & participes & tenuerint in communibus. ¶ 4. Item error perimit breue, sed

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

non iudicium nec assisam. Error autem multiplex esse poterit in persona querentis, vt si errauerit impetrando contra personam eius, qui nomine possidet alieno, & non proprio, vt firmarius, vel prior, vel canonicus amotibilis, vt prædictum est, & inferius dicitur; nec talibus competit exceptio nec querela. Item procedere nõ debet assisa propter errorem nominis, vt si pro Henrico, ponatur in breui Wilhelmo & econtrario. Idẽ erit si erratum fuerit in cognomine, vt si dicatur Hughbertus Roberti, vbi dici deberet Hughbertus walteri. Item idem erit si erratum fuerit de nomine villæ de qua quis inducit originem, vt si pro Londoñ nominet quis in breui winton. Item si erratum sit in sillaba, vt si quis alium nominet Henricum de Brocheton vbi nominari deberet Henricus de Bracton. Item idem erit, in littera, vt si quis errauerit sic nominando Henricum de Bracthon vbi nominare deberet Henricum de Bracton, & omnia ista probari possunt per exempla. Item adhuc idem erit si de nomine cõstitit & cognomine, erratum tamen sit in nomine dignitatis, vt si dicatur in breui. Questus est nobis Henricus de Braetona præcentor, cùm sit decanus, et sic cadit breue. Itẽ si erratum sit in persona & non in nomine nec in cognomine, scilicet cùm pater & filius vocentur eodem nomine & cognomine, & patri facta fuerit disseysina, si filius impetrauerit sub eodem nomine patris de disseysina patris, non recuperabit, quia non ei facta fuit iniuria sed patri, & sic ipse non habebit querelam, sed pater si viueret, & licet habeat idem nomen & cognomen, persona tamen diuersa est & non eadem, cui facta est iniuria. Idem autem erit, si filius de disseysina patris & de facto patris eodem nomine nuncupatus post mortem patris, si velit sibi perquirere per breue de ingressu de disseysina facta patri. Item error in actione vbi quis credidit actionem competere quæ non competit. ¶ 5. Vt autem plenius habeatur notitia circa quæ versetur error, sciendum quòd versatur aliquando error circa personam, siue circa corpus, siue circa officium, siue circa rem, siue circa causam. Circa personam vero contingit errare dupliciter, quandoquẽ ex imperitia siue negligentia impetrantis, quandoquẽ ex dolo aduersarij. Ex imperitia vero impetrantis, vt si quis nominauerit Petrum vbi nominasse debuit Rogerum, & propter talem errorem cadit breue multis rationibus. Item si quis binominis fuerit, siue in nomine proprio, siue in cognomine, illud nomen tenendum erit quo solet frequentius appellari: quia ideo imposta sunt vt demonstrent voluntatem dicentis, & vtimur notis in vocis ministerio. Idem est si in prænomine, agnomine, & cognomine. Idem erit si erratum sit in nomine appellato, vt si quis vestem nominauerit vbi nominare deberet pecuniam. Item prouenit error ex dolo aduersarij, scilicet quando aduersarius dolosẽ in absentia impetrantis commutat possessionem, vt aduersarius rediens & nouum possessorem inueniens, ipsum, tanquam eum de quo in breui nulla fit mentio, conuenire non possit nec implacitare: & videtur quòd non, quia in breui non comprehenditur, & multis alijs rationibus, verius tamen est quòd possit, & debeat respondere, alioquin posset ille qui possessionem mutauit, ne cũ eo ageretur, de dolo suo commodum reportare, & multis alijs rationibus,

De Assisā nouæ disseyfinæ. (a. 20. Fol. 189.

bus, & ideò poterit vterq; conueniri simul vel per se, & hoc licet translatio fiat antequàm breue pueniat ad iustitarios vel vic. dū tamen diligēs existerit prosecutio. Eodem modo fieri possit si res post iudicium ad alium transferatur. ¶ 6. Item poterit esse error circa officium siue dignitatē, vt si quis præcentorem nominauerit pro decano, vel ecōtrariò: circa officium, vt si quis nominauerit coronatorē p vic, vel econtrariò. Nomen vero dignitatis vel officij non mutatur, nec etiam nomen propriū: Errari tamen poterit circa ea, vnde etsi exprimatur verū nomen & fiat error circa dignitatem vel officium, tenet breue. Si autem fiat error circa nomen, & de dignitate vel officio non erretur, tenet breue, aliquandò vero nomē pprium non exprimitur, & tunc tenet nomē dignitatis vel officij, & si circa ea nō erretur, & tenebit breue, quantum ad eorum successores in causa ciuili, vbi nulla sequitur poena. Si autem actio fuerit poenalis ex delicto, extenditur etiam ad successores non expresso pprio nomine, sed non ad poenam, sed quoad restitutionem, si possit restituere. Si autem nomen proprium exprimeretur, non esset ita. Officium vero & dignitas fere se habent ad idem, sed quælibet dignitas est aliquod officium, sed omne officium non est dignitas. Officiū verò bene potest esse sine dignitate, vt officium vicecomitis & coronatoris. Itē si diaconus nominetur pro sacerdote, non expresso pprio nomine vel econtrario, cūm sacerdos vtrāquē contineat dignitatem. ¶ 7. Item quandoquē fit error circa ipsam rem, vt si quis nominauerit vineam vbi nominare debeat ecclesiam. Item lanceam vbi vestem. Rerum enim vocabula immutabilia sunt, hominum vero sunt mutabilia. Item error poterit esse in qualitate rei & quantitate. Item in precio, numero, pondere & mensura. Item in genere & colore. Item error poterit esse circa rem in loco, vt si quis dicat quòd res sita sit in vno loco, cūm sita sit in alio, sed error ille nocere non deberet, cūm per circumstantias colligi possit id quod petens in mente habuit. Eodem modo dici posset de distinctione agrorum vbi visus petitur, quia non refert vtrum quid fiat, vel quod tantundem valeat. ¶ 8. Item fit error circa causam, vt si quis dederit intelligi impetrando quòd iuste possideat, vel quòd iniuste possederit, vel quòd nunquam possedit, in quo casu videndum si causa sit casualis, tunc non impedit processum, si autem cōditionalis impedit omninò. ¶ 9. Item poterit error esse circa locum, & si disseyfitus impetrauerit ad vicecomitē in cuius comitatē tenementum non fuerit, vel si dicat tenementum esse in vna villa quod reuera est in alia, sicut plenius dicetur inferiùs. Plures autem sunt exceptiones contra breue inferiùs assignatæ in causa proprietatis, quarum quædam locum habent hic, quædam vero non, & sicut exceptiones quæ assignatæ sunt contra breue in causa possessionis locum habent hic & non ibi, & ideo omnes exceptiones contra breue, vno loco comprehendendi non possunt, & ideo quod hic non inuenitur, ibi inueniri poterit.

¶ 10. Sed quid dicendum erit si breue originale erit perditum per alicuius negligentiam, vel in curia: tunc videndum erit vtrum vnquam in curia coram iustitarijs recitatum fuerit & auditum, & tunc bene possunt iustitarij procedere, dum tamen hoc fuerit in præsentia partium.

Idem

Lib. iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

Idem erit si irrotulatum post visum petita, vel warantum vocatum. Sed quid si nunquam fuerit auditum, vel recitatum coram iustitiarijs sed breue de warantia de capiendo assisam: videtur quod breue illud sufficiat ad procedendum, cum omnes articuli breuis originalis ibi sint contenti, & aliquando nomina disseysitorum, ad omnia igitur bene poterit procedi per breue istud, dum tamen vicecomes cognoscat quod breue originale suscepit, & quia rex testatur in litteris suis parentibus quod talis arramauit assisam versus talem de tali tenemento & in tali villa, & sic omnes articuli contenti sunt, & quod quidem rex testatur. Sed quid si breue fuerit patens & apertum, & sigillum omnino fractum fuerit, vel cauda rupta: non erit tali fides adhibenda. Item si fuerit omnino falsum, vt si appesum fuerit signum adulterinum, vel si fractum fuerit omnino, & stilo cancellariæ non consonum. Si quis tali breui vsus fuerit & conuictus, puniatur, vt supra de crimine læsæ maiestatis, nisi warantum habuerit qui breue illud aduocauerit. ¶ II. Item inter cetera videndum, quando tenere debet breue impetratum versus prædecessorem in persona successoris, siue in causa possessionis siue in causa proprietatis, vt si Abbas vel prior disseysinam fecerit, & postea amotus fuerit vel depositus, manens in eadem domo vel alia, vel mortuus post disseysinam. Quo casu, refert vtrum impetratum fuit contra eos statim post disseysinam ante amotionem & depositionem vel post, & tunc vtrum expresso nomine proprio & nomine dignitatis simul, vel tantum sub nomine dignitatis. Sed siue sic siue sic, semper tenentur respondere, dum viui fuerint post breue impetratum vbi cum que fuerint, quia personalis est iniuria, & hoc siue sit alius substitutus siue non, cum res effecta sit litigiosa per impetrationem ante creationem alterius Abbatis. Et quamuis Abbas depositus fuerit vel amotus post iniuriam, non tamen aboletur poena propter mutationem dignitatis vel officij, cum adhuc duret iniuria, quæ personalis est, & quæ personam sequitur. Si autem depositus fuerit ante impetrationem, et postea impetretur, tunc refert vtrum ante impetrationem creatus sit alius Abbas vel non. Si autem alius Abbas creatus fuerit ante impetrationem, tunc oportet tam disseysitorem quam substitutum in breui comprehendere, cum substitutus teneatur ad restitutionem si factum depositi aduocauerit, & depositus teneatur ad poenam. Si autem post impetrationem substitutus fuerit alius ante captionem assisæ, tunc licet in breui non nominetur, tamen tenebitur, secundum quod factum depositi aduocauerit, vel non aduocauerit. Si autem nullus omnino ante captionem assisæ fuerit substitutus, tunc procedat assisa contra depositum per tale breue, scilicet quod talis canonicus vel monachus quondam Abbas &c. & si Abbas fuerit substitutus ante impetrationem, tunc: quod talis monachus quondam Abbas & talis ei substitutus &c. Si autem disseysitor mutauerit dignitatem, fiat mentio in breui de dignitate. Si autem Abbas vel prior disseysitor mortuus fuerit ante impetrationem vel post, & siue ante creationem alterius Abbatis vel post, & siue nomen exprimat illius qui mortuus est in breui siue non; in causa disseysinæ cadit breue, & extinguatur assisa in eo quod poenalis est, tenet tamen quantum ad Abbatem substituendum
in eo

De Assisa nouæ disseysinæ. Cap. Fol. 190.

in eo quòd est rei pefecutoria, & non refert vtrum breue impetratum sit contra prædecessorem sub nomine dignitatis tantum, vel sub nomine proprio & nomine dignitatis. Si autem Abbas querens mortuus fuerit, eodē modo cadit breue sub nomine suo impetratum, quia non erit qui respōdeat si non sit qui queratur, cū iniuria sit personalis. Si autem impetratum fuerit in causa proprietatis contra aliquē Abbatē, vel in causa possessionis, quæ non est pœnalis, sicut in assisa mortis atēcessoris, si tenēs Abbas mortuus fuerit, & impetratum fuerit contra eū sub nomine dignitatis vel officij tantum & non sub nomine proprio, semp tenebit breue in psona successoris, quod fuit impetratū sub nomine prædecessoris, quia quoad nomen dignitatis, idē est successor cū prædecessore, quia nō mutatur dignitas ppter diuersitatem psonarū. Si autē sub nomine proprio & sub nomine dignitatis simul, siue successor idem habeat nomen cū prædecessore siue non, sed diuersū, cadit breue: quia licet idē sit nomē, tamē diuersū est ppter diuersitatē psonæ, licet videatur contrariū, sicut si nominaretur Henricus pater. s. & filius vel successor eodē nomine. Si autē impetratum fuerit contra prædecessorem, qui depositus fuerit, tenetur cōtra substitutum siue sub nomine dignitatis tantum vel sub vtroq; quia deponi posset in fraudem.

1 ¶ Exceptio contra personā querentis, & in primis de statu. 2. Si seruus obūciatur. 3. De exceptione & de statu querentis. 5. de villenagio. 4. Cui competit exceptio villenagij. Cap. 27.

SI vero nihil scit quòd excipi possit contra breue, sed cū sufficiens sit in omni sui parte non abrasum in aliquo loco suspecto, licet tamen in narratione & in facto. Itē si non delerū vel alio quocūq; modo vitiosū & in prima sui figura, pposita intentione querentis & fundata, tūc demū videndū est si sit exceptio aliqua quæ comperat tenenti contra querentem ex persona querentis, vt si excipiat tenens contra querentem quòd querela ad ipsum non pertineat, nec assisa, siue sit liber siue seruus; masculus vel fœmina, maior vel minor, vt si querens nomine suo non teneat, sed nomine alieno, quia talibus non competit assisa, sed dominis proprietatis. Et si liber sit, & teneat ad terminum, vel ad voluntatem, vel in villenagiam (quod bene facere possit salua libertate sua) cadit assisa omninò in persona sua, nisi replicando docere possit contrarium, scilicet quòd teneat nomine proprio qualitercunq; siue per disseysinam siue per intrusionem, dum tamen disseysiri non debeat sine iudicio. ¶ 2. Si autem sit seruus, & teneat in villenagio, dum tamen sub potestate domini constitutus, cadit assisa omninò, cū teneat nomine alieno, nisi replicando docere possit contrarium, scilicet quòd liberè teneat, vel quòd sit extra potestatem dominorum in statu libero, & ita quòd in seruitutem reuocari non poterit sine breui vel sine iudicio. ¶ 3. Et non competit alicui huiusmodi exceptio de villenagio, præterquam vero domino, nisi vtrumquē probet, scilicet quòd villanus sit & teneat in villenagio, cū per hoc sequatur, quòd ad ipsum non pertineat querela siue assisa, sed ad verum dominum, & ideo cadit assisa quantum ad psonam suam, & nō quantum

Lib.iii. De Assisa nouæ disseynæ.

quantum ad personam domini. Si autem verus dominus opposuerit exceptionem seruitutis seruo sub potestate sua constituto, sufficit si probet illum esse seruum suum vel per parentes vel per assisam. In quo casu terminabitur questio status & assisa, nisi forte liber homo sit bona fide possessus & proclamare voluerit in libertatem: in quo casu, non nocet ei ista exceptio & exceptionis probatio, dum tamen se possit probare liberum, & sic exire a statu seruili in libertatem. Sed quoniam seruus aliquando est sub potestate domini constitutus, & in statu seruili in possessione seruitutis, aliquando extra potestatem in statu libero, in possessione libertatis, aliquando teneat libere aliquando in villenagio, cum questio status incidat in assisam & præiudicialis sit, videndum erit cui obijciatur & a quo. Cui, utrum. s. ei qui fuerit sub potestate domini sui constitutus, siue nomine proprio, siue alieno bona fide possessus, siue libero sub potestate alicuius in statu seruili existente qualitercunque: siue per vim & iniustam detentionem, siue per copulam maritalem, siue obijciatur ei qui fuerit extra potestatem, & tunc vel ei qui fugitiuus suus est & recentèr fugit de terra sua & recentèr infecutus, vel non recentèr, ita quod sine breui renocari non possit in seruitutem, vel ei qui nunquam fuit sub potestate sua, sed de natiuis suis natus, qui aliquando fugerunt vel a terra sua vel antecessorum suorum. Item vel eis qui fugitiui sunt reuera, sed cum exceptione perpetua muniti vel priuilegio, exceptione. s. perpetua, qua se tueri possunt perpetuo: quia nunquam forte fugerunt de terra opponentis, vel huiusmodi priuilegio, quia manentes in ciuitate aliqua vel villa priuilegiata, vel dominico domini regis per unum annum & unum diem sine clamore. Item priuilegio clericali. Sed quid dicetur de milite: reuera illud idem quod de clerico, donec fuerit per iudicium degradatus. Item refert utrum proprio seruo obijciatur vel alieno. Item in qua causa, utrum scilicet in iudicio petitorio in causa proprietatis, vel querenti in iudicio possessorio & restitutionem petenti, in causa possessionis & spoliationis. Item refert utrum queratur & petat restitui de spoliatione propria: vel petat sibi rem reddi de possessione aliena, sicut de seysina alicuius antecessoris sui, quam antecessor habuit die quo obiit in causa possessionis ut de feodo. In restitutione spoliationis, non nocet ei qui est extra potestatem constitutus quin recuperet, quia prius inquirendum est de spoliatione quam de statu. Si autem petat versus dominum in causa proprietatis, ei obstabit exceptio villenagij, & probabitur exceptio villenagij per parentes vel per patriam: ut si seruus petat seysinam antecessorum suorum ante fugam. Item ut de feodo & de iure in causa proprietatis, in qua non admittitur ad actionem, opposita exceptione seruitutis & probata pro statu antecessorum suorum, & de eorum seysina, nisi forte ipsi essent in statu liberali. Si autem obijciatur exceptio villenagij alicui, ut iuratori, talis exceptio probatione non indiget nec aliqua solennitate, sed credendum erit simplici verbo coniuratorum, sine aliquo sacramento, ut supra, de exceptionibus contra iuratores. ¶ 4. Item refert a quo opponi debeat, quia quamuis exceptio aliquando competat versus alium, non tamen pertinet ad omnes ut illam opponant. Ideo videndum utrum ille dominus vel extraneus: & si extraneus, utrum ille

ille feoffator fuerit, vel alius cuius nulla ratione interfuerit. Si autem dominus sub cuius fuerit potestate, seruus proprius vel alienus, vel liber homo, cuius status sit dubius, an sit liber vel seruus, si prima facie affisa siue actio iusta videatur, cum seruus exceptionem non habeat contra dominum suum, quia nullum habet liberum tenementum contra dominum suum, quia quicquid per ipsum acquiritur, id domino acquiritur, & cum ipse a domino possideatur, nihil possidere potest nec proprium habere. Si autem seruo alieno vel libero in statu seruili constituto, tenebit exceptio donec seruus probetur alienus, vel donec ille liber in seruitute desensus se liberum esse probauerit. Et semper erga tales locum habebit ista exceptio, siue tenementum fuerit villenagium purum ipsius domini, vel eorum perquisitum ex feoffamento alio. Cum autem opposita fuerit exceptio a vero domino ei qui fuerit extra potestatem domini sui et recenter fugerit, tenebit exceptio contra eum, quamdiu dominus cum repetere possit sine breui, & ita quod non oportet eum ad alterius auxiliu recurere nisi suum, & si habere non possit regressum ad villanum suum recuperandum, nisi per breue qualiscunq; fuerit ille fugitiuus, vel qualitercunq; fuerit extra potestatem, vel quodocunq; fugerit, non tenebit exceptio nec valebit, quousq; fugitiuus peruenierit in potestatem domini, cum dominus deserit possidere per impotentiam vel negligentiam, & vtramq; amiserit, naturalem vtz & civilem, quasi exceptione opposita non suo tempore nec suo loco: sed villano competit restitutio p affisa, quia forte habet exceptionem perpetuam, & dominus nunquam audierit excipiendi, donec villanus puenerit in suam potestatem, qui forte se tueri poterit in statu libero donec discussum sit vtrum liber sit an seruus, vel donec dominus in probatione defecerit vel non defecerit, & cum in causa status per breue de natiuis illum in seruitutem reuocauerit, pbato villenagio, restituetur domino suo cum tota sequela sua, & cum omnibus terris & catallis suis omnibus. Sed quare non potest dominus suus eijcere eum de tenementis acquisitis & auferre ei catalla sua sine iudicio, cum fuerit extra possessionem, antequam corpus distracionauerit. Videtur quod si ita esset hoc esset iniquum, quia non poterit quis habere pertinentias antequam habuerit id ad quod res pertinuerit, sicut videri poterit p exemplum de aduocationibus ecclesiarum. Quia si ad aliquem ptineat maneriu aliquod cum aduocatione, & fuerit extra possessionem & vacauerit ecclesia, si presentauerit ppter ius presentandi quod ad eam ptinebit cum manerio, non valebit presentatio, antequam distracionauerit manerium ad quod presentatio pertinuerit. Et vulgariter dicitur, quod primo oportet Ceruui capere, & postea cum captus fuerit illum excoriare. Item videtur quod non poterit quis terras vel catalla a seruo vel fugituo qui fuerit extra potestatem & in statu libero auferre sine corpore, ppter verba in breui de natiuis contenta, vbi precipit dominus Rex quod vicecomi faciat ei habere natium & fugitiuum suum, cum tota sequela sua, & cum suis catallis, & vnde videtur q sine iudicio catalla sua auferre non potest, quia si ita, talia verba scilicet (cum catallis) in breui pperam, ppter personam, posita effectum non habere. Item ratio esse poterit quod si inter dom

Lib. iiii. De Assisa nouæ disseysinæ

minum & seruum illum aliàs questio status haberetur, obfaret se per domino petenti exceptio spoliationis, donec seruus ad plenum restitueretur. Quid etiam iuris clamare poterit dominus in cattallis vel tenemento quasi in accessorio, cum nihil iuris clamare poterit in corpore quod est principale; & sicut non habet locum exceptio a domino proposita contra eum qui fuerit extra potestatem; quia si exceptio domini prima facie iusta videatur, tamen eliditur per replicationem quod sit extra potestatem quasi sui iuris, quæ si necesse fuerit, multipliciter probatur; & quod eijci non possit antequam corpus distracionetur, quia per eos tantum acquirimus, quos sub potestate nostra habemus; sicut per seruos et liberos &c. Et quod per tales acquiritur, dominorum erit, quod autem per illos qui extra potestatem sunt, non nisi tunc demum, cum in nostram deuenierint potestatem. Si autem extraneus fuerit, qui eiecerit seruum alienum extra potestatem constitutum, multo fortius non habebit locum in persona sua exceptio, quia ius non habet, cum locum non habeat in persona domini qui ius habet in persona serui. Et idem quamuis aliàs locum haberet in persona domini, ut prædictum est, si seruus fuerit sub potestate, tamen non competit cuilibet de populo ut illam opponat, nisi ius habeat opponendi, vel si competat, & illam opponat, elidi poterit per replicationem, vel quia non pertinet ad opponentem ut illam opponat, quia ius non habet, vel si ius haberet, elidi posset per replicationem ab eo qui ius haberet replicandi, quia sicut non habet quis ius excipiendi, cum sua omnino non intersit cum extraneus sit, ita non pertinebit ad querentem replicatio, quia replicatio pertinet ad alium & non ad ipsum, & sic in persona eius cuius reuera seruus non interfuerit, locum habebit & tenebit exceptio versus querentem, quia querens replicationem non habet, nec pertinet ad ipsum replicare, donec ad ipsum peruentum fuerit qui ius habet replicandi, verbi gratia. Seruus alicuius sub potestate domini sui constitutus facit perquisitum de libero tenemento, forte ab alio quam a domino suo eijcitur, competit tamen extraneo exceptio de tenemento quod tenetur in villenagio, quia ad dominum pertinet actio si seruus eijciatur, & non ad seruum, quia seruus non habeat actionem. Item esto, quod seruus extra potestatem domini constitutus perquisitum fecerit, prius oportebit dominum distracionare seruum, & tunc demum se ponere poterit in tenementum. Sed esto quod feoffator serui hoc non permiserit, sed se posuerit in disseysinam, vel extraneus forte, quis habebit assisam nouæ disseysinæ, vel dominus vel seruus? Dominus non, quia nunquam disseysinam habuit, si seruus petere velit per assisam, obfabet ei exceptio villenagij. Sed reuera quicquid dicatur: seruus extra potestatem domini constitutus, cum sit in statu libero contra dominum proprium habebit assisam, multo fortius in statu libero responsurus erit contra non dominum, qui nihil iuris habet in persona serui: & sic si dominus non habuerit exceptionem seruitutis, nec extraneus multo fortius. Si seruus fuerit in statu libero, & ita in statu dubio, semper erit pro libertate iudicandum, donec probetur in contrarium, & sic primò procedat assisa quasi de libero tenemento, & postea agatur de statu, quia præiudicialis est disseysina.

Item

Item qui tenet villenagium de domino ſuo, eiectus eſt a villenagio ab extranea perſona cuius non intereſt, villanus queritur per affiſam, extraneus opponit exceptionem villenagij, villanus replicat quòd non p̄tinet ad extraneum excipere, quia ſua non intereſt: extraneus econtrà, quòd ſi ad eum non p̄tinet villenagij exceptio, ad villanum non p̄tinet replicatio ſed ad dominum ſuum, et ſic compenſata hinc inde replicatione cum exceptione, remanebit extraneus in ſeyſina, donec ille, ſcilicet verus dominus qui actionem habet & non ſeruus, agat, petendo reſtitutionem per affiſam. Et ſi ſic extraneus excipiat, non eliditur exceptio ſua per replicationem, quòd nihil ad ipſum: quia quamuis exceptio ad ipſum non pertineat de iure, tamen locum habet contra villanum, quia villanus non habet actionem, non magis quàm firmarius qui alieno nomine tenet. Si autem ſeruus perquiſitum fecerit tenendum liberè de feoffatore ſuo, et dominus tenementum illud in manum ſuam non ceperit, tunc ſi extraneus eum eiſciat vel feoffator ſuus, & contra ſeruum excipiat de villenagio, elidetur exceptio per replicationem, quia in hoc caſu competit ſeruo replicatio, ſcilicet quòd ad alium non pertinet exceptio. Si autem ei qui eſt extra poteſtatem domini ſui petenti reſtitutionem opponatur exceptio villenagij, non habebit locum exceptio, antequam corpus diſrationetur in cauſa ſtatus, vt prædictum eſt, etiam ſi opponens parentes querentis producat ad exceptionem illam probandam: quia ſi ita, ſequeretur quòd cauſam ſtatus in iudicium deduceret, & quia ita terminarentur ſimul tam cauſa ſtatus quàm affiſa (quòd eſſe non debet) in perſonis eorum qui extra poteſtatem fuerint dominorum in ſtatu libero, & quaſi ſui iuris. Si autem opponatur huiusmodi exceptio alicui qui fuerit ſub poteſtate domini, ſi fuerit ſeruus proprius, & ad exceptionem probandam p̄ducti fuerint parentes qui eum ſeruum pbauerint, tunc locum habet, quòd p̄ hoc terminatur tam cauſa ſtatus quàm affiſa. Et talis liberabitur domino ſuo vt villanus. Et p̄ hoc terminabitur vtrumquè. Illud idem erit, ſi villanus contendat ſe eſſe liberum ſub poteſtate domini conſtitutus, & p̄quirat breue de ſeruitijs & cōſuetudinibus quòd dominus ab eo non exigat &c. Et dominus oppoſuerit villenagium & parentes p̄duxerit, vtrumquè placitum p̄ hoc terminabitur, indirectè tamè. Idem erit, ſi cùm villanus iuſtificari non poſſit a domino ſuo quòd ei faciat ſeruitia, vel cùm villanus breue de pace p̄quiſuerit cùm ſit ſub poteſtate domini, & nullum breue p̄ceſſit de natiuitate ſua, & dominus ſibi p̄quiſuerit breue quòd faciat ei conſuetudines & ſeruitia, quæ ei facere debet de tenemento quòd de eo tenet in villenagio, & parentes p̄duxerit, & ſic pbauerit villenagium, vtrumquè terminabitur & indirectè, ſiue liber tenuerit villenagium ſine villanus, et in hoc caſu querens ſe ponat in affiſam velit nolit, cùm fuerit ſub poteſtate domini, alioquin ei denegetur actio, quòd aliter eſſet, ſi eſſet extra poteſtatem. Si autem ſeruo alieno bona fide poſſeſſo a poſſidente obijciatur huiusmodi exceptio, parentes non poſſunt p̄duci, ſed tamen ſtandum erit præſumptioni, & tenet exceptio p̄pter poſſeſſionem, donec pbetur in contrarium, & poſſeſſus ſe probet liberum. Eodem modo ſi ſeruo alieno bona fide poſſeſſo,

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

semper stabitur huiusmodi exceptioni, donec verus dominus eum euincat, & si ille qui possidet aliquo casu parentes illius produxerit ad probandum, non valebit, quia pro hoc non probabit illum esse seruum suum, cum parentes sui sint serui alieni. Et ad probandam exceptionem villenagij, non oportet in aliquo casu producere parentes, sed sufficit probare per assisam tantum, quam si querens recusauerit, denegabitur ei actio siue querela, & si iuratores male iurauerint, conuincendi sunt pro parentibus eius qui fuerint sub potestate domini. Item esto, quod feoffator seruum sub potestate existentem, de tenemento quod ei dedit libere tenendum eiecerit: tunc distinguendum erit vtrum dominus serui tenementum illud in manum suam ceperit vel non. Si autem sic, tunc dominus habet assisam & actionem, & seruus nullam, non magis quam de villenagio domini. Si autem non, tunc competit villano actio & hæredibus suis contra feoffatorem suum, & hæredes suos & alios omnes qui ab eis causam traxerint, vel feoffamentum, vt si ipsi proponant exceptionem villenagij contra talem, ipse habebit replicationem ex facto & feoffamento donatoris. Et vbi sequitur assisa nouæ disseysinæ in persona antecessoris, sequetur assisa mortis antecessoris in persona hæredis, non obstante exceptione villenagij, propter verum dominum villani. Eodem modo contra extraneos ad quos non pertinet eijcere, & tamen villanus in hoc casu habeat actionem, & non dominus. Item esto quod dominus seruo suo sub potestate sua existenti terram dederit tenendam libere sibi & hæredibus suis cum manumissione, licet seruus ille villenagium tenuerit, tamen propter manumissionem liber erit, ac sicut alius liber quilibet libere tenebit, & quamuis tenuerit in villenagio, villenagium non aufert ei libertatem manumissionis. Et vnde si dominus ipsum deiecerit, & ipse agat per assisam, si dominus excipiat de villenagio, ipse habet replicationem ex facto & manumissione domini sui. Et eodem modo de villenagio quod tenet, potest villenagium derelinquere sicut alius liber. Eodem modo, si dominus ei manumisso faciat conventionem, habeat erga dominum suum actionem ex conventionem. Si autem seruo donationem fecerit sine manumissione de aliqua terra tenenda pro liberum seruitium, talis donatio siue concessio non mutat statum suum seruilè, quia personæ liberæ villenagiū nihil aufert libertatis, nec liberū tenentū villano aliquid confert libertatis. Si autem dominus ita dederit sine manumissione, seruo & hæredibus suis, tenendū libere, præsumi poterit de hoc quod seruum voluit esse liberū, cum aliter seruus hæredes habere non possit nisi cum libertate, & ita contra dominum excipientem de villenagio, competit ei replicatio. Si autem cuiuslibet in potestate alicuius existenti vel extra, siue exceptionem habeat perpetuam vel priuilegiū, a quocumque opponatur domino vel alio quocumque feoffatore, vel extraneo, cuius non interfuit, vel alio quocumque, et querens replicare noluerit contra tenentem, sed simpliciter dicat quod liber sit, & inde ponat se super iuratam, & alius affirmet quod non, et inde se ponat similiter super iuratam, absque alia probatione producenda pro parentibus vel alio modo, cum sic agatur de consensu partium, cadit assisa, nec est capienda vt assisa, sed vertitur in iuratam, & fiat sacramentum, ita quod veritatem dicent de ijs quæ ab eis exigentur ex parte domini Regis, quia non est actum in hoc casu principaliter de disseysina,

De Assisa nouæ disseysinæ. Cap. 21. Fol. 193.

fina, vtrū disseysitus fuerit vel non: Sed an talis sit an talis. s. liber vel ser-
 uus, & sic ibi nulla erit cōuictio p assisam ppter consensū, nec huiusmodi
 exceptio tangit assisam, cūm faciant sibi iuratā quasi iudicē ex consensu:
 de statu: vt si dicant iuratores q̄ seruus sit, nihil capiet p assisam, si autem
 liber, tunc primò pcedet assisa vtrum disseysitus fuerit vel non, dū tamen
 eis prædicatur, quòd in hoc casu ad aliud remediū nō habebūt regressū,
 & ita p hoc terminabitur negotium quoad statū, & nulli eorū quantūm
 ad exceptionē vel responsionē præiudicabitur, si postmodū de causa sta-
 tus agatur inter tales: quia si iurata dicat simpliciter quòd querens villa-
 nus est, non erit ppter hoc dño liberandus, nec ad villanū cōuictus, si fu-
 erit extra potestātē, sed alia actione opus erit p breue de natiuis, quia p
 iuratā istā nihil aliud agitur, nisi quòd a querela repellatur, & si sub potes-
 tate dñi fuerit constitutus vt seruus, & iurata dicat ipsum esse liberū, quā-
 uis recuperet per assisam, tamen corpus non liberatur a manibus domi-
 norum, antequam per aliud breue se pbet esse liberum, quia exceptio
 villenagij opposita & sic probata, statum non mutat nec conditionem,
 sicut si ageretur de seruitijs & consuetudinibus vbi probatur seruitus in-
 directē. Si autem tenens dicat excipiendo quòd querens se cognouit ad
 villanum, tunc restat querendum a iudice vbi, & ad villanum cuius? quia
 si non fuit villanus opponentis exceptionem, non pertinet ad ipsum ex-
 ceptio, sed ad eum cuius villanus esse dicitur, & sub cuius fuerit potes-
 tate, & domino suo competit exceptio ex confessione sine alia probati-
 one, nisi post confessionem illam statim mutauerit per manumissionem,
 ex facto domini sui, vel scoffamentum, vel conuentionem: quia in hoc
 casu etsi dominus habeat exceptionem iustam, seruus habet contra ex-
 ceptionem iustam replicationem. Et hæc vera sunt nisi sit aliquis qui di-
 cat, quòd querens inuitus & non de consensu se ponat in assisam cūm
 habeat replicationem, & quòd aliter non sit audiendus. Si autem nulla
 facta exceptione villenagij vel proposita alia, quare assisa debet remane-
 re, & procedet assisa in modum assisæ, & assisa ita dicat simpliciter quòd
 querens liberum tenementum habere non possit, quia villanus est, vel e-
 contrariò scilicet quod liber sit: Si iustitarius sine aliqua examinatione
 secundū dicta iuratorum (quod esse non deberet) iudicauerit, si post-
 modum p parentes vel alio modo pbetur contrarium, iuratores de pū-
 rio conuincuntur. Item esto, quòd ille cui villenagium opponitur sit per-
 sona p̄nitus incognita, ita q̄ iuratoribus nihil constet de conditione, v-
 trum liber sit an seruus, in hoc dubio erit p libertate iudicandum, ita q̄
 in benigniorem partem cadet interpretatio, sicut de quolibet homine
 præsumitur, quòd sit bonus homo, donec pbetur in contrariū, & etiam
 quia opponens exceptionē de villenagio nō probat eam: est igitur quasi
 nulla cūm nō sit probata, licet reuera talis sit, secundū quod proponit.
 Ius enim nūq̄ deficit licet deficiat probatio. Itē esto q̄ seruus alienus sub
 potestate alterius quā dñi sui constitutus pquisitū fecerit, & a vero do-
 mino eijciatur antequam illā recuperauerit, recuperabit seruus per assi-
 sam erga verum dominum suū, nō obstante exceptione villenagij, secun-
 dum quòd terra illa capta fuerit in manū eius sub cuius potestate fuerit:

vel

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseynæ

vel non, & secundum hoc competit assisa vni eorum vel alteri. Item esto quòd quis seruum alienum, & in potestate domini sui existentem feoffauerit, tenendum de domino suo liberè, si dominus hoc voluerit, & homagium serui sui receperit, si eum eiciat, seruus per assisam recuperabit, non obstante villenagio, sed in voluntate domini erit, vtrum hoc facere voluerit, vel tenementum illud in manum suam capere. Item si seruus sibi ipsi acquisiuerit & non domino, dominus serui non efficietur dominus rei, antequam illam ceperit in manum suam, & competit seruo assisa contra omnes, præterquam contra verum dominum suum in cuius fuerit potestate, non obstante exceptione villenagij. Si autem acquisierit ad opus dominorum & nomine ipsorum, vnius vel plurium, vel vni ex pluribus, eis competit assisa quorù nomine acquisiuit, quia ex factò serui sūt in possessione, licet non ceperint in manum suam cum solennitate. Item si in modum exceptionis hoc modo opponatur villenagium a tenente. s. quòd querens assisam portare non possit quia villanus est & filius villani, poterit vtrumq; esse verum, & quòd ille querens habeat contra istam exceptionem iustam replicationem, & q̄ cadet assisa, vel procedet, de vtroq; istorum, vel de altro, vel de neutro, non cadet assisa si querens non replicauerit vel exceperit, quia neutrum istorum habet, nec replicationē nec exceptionem, quia villanus est sub potestate domini sui constitutus, & natus de villano & villana ipsius domini sui. Eodē modo de patre suo, & sic si replicet vel excipiat, p̄ assisam veritas declarabitur, & secundum hoc locum habebit replicatio vel nō habebit. Et si assisa faciat cōtra ipsū cadat de vtroque. Item potest esse quòd cadat de vno & nō de alio, quia

villanus 33 benè potest esse q̄ ipse villanus sit & pater suus liber, sed ipse habet exceptionem pro se & forte priuilegium, & ideo per hoc se defendit cōtra exceptionem. Item potest esse quòd liber sit & pater suus villanus, quia ipse p̄genitus ex libera & soluta ex patre villano, quo casu sequi debet conditionem matris. Item viceuersa, potest esse quòd ipse sit villanus & pater liber, quia p̄genitus ex villana & libero in matrimonio siue contubernio, & in quo casu sequetur conditionem matris, maxime si liber ingressus sit in villenagium ad natiuam, secus erit si extra villenagium, quia thorus mariti liberi facit eam liberam in vita viri. Et quia si in seruitutē peteretur, defenderet se contra exceptionem villenagij p̄ replicationem liberi thori. Item si sic obijciatur villenagium quòd villanus sit, quia pater suus villanus fuit, tunc considerare oportet vtrum matrimonium interuenit vel non, sicut p̄dictum est, & in quo statu talis pater obijt, vtrum in statu libero. s. ita quòd peti non possit sine breui, quamuis fugitiuus vel alius seruus, vel in statu seruili, liber vel alius sub potestate alicuius cōstitutus vel detentus, & secundum talem statum erit exceptio villenagij iudicanda. Et ideo siue pater liber sit siue seruus tempore mortis, vel in statu libero vel seruili, erit exceptio villenagij iudicanda, & hoc ita, nisi in filio sit status patris immutat^o. Sed dici posset forte ab aliquo quòd de statu defuncti post mortem agi non potest, vtrum liber sit siue bastardus. Verum est, quòd ad hoc agi non potest, quòd mortuus ad villanum p̄betur, quia hoc esset in principali casu status, ad p̄bandum talem p̄ testes et

et parentes, & ita mutare statum defuncti. Poterit tamen inquiri p iuram-
tam vtrum ipse villanus obiit vel liber, vel bastardus fuit statu non muta-
to, quia villenagium oppositum in modum exceptionis, statum defuncti
vel viui non alterat nec mutat. Et longè aliud est pbare p testes & parē-
tes quòd ita esse debeat, vbi sit aliquis qui respondere posset ad proposi-
ta, quàm inquirere p iuram simpliciter si ita fuit, & hæc vera sunt, etiam
si reuera pater villanus fuit & in iudicio petitus vt villanus p breue, & in
statu libero se defendit vsquè ad mortem. Et idem erit si extra potestatem
domini constitutus nūquam in vita petitus esset, statu enim liber est qui-
cunque extra potestatem domini sui constitutus sine placito & breui in
seruitutem reuocari non possit. Et eodem modo statu seruus erit liber
homo in possessione seruitutis constitutus, ita quòd ad libertatem pue-
nire non possit sine placito, & in tali statu obierit, siue in vita sua in liber-
tatem pclamauerit siue non.

¶ De quibusdam casibus specialibus tangentibus materiam præcedentem. Cap. 12.

Dictum est supra in genere, qualiter opponenda est exceptio serui-
tutis & cui competat. Nunc autem fit descensus ad casus speciales.
Esto igitur quòd liber homo ingrediatur in villenagium ad ancillā
villanam, non ppter hoc mutatur status eius, sed in parte obumbratur,
cūm ppter villanam, quæ est quasi terminus copulans, recedere non pos-
sit a villenagio, oportebit eum facere villanas consuetudines, non tamen
ratione psonæ, sed ratione villenagij, quia p hoc non mutatur status ne-
què conditio liberæ psonæ. Sed esto quòd ambo sunt fugitiui scilicet vir
& vxor, vxor petatur & reuocetur in seruitutem, & vir vxorem sequatur:
siue vice versa. Esto quòd villanus extra potestatem domini sui copule-
tur liberæ liberum tenementum habenti, si dominus serui vtrumq; eijci-
at, tam virum quàm vxorem, quæritur an recuperare debeant non obsta-
te exceptione villenagij, veri est quòd sic, ratione supradicta, donec ser-
uus in seruitutem reuocetur. Sed quid dicendum est de vxore & libero
tenemento, si dominus se posuerit in tenementum vxoris, cum p se pete-
re non possit sine viro, si autem vir adiungatur, obstabit exceptio, quid
ergo erit? Videtur quòd dominus retinebit quamdiu villanus vixerit, et
post mortem villani vxor remedium habebit quasi sublato impedimēto,
sed reuera recuperabit præoptenta, sed petere nō posset adipiscenda. Itē
domino exceptionem villenagij opponenti, responderi poterit & cōtra
ipsum replicari multis modis. Poterit enim replicari quòd dñs in curia
regis recognouit ipsum esse liberū, & remisit ei totū ius & clameū quod
habuit vel habere potuit in ipso & in tota sequela sua, & inde pferat Cy-
rographū in curia dñi regis cōfectū, quod si habuerit vel nō, & recognitio
irrotulata fuerit, vbet rotulos ad warātū, & hoc vbi dñs vexauerit eū in
curia, & eum petijt vt villanū. Itē eodē modo si dñs eū aliquando pdux-
it in curia dñi regis vt liberū hominē suū ad distracionandū, vel legē ali-
quā faciendā vel purgationē, quod de facili sciri poterit p rotulos. Et eo-
dem modo si hoc fecerit in com, quod etiā sciri poterit p recorda com.

Item

Lib.iiii.^s De Assisā nouæ disseytinæ

Item si dominus eum manumiserit & seoffauit de libero tenemento, & sic recuperabit seysinam manumissus non obstante exceptione villenagij, contra eum qui manumisit & hæredes suos, vt inter Thomā veteris pontis & Richardum & alios quoscunq; ei succedentes ex quacunq; causa, cum nihil amplius exigere possunt quam ille potuit cui succedunt. Eodē modo dicendum, si quis manumissus fuerit etiam sine libera terra. Item si fiat quod tantundē valet, vt si dominus seoffauerit seruum suum etiā sine libertate expressa, tenendum sibi & hæredibus suis p liberum seruitium, quia ex quo mentionem facit de hæredibus, præsumitur vehementer quod dominus voluit seruum suum esse liberum, quod quidem non esset si de hæredibus mentionem non faceret. Item idem erit si dominus aliquando petijt eum vt natium suum, et ipse p parentes vel alio modo pbauerit se esse liberum, & alia infinita possunt esse responsiones sicut exceptio rei iudicata, & replicationes contra dominum. Si autem dominus sic dicat & excipiat contra petentem restitutionem p assisam, & adijciat quod villanus sit, vel filius villani vel villanæ, ad hoc quod dicitur filius villani vel villanæ, replicare poterit, quod licet pater suus villanus esset, mater tamen sua libera fuit & soluta, et ideo sequi debet conditionē matris & non patris. Ad hoc autem quod dicitur quod mater sua fuit villana, replicari poterit, quod quamuis villana, copulata fuit libero homini in libero tenemēto, & ipse genitus in libero thoro, ppter quod sequi debet conditionem patris & non matris. Item replicari potest contra dominum excipientem in villenagio, quod quamuis vtrumq; habeat villanum tam patrem q matrem copulatos, & quamuis sit in villenagio genitus, quod ad dominum non pñet exceptio: vt si villanus alicuius in alterius villenagium ingressus, vel villana econtrariō in alterius villenagium ad villanum, non habet aliquis exceptionem villenagij contra talem si seoffatus fuerit tenendi liberè, nisi ille in cuius villenagio genitus fuit & natus: maximè si fuerit sub eius potestate constitutus. Item cum seruus replicauerit contra dominum de manumissione, dominus potest triplicare versus ipsum, quod manumissio non fuit sufficiens nec pfecta. Sed hæc triplicatio locum habet in hærede manumissoris, & non in ipso manumissore. Quia esto quod seruus velit manumitti, & cum nihil habeat pprium, eligat fidem alicuius qui eum emat quasi pprijs denarijs suis, p talem emptionem non consequitur emptus aliquam libertatem, nisi tantū quod mutat dominiū in re empta, in primis solui debet pretiū, postea sequitur traditio rei. Soluitur hic precium p natiuo, sed nulla subsequetur traditio, sed semper manet in villenagio quo prius. Si tenens tenementum acquirat tenendum liberè, & hæres manumissoris vel alius successor eum eijciat, si petat p assisam & hæres opponat villenagium, & villanus replicet de manumissione & emptione. Hæres triplicare poterit q imperfecta fuit emptio siue manumissio, eo quod nunquam in vita venditoris subsequuta fuit traditio, & ita talis semper remanebit sub potestate hæredis, nec valebit eis in hoc casu instrumentum manumissionis, quod quidem si in iudicio pferatur magis nocere possit quam pdesse. Et notandum, quod ita excipere poterit tenens contra querentem, quod querens semper

semper onerabitur probatione, & sic replicari contra exceptionē a querente, quod replicationem opponens onerabitur probatione vice versa: & ista sufficiant in prædictis, exempli causa, sed aliquid dicetur inferius de casib⁹ specialibus. Item obijci poterit villenagium in modum exceptionis cū adiectione tali, scilicet quod querens liberum tenementum habere non possit, quia villanus est, & ita villanus, quod filiam suam maritare non potest sine mercheto, ad plus vel ad minus pro volūtate domini, & alias obiectiones obijcere poterit, per quas verisimile est quod villan⁹ sit. Et vnde oportebit quod veritas inquiratur per modum iuratæ & non in modum assisæ, si vtraq; pars de communi consensu se posuerit in iuratā, vt inter placita quæ sequuntur regē de assisæ captis apud Norwich corā rege, anno regni sui vicefimo tertio. Assisa nouæ disseysinæ si wilhelmus Bieard. Item obijci poterit exceptio villenagij in hunc modum, quod querens villanus sit, & teneat in villenagio: vt in eodem rotulo coram ipso rege. Assisa nouæ disseysinæ si Richardus de Merlay. Item obijci poterit in tali adiectione, quod non potest pullum suum masculum vendere nec bouem, sine licentia domini. Item possunt omnes istæ obiectiones & plures simul & semel & aliæ plures opponi contra querentē, & de quibus omnibus poterit inquiri veritas per iuratam & non in modum assisæ, excepto eo, quod si obijciatur exceptio villenagij cū tali adiectione inter alias, quod non possit maritare filiam suā sine mercheto certo vel incerto, talis adiectio nunquam locum habebit in persona liberi licet teneat per villanas consuetudines, nisi se ad hoc specialiter obligauerit, vel nisi se copulauerit villanæ in villenagio propter iura libertatis, quia quāuis teneat in villenagio, tamen sui iuris est vt liber homo, nec sanguinem suum nec carnem (licet in villenagio tenuerit) subijcit seruituti: de seruo autē hoc intelligendum erit, qui sui potestatem non habet sed dominus. Si autem cōtra prædictas rationes aliquid statuatur, nō erit hoc p iudicio vel iure obseruandum, quia potius error dici possit quā veritas, corruptela quā consuetudo: vt si quis cognouerit se aliquando fuisse villanū sed manumissum, non recuperabit liberum tenementum per assisā, licet proferat chartam manumissionis: vt inter placita quæ sequuntur regem anno regni sui vicefimo tertio in comitatu Suff. Assisa nouæ disseysinæ si Radolphus filius Roberti. Sed hoc saluari poterit, vbi quis seruum suum alicui vendiderit pro denarijs, & vbi venditus seruus nunquam liberatus fuit emptori in vita venditoris vel emptoris, & qui si liberatus esset, propter hoc non mutat statum, licet mutauerit dominum. Item si huiusmodi manumissus prolem suscitauerit, quamuis ex libera hæreditatem habente, si post mortem matris eijciatur, non recuperabit per assisam liberum tenementum, non magis quā villan⁹, vt inter placita quæ sequuntur regem H. anno vicefimo primo in comitatu Eborū. Assisa nouæ disseysinæ si wilhelmus de Stocbrige. Item mulier libera habens hæreditatem, cū fuerit villano copulata & ambo eiecti fuerint, non recuperabit, quādiu villan⁹ vixerit, vt inter placita quæ sequuntur regem anno vicefimo, assisa nouæ disseysinæ de Waltero de Emdene & Alicia filia Ernaldi in comitatu Buck. sed contra,

Lib.iii. De Assisa nouæ disseysinæ.

1. ¶ Quis iniuste possidet & quis non. 2. Exceptio de hoc quod dicitur in breui iniuste disseysit fuit. 3. De exceptione villenagij cum seruus fuerit disseysitus. 4. Qui exceptionē villenagij opposuerit, statim habeat probationem. 5. Si fiat exceptio villenagij libero homini qui tenet in villenagio per villanas consuetudines. Cap. 23.

ET generaliter notandū, quòd cū quis queratur se esse iniuste disseysitū, bene poterit esse quòd nunquā fuit in seysina, & ex hoc habebit tenens exceptionē, & veritas inquiratur p̄ assisā. Item si fuit in seysina, hoc potuit esse quòd non nomine proprio sed alieno, vt p̄curator, firmarius, seruus & huiusmodi. Itē si nomine proprio & nō alieno, poterit esse in seysina iuste vel iniuste: iuste, vt si nomine proprio & in re propria, & in feodo, vel ad vitā, vel p̄ iudicium, talibus ritē competit assisā nouæ disseysinæ. Item iniuste, vt si p̄ disseysinā vel intrusionē: vnde, vt sciatur quis iuste fuerit disseysit⁹ vel iniuste, oportet videre q̄s pri⁹ fuit in seysina iuste vel iniuste, secundū quod res fuerit propria vel aliena. Habere poterit quis seysinam corpore & animo proprio, & corpore & animo alieno, & acquirere rem, & sciens & ignorans, absens sicut præsens, & dormiens sicut vigilans, vt alibi pleni⁹. Sed tamen iuste quantū ad illū qui ius habet, sed iniuste quantū ad illum qui ius nō habet. Et sciendū, quòd iuste possidet quantū ad omnes, qui suo iure vtitur, quoad hoc quòd restitutionē habeat suo iure, vt si in feodo vel ad vitā quocunq; titulo, talis si feoffatus fuerit & eiectus sine iudicio & iniuste, recuperabit seysinā, q̄a fuit iuste in seysina nomine proprio. Et competit assisā nouæ disseysinæ in hoc casu, tam seruo q̄ libero, quia seruus habere poterit liberum tenementum in suo casu. Item poterit quis iuste possidere nomine proprio quoad vsum fructum, & non quoad liberum tenementum, sicut fructuarius & vsuarius, & qui ad voluntatem tenuerit: sed talibus non competit assisā, sed proprietarijs cōpetit assisā de libero tenemēto per breue de disseysina. Sed tamen per aliud breue terminus restituatur, & hoc de re propria, & ita possidet quis iuste rem propriam. Item rem alienam potest quis iuste possidere, vt si quis ex aliqua causa acquisitionis iuste, sicut ex causa donationis vel venditionis fuerit in seysina sicut per nō dominū, iuste possidet & iniuste, sed tamen secundum diuersos respectus: iuste, quantū ad feoffatorem suum & alios omnes qui ius non habēt, iniuste tantū, quantū ad ipsum qui ius habet. s. verum dominum. Item iniuste poterit possidere quis quantum ad verum dominum, quē iniuste & sine iudicio disseysit, vel cuius tenementū ingressus est p̄ intrusionē vel disseysinam, & iuste quantū ad omnes qui ius nō habēt neq; actionē, siue seruus sit. qui fecit disseysinam vel intrusionē siue liber, quia si ab illis disseysit⁹ fuit, qui ius non habent, recuperabit incontinenti p̄ assisā, sed quantū ad verū dominū, si recepter eiectus fuerit, non recuperabit. Si autem post tempus, cū per negligentiam disseysiti tanto tempore fuerit in seysina, quòd sine iudicio eijci non possit, contra verū dominum recuperabit, quia sine iudicio. Et multo fortius videtur, quòd recuperare debeat versus eos qui nihil iuris habent, cū possit versus eū qui ius habet, & ita acquirit quis sibi causā & titulū possidendi ex tempore, & per negligentiam disseysiti.

Et

Et qualitercunque quis fuerit in possessione, nomine proprio de re propria, vel aliena per disseysinam, vel p intrusionē, & sic iuste vel iniuste, eo solo quòd est in possessione, pl^o iuris habet in re possessa q̄ ille qui est extra possessionem, & nihil iuris habet in re ppter cōmodum possidendi, siue seruus sit siue liber. Et cū verus dñs respondere possit contra seruū suū existentē sub potestate sua, quòd iuste eum eiecerit, vel quòd ei iniuriam non fecit, quia rē illam emit de denarijs & rebus dñi, hoc dicere nō poterit extraneus ille cuius seruus non fuerit quòd hoc fecerit de rebus suis, & ideo non habebit locum exceptio seruitutis in persona extranei, sicut in psona domini. Itē poterit quis iuste possidere ab initio, & postea desinere possidere iuste ex conuentione, vt si feoffatus fuerit sub tali conuentione, quòd faciat vel non faciat, & si fecerit, conuenit contra q̄ bene liceat ingredi possessionem, & sic pendet possessio donec cōditioni satisfactum fuerit vel non. Item iuste possidet, qui p̄tore autore possidet. i. p iudicium donec de iudicio constiterit, vtrum iustum vel iniustum fuerit iudicium, & hoc poterit curia vocare ad warantum. Quicumq; igitur in possessione fuerit iuste vel iniuste, vt p̄dictum est, & fuerit disseysit^o & assisam portauerit, non est necesse ab eo querere, quo titulo vel quò iure fuerit in possessione, quia cogi possessorem &c. Et cū iuste siue iniuste possederit, quantum ad quosdam & quantum ad alios non, quia sufficit vt p̄dictum est, quoad restitutionē q̄ in seysina fuerit iuste vel iniuste, dum tamen nomine proprio, nisi disseysitor ostendat contra ipsum quòd nullam fecerit ei iniuriā, vel quòd iniuste ipsū nō disseysuerit. Ex responso vero & exceptione tenentis, perpendi poterit vtrū de titulo possessionis inquirendū sit vel non, sed si prius queratur, non nocet in casu. ¶ 2. Cū igitur dicat querens quòd iniustē disseysitus fuit, oportet quòd tenens ostendat q̄ iuste, & tali iure, quia incontinenti forte reiecit post aliam disseysinā. Ad quod replicari poterit, q̄ iniuste, eo quòd p longū interuallum, & vbi sibi pquirere debuit p assisam, se fecit iustitiarū. Item si dicat quòd iuste, quia querens nullum ius habuit nec liberum tenementum nec feodum, quia p disseysinam vel intrusionem, nec hoc valebit, quia si disseysitus nullum ius habuit tenendi, ille qui eiecit nullū ius habuit eijciendi, quia iniuste fuit in possessione disseysitus quantum ad ipsū qui nihil iuris habuit. Item si dicat quòd iuste, quia talis seruus est & non potest assisam portare, hoc non sufficit: cū nō sit seruus eius q̄a nihil ad eum, nec dicere poterit quòd iuste eum eiecerit, quia est seruus alienus, & sic nō defenditur, quia nihil ad ipsū. Et maximē cū seruus extra potestatem domini existens & in statu libero, assisam portare possit erga dominum suum propriū, cuius reuera seruus fuerit: Multò fortius personā habebit standi in iudicio versus eum qui nihil iuris habet in eo, & sic iniuste erit disseysitus. Et tamen verus dominus respondere possit cōtra seruū existentem sub potestate sua, q̄ iuste eum eiecerit, vel quòd iniuriam ei non fecerit: quia rem illam emit de denarijs & rebus domini. Hoc dicere non poterit extraneus ille cuius seru^o non fuerit, quòd hoc fecerit de reb^o suis: & ideo non habet locum exceptio seruitutis in persona extranei, sicut in persona domini. Item sine iudicio, quia si disseysitor iudi-

DDd.ij.

tium

Lib.iiii. . De Assisa nouæ disseysinæ.

cium expectaret, & per actionem petere vellet, nullam inuenire posset in mundo quæ ei posset competere, & ideó cum nullam habere posset actionem, nulla ei competere debet exceptio contra seruum, qui alienus est: quia sequeretur istud inconueniens, quòd retinere posset per exceptionem & per malitiam, quod nunquam acquirere posset per actionem. ¶ 3. Et vnde ad exceptionem villenagij sic est distinguendum, cum seruus dicat se esse disseysitū. In primis videndum est vtrum fuerit sub potestate domini sui, cum fuerit disseysitus vel extra potestatem domini, sicut in statu libero, quòd in seruitutem reuocari nõ possit sine breui nec sine iudicio. Item cum fuerit sub potestate domini, refert vtrum feoffatus fuerit ab ipso suo domino, vel ab alio extraneo non domino. Et si a domino, vtrum villenagium tenuerit cum tenemento libero vel non. Item refert quis ipsum disseysiterit, ipse dominus vel alius non dominus. Item cum fuerit sub potestate domini, vtrum rem tenuerit nomine proprio vel alieno. s. tenementum suum proprium, cum fuerit ab aliquo feoffatus, vel alienum, cum disseysinam fecerit vel intrusionem, & sic quodammodo nomine proprio vel alieno, vt si ad terminum annorum vel ad voluntatem dominorum quorum res fuerit, vel in villenagio. Item siue fuerit sub potestate siue extra, vtrum feoffatus fuerit de re propria ipsius donatoris vel de re aliena, cuius donator dominium non habuerit. Cum autem fuerit sub potestate domini & feoffatus ab ipso domino suo, liberum habere poterit tenementum de voluntate domini, & a quocumque fuerit disseysitus, siue a domino siue ab alio, seysinam suam recuperabit per assisam versus dominum suum, multò fortius versus alienum & extraneum cuius seruus nunquam fuit, quia si seruus assisam portauerit super dominum suum, & dominus de seruitute excipiat contra seruum, seruus replicare poterit contra dominum de facto & feoffamento ipsius domini, qui contra factum suum venire non poterit, ex quo semel hoc voluit licet seruus villenagium tenuerit cum ipso libero tenemento. Si autem de tenemento a domino dato, fuerit per non dominum disseysitus, & ipse assisam versus non dominum arramauerit, & non dominus versus eum exciperet de seruitute, nõ valebit ei exceptio, quia non excusatur (si dicat quòd nullam iniuriam ei fecit) quia est seruus alienus, ex quo nihil ad ipsum, vtrum liber sit an seruus, quia non plus tenetur seruus ei quàm ille seruo, & ideo liber quantum ad extraneum ratione supradicta. Est enim seruus proprius & alienus, vt meus, tuus, suus, & poterit quis esse liber homo vnius & seruus alterius. Item cum seruus sub potestate constitutus a non domino fuerit feoffatus, bene licebit domino, terram sic datam seruo suo in manum suam capere, & seruum disseysire, & si seruus contra eum assisam portauerit, & dominus contra eum exceperit de seruitute, bene licebit, & locum habebit talis exceptio, cum fuerit a domino proposita, quæ locum non haberet si proposita esset a non domino. Dicere enim poterit dominus quòd tenementum quod seruus suus acquisiuit suum esse debet, quasi de denarijs ipsius domini emptum, quod quidem extraneus dicere non posset. Si autem de permissione domini tenementum acquisitum tenuerit seruus, si a quocumque non domino disseysitus fuerit, recuperabit per assisam. Et si feoffator suus cum

De Assisa nouæ disseysinæ. (a. 23. Fol. 197.

eum eiecerit, & ipse assisam portauerit, & feoffator de seruitute exceperit, seruus replicabit de facto & feoffamento feoffatoris. Et illud idē dici poterit de domino proprio feoffante. Et cū non teneat in hoc casu exceptio seruitutis a domino proposita propter factum suum, multo fortius valere non debet cū proposita fuerit a non domino. Si autē a non domino nec a feoffatore, sed ab extraneo omnino eiectus fuerit, & eiectus assisam portauerit, & excipiat de seruitute, talis exceptio non competit extraneo supradicta ratione. Et ideo ille qui queritur nō habet necesse replicare de libertate, licet disseysitor se velit ponere de hoc in assisam, quia nihil pertinet ad extraneum de statu suo: quia licet se poneret in assisam de statu suo & conuictus esset, tamen non sequeretur ex hoc quod iniuste nō disseysiuisset eū, cū talis sit seruus alienus, & cū dominus serui habere non posset assisam, quia tenementum nō cepit in manū suam tempore quo fuit in manu serui sui ante disseysinam, nec seruus ille, qui seruus alterius sit, sic posset disseysitor p̄ disseysinam sibi acquirere tēntum alienū, quod p̄ actionē non posset, cū nihil iuris ei cōpetat omnino, et sic de malitia sua lucrū reportaret, quod esse non debet: & sic non habet seruus alienus necesse ponendi se in assisam de statu suo, nisi velit. Sed si fecerit, & iurata dicat ipsum seruū esse, sed alienū, videtur quod hoc ad extraneū non p̄tinet ipsū disseysire, quia ipsum eijcit nullo iure sibi competente, sed alij. Et ideo ipse iniuste, quia nullo iure, quod si dñs p̄prius hoc faceret, competeret ei exceptio villenagij. Sed cū ita proposita fuerit exceptio ab extraneo non domino, quod seruus nō habet assisā nec actionē: oportet quod plus dicat, quod hoc ideo, quia tenet in villenagio, & sic dño cōpetit & nō seruo, & vnde si tenementū fuerit liberū tēntum villani, oportet discutere vtrū dñs illud in manu ceperit vel non ante assisam. Si autem in feysina fuerit seruus nomine alieno (vt supradictū est) nulla competit ei assisa, sed competit ei cuius nomine fuerit in feysina, & sic in omni casu obstabit ei exceptio villenagij, quia nulla ei competit actio sed domino rei: Item locum habet exceptio villenagij in omni casu, cū fuerit sub potestate domini, cū productus fuerit ad assisas & iuratas faciendas, vbi excipitur persona villani, cū dicatur, per sacramentum liberorum & legalium hominum &c. Sed de statu liberi aliud erit. Si autem seruus sub potestate domini vel extra a quocunquē feoffatus fuerit de re aliena, quia iuste possidet quantum ad feoffatorem suum, & quantum ad alios qui ius non habent, si a feoffatore disseysitus fuerit quancunquē recēter vel post tempus, recuperabit per assisam & similiter versus omnes, quorum res non fuerit. Si autem a vero domino eiectus fuerit incontinenti, versus illum non recuperabit, quia iniuste possidet quantum ad ipsum, licet iuste quantum ad alios homines. Si autem post longum interuallum, aliud erit, vt supra. Cū autem in feysina fuerit nomine proprio, sicut per disseysinam vel per intrusionem, licet de iniuria propria, tamen quia iuste possidet quantum ad omnes qui ius non habent, si fuerit disseysitus, feysinam recuperabit per assisam, sicut quilibet alius de populo, propter commodum possidendi vt supra, & versus illos qui ius habent

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

habent, fiat vt supra pauló ante. Et quòd feoffari poterit seruus sub potestate domini constitutus & habere liberum tenementum de permissione domini videtur, quod probari possit per hoc quod dicitur. Dicitur enim vulgaritèr quòd quis potest esse seruus vnius & liber homo alterius, videlicet cùm sit seruus alicuius & tenuerit de eo in villenagio, de permissione domini potest tenere liberè de alio, & sic esse liber homo alterius, sed nemo pro parte seruus & pro parte liber, sed omnino seruus & omnino liber, quod esse poterit diuersis respectib⁹, & ex hoc sequitur (vt videtur) quòd si liber esse possit quantum ad feoffatorem suum nò dominum, meritò liber esse possit quantum ad non dominum non feoffatorem, ad quem nihil pertinet de libertate vel seruitute sua, licet talis sit seruus domini sui, quantum ad personam suam & tenementū, quod est villenagium. Si autem liber homo villenagium tenuerit, talis liber erit quantum ad omnes, ad liberum tenementum recuperandum si quod habeat: si a villenagio eiectus fuerit, non recuperabit, quia eiectus tenuit nomine alieno. Cùm autem seruus sub potestate domini aliquando constitut⁹ fuerit, per incuriam vel negligentiam domini effici poterit fugitiuus, & dum fuerit, in recenti fuga & recentèr infecut⁹ reduci poterit sine alicuius iniuria, sicut dicitur in titulo de seruis fugitiuis: Sed si per negligentiam dominorum in fuga perstiterit per tantum tempus quòd sine breui reduci non potest, nec teneatur sine breui de statu suo respondere, extunc incipit esse in statu libero. Est enim statu liber, qui personam habet standi in iudicio quasi liber, licet non sit. Et dicitur status a sto stas, & est statu liber, cùm sine breui de statu suo respondere non teneatur, & sicut seruus poterit esse statu liber, eadè ratione (vice versa) poterit liber esse statu seruus, vt supra, de statu hominum de hac materia. Cùm autem quis ita extra potestatem & in statu libero constitutus, tenementum liberum acquisierit, & inde sine iudicio disseysitus fuerit, non multum refert quis eum disseysiuerit, vtrum dominus suus proprius feoffator de proprio feoffamento vel de feoffamento alieno, vel non dominus feoffator, vel omnino extraneus, ad quem nihil pertinet, quia versus omnes indifferenter recuperabit, quia iniuste disseysitus est, & habet personam standi in iudicio versus omnes, donec status suus mutatus fuerit, quòd dominus suus eum recuperauerit per iudicium per breue de natiuis, & semper habebit exceptionem de statu suo, donec corpus suum disfrationatum fuerit cum sequela & catallis suis, quæ corpus sequuntur, quod est principale. Et cùm personam habuerit standi in iudicio, sicut statu liber, erga dominū propriū recuperabit, cuius reuera seru⁹ est, non obstante exceptione seruitutis, donec corp⁹ recuperauerit. Multò fortius stabit in iudicio versus alium extraneum cuius seruus non fuerit, non obstante illa exceptione, siue extraneus feoffator fuerit siue non. Et cùm nihil ius habeant in persona, multo fortius nec in sequela, nec in rebus suis. Cùm igitur in statu libero & extra potestatem perquisitum fecerit a quocunq^{ue} domino vel non domino, & dominus ipsum disseysiuerit, & cùm talis statu liber assisam portauerit in absentia domini, vel ita quòd nihil sit acceptum contra assisam de statu, siue dominus sit præsens siue absens, & iuratores dicant

De Assisa nouæ disseysinæ. (A. 23 Foli 198)

dicant ipsum omninò esse liberum, nulla facta mentione quòd statum liber sit vel omninò seruus, cum sit extra potestatem, conuincendi sunt, nisi in ipsa còuictione respòdeatur contra assisam, ac si dominus præsens esset: & multò fortiùs si seruus fuerit sub potestate domini, facta diligenti examinatione. Si autè cum præsens fuerit & in statu libero, & cum petierit per assisam, obijciatur ei villenagium a domino disseysitore & ille dicat præcisè se esse liberum, nulla facta replicatione de statu libero, & inde statim ponat in assisam vel iuraram patrie, vertitur assisa in iuratum ad inquirendum de statu, vtrum videlicet liber sit vel seruus, nec erit locus conuictioni in hoc casu, quia de consensu querentis deducitur status in iudicium, & secùdù hoc stabit vel cader assisa, nec præiudicabitur ei quantum ad statum nec quantum ad alias actiones quin replicare possit de statu libero, quia si iuratores dicant ipsum esse seruum, nihil mutabitur de statu suo, sed hoc solum sequitur quòd nihil capiet per assisam nec liberabitur domino, sicut esse deberet, si sub potestate domini esset cum assisam portaret. Et quia si postmodum agatur de statu defendere se possit per exceptiones suas perpetuas, & peremptorias quòd sit in dominio domini regis, vel in ciuitate aliqua per annũ & diè, vel clericus & huiusmodi, cum agatur de statu mutando. Item si excipiat de tempore. Sed quid si huiusmodi exceptiones opponat contra exceptionem seruitutis propositam in modum exceptionis contra disseysinam, videtur quòd per hoc terminatur tam causa status quàm assisa nouæ disseysinæ, quòd non esset, si diceret, sum in statu libero, non terminatur, quia quòd ad hoc non agitur de consensu partium, vel si iuratores dicant ipsum esse seruum, nihil capiet per assisam sed domino remanebit seysina. Si autem dicant quòd liber sit, recuperabit per assisam, sed siue sic siue non sic, nihil ex hoc præiudicabitur domino vel seruo in causa status si dominus postea eum petierit per breue de natiuis, quia status opponitur in modum exceptionis, & terminatur per consensum, sed propter hoc non cadit questio status. Si autem querens sub potestate domini esset in hoc casu, & iuratores dicerent querentem esse seruum, per hoc caderet assisa, & sic remaneret ei tenementum simul cum seruo, salua tamen eidem seruo (sicut in præmissis casu) questione super statu suo, si proclamare velit in libertatem quia non magis nocet exceptio status opposita in modum exceptionis ei qui fuerit in possessione seruitutis, quàm proclamare possit in libertatem & probare, quàm noceret domino proposita in superiori casu de statu libero, si postmodum in seruitutem peteretur seruus. Si autem sic dicat querens ab initio, cum fuerit in statu libero & per dominum disseysitus, & cum proposita fuerit exceptio seruitutis, quòd sit in statu libero, quicquid dominus dicat, & petat iudicium si debeat statum suum in assisam ponere vel in probationem aliquam donec fuerit restitutus, cum si dominus ius haberet in corpore quòd principale est, prius corpus recuperare deberet, & postea id quòd corp sequitur, & non deber sine iudicio sequelam vel catalla quæ sequuntur corpus sibi usurpare, sed primò debet assisa procedere de disseysina: & cum statu liber per assisam recuperauerit, tunc de iure restituetur ei corpus & catalla sua, si non fuerit perierit

Lib.iiii. :- De Assisanoꝝ disseyſinæ.

perauerit, tunc poſtea agat dominus ſuus per breue de natiuis de ſtatu ſuo, non obſtante replicatione de ſtatu libero. Et cum corpus recuperauerit, tunc recuperabit quicquid corpus ſequitur ſcilicet ſequelam, terras & catalla, quod quidem ſi primò ante reſtitionem ageret de ſtatu, petendo illum in ſeruitutem, nunquam ei reſponderet in cauſa ſtatus, obſtante exceptione ſpoliationis. Et cum poſt aſſiſam de ſtatu agatur, tunc primò proponere poterit in modum exceptionis priuilegia ſua, per quæ ſe tueri poterit imperpetuum in ſtatu libero, quod prius (niſi velit) neceſſe nõ habebit: vt ſi clericus fuerit ordinatus, vel miles, vel extiterit in villa priuilegiata, vel in dominico domini regis per vnum annum & vnum diem ſine clameo. In primo enim caſu defendat eum in aſſiſa liber ſtatus tantum. In ſecundo verò caſu defendunt priuilegia ſtatum ſuũ, cum petatur in ſeruitutem p breue de natiuis. Cum verò ſeruus extra poteſtatem & in libero ſtatu ſeyſinam ſuam recuperauerit per aſſiſam verſus dominũ ſuũ, cuius reuera ſeruus fuerit, non obſtante exceptione ſeruitutis venit quidam extraneus a latere ad quem nihil pertinet & diſſeyſiat eum, licet ſua non interſit, ſeruus profert aſſiſam nouæ diſſeyſinæ, diſſeyſitor opponit ei exceptionem ſeruitutis, & cum ad-exceptionem probandam nullã aliam habeat probationem p parentes, vel alio modo quòd querens ſeruus ſit, ponit ſe in aſſiſam diſſeyſitor, & cum requiratur a querente eodẽ modo ſi velit ponere ſe in aſſiſam, querens eligere poterit vtrũ ſe ponere velit in aſſiſam de ſtatu ſuo, vel replicare vt ſuprà, quòd non habet neceſſe ponere ſtatum ſuum in aſſiſam vel iurata per parentes, antequã fuerit reſtitutus. Et idem erit iudicium quòd ſuprà cõtra dominum ſuum, quia ſi locum habeat replicatio contra dominum, multò fortius locum habere debet contra extraneum. Et eſto quòd gratis & ſine aliqua replicatione ſe poſuerit in aſſiſam de ſtatu ſuo, & aſſiſa dicat quòd ſeruus ſit, nõ videtur quòd extraneus aliquid ſibi p hoc acquirere poſſit, cum non ſit ſeruus ſuus ſed alterius, & quicquid ſeruus iuſte acquirit, acquirit domino ſuo, quaſi emptum de re ſua & non extraneo. Nec cum quis ſeruus ſit nõ erit ſeruus cuiſlibet de populo, quia ſunt iura ſeparata in ſeruo, quia aut eſt meus omninò aut tuus proprius, vel communis. Item ſi rem peteret diſſeyſitor extraneus, nulla competeret ei actio, ſi autem corpus ſerui, non poſſit eum probare eſſe ſuum nec de denarijs ſuis emptum, quòd quidem dominus ſerui dicere poterit & nullus alius, & quicquid ſeruus iuſte acquirit, hoc acquirit domino & non alij. Et idem cum in nulla parte habeat actionem, defendere non poſſit diſſeyſinam & iniuriam ſuam p exceptionem, & ſic erit caſus diuerſus inter ſeruum & dominum ſuum, & ſeruum & extraneũ. Nec cum ſeruus ſtatu liber dicat q extraneũ eum iniuſte diſſeyſauerit, nulla ratione ſe defendere poſſit diſſeyſitor quin iniuriam fecerit, & ideo iniuſte, quia nullo iure & ſine aſſiſa aliqua, quia ſi dicat (vt prædictum eſt) quòd eum diſſeyſauerit iuſte quia ſeruus alienus eſt, hoc non pertinet ad ipſũ ſed ad eũ cuius ſeruus fuerit. Si autem dicat q eiecit eum iuſte, quia nullũ ius habuit in re ſed alius, nunquam oſtendet p hoc quòd ipſum iuſte eiecerit, cum ille qui in poſſeſſione fuerit maior ius habeat in re poſſeſſa, eo quòd in poſſeſſione fuerit, quam ille qui fuit extra qui

De Assisa nouæ disseysinæ. (a. 23 Fol. 199.

extra, qui nullum ius habuit. Igitur ad nullum extraneum non dominū pertinet opponere exceptionem villenagij cōtra assisam de re quam seruus tenuerit nomine proprio, licet ad ipsum pertineat cū seruus sit in possessione nomine alieno: sed hoc ideō, quia seruo non competit actio sed domino, cuius nomine fuerit in possessione. Nec erit assisa differēda propter exceptionem seruitutis, cū seruus replicauerit de statu libero, quia prius determinanda est disseysina & spoliatio, quā status questio. Et notandum, quōd non habet statu liber necesse ponendi statum suum in assisam, nec compelli debet ad hoc p. denegationem actionis in assisa, antequam status suus, de spoliatione sibi facta, fuerit ei restitutus: quia cū spoliatus esset & disseysitus, si sibi per assisam non perquireret, & p. breue de natiuis in seruitute peteretur, non pcederet actio de statu suo, opposita exceptione spoliationis, antequam restitueretur, vel iurata, nisi p. stultitiam suam hoc gratis voluerit se ponere in iurata quōd sit liber vel seruus, & si fecerit, tamen non præiudicatur statim nisi tantū ad hoc, quōd assisa non procedat, licet producti fuerint parentes ad probandam exceptionem, sed alia actione opus erit ad statū suum mutandum. Si autem iudicium petat, si se ponere debet in assisam de aliquo quōd tangat statum suum antequam fuerit restitutus, licet in modum exceptionis opposita fuerit questio status, pro eo iudicare debet & primo pcedat assisa vtrū disseysitus fuerit vel nō. Si autē opposita fuerit exceptio status ei qui fuerit in potestate domini, siue reuera seruus fuerit siue liber. Si vero opponatur & per parentes p. betur ad seruum, liberabitur domino vt seruus & ponet se in assisam de statu suo velit nolit, alioquin denegabitur ei actio in querela. Si autem statu seruus fuerit, cū re vera sit liber homo & bona fide possessus, aliud erit. ¶ 4. Si quis autem huiusmodi exceptionem villenagij opposuerit, statim ad manum habeat p. bationē, vel post tempus, secundū quod Iustitiarij de gratia concesserint faciendum. Et quōd excipiens probationem habere debeat per parentes, si excipere voluerit contra eos qui sunt sub potestate: habetis in Itinere Abatis de Redinge & M. de Pateshull in comitatu warf. assisa nouæ disseysinæ si w, de Ardern, & secundū quod tenens exceptionem suam p. bauerit, remanebit assisa vel procedet, nisi forte tam tenens quā querens se gratis, vel de necessitate sine p. ductione parentum, de hoc se posuerint in assisa in modū iurate, & sic p. iurata terminabit negotiū sine aliqua parentū p. ductione: vt de vltimo itinere ipsius M. in com. Essex, assisa mortis antecessoris, si Henricus le Turner, Et declarato per iurata vtrū ita sit vel nō, vel remanebit assisa, vel pcedet. Sed notandū, q. quidā tenent liberè & p. liberū seruitium, & quidā nō liberè, licet p. liberum seruitiū. Itē esto q. villanus teneat p. liberū seruitiū sibi tantū, nulla facta mentione de hæredibus, si cū eiectus fuerit p. ferat assisam, & cū obiecta fuerit exceptio villenagij, replicet quōd liberè teneat & petat assisam, non valebit replicatio, ex quo nulla mentio facta est de hæredibus, quia liberum tementū in hoc casu nō mutat statū, si fuerit sub potestate dñi constitutus. Vt in eodē itinere in com. Essex, Assisa nouæ disseysinæ si Radulphus de Goggenhall. Itē esto q. nullū sit obiectū villenagiū in principio, sed iura-

EEc.i.

tors

Lib.iii. De Assisa nouæ disseysinæ.

tores dicant in veredicto q̄ querēs liber sit & libere tenuerit, cū sit seruus, vel liber & in villenagio tenuerit, vel seruus, licet tenuerit tantū sibi & nō hæredibus p̄ liberū seruitiū, & postea cū agatur de cōuictione, inueniatur cōtrarium, iuratores quasi conuicti remanebūt, vt in eodē itinere, assisa nouæ disseysinæ de Gregorio de Shelford & Iohanne Iocelin. Itē esto q̄ cū ab initio opposita fuerit exceptio villenagij, & ex parte tenentis .s. domini, sub cuius potestate villanus fuerit, & ad exceptionem probandam in modū iurate p̄ducti fuerint villani de parētela querentis, & qui se cognoscāt ad villanos, & contra quos ex parte querentis nō excipitur, & ex parte ipsius querentis & replicantis nullus liber p̄ducatur ad p̄bandam replicationē, quamuis se ponere voluerit in assisā, cadit a querela, & tenēs quietus: vt de vltimo itinere M. de Pateshul in com̄ Eborū circa finē rotuli. ¶ 5. Itē esto q̄ opponatur libero exceptio villenagij, quia tenet p̄ seruitia villana, nō nocebit ei exceptio quātū ad statū, nocebit tamen quātū ad tenētū recuperādū, nō quātū ad statū, quia poterit relinquere villenagiū, & vt liber homo recedere, vt de termino sancti M. anno regni regis H. tertio incipiente quarto in com̄ Suffex de Iohanne de Monte acuto & Martino de Bestenouere, vbi dictum fuit prædicto Martino, quod si vellet terrā illam tenere, faceret cōsuetudines quas pater suus fecit. Si autē non, dñs suus caperet villenagiū in manū suā, & vnde videt̄ p̄ hoc, q̄ licet liber homo teneat villenagiū p̄ villanas cōsuetudines, contra voluntatē suā eijci nō debet, dum tamen facere voluerit cōsuetudines, quæ p̄tinent ad villenagiū, & quæ præstātur ratione villenagij, & nō ratione p̄sonæ. Si autem tales consuetudines faceret ratione p̄sonæ, sicut villanus cōstitur̄ sub potestate, vel ratione vtriusq̄, tam tenētū q̄ p̄sonæ, tūc noceret exceptio. Et q̄ talis exceptio seruitutis obiecta cōtra p̄sonā liberam in modū exceptionis ratione consuetudinū villenarū non nocet alicui homini libero in causa status, si petatur in villenagium, vel in aliquo placito siue super possessione, siue super p̄prietate: p̄batur manifestē in Rotulo de termino H. & P. sub vno volumine, ann̄ regni regis H. quarto in com̄ Suffex de Martino de Bestenouere, qui tulit breue de libertate p̄banda versus Iohannē de monte acuto, qui ipsū clamauit vt natiuū & fugitiuū suū. Et vnde tūm idē Martin⁹ coram iustitiarijs diceret se esse liberū, responsū fuit ex parte Iohānis quod villanus fuit, quia disrationauit eum corā iustitiarijs in villanū suum. Et vnde postea iustitiarij recordati fuerint p̄ rotulos suos, in quos idem Iohannes se posuit, quod quædam iurata capta fuit inter eos de seruitijs & consuetudinibus quas idem Iohannes exigebat ab eodē Martino, & p̄ quam conuictū fuit quod facere debuit de tenēto quod de prædicto Iohanne tenuit, omnimodas villanas consuetudines, & vnde dicebat quod villanus suus fuit. Ad quod respondit Martinus, quod liber fuit, & quod tales fecit cōsuetudines villanas, sed hoc non fuit ratione p̄sonæ suæ liberæ, sed ratione tenētū quod tenuit in villenagio de eodē Iohanne, & ita non nocuit ei illa exceptio in causa status. De hac autē materia inueniri poterit in Itinere w. de Ralegh in com̄ Leyc. Assisa mortis antecessoris, si Robert⁹ Freman &c. vbi dicit, q̄ quīs libero homini obijciat villenagiū petēti seyfinā antecessoris

De Assisa nouæ disseysinæ. (a. 23. Fol. 200.

cessoris, eo q̄ villanas fecerit consuetudines ratione alicui⁹ villenagij, nō propter hoc conuincitur ad villanum, nec obstabit exceptio quin p̄cedet assisa, & oportebit tenentē (si de statu agere voluerit) alias habere probationes. Ad hoc etiam facit quod habetis in Rotulo de termino Hillarij. anno Regis H. quarto in com̄ Suffex de eodem Martino, qui warrantifauit quandam terram cuidam tenenti suo, in quadam assisa mortis antecessoris. Et vnde obiectum fuit eidem M. quod warrantifare non potuit quia villanus fuit ratione supradicta, quia talliari potuit ad plus vel ad minus, & quod dare deberet merchetum pro filia sua maritanda, & ideò iudicium vt suprà. Et quod inquiri debeat vtrum huiusmodi cōsuetudines fieri debeant ratione personæ, vel ratione tenemēti, vel ratione vtri⁹q;: inueniri poterit in assisis captis coram ipso Rege per wilhelmum de Raleigh apud Cauteshull in com̄ Norff: anno regis H. vicesimo tertio, assisa nouæ disseysinæ si Robertus de Rikinghale. Et in eodem, assisa nouæ disseysinæ si wilhelmus Byrd. & in eodem, assisa nouæ disseysinæ si R. de Merlay. Refert etiam in prædictis casibus vbi liber homo villanas fecerit consuetudines & seruitia, vtrum seruitia sint certa & determinata vel incerta, ad hoc quod competat ei assisa vel non. Item cū liber homo teneat in Sokagio in dominicis domini regis, refert vtrum teneat vt Sokmannus in Sokagio libero vel villano, ad hoc quod habeat assisam vel non habeat, vel vt feoffatus tenendi liberè per certa seruitia & determinata. Quo casu, si feoffatus fuerit (vt prædictum est) tenendi liberè vel in liberò Sokagio, vt si per seruitium militare vel per certa & determinata seruitia, dum tamen liber homo sit & non villanas, & fuerit eiectus, recuperabit p̄ assisam, eo non obstante q̄ faciat talia seruitia, quia tenet liberè. Si autem in sokagio villano sicut de dominico dñi regis, licet seruitia certa sunt, obstabit ei exceptio villenagij, quia talis Sokmānus liberū tenentem non habet, quia tenet nomine alieno. Et q̄ talis liber homo p̄ cōventionē taliter feoffatus assisā habere poterit (si fuerit eiectus) nō obstante exceptione villenagij, videri poterit in Rotulo de termino Paschæ anno regni regis H. duodecimo in com̄ Warf de Wilhelmo de Bissopeston, dū tamē seruitia certa sint. Si autē incerta fuerint, qualecūq; fuerit tenementum, tunc erit villenagium, vbi nec assisa Nouæ disseysinæ, nec Mortis antecessoris, nec alia nō magis quàm in villano Sokagio, nisi tantum iurata inter tales consimiles, secundum cōsuetudinē manerij. Et de hac materia inueniri poterit de Itinere w. de Raleigh in com̄ Midd. de termino s. Trinitatis sub vno volumine añ regni regis H. decimo tertio, vbi distinguunt plura genera hominū tenentiū diuersis modis. Itē si obijciatur villenagium tali adiectione, q̄ quis assisā portare non potest, quia villanus est, & pater suus vel avus vel alius antecessorū p̄ quorum seyfinā petierit p̄ assisam mortis antecessoris, si nulla sit hinc inde probatio, poterit p̄ iurata veritas declarari, si vterq; sponte se posuerit in iurata. Vt de Itinere w. Raleigh in com̄ Buck. Assisa mortis antecessoris si walter⁹ le Gardner, & similiter de Itinere eiusdē in com̄ Midd. anno regni regis H. decimotertio, assisa Mortis antecessoris si Godefridus. Et si inquiri debeat p̄ parentes de statu parentū mortuorū, videtur quod non possit, quia

EEc. ij.

de

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

de statu alicuius post mortē non queritur. Inquiri tamen non debet utrū bastardus sit qui mortuus est, vel villanus. Inquiri autē poterit utrum talis fuit ut supra vel non. Item si simpliciter opponatur quod querens villanus est, & querens hoc neget, vel se non cognoscat ad villanū, tunc procedat assisa, ac si nihil dictum esset quare assisa remanere nō deberet, ut de Itinere Episcopi dunelī & M. de Pateshul in com̄ Eborum, anno regni regis H. tertio, Assisa nouæ disseysinæ si Iacobus filius Siwardi. Itē esto quod excipiat de villenagio & querens negauerit, et replicetur, quod querēs semel se cognouit ad villanum in curia regia, vel alia quæ habet recordū, tunc per talem cognitionem obstabit ei cognoscenti in omni iudicio vel iurata exceptio imperpetuum. Et cum hoc fuerit ppositum: si contingat quod iuratores hoc probatq; in alio iudicio vel assisa tali dederint liberum tenementum sicut libero, conuincendi erunt de periurio: ut de termino sanctę. T. añ regis H. quarto in com̄. Dor. de Hamelino filio Radulphi. Sed esto quod quis se ponat in iuram super ista exceptione, & iuratores dicant se nescire utrum villanus sit vel non, in hoc dubio debet pro libertate iudicari, quia si nesciunt utrum talis sit vel non, tunc nesciunt eum esse talem sed villanum & quoties dubitatur an quid sit, perinde est ac si non esset illud. Et generaliter in omni casu, ubi quis dicat quod villanus sit querens, & ipse neget vel dicat contrarium, & gratis se inde posuerit in iuram, cum tali tamen protestatione, quod si dicant iuratores quod seruus sit, remaneat assisa sine aliqua recuperatione habenda p conuictionem, vel alio modo: & vice versa si dicant ipsum esse liberum, quod procedet assisa, nec erit in hac parte locus ioco partito, nec etiam conuictioni, propter mutuam vtriusque voluntatem. Et vice versa, si non fuerit opposita exceptio villenagij, sed querentes & tenentes si se simpliciter ponant in assisam, & absque eo quod aliquid dicatur contra assisam, si iuratores dicant p vna parte siue p alia, locus erit conuictioni, quia assisa capta est in modum assisæ & non iuratæ, & hoc siue querens liber sit siue seruus, sub potestate domini vel extra constitutus. Ad hoc facit (ut videtur) de Itinere Roberti de Veer & M. de Pateshull in com̄ Oxon̄ & Hereford, anno regni regis H. quinto. Itē si quis quocūq; modo vel manumissus vel priuilegiatus, vel alius in seruitutē petitus qui ppetuam habuerit exceptionē in tali statu obierit, & filius vel alius hæres postmodū seysinā talis antecessoris post mortem ipsius nactus fuerit, & sine iudicio eiectus, p assisam nouæ disseysinæ recuperabit, ppter liberū statum antecessoris sui. Et vice versa, si liber homo in statu seruili obierit, ut si ingrediatur ad ancillam in villenagium, vel libera se copulet villano, vel si liber homo, bona fide possessus ab aliquo, siue in libertatem pclamauerit in vita siue nō, & ita in statu seruili obierit, filius vel alius hæres si post eū seysinam habuerit & iniuste & sine iudicio eiectus de aliquo tenemento quod pater vel alius antecessor tenuit, dum tamen sub potestate alicuius constitutus sicut seruus, licet re vera liber sit, hæres eius per assisam nouę disseysinę non recuperabit, maximē ppter statum seruilem in quo antecessor obiit. Et ad hoc facit de Itinere w. de Ralegh in com̄ Buck. Assisa nouæ disseysinæ si Lucia. Et inter cętera notādum, quod licet villanus in ciuitate

De Assisa nouæ disseysinæ. Ca. 23 Fol. 201.

ciuitate vel in loco priuilegiato manserit, vel extra potestatem dñi fuerit, seysinam aliquā antecessoris petere non poterit, licet possit ppriā in causa spoliationis, alienam autem petere non poterit, si antecessor de cuius seysina petierit villanus fuit, quia villanus erga dominum suum sub cuius fuerit potestate actionem non habebit, in eo quod villanus existens in statu seruili, quia heredem non habebit nisi dominum suum, de tenemento autem de quo feoffatus fuerit, siue extra potestatem domini siue sub potestate, dum tamen dominus tenementum tale in manum suā non ceperit: si eiectus fuerit ab aliquo quocunq; quā a dño, seysinam suam per assisam recuperabit. Cū autem villenagium opponatur in modum exceptionis, licet probata fuerit exceptio, nō tamen præiudicatur ei, ppter hoc in causa status, si postea in seruitutem petatur, et ideo probari debet exceptio villenagij p assisam, et non per parentes, si ille contra quem excipitur fuerit extra potestatem eius qui exceptionem opponit, quia si per parentes, ita posset præiudicari ei contra quem excipitur in causa status, vbi nulla alia probatio nisi per parētes sit sufficiens vel directa. Si autem ille cui opponitur, sub potestate domini extiterit, tunc benè poterit, nisi ita sit forte quod talis iniuste possessus, postea proclamare vellet in libertatem, quia si ei qui sub potestate domini sui extiterit opponatur a domino suo villenagium, & producantur parentes ad probādam, probato villenagio per parentes, terminabitur causa status cum assisa, quod quidem esse non poterit, si querens fuerit extra potestatem. Quia si parentes producantur ad exceptionem probandam villenagij contra assisā, nec per exceptionem præiudicari possit querenti quoad statum, si dominus postea velit talem in seruitutem petere, & villenagium per parentes probare, sic esset probatio super probationem, & vna illarum superflua. Itē esto quod villanus (vt prædictum est) sub potestate domini constitutus vel extra portet assisam, & contra ipsum excipiat de villenagio, & ipse forte se ponere voluerit in iuram super exceptione, nihil aliud erit (vt videtur) nisi quod ei denegetur assisa, siue actio, cum distinctione tamen. Et eodem modo si tenens qui exceptionem opposuerit illam nullo modo probare voluerit, vel nō possit, p parentes, nec p iuram dictū suum velit probare, quasi indefensus, & dictū suū & exceptionē non probans, possessionē restituet querenti, nisi aliud dixerit quare assisa debeat remanere. In fine notandum, quod quandoq; opponitur exceptio villenagij a parte parti, quandoq; a iuratore & non a parte post sacramentū factū, vbi dicunt iuratores, quod talis villanus est & non potest habere liberam tenementum: et vnde si res aliter se habeat in veritate, facta examinatione a iudice, si iuratores in dicto suo pseuerent, locus erit cōuictioni, si querens docere possit contrariū per iuram vigintiquatuor vel per parētes, quod superius dictū est in principio. Itē si a parte parti opponatur ante sacramentū, aut opponitur ei qui est sub potestate dñi, & qui tantū tenet in villenagio vel q tenet in villenagio & similiter liberū tenētū de feoffamento alicu dñi siue extranei, & tūc aut opponit a dño vel ab extraneo, Et eodē modo si opponat ei qui est extra potestatem dñi in statu libero, in quibus casibus omnibus si qrens simpliciter negauerit sine aliqua replicatione & inde

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseyfinæ.

et inde ponat se super iuratum, & tenens similiter, vtraq; pars facit iuratum quasi iudicem p̄ consensu, & p̄ iuratum terminabitur negotium sine aliqua conuictione: quia non erit locus conuictioni p̄pter cōsensum, & querens per hoc recuperabit vel amittet, & siue querens sit sub potestate domini siue extra, & siue in libertatem p̄clamet in possessione seruitutis constitutus, siue in seruitutem petatur existēs in statu libero extra potestatem dñi, non p̄iudicabitur ei quātum ad defensionē status sui, saluo tamē hoc, q̄ si sub potestate fuerit & p̄ parentes conuincatur ad villanū dñi sui, qui p̄bauerit illum villanum esse & suum, q̄ dñs suus semper eū retinebit villanū sine alia probatione, quia in hoc casu terminabitur assisa simul cum ipso statu, quod quidem non est in alijs casibus, vt si extraneus opponeret exceptionem vel dñs ei qui fuerit extra potestātē, quia alia ratione super statu agi oportet. Item opposita exceptione villenagij a domino, ei qui fuerit sub potestate sua, de tenemento quod tenet in villenagio tantum, si seruus dicat replicādo se esse liberum, probet replicationem p̄ parentes, vel alio modo p̄ assisam si possit, alioquin nulla erit replicatio, sed tenebit exceptio, non tamen p̄iudicabitur querenti in causā status. Item si opponatur ei a domino qui fuerit sub potestate domini & tenuerit in villenagio, in hoc casu si constiterit quōd ita tenuerit etiam siue liber sit siue seruus, non oportet excipere de seruitute, quia cū teneat in villenagio non competit alicui querela nec actio, nec cōtra dominum nec contra extraneum: contra extraneum non, quia seruus non habet querelam sed dñs, & ideō non necesse est excipere de villenagio; cū querens non habeat actionem. Si autem tenuerit sub potestate constitutus liberē, similiter & in villenagio, si dominus eum eiciat de libero tenemento, competit seruo contra dñm actio & querela, sed cōtra actionē cōpetit dño exceptio seruitutis, ad actionē & querelā elidendā. Si autē extraneus talē eiecerit a libero tenito, cōpetit seruo directa actio, & extraneo tenenti nulla exceptio, quia sua non interest eicere, nec si esset extra possessionem & peteret, nulla cōpeteret ei actio, & ideō nulla exceptio. Si autē seruus fuerit extra potestātē & eiectus fuerit a libero tenemento suo de p̄quisito, si ei petenti restitutionem p̄ assisam obijciatur villenagiū, & sine aliqua replicatione de statu simpliciter se ponat in assisam, secūdūm assisā siue iuratā iudicabitur, nec erit locus cōuictioni, nec liberabitur dño, quamuis tenitum amittat p̄ assisā, nec p̄ hoc terminabitur questio status. Et si postmodum petatur in seruitutē, non p̄iudicabitur ei, quin defēdere se possit in statu libero si in seruitutē petatur. Eodē modo videtur de extraneo, si seruus querens nihil replicauit quod eius non interfit. Si autē contra dñm replicauerit de statu libero vel contra extraneum q̄ sua nō interfit, hoc recognito p̄ diligentē examinationē nō erit procedendū ad assisam, quādiu talis status durauerit, nisi gratis se posuerit in assisā donec mutetur. Eodē modo dici poterit de eo qui est sub potestate, quia oportet eū probare se liberū, velit nolit, antequam procedat assisa: & sic mutare statū, quia hñodi cognitio de statu in replicatione p̄iudicialis est & p̄ambula, nec erit necesse eum qui fuerit extra potestatem docere de aliquo priuilegio, nisi tantum q̄ fuerit extra potestātē, & in

in tali statu libertatis, quòd sine breui reuocari non possit in seruitutem, & vbi si voluerit & necesse fuerit, se defendere possit in statu libero p priuilegiũ vel alio modo, q̄a priuilegia locũ habent in causũ status, & petere poterit iuditiũ si debeat de statu agere spoliatus anteq̄ fuerit restitutus.

1. ¶ De exceptione ratiõne adiuncti vt si libera nupserit villano. 2. Forma breuis vbi vir nunquã fuit in seysina sed vxor, cum ipsa petere non posset per se sine viro. 3. De exceptionibus contra querentem & contra assisam. Cap. 24.

Item excipere poterit tenens contra querentem, & habet exceptionẽ ratione adiuncti, vt si mulier libera nupta sit villano in potestate dñi sui cõstitutõ, vt si ante copulã coniugalem accidit ei hæreditas vel post, & dominus illius serui illos eiecerit, & vterquẽ queratur, cum neuter possit sine alio (secundũ quosdam, quod nõ approbo) obstabit exceptio mulieri ppter virum suum villanum, qui ei adiungitur, & nunquã in vita viri recuperabit, obstante illa exceptione, & non nisi post mortem (quasi tunc cessante impedimento) datur actio, vt cessante causa cesset effectus: sed non p breue de noua disseysina, sed p breue formatũ quod tale erit. Rex vic. salutem. Præcipe A. quòd iustẽ &c. reddat B. quæ fuit vxor. C. vnum mesuagium cum p̄tinentijs in E. quod clamat esse ius & hæreditatem, vel ius & maritagium suum, vel ius suum de dono I. qui ipsam B. inde feoffauit vel sic: quod clamat esse dotem suam de dono C. primi viri sui, & in quod idem A. non habet ingressum, nisi p prædictum C. quodã virũ ipsius qui ei illud dimisit, cui ipsa in vita sua contradicere nõ potuit vt dicit. Et nisi &c. Teste &c. Post mortem dico, siue mortuus fuerit morte naturali vel ciuili. Ciuili, vt si in vita vxoris habitum receperit, ita q̄ ad seculum redire non possit. Sed quæro qualiter de hoc cõstare possit. Respondeo, quòd non nisi p litteras ordinarij, Archiepiscopi vz & Episcopi, corã quibus facienda erit p̄fessio. Littere vero Abbatis vel prioris non sufficiunt ad p̄bationẽ, licet sufficere possunt ad præsumptionẽ, habitus vero p̄bationi non sufficit. Itẽ morte naturali dico, quia mors naturalis omnia soluit. Sed quid si mulier disseysita libera, sub nomine suo impetrauerit, & postea nupserit villano, & ante captionem assisæ moriatur villanus, quæro an p̄cedere debeat assisa, & tenebit breue prius impetratũ, vel si anteq̄ nupserit disseysita fuerit, & post mortẽ villani impetrauerit, tenebit vtrumq; breue & p̄cedent assisæ, quia puenerunt in eum casum a quo incipere potuerunt. Sed in prædictis casibus sepe videndũ erit de statu villani, vtrũ fuerit sub potestate dñi cõstitutus vel extra, & in statu libero secundũ quod superius satis dictũ est. Itẽ excipi poterit cõtra mulierẽ q̄rentẽ ratione adiuncti. s. viri sui, quis liberi: vt si simul disseysiti fuerint de iure vxoris, ambo simul recuperabũt & neuter sine alio, nõ vir sine vxore, q̄a agitur de iure vxoris, nec vxor sine viro, quia vir est caput vxoris & eã defendere debet. Aliud autẽ dicendũ est de iure viri, q̄a hæreditas viri nõ tãgit vxor, siue vxor villana fuerit & i villenagio cõstitutã, siue nõ. Itẽ esto q̄ vir dederit aliqd de hæreditate vxoris, & talẽ i seysinã posuerit, vxor p se assisã nõ habebit sine viro, simul autẽ nõ, q̄a si simul agãt & petãt p assisã, obstabit factũ & donatiõ viri, & itã cadit assisa, nec recuperabit vxor

Lib. iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

vxor vti quam in vita viri sui: competit ei tamen remedium post mortem viri sui p breue de ingressu, cui in vita sua contradicere non potuit &c. Eodem modo si vxor de re ppria donationem fecerit in vita viri sui, ambo p assisam non poterunt simul petere, nec quilibet p se: Alia igitur actione opus erit viro, etiam in vita vxoris. Item esto quod vir & vxor simul disseysiti, simul impetrauerint assisam, & vxor moriatur ante captionem assisæ, cadit omnino breue & assisa, sed si vir moriatur ante captionem assisæ, cadit breue sicut in primo casu, nec ipsa iterum agere potest p se, quia simul fuerunt disseysiti & simul debent restitui. Consultitur tamen vxori p breue de ingressu .s. in quam non habuit ingressum nisi p disseysinam quam fecit ei & prædicto tali viro suo, & vnde assisa nouæ disseysinæ aramata fuit, & visus terræ &c. Et remansit assisa capienda p mortem prædicti talis viri sui, vel etiam sine clausula prædicta, licet nunquam in vita viri sui impetratum esset, quia negligentia viri sui non debet ei imputari, licet vir suus sibi tempestiuè pquisiuisse potuisset. Item esto quod mulier vidua dum fuit sui iuris sine viro disseysita assisâ pquisiuerit, et ante captionem assisæ nupserit, cadit breue sed non assisa, formabitur enim aliud breue sub nomine suo & sub nomine viri sui, quod tale erit. ¶ 2. Questi sunt nobis talis vir & vxor eius quod talis iniuste &c. disseysit talē vxorem suam, & p hoc terminabitur negotium, nisi aliquis ipforū forte moriatur vel ambo ante captionem assisæ, quo casu si ambo vel vxor tantū, cadit omnino breue & assisa: Si tantum vir, non ita: quia adhuc habebit vxor ingressu ad primā assisā, quod quidem non erit in casu conuerso, si vxor fecerit disseysinam & postea nupserit, tenet breue & procedet assisa licet prima facie videatur quod cadere debeat, eo quod sine viro respondere non deberet. Respondebit autem sine eo, sed vtrum respondere debeat vel non, distinguendum est vtrum ante impetrationem nupserit vel post, si ante: cadit breue, si post: nō cadit, quia nubere posset in fraudem. Idem erit si datum fuerit aliquod tenementum aliud tam viro quam vxori ad vitam vxoris, liberum tenementum non erit viri sed vxoris, & ideo illud & idem breue fiat in hoc casu. Eadem forma fieri posset (vt dicitur) si seruus extra potestatem domini in statu libero, liberam vxorem duxerit cum libero tenemento, si dominus (cū seruū talem disracionauerit) liberam vxorem eiecerit de tenemento libero, cū seruus liberum tenementum habere non possit, nec ipsa audiri debeat sine viro, & quia tenementum illud non est pquisitum serui, nisi tantum quod habet inde custodiam: mulier recuperabit, non obstante exceptione seruitutis. Et idem erit, etsi non fuerit in statu libero, de acquisitis dico sed non de acquirendis. Item esto quod vir ratione hæreditatis vxoris sicut de cōmunia pasturæ fecerit disseysinam sine vxore & præmoriatur, quæro an vxor teneatur post mortem viri de disseysinâ: siue in vita viri impetratū sit siue nō ad poenam non tenebitur, quamuis teneatur ad restitutionem. Item esto quod vir ita disseysitus fuerit, quod vxor relicto viro proprio alteri viro adhæserit, & qui simul se tenuerint in seysina eiecto primo viro, quæritur qualiter pspicietur ei? quia videtur quod sine vxore assisam portare non possit, & si vxor adiungatur, sequitur quod ipsa non est disseysita cū sic

in

De Assisa nouæ disseysinæ. Cap. 24 Fol. 203.

in possessione, non videtur quòd ad aliud recurrendū sit nisi ad forum ecclesiasticū, vt cōpellatur sequi virū suū, & sic facta restitutione vxoris, fiat restitutio hæreditatis, vel fiat impetratio p breue de noua disseysina sub nomine vtriusq;, & si excipiat contra assisā, quòd ei respondere non debeat sine vxore, replicetur contra detentores de subtractione vxoris, & iniusta detentione quasi de dolo & fraude, sicut fieri posset si p parentes abducta esset & detenta, & vnde nihilominus pcedet assisa, & p assisam iudicabitur. Datur itaq; eodē modo mulieri querēti & petēti restitutiōne contra dñm capitalē excipientē de absentia viri, vbi vz vxor eiecta fuerit ab aliquo maliciosè, cūm pfectus fuerit vir in terrā sanctā, vel aliam longā peregrinationē, vt vxor interim disseysita nō remaneat, succurritur ei per officium iudicis de consilio curiē licet non iure actionis, vt si ābo petant per assisam, & excipiat quòd sine viro petere nō possit, excipiat contra disseysitores de fraude & dolo. ¶ 3. Item habet tenens exceptiones contra querentem, vt si querens excommunicatus fuerit, & tenēs hoc docuerit p literas ordinarij patentes, oportebit querentē docere de absolutione. Item excipere poterit contra psonā querentis quòd querēs actionem non habet nec querelam, eo quòd in possessione fuit nomine alieno ad quē p̄tinet querela, sicut pcurator, custos, firmarius, seruus vel familia. Quo p̄bato cadit breue & assisa versus tales, licet teneat versus alios qui habent actionē & p aliud breue. Itē cōpetit exceptio cōtra querentem, vt si petat p assisam dominus capitalis vbi competit ei districtio, sicut inter dominū & tenentē suū p seruitio debito, quia distingere debet, si ad hoc sufficiat, si autē non, recurrendū est ad superiorē, s. ad vicecomitē quòd vic. sit ei in auxiliū, sed vice versa, inter tenentē & dominū bene iacet, scilicet vbi domin⁹ tenentem suū de tenemēto suo disseysiuerit. Item competit exceptio cōtra assisā, quare debeat remanere ex ipso dominio, sicut est inter dominū querentē & tenentē suū, si tenens suus ei redditum non reddiderit. Iacet tamē inter tenentē querentē & dominū deijcientē, sicut inter alias quascūq; psonas. Est enim redditus quandoq; liberū tenementū, quandoq; puenit ex aliquo libero tenemento, vt si aliquis feoffauerit aliū de aliquo tenemento p homagio & seruitio, vel si cūm quis liberū tenementum habeat, de illo tenemento dederit alicui redditum, vel sine tenemento, vel cum tenemento constituerit alicui redditum p se & hæredibus suis, pro aliqua seruitute habenda in alieno. Si autem debeat quis redditum domino suo vel seruitium, & illud omninò nō dedixerit, sed forte non soluerit, non iacet assisa inter dominum & tenentem suū, sed districtio tantum, si dominus distingere possit & velit, si autem non possit cūm velit, recurrat ad auxilium domini regis quòd præcipiat vicecomiti quòd sit ei in auxilium, & vnde non competit ei assisa, quamdiu distingere possit p se vel p superioris auxilium. Cūm tenens ad tuitionem sui excipiat contra assisam quòd assisa procedere nō debeat de seruitio, quia tenetur de tali, statim propter cognitionē cessat districtio et cadit assisa, sed nō vt iste contra quem assisa arramata est quietus recedat, sed p hoc quòd cognoscit q de eo tenet in iudicio, sine alio breui præcipiatur vic. q distingat confitentē ppter cognitionem q sol-

FFf.i.

uat

Lib.iii. De Assisa nouæ disseysinæ.

uat seruitiū debitū, & q̄ vic. sit in auxiliū ad distringendū si op̄ fuerit, & si cōtentio fuerit de quantitate vel qualitate seruitij, hoc remaneat inter partes discutiendū. Si autē tenens suus ipsū ōnino deaduocauerit q̄ nihil tenuerit de eo, tūc statim cessat districtio, p̄pter quod dicūt quidā q̄ dñs debet petere terrā in dñico, nihilominus tamen videtur quòd locū habeat assisa nouæ disseysinæ de libero teñto, cūm deficiat districtio, quia re vera licet tenens sit quantū ad dñm, facit se nō tenentē p̄ deaduocationē, quantū ad seipsū, & sic iacebit assisa: quia esto quòd extraneus nō dñs p̄ vim compellat tenentē quòd ei soluat redditū, vel quòd dño nō soluat cōtra volūtātē tenentis, talis extraneus dñs facit disseysinā & nō tenens quasi de libero teñto dñi. Et illud idem erit si tenēs de voluntate sua soluat extraneo. Sed versus extraneum cōpetit assisa dño, si dñs voluerit, & contra tenentē districtio, cūm dñm non deaduocauerit, sed altero istorū contentus erit. Si autem p̄ districtionem versus tenentem recuperauerit, cūm deaduocatus non fuerit, vel cūm deaduocatus fuerit recuperauerit redditū p̄ assisam, vel ille qui deaduocauit gratis soluit non dño, vterq; teneatur de seruitio dño p̄ necessitatem, & nō domino p̄pter voluntatē, & ita fiat districtio siue plures sint medij siue nō, quia capitalis dominus sem̄ p̄ se capiat ad feodum suum, & tenens ad suum warantum. Districtio tamen dñi debitum modum non excedat: quia sem̄ p̄ iacet districtio quicunq; fuerit in possessione, custos, seruus, creditor, firmarius vel alij. Item si aliquis tenentem eiecerit, domino competit districtio & tenētī disseysina. Si autem sit redditus qui detur alicui ex tenemento in feodo sibi & hæredibus suis, aut datur cum districtione vel sine, si autem cum: tunc vt supra, si autem sine: tunc assisa. Si autem redditus sit proueniens ex camera, tunc nec districtio, nec assisa, sed per breue de ānuo redditu. Item si redditus sit proueniens ex tenemento, soluendus per manus alterius quā tenentis, adhuc subesse poterit districtio vel disseysina. Item competit redditus alicui non aliqua ratione prædicta, sed ratione alicuius rei intermediæ, vt si percipiat redditum aliquem ratione alicuius hundredi, cūm quidam finem fecerint pro sectis, & huiusmodi, non poterit quis assisam habere ratione talis reddit⁹, nisi habeat hundredum, & qui habet hundredū, ille redditum habeat donec hundredū ab eo conuincatur, & sic fiat de similibus.

¶ De exceptione qua competit contra querentem ex persona tenentis. Cap. 25.

Competit etiam tenenti exceptio ex persona sua propria contra querentem, vt si dicat quòd ipse non fecit disseysinam, si disseysina ibi fuerit, sed alius antecessor vel prædecessor suus qui mortuus est, & ipse non vtitur alia seysina quā ipsi fecerunt, & cūm iniuria personalis sit, ad hæredes nō extenditur, nec ad successores, nec eodē modo cūm psonalis sit, quia pœna tenebit suos autores. Igitur alia actione op̄ erit per breue de ingressu. Item si dicat quòd ipse non fecit disseysinam sed alius, licet rem habeat disseysinā, videndum erit vtrum illam habeat vitiosam

De Assisa nouæ disseysinæ. Fol.204.

vitiosam. s. statim post disseysinam siue de voluntate primi & principalis disseysitoris, sicut ex aliqua iusta causa acquisitionis, siue ad vnū puenerit siue ad plures, de manu in manum siue contra voluntatem primi disseysitoris, p disseysinam, vel p intrusionem: quibus casibus, sine primo & principali disseysitore non respondebit, quia p se disseysinam non fecit sed cum alio, secundum quod videri poterit, si rex disseysinam fecerit & postea rem ad alium statim transtulerit, quilibet est disseysitor principalis, rex primus & principalis ppter factū, & alius similiter principalis ppter ingressum, & quamuis principalis sit, tamen sine rege non respondebit, quia simul cum eo fecit disseysinam. Item nec vice versa, primus & principalis non respondebit sine secundo, quia sine eo restituere nō potest. Item si p longum interuallū post disseysinam ad alios res peruenerit, siue ad vnum siue ad plures successiue, tales non sunt principales disseysitores, licet sunt rei vitiosę iniusti detentores, vt supra plenius de transgressionibus.

1 ¶ Quis dici debeat principalis disseysitor quis secundarius. Cap. 26.

AD maiore autem euidenciam videndū est p exemplū quis primus & principalis sit disseysitor, & quis nō principalis sed secundarius, eo quod disseysinā habuerit rei disseysitæ post disseysinā nō ppriā. Et sciendū q̄ facit quis disseysinā nomine pprio & aliquādo nomine alieno, sicut pcurator, seruus, vel familia. Itē sūt disseysitores primi & principales, & sunt disseysitores secundarij. Item sunt primi & principales disseysitores, & sunt secundarij rei disseysitæ iniusti detentores, vnus vel plures post disseysinā, & non sunt disseysitores. Itē sunt primi & principales disseysitores p se & sine alijs, antequā rē disseysitā ad aliū trāstulerint de voluntate vel contra voluntatē, & cū translata fuerit alij incipiūt esse principales disseysitores vel detentores, nō p se, sed cū alijs primis & principalibus. Item sūt primi & principales disseysitores quoad primū & principale disseysitorem & quoad primū disseysitū, cū statim post primam disseysinā primum & principalem disseysitorem disseysierint, quia tenentur de disseysina tā primo disseysito ppter recentem causā disseysinæ, q̄ primo & principali disseysitori ppter cōmodū possessionis. Si autē post interuallū disseysinam fecerit, nō tenetur primo disseysito, nisi tantū ad restitutionem, & nō ad poenā, secūdo vero disseysito et disseysitori tenentur ad vtrūque, & refert vtrū fiat translatio ante impetrationē breuis vel post. Item prim⁹ & principalis esse poterit vnus p se, & alij secundarij, plures sicut vnus, vt si post primā disseysinā res translata fuerit ad plures, siue de voluntate primi disseysitoris, siue contra voluntatem. Et eodem modo possūt esse plures primi & principales disseysitores quoad iniuriā, & principales disseysitores quoad rē post partitionē. Itē possūt esse disseysitores licet nō principales, nec primi nec secundarij sicut sūt illi q̄ sūt in auxilio & consilio, & ad quos nihil puenerit de re disseysita. Item facit quis disseysinam non nomine pprio (vt prædictum est) sed nomine alieno, vt si pcurator, seruus, vel familia nomine dominorum fecerint disseysinam,

FFF.ij.

ipfi

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

ipsi semper erunt primi & principales, quousque domini eorum factum eorum aduocauerint & disseysinam, vel deaduocauerint. Si autem aduocauerint, tunc incipiunt esse principales disseysitores & primi & principales disseysitores propter seysinam rei disseysite, & primi, eo quod ratum habent factum suorum, quia rati habitio retrotrahitur ad primum factum suorum, & sic incipiunt esse primi & principales, & sui desinunt esse principales. Si autem factum suorum, deaduocauerint, & cum interpellati fuerint qualitercunque ab aliquo homine vel alio modo, factum non emendauerint, adhuc tenentur, dum tamen si presentes sint & se gratis posuerint in assisam, licet in breui non nominentur. Si autem factum suorum emendauerint siue ante impetrationem siue post, dum tamen ante captionem assise, a poena disseysinæ liberabunt se & suos. Si autem in remotis agant domini, ita quod interpellari non possint nec aliquid sciuerint de disseysina, propter hoc non remanebit assisa, in odium disseysitorum, & remanebunt disseysitores primi & principales: ita quod si assisa faciat pro eis remaneat domini sui in seysina de facto suorum. Si autem contra eos, recuperabit querens, & dominus cum redierit, si factum eorum aduocauerit, incidit in poenam disseysinæ cum suis, & si uiderit sibi expedire, agat de conuictione. Si autem antequam redierint & aduocauerint disseysinam moriantur domini & succedunt hæredes, adhuc possunt hæredes factum suorum aduocare vel deaduocare ante captionem assise, quia eorum factum ab antecessoribus non fuit aduocatum, quod si esset, ita esset primus & principalis disseysitor, & teneretur & ad poenam & ad restitutionem, & sic non transiret disseysina usque ad hæredes quoad poenam, quamuis quoad restitutionem pro breue de ingressu. Sed cum non aduocauit, sic transit aduocatio disseysinæ usque ad hæredes, ut sic aduocent factum vel non aduocent, & sic teneantur de iniuria vel non teneantur. Quod autem dictum est de domino & hærede suo, dici poterit de Abbate & Priore mortuo & eorum successoribus. Si autem Abbates & priores uiui sint, & ante aduocauerint depositi, vel ad alias dignitates translati, adhuc erit idem in personis successorum, quod dicitur superius in personis hæredum, siue impetratum fuerit contra eos sub proprio nomine appellationis vel sub nomine dignitatis, vel sub utroque. Si autem ante depositionem vel mutationem aduocauerint disseysinam, ipsi tenentur post depositionem vel mutationem, & ita quod si ante depositionem vel ante mutationem impetratum sit contra eos, procedet assisa sub nomine prioris vel Abbatis etiam post depositionem vel mutationem. Si autem post depositionem vel mutationem fuerit impetratum cum aduocarent, tenentur tamen ex rati habitatione & conueniendi sunt pro breue nouæ disseysinæ, non sub nomine Abbatis vel prioris sed pro tale breue. Questus est nobis talis, quod talis monachus vel canonicus quondam Abbas de tali loco & tales iniuste &c. Et idem si translatus fuerit. s. episcopus talis &c. Si quis autem receter ingressus erit post disseysinam flagrante malitio, non est mirum si teneatur de disseysina, cum res in se propter disseysinam est uitiata. Scit enim aut scire debet que vel qualis res sit quam ingreditur, si uitiata pro disseysina, sicut ille qui rem emit scire debet utrum libera sit vel serua, pro impositionem siue constitutionem seruitutis. Item utrum sit onerata vel non. Item utrum contentiosa sit pro diligenter

ligentē impetrationē & diligentem prosecutionem, & siue sic, siue non sic, sēper tenebitur accipiens ad pœnam, vel ad restitutionem, vel ad vtramq; . Et sciendum q̄ diligens est ille qui incontinenti post disseysinam impetrauerit, quod quidē non valebit nisi diligēter post impetrationem fuerit p̄secutus. Diligens enim esse poterit in impetratione & negligens in p̄secutione, vel diligens vel negligens in vtroq; . Et si in vtroq; diligens fuerit, non præiudicabitur ei quamuis captio assisæ ad tempus differatur. Multas vero alias exceptiones tenens habere poterit ex persona sua, sicut inferius de exceptionibus plenius dicetur.

1 ¶ *Exceptio cōtra assisā si iniuste & sine iudicio. 2. Exceptio cōtra hoc q̄ dicit disseysuit. Cap. 27.*

SI autem nulla sit exceptio quæ competat tenenti ex ipsa iurisdictione vel ex ipso breui, vel ex personis partium, videndum erit si aliqua cōpetat ex ipso facto, continetur enim in breui. s. Questus est nobis talis, quod talis iniuste & sine iudicio disseysuit talem. Quæ quidem verba (iniuste & sine iudicio) accipi possunt simul, coniunctim vel diuisim, siue disiunctim scilicet iniuste vel sine iudicio. Iniuste quia sine iudicio, sine iudicio quia disseysitor nullam habuit actionem, vel cū actionem habuerit noluit iudicium expectare sed fecit se iustitiarium & potius vti voluit viribus quàm iudicio. Iuste, facie prima propter ius, sed iniuste p̄pter iniuriam, quia sine iudicio : vel iniuste, quia licet cum iusto iudicio sed a non iudice, & ideo iniuste quod idem est quia non habet executionem, vel si habeat, quod idem est vt si iustitiarij vel curia alicuius (licet iurisdictionem habuerit) scienter male iudicauerit vel ignoranter, vel saltem aliquis qui non habet iurisdictionem nec coercionem, si velit seysinam suam excutioni demandare, & sic iniuste quamuis cum iudicio, simul & coniunctim: vel iniuste per se quantum ad disseysitum, qui iuste seysitus fuit, & iniuste disseysitus, vel iniuste quantum ad disseysitorem qui sine iudicio disseysuit. Item iniuste quantum ad disseysitum qui sine iudicio eijcitur, licet iuste ab eo qui ius habet prima facie, tamen iniuste quia sine iudicio, & quamuis verus dominus ius habeat in re & iuste eijciat, tamen iniuste eijcit, quia sine iudicio, & quia proprijs viribus reposcit, quod per iudicem reposcere debuit, ideo per iudicium restituat quod sibi sine iudicio viribus vsurpauit, nunquam postmodum nisi vix tantum, super proprietate erit audiendus, & hoc si post tēpus eijciatur quod sufficere possit pro titulo, ad hoc quod sine breui non teneatur tenens respondere. Secus autem esset si incōtinenti reijciat disseysitorem. Item iniuste, quod sine iudicio dici poterit quantum ad disseysitorē, si ab alio fuerit eiectus qui ius non habet, siue incontinenti siue post tempus propter cōmodū possidēdi, cū ille qui in possessione fuerit iuste vel iniuste nomine proprio qualitercunq; & non alieno, plus iuris habeat in possessione quàm ille qui est extra possessionem & ius non habet. Et vnde si cū talis esset extra possessionem & petere vellet versus iniustē possidentem, non habet actionem. Et vnde si sine iudicio viribus eijciat iniustē possidentem, cū per iudicium non possit, merito debet ei per iudicium

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

iuditiū restituere, quòd sibi sine iudicio, & ideò iniuste viribus vsurpauit, nulla obstate exceptiōe pprietatis, vel liberi testi cōtra spoliatū. Itē si q̄s in seysina fuerit p̄ iudiciū, tunc refert vtrū iuditiū iustū fuerit vel iniustū, quia si iustū iuste possidebit, quia iuste possidet qui p̄tore autore possidet, iusti tamen autoritate interponente. Si autē autoritas iniuste interposita fuerit, iniustū erit iuditiū, & ideò reuocandū, & non solū facit curia quæ iudicat iniuriā & disseysinā, verū etiā balliuus curiæ qui tale iuditiū iniustū fuerit executus, & non solū balliuus verū etiā & dñs vel ali⁹, qui ex tali iudicio nactus fuerit possessionē, non tamen ad poenā, sed ad restitutionem, quia liberabitur a poena qui immunis est a disseysina. Hæc autem tenenda sunt si de tali iudicio in curia facto, constiterit per examinationem, vel partiū confessionē, vel alio modo. Si autem taliter constare non possit, vel iuratores assisæ dubitauerint, vel nihil sciuerint de iudicio, p̄sumi tamen debet, quòd benè iudicauerit, donec p̄batum sit cōtrariū, quia in meliorē partem declinare debet interpretatio, ita q̄ querens nihil capiat p̄ assisam, sed sibi p̄quirat (si velit) versus curiā de iniusto iudicio, & quòd sūmoneatur curia quòd recordari faciat &c. & habeat recordū, & quòd melius est secundū Martinum quòd p̄cipiatur vic. q̄ ipse p̄cipiat dño vel balliuo curiæ, quòd recordari faciant, & recordū habeant ad certum diem p̄ tale breue. Et de hac materia habetis in itinere ipsius Martini de Patehul in com̄ Suff. anno regis H. duodecimo, assisa nouæ disseysinæ si Iocean⁹ de Hesture, vbi dictū fuit q̄ ille de quo quebatur quòd p̄ cōsiderationē talis curiæ recuperauit seysinā suā. Et quòd nec partib⁹ nec iuratoribus fides adhiberi debet in hac parte sine recordo, habetis de itinere ipsius M. ad assisas nouæ disseysinæ capiēdas, & galas deliberādas in com̄ tali. Assisa nouæ disseysinæ si Laurentius carnifex. Qualiter autē sūmoneri debeat curia, & quo modo videndū. Et sciēdū q̄ qui sic recuperauerit p̄ iuditiū vocare debet curiā ad warrantū, & de iudicio illo p̄ auxiliū curiæ dñi regis siue hoc fuerit in itinere iustitiariorū siue corā iustitiarijs ad hoc specialiter constitutis, & dabitur partibus dies de die in diem, & interim fiat recordū & veniat. Itē iniuste, quāuis iusto iudicio, vt si ab eo qui iurisdictionē non habet, iudicatū fuerit benè siue malè, cū nō possit iuditiū suū executioni demandare, & si illud fuerit qualitercūq; execut⁹, facit disseysinā iniuste, quāuis iuste iudicauerit, quia iudex ecclesiasticus iurisdictionē non habet nec coercionē in laico feodo, nec in alijs quæ ptinent ad coronā & dignitatē dñi regis. Itē poterit interuenire iustū iuditiū ab initio vt in distictionib⁹ faciēdis, & vertitur ex post facto in disseysinā, sicut in burgagijs, terris, tenementis & tenuris exterioribus, vt si dñs p̄ cōsiderationē curiæ suæ p̄ defectu seruitij ceperit tenementū tenentis sui in manū suā, sicut simplex namiū, donec de redditu fuerit satisfactū, sed cū talis cuius tenementū fuerit, optulerit de satisfacienda, de redditu & arreragijs, restitui debet ei possessio, & si dñs hoc recusauerit, extunc erit manifesta disseysina. Et de hac materia satis inueniri poterit in itinere p̄dicti M. in com̄ Kanc. anno regni H. duodecimo. Item esto quòd quis intrauerit tenementū alicuius p̄ cōuentionem, & videtur quòd hoc facit iniuste, quia sine iudicio, & antequam

De Assisa nouæ disseysinæ. (a. 27) Fol. 206.

quã sciat veritas de cõuentione, & vnde videt quòd querēs recuperaret p assisam, sed re vera non recuperabit, quia licet prima facie videatur quòd assisa locum habere debeat, eliditur tamen assisa per exceptionem cõuentionis, cum talis per conuentionem fuerit in possessione, & multò fortius si quis fuerit in possessione ad terminum & retinuerit per conuentionem, & contra conuentionem fuerit eiectus. Si autem per vim teneatur extra, habet actionem ex cõuentione, & sic parit cõuentio exceptionem possidendi, & ei qui non possidet actionem. Et ideo habet ille qui non possidet actionem, qui possidet exceptionem, eo quòd ingreditur possessionem de voluntate querentis, quia hoc semel voluit licet postmodum velle desinat, quia sufficit semel voluisse, nec dissolui possit inmutua voluntas, nisi ex mutua voluntate contraria. Et vnde in omnibus videndum erit an satisfactum sit conuentioni vel non, & ita si ille qui queritur contentus esse debeat vel non. Et si conuenerit quòd ingredi possit, vt supra de donationibus plenius, & sic incidit conuentionio in assisam, & per hoc cadit assisa, & vertitur in iuratum, ad inquirendum de conuentione. ¶ 2. Itē excipi poterit contra assisam ex hac dictione, disseysiuit eum, quia dici poterit quia talis nunquam fuit in seysina. Dicitur enim, qui amittit possessionem sed non ille qui nunquam in possessione fuit, nec competit assisa alicui nisi ei tantum qui tunc cum eijceretur possidebat, nec alio ei visus est quam is qui possidet nomine proprio vel alieno. Non enim poterit disseysiri qui nunquam seysinam habuit, nec nomine proprio nec alieno. Item si nomine alieno sicut procurator, creditor, vel firmarius, vel seruus, licet naturalem habeant possessionem, eijciantur, non eis competit assisa sed domino proprietatis qui semper habet ciuilem, & per tales sibi retinet naturalem. Et quia longe aliud est esse in seysina, quam seysitus esse, sicut longe aliud est esse in possessione quam possidere: videndum erit quis seysitus est, ad hoc quòd seysinam suam recuperare possit, & quis non. Et sciendum quòd sunt quidam in seysina & non seysiti, sicut sunt illi qui nomine possident alieno, vt supradicti, licet fuerint in possessione de voluntate dominorum, & licet quodammodo seysiti sunt quoad vsum & quoad fructum, non tamen seysiti sunt quoad liberum tenementum, licet alio modo recuperare possunt possessionem suam, quam per assisam, vt inferius dicitur. Item sunt nonnulli qui in seysina sunt & non seysiti, ante tempus quod sufficere possit pro titulo, & quod pacificum sit & longum per negligentiam, patientiam, vel impotentiam dominorum, quales sunt intrusores & disseysitores, & alij qui ratione adiuncti fuerint in seysina, vt de libero tenemento, sicut vir cum vxore, inter quos nulli liberi fuerint, si post mortem vxoris se tenuerit in seysina, vel si forte liberos habuerint sed bastardos, & perinde nullos, habuerunt quidem liberum tenementum cum vxore, sed desinunt habere statim ea deficiente. Itē sunt quidam seysiti & in seysina quoad liberum tenentum, & non quoad feodum, sicut sūt illi qui tenent tantum ad vitam suam, sicut vxor dotē ex causa dotis. Itē vir post mortem vxoris p legem Anglię, vel ex causa donationis ad terminum vitę, vel donec sit p uisum. Itē sūt quidam qui sūt in seysina & seysiti, sicut sunt

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

sunt illi qui tenent in feodo sibi & hæredibus suis, & qui statim habent liberum tenementum & proprietatem. Itē sunt quidam in seysina licet non seysiti, sicut intrusores & disseysitores contra voluntatem domini possessionem ingrediantur, vel si cum voluntate, sicut creditor & firmarius, qui vtuntur seysina aliquandò cum expletijs, aliquando sine. Et eodē modo illi qui sunt in seysina & seysiti quandoq; vtuntur seysina cum expletijs, aliquando sine. Et licet statim non vtantur vel expletia ceperint, tamen statim cū in seysina fuerint ex causa successionis vel ex iusto titulo, scilicet ex causa donationis a vero domino, statim habent liberum tenementū, cū concurrant in vnū & in vnam psonam seysina & ius, nec multū facit ad seysinam quoad liberum tenementum vsus vel captio expletiarum, quia nihil conferunt seysinæ vel tenementō, nisi quasi quoddam vestimentum vt seysinam roborant & faciunt clariorē. Itē potest esse quis seysitus & in seysina & habere liberum tenementum quoad feoffatorem suum & quoad alios qui ius habent statim post feoffamentum. Et in seysina potest esse & non seysitus quoad verum dominum, vt si quis a non domino feoffatus fuerit, & qui in possessione fuerit quacunq; de causa, nisi hoc fuerit post tempus (vt prædictum est) Et quòd quis sine vsu & expletijs habere possit liberum tenementū, videri poterit p hoc, quòd nūquam in causa possessionis in aliqua assisa fit mentio de expletijs, licet aliquando de vsu, sicut facit in causa proprietatis, quia ad hoc quòd quis proprietatē habeat, non sufficit esse in seysina, sicut ad liberum tenementum, nisi vtatur cum effectu, ita quòd expletia capiat & quòd sic habeat ius suū duplicatum. s. **Dreit Dreit.** Est enim ius possessionis & ius proprietatis. Item excipere possit contra assisam quòd talis querens nunquam fuit in seysina p se, quia licet chartam de feoffamento haberet, tamen feoffator suus sem p remasit in seysina, & vnde iste nullam seysinam habuit p quod posset disseysiri. Item si feoffator assisam tulerit contra feoffatū, respondere poterit ad assisam, quòd licet feoffator aliquando seysitus esset, tamen definit possidere p donationē, & vbi a possessione recessit omninò tam corpore quàm animo. Corpore, tā pprio quàm alieno, quasi nullo nomine suo in possessione relicto. Item excipi poterit contra intrusores & disseysitores, si contra verum dominum petant p assisam, si post intrusionem vel disseysinam eiectioni fuerint, quòd nullam seysinam habuerunt pacificam, quia ipse verus dominus eos recenter eiecit post intrusionem & disseysinam, vt supra de hac materia pleniùs. Itē excipere poterit tenens contra querentē in vno genere disseysinæ, vbi. s. aliquis tenet & alius vti velit in tenementō suo contra voluntatē suam, vt si ille de quo queritur quòd vti sic velit, dicat quòd tenens nō sic liberè teneat, quia ille vsus est in tenemento, & ius habet pascendi, vel aliam seruitutē ex lōgo vsu, vel ex iusta causa constitutionis seruitutis, ad quod si tenens replicauerit & dicat tenementum suum esse liberū, & quod nullam seruitutem debeat vicino, hoc p assisam in modum iuratę captam de consensu partium declarabitur. Itē excipi poterit contra assisam & querentē, quòd licet aliquando esset disseysina & disseysitus, ipse nunc est in seysina libera & pacifica. Sed tūc refert vtrū talis ante impetrationem vel post. Item vtrū seysinam propriā ante

ante impetrationem vel post sibi viribus post tempus vsurpauerit, vel gratis oblatam receperit. Si autem post disseysinam & ante impetrationem, non statim & recenter seyfinam sibi vsurpauerit, in misericordia erit non solum pro vsurpatione et disseysina, sed etiã pro falso clamore, quia post vsurpationem nulla subfuit causa impetrandi, & tenetur nihilomin^o pro disseysina, & eodem modo fiet si post impetrationem & prosecutionem seyfinam suam gratis oblatam receperit .s. quòd ipse in misericordia pro falso clamore si fuerit prosecutus, & alius pro disseysina. Si autem ante impetrationem hoc fecerit, tunc si postea impetrauerit & vti voluerit, sit in misericordia p̄ falso clamore, vel si se retraxerit, quia nõ est p̄secutus.

- 1 ¶ De hoc quod dicit de libero tenēto & exceptio cōtra. 2. De diuisione tenementorū. 3. Itē de communi tenemento. 4. Item de pastura 5. Item aliud villenagium quod sic diuiditur. 6. De exceptionibus de hoc quod dicit de libero tenemēto. 7. Quod patientia per longum tempus habita trahitur ad consensum. Cap.28.

Datur etiam exceptio contra querentem ex libero tenemento. Cōtinetur enim in breui, quòd talis iniuste & sine iudicio disseysiuit talem de libero tenemento suo. Vidēdum est igitur inprimis de generibus tenementorum, & cui competat exceptio de libero tenemento, & cui non. Et sciendum quòd liberum tenementum est id, quod quis tenet sibi & hæredibus suis in feodo, & hæreditate, vel in feodo tantum, sibi & hæredibus suis. Item vt liberum tenementum, sicut ad vitam tantū vel eodem modo ad tempus indeterminatum, absq; aliqua certa temporis præfinitione .s. Donec quid fiat vel non fiat, vt si dicatur, do tali donec ei prouidero. Liberum autem tenementum non potest dici alicuius, qd^o quis tenet ad certum numerum annorum, mensū, vel dierū: licet ad terminum centū annorū, quæ excedit vitas hominū. Itē liberū non potest dici tenementū alicuius, quod quis tenet ad volūtate dñorum precario, quod tempestiue & intempestiue poterit reuocari, sicut de anno in annū & de die in diem. Itē dicitur liberū tenētum, ad differentiam eius quod est villenagium, quia tenementorū, aliud liberū, aliud villenagium. Itē liberorū, aliud tenetur liberè p̄ homagio & seruitio militari, aliud in libero sokagio cū fidelitate tantū, vel cū fidelitate & homagio, secundū quosdā. Itē liberorū, aliud pura & libera & p̄petua elemosina, quæ quidē sunt tā in bonis hominum q̄ in bonis dei, quia dantur nõ solū deo & tali ecclesiæ, sed abbatibus & prioribus ibidem deo seruientibus. Item est tenētum datum in liberā elemosinam rectoribus ecclesiarū, quæ pura est & libera, & magis libera & pura. Vna quæ datur ecclesiæ nomine dotis in dedicatione, & alia quæ datur post dedicationē. Itē liberorū aliud p̄prium, aliud cōmune. Itē cōmuniū, aliud cōmune cū participib^o, sicut inter plures qui sunt quasi vnus hæres, & aliud cōmune quasi inter vicinos ratione vicinitatis, sicut sunt diuisæ & termini agrorum, qui communes sunt, siue sunt lapides siue ligna, siue fossata, & quæ ponūtur in terminis agrorum: vt sciatur quid cui debeat remanere, sicut liberum tenementum seperatim, vt sciat quilibet quid sit p̄prium, quid alienum. Illud autē quod proponitur ad differentiā & distinctionem agrorū, non erit propriū sed

GGg.i.

commu-

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseyfinæ.

cōmune, & ita quòd totū erit vnus in cōmuni, & alterius nihil aut sepe-
ratim alicuius & sic totum vnus & nihil, sed tamen secundū diuersos
respectus. Et vnde dicunt quidā, quòd si fossatum p̄sternatur a vicino,
vel in aliquo diminuatur, vel si lapides finales amoueantur, vel arbores
finales succidantur, quòd ibi sit potius trāsgressio quā disseyfina. Reue-
ra agi poterit ad vtrumq; in eo quòd disseyfina continet sub se hæc duo,
disseyfinā de libero tenemento, & transgressionem, transgressio vero non
continet sub se disseyfinā, sed in eo quòd disseyfina sub se cōtinet vtrūq;
poterit negotiū terminari sicut disseyfina vel sicut trāsgressio: Et quia qui
facit id quod plus est, facit id quod minus est, sed non cōuertitur. Domi-
nus tamen Martinus assisam cepit de diuisis corruptis vel mutatis omni-
nò, sicut de libero tenemēto, & non sicut de transgressionem. Dicebat enim
quòd non potest quis magis iniuriosam facere disseyfinam quā de ter-
minis demoliendis omninò, vel corrupendis in parte, vel amouendis,
sicut p̄batur &c. Dicitur est autem de tenemento quod cōmune est cum
vicinis, de eo autē quod commune est cum participibus dictū est supra.

¶ 2. Itē tenemētorū aliud diuinum, aliud humanū. Humanū, sicut dictū
est superius, p̄prium, vel cōmune, & liberum & purum vt supra: secundū
quod datur deo & hominibus. Itē sacrum & diuinum, & liberū & purum
ab omni subiectione, sicut res sacra, quæ tantū in bonis dei est, & nō in
bonis alicuius priuatæ p̄sonæ, vel alicuius hominis singularis. s. quæ ritē
& p̄ pontifices deo sunt dedicatæ & cōsecratæ, nunquā ad alios vsus pri-
uatos postmodū reuersuræ: sicut sunt monasteria, cathedralia, conuen-
tualia, parochialia, capellæ dedicatæ, & cēmiteria dedicata, siue mortui in-
ferantur siue non: quia si deo semel loca illa fuerunt dedicata & cōse-
crata, iterum ad humanos vsus conuerti nō debent, nec ea quæ eis sunt ad-
iuncta, & sine quibus res sacræ consistere non possunt, sicut sunt dormi-
toria & refectoria, coquinæ, pistoria & braceatoria, sine quibus cultores
religionis ecclesiæ deseruire nō possunt. Et vnde vnum eorū poterit esse
sacrum & religiosū, & aliud magis sacrum, sicut sunt sancta p̄ se, & sancta
sanctorū magis sancta. Et vnde dirutis ædificijs, adhuc semper locus per-
manebit sanctus, & etiā si sine consecratione & dedicatione mortui infe-
rantur, adhuc erit locus sacer. Item diuinorum aliud sacrum aliud sanctū,
Itē etiam sacrorū aliud nō sanctū sed sacrū, sicut sunt muri, & portæ ciui-
tatū: et idē sacra, quia sanxita p̄ reges, & ciues manentes in ea. Constitu-
ta est enim p̄na capitalis in eos, qui ausu temerario muros vel portas
ciuitatis transcendunt. Itē tenementorū quoddā nec sacrū nec sanctū, sed
publicum alicuius. s. vniuersitatis. s. vel cōmunionis vel omniū & nō ali-
cuius hominis priuati, vel singularis, sicut sunt theatra & stadia, vel loca
publica, siue sunt in ciuitatibus siue extra. Non solum autē cōsistit liberū
t̄ntum in terris & rebus immobilibus, verū etiā in rebus mobilibus. s. in
redditib⁹ mobilib⁹, sicut in aureis & argenteis, & nō solū in h̄modi, verū
etiā in alijs rebus, quæ cōsistunt in pondere, numero, & mensura. Mensu-
ra, siue sit liquidum, vt vinum & oleum, siue solidū vt frumētum, siue mē-
suratū siue nō mesuratū: mēsuratum vt in modio, vel nō mesuratū vt
in garba, modò in vno loco, modò in alio, dū tamen in vno tenemēto. Et
eodem

epdem modo de liquido, & illud idem fiat de numero. Item liberum tenementum dici poterit vel quasi, quies & pax & pacifica possessio, & libertas, quia qui quietem non habet nec pacem, ei auferitur comoditas tenementi, quia sine quiete & pace tenementum teneri non potest: ut si quis per vim uti velit contra voluntatem domini. Item si distractiones fecerit iniurias & transgressiuas, per quas auferat domino comoditatem possidendi. Item si contra voluntatem domini iniuste uti velit aliqua seruitute, ut si velit pecora immittere per vim, vel non secundum debitum modum, vel alia uti seruitute contra voluntatem domini cuius tenementum fuerit. Item tenementorum aliud proprium, & alicuius per se sine particeps vel sine adiuncto, aliud non per se, sed cum adiuncto & particeps. Cum adiuncto, ut si vir cum uxore vel e contrario, & qui non dicuntur particeps, quia iura eorum & res diuisionem non accipiunt, sunt enim vna caro & vnus animus diuersæ. ¶ 3. Item aliud commune cum particeps ante diuisionem in rebus corporalibus, quæ diuisionem non recipiunt. Res vero incorporales sicuti sunt iura, diuisionem non recipiunt, tamen sunt communia. Eodem modo libertates communes sunt, quæ diuisiones non recipiunt. Proprie autem dicitur commune vna cum alijs, vel cum alijs vna .i. simul, & tale tenementum commune non est proprium per se alicuius, nec discretum, sed cum alijs per totum in communi. Item quod corporale est & de natura sua diuisibile inter coheredes & particeps, de communi consensu eorum remanere poterit indiuisum sibi & alijs ad aliquem usum, sicut ad usum pastendi vel fodiendi, & erit usus cuiuslibet singularis & per se per totum, & tenementum commune omnibus participibus & per totum et non singulare alicuius per totum sed in parte. Et vnde quod de communi consensu semel inter partes contrahitur, quod tenementum remaneat in communi, sine contrario consensu omnino dissolui vel diuidi non potest: quia nihil adeo conueniens est naturali equitati &c. Item commune cum alijs, & non per se sine alijs, & quod diuisionem non recipit nec de consensu partium nec sine, sicut sunt iura, de quibus supra mentionem fecimus: secundum quod videri poterit in iure presentandi, quod indiuisibile est licet commune. Et vnde aut omnes consentiant aut presentent aut nullus, quia non valebit presentatio si vnus ex pluribus contradicat, nec præfertur pluralitas siue maioritas nec æternitas. Item tenementum poterit esse commune inter plures & non particeps quantum ad aliquem usum, nec erit alicuius proprium per se nec certis personis commune, sed alicuius vniuersitatis, siue in ciuitate siue extra, sicut stadium & theatrum & huiusmodi. Item est quasi tenementum quod maius est commune .s. quod non est alicuius singularis personæ per se, nec in communi, nec alicuius vniuersitatis per se, sed commune omnium, sicut est via regia, litus maris, ut supra, de rerum diuisione plenius. Illa vero quæ in bonis dei sunt, & de quibus superius dictum est, nullius hominis sunt, nec possideri possunt ab homine aut vendi, nec ad alium transferri possunt ut fieri possit liberum tenementum alicuius, nec recuperari ut liberum tenementum. ¶ 4. Item dici poterit liberum tenementum alicuius per se vel in communi piscaria in fundo

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

proprio : vt si quis terram possideat propè ripam ex vtraq; parte aquæ, p totum licebit ei piscari sicut in libero tenito suo sine impedimento alicuius, & si quis eum impediuerit, facit ei disseysinā, nec cōpetit ei hoc facere in pprio ex aliqua impositione seruitutis, cū nemini seruiet fundus pprius. Itē si tantum ex altera parte prædia possideat ppe ripam, tenitum suum erit vsq; ad filum aquæ & sua erit piscaria & ius piscandi sine alio, nisi forte ita sit quòd seruitutē imponat fundo suo, quòd quis possit piscari cū eo, & ita in cōmuni, vel q; alius p se ex toto: et q; quis sibi ipsi seruitutē imposuerit, quòd ipse non possit. In cōmuni autē piscari poterit vicinus cum vicino ex vicinitate vel p certo precio vel ex longo vsu vsq; ad similitudinē iuris piscandi in alieno. Itē quid dicetur de muliere quæ piscari debeat nomine dotis, videndū erit vtrum assignetur ei aliqua piscaria p se nomine dotis, hoc erit suū liberū tenitum. Si autē piscari debeat in communi cum warāto suo ratione suæ tertiæ partis, erit piscaria sua liberum tenitum. s. in cōmuni cum waranto suo. Si autem concedatur ei tertia piscatio p se, tempore piscationis suæ erit liberum tenitum suum, q̄ diu piscata fuerit, & desinit esse cū piscari desierit, & sic incipit & desinit. Si autē concedatur ei tertius piscis, nullum habebit liberum tenitū in piscaria. Habebit enim in numero piscium, quasi de certo redditu sicut in denarijs. Et si nullam habeat in hoc casu distinctionem, locum habebit assisa nouæ disseysinæ, quia deficit distinctio. Itē potest quis liberū tenitū habere, eo quòd in possessione est, dū tamen nomine proprio, licet p intrusionē vel disseysinā, versus omnes qui ius nō habent, sed versus dñm pprietatis non, nisi hoc habeat ex tempore quod sufficere possit pro titulo cum longa, continua, & pacifica seyfina. Itē potest quis firmam habere seyfinam versus quosdā sicut non dominos ex tempore, & tenerā & infirmā erga veros dños, & sic liberum tenementum versus quosdā, & nō versus alios. Item seruus in statu libero versus omnes dños & nō dominos, & sub potestate dñorum existens erga non dominos, sed erga dominos non nisi in casu. ¶ 5. Item tenementorum aliud villenagium, & villenagiorū aliud purum aliud priuilegiatum. Purum autem villenagium est, quod sic tenetur, quòd ille qui tenet in villenagio siue liber siue seruus, faciet de villenagio quicquid ei præceptum fuerit, nec scire debeat serò quid facere debeat in craftino, & semper tenebitur ad incerta. Talliari autē potest ad voluntatē domini ad plus vel ad minus. Itē dare merchetum ad filiam maritandam, et ita sēper tenebitur ad incerta, ita tamen q; si liber homo sit hoc faciat nomine villenagij & non nomine personæ, nec etiam tenebitur ad merchetū de iure, quia hoc nō p̄tinet ad psonā liberi sed villani. Si autē villanus fuerit, omnia faciat & incerta tam ratione villenagij q̄ psonæ nec liber homo si sic tenuerit, contra volūtātē dñi villenagiū retinere poterit, nec ipse cōpelli quòd retineat nisi velit. Est etiam villenagiū non ita purū siue cōcedatur libero homini vel villano ex conuētione tenendū p certis seruitijs & cōsuetudinib⁹ nominatis & expressis, quāuis seruicia & cōsuetudines sūt villanę. Et vnde si liber eiect⁹ fuerit vel villan⁹ manumissus vel alienat⁹, recuperare nō poterūt vt liberū tenementū cū sit villenagiū & cadit assisa, vertitur tamē i iuratā ad inquirēdū
de

De Assisa nouæ disseysinæ. Ca. 28. Fol. 209.

de conuentione, ppter voluntatē dimittentis & consensū, quia si querentes in tali casu recuperauerint villenagiū, non erit propter hoc dño iniuriatū ppter ipsius voluntatē & consensū, & contra voluntatem suam iura ei non subueniunt, quia si dominus potest villanum manumittere & feoffare, multo fortius poterit ei quandam conuentionem facere, & quia si potest id quod plus est, potest multò fortius id quod minus est. Est etiā aliud genus villenagij quod tenetur de domino Rege a cōquestu Anglię quod dicitur Socagiū villanū, & quod est villenagiū, sed tamē priuilegiatū. Habent itaq; tenentes de dominicis dñi regis tale priuilegiū, quòd a gleba amoueri nō debent, quādiu velint & possint facere debitū seruitiū, & hñodi villani Sokmanni, ppriè dicuntur glebæ ascripticij. Villana autem faciunt seruitia, sed certa & determinata. Nec compelli poterunt cōtra voluntatē suā ad tenenda hñodi teñta: et ideo dicuntur liberi. Dare autē nō possunt teñta sua, nec ex causa donationis ad alios transferre, nō magis quām villani puri, & vnde si transferri debeant, restituunt ea dño vel balliuo, & ipsi ea tradunt alijs in villenagiū tenenda. Itē est maneriū dñi regis & dominicū in manerio, & sic plura genera hominū in manerio, vel quia ab initio, vel quia mutato villenagio. Sunt enim in manerio dñi regis milites & liberè tenentes p seruitium militare, & in libero sokagio. Sunt autem aduentitij, qui eodem modo tenent, per conuentionē sicut & villani sokmanni, sed tales non habent priuilegium, sicut alij villani sokmanni nisi tantū cōuentionē. Et vnde si tales cū alijs querāt, non dabitur eis priuilegiū, sed tātūm sua conuentione. Notandū etiam inter cetera, quod potest quis habere in libero tenemēto ius, et pprietatē, & feodū, & alius liberum tenētū. Item vnus feodum & liberū tenemētū & alius ius merum. Item vnus hęc omnia, & alius vsum fructum. Itē vnū hęc omnia, & vsum, & alius fructū, & ex fructu siue redditu liberū tenementum, & sic duo (vt videtur) in vna & eadē re redditū & liberum tenementū. Sed reuera non in eadē re, quia tenementū est corpus de quo puenit redditus, & sic res vna p se. Redditus autē qui de tenemento prouenit, vna res est p se & vnū corpus. Itē de hoc quod dicit q vnus habet hęc omnia p̄dicta & etiā vsum & alius fructū videri poterit, vt si quis de teñto suo quod habet in dñico & excoluerit, dederit alicui aliquam certā partē fructuū. s. tertiam garbā vel quartā garbā modò in vno cāpo modò in alio, licet campi incerti sint quo anno excoli debeant, tamen quòd talis p̄cipere debeat cūm campi culti sint, habet liberum tenētū, et ille qui soluit eodē modo. Vnus. s. in teñto, & alius in redditu. ¶ 6. Ex hoc qd cōtinetur in breui. s. de libero teñto, datur exceptio tenenti contra assisā & cōtra querentē multis modis. Dicere enim poterit contra querentē, q querens nunquam fuit in seysina de tenemento illo sicut de libero teñto suo, quāuis quodāmodò in seysina. De hoc autē quod dicitur suo videē per hoc innuere, quòd si querens aliquandò fuit in seysina, in seysina fuit nomine alieno & non pprio. Vnde cūm querens fundauit intentionem suā & docuit tenementū esse suū, tenens si possit doceat, illud tēpore disseysinæ fuisse alienū, quod multis modis facere poterit, sicut ex p̄cedētib; videri poterit manifestè. In hoc autē qd dicit in breui, de libero te-

ne-

Lib. iiii. De Assisa nouæ disseysinæ. 1

nemento, competit exceptio tenenti contra querentem, sed ad omnes non pertinet exceptio, quia licet iuste eijcere possunt, tamen non possunt sine iudicio, licet ius habeant eijciendi. Ius tamen habet recenter, post tempus autem nequaquam, unde si verus dñs allegauerit quod iuste, replicari poterit quod iniuste, quia sine iudicio. Et vnde si verus dominus excipiat quod ius habeat & liberum tenementum, & iniuste & sine iudicio electus sit, et quod querens qui iniuste electus feodum & liberum tenementum habere non possit, replicare poterit de tempore quod verus dominus liberum tenementum amisit per cursum temporis, p̄ patientiā siue negligentiam vel per impotentiam. ¶ 7. Patientia enim longa trahitur ad consensum, & negligentia siue dissimulatio obolent iniuriam. Et vnde disseysitor cum tempus habeat pro se & quasi liberum tenementum, sine breui & sine iudicio disseysiri non potest. Et vnde si fuerit sine iudicio disseysitus & portauerit assisam, non obstat ei exceptio quod liberum tenementum non habuit querens, p̄pter usurpationem sine iudicio, quantum ad verum dominum, & propter tempus quantum ad disseysitum. Et in quo casu, si alius a vero domino post tempus eiecerit, statim post disseysinam vel intrusionem contra eiectum habet exceptionem, quod tenens liberum tenementum non habuit, exceptionem de libero tenemento non habebit, et ideo statim, quia ius non habuit, quod esse posset si ius haberet, nec etiam obstat intrusori vel disseysitori exceptio teneræ seysinæ contra intrusorem vel disseysitorem, quia nihil ad eos de tenera seysina vel alia, cum nihil ad eos pertineat quod eijciant intrusorem vel disseysitorem, p̄pter seysinā qualē qualem præhabuit, iustam vel iniustam, cum ad disseysitorem non pertineat vtrum iusta sit vel iniusta. Et vnde cum tenens disseysitor nihil iuris habuerit vel intrusor, & ille qui nihil iuris habuerit eum disseysuerit, si disseysitus restitutionē p̄ assisam quesierit, non obstat ei exceptio liberi tenementi duabus rationibus, tum propter modum possidendi, tum quia licet possessor & disseysitor in re possessa ius non habuerit, nec iustam seysinam, ille qui fuit extra possessionem & ius non habuit petendi nec aliquam actionem sine iudicio eiecit, cum p̄ actionem non potuit, p̄ iudicium amittat & per assisā, non obstante aliqua exceptione proprietatis vel teneræ seysinæ, quia si ego possideam iniuste p̄ intrusionem vel disseysinam, non facio per hoc iniuriam ei qui ius non habet. Et vnde si ille qui ius non habet petat a me in iudicio petitorio qui ius non habeo, non sufficit si doceat me nihil iuris habere, nisi doceat quod ipse ius habeat per quod sibi competere debeat actio: Et vnde si nec ius habeat nec actionem, quamuis ego ius non habeam cadet assisa, & remanebit suo loco possessio. Et vnde non habeat actionem si me per vim sine iudicio eiecerit, si statim ipsum reiecero, non recuperabit, quia non habet liberum tenementum propter temporis breuitatem & propter teneram seysinam. Et si mihi per assisam nouæ disseysinæ perquisiuero, statim vel post tempus excipiat contra me quod liberum tenementum non habuerō in re quam ab alio iniuste possideo, non competit ei ista exceptio, sed ei forte quem eieci iniuste & sine iudicio. Et cum alienum sit liberum tenementum, non acquiritur querenti exceptio de alieno iure, cum iniuriosa

De Assisa nouæ disseysinæ. Cap. 29. Fol. 210.

riosa sit eius possessio . Et vnde merito cū extra possessionem posit^o ius non habeat nec actionem, si sibi seysinā iniuste & sine iudicio vsurpauerit exceptionem non habebit, nec debet esse melioris cōditionis quā ver^o dominus, qui cū iniuste & sine iudicio eiectus fuerit post lōgum interuallum vel post impetrationē, seysinam suam sine iudicio sibi vsurpauerit quamuis iuste, iniuste tamen, quia sine iudicio . Et vnde si disseysitor petat versus verum dominum p assisam, et dominus excipiat contra disseysitorē q̄ liberum tenementum non habuit, non obstabit ei exceptio, quin recuperat p assisam . Item ad primū casum de intrusore & disseysitore petentibus restitutionem p assisam contra suum disseysitorem, omnis qui in possessione fuerit licet ius non habeat maius ius habet , eo quōd est extra possessionē, et ideo ius nō habet. Vnde si maius ius habeat, sequitur q̄ ius habet, et maius eo qui ius non habet ppter possessionem. Et vnde videtur, quōd habeat quasi liberum tenementum contra eum qui ius non habet. Si autē disseysitor secundus ppter negligentiam primi disseysitoris quasi liberū tenemētum (vt prædictum est) habere inceperit, si sine iudicio eiectus fuerit, siue a vero domino siue a primo disseysitore, seysinam recuperabit, non obstante exceptione de libero tenemēto. Et vnde videt̄ ex præmissis , q̄ licet cōpetat exceptio cōtra querentē aliquādō de libero tenēto, nō tamen cōpetit cuilibet de populo vt illā opponat , nō magis q̄ exceptio bastardiæ vel seruitutis in suis casib^o, vt superiùs dictum est. Itē etsi aliquādō cōpetat ei replicatio cōtra exceptionē, tamē nō cōpetit cuilibet, vt illā opponat, sicut videri poterit: si vir aliquē feoffauerit de hereditate vxoris, & viro præmortuo, si vxor petat p breue de ingressu, & excipiat cōtra ipsā de dono suo simul cū viro, replicare poterit q̄ viro suo cōtradicare nō potuit, & sic recuperabit . Si autem mortua muliere extra seysinā, sit heres qui petat p consimile breue de ingressu, nō habebit locū in psona sua ppter replicationē , quē ad ipsum nō ptinet & quē cōpetit matri, vt si petat & excipiat de dono , ipse replicare nō potest sicut posset mater si viueret, quia per hoc quod dicitur in breui , et cui mater mea contradicere non potuit , videtur per hoc quōd matri competijt talis replicatio & non hæredi, vt infra videri poterit in tractatu de ingressibus.

¶ Si disseysitor post longum interuallum auctoritate propria seysinam suam sine iudicio sibi vsurpauerit. Cap. 29.

Videamus quæ poena teneat eos qui seysinam suam in causa spoliationis sine iudicio post tempus sibi viribus vsurpauerit, intrusor vero vel disseysitor erit restituendus, non obstante aliqua exceptione pprietatis. Et si obstare nō debeat exceptio pprietatis in psona veri domini, vt si dicat iuste disseysitui vos, quia tenemētum meum est & ego dominus, & tu nullum liberum tenementum habere potes, quia non habes ingressionem nisi p intrusionem vel disseysinam , ista exceptio non valebit ei, quamuis iuste se ponat in seysinam quantum ad ius , iniuste tamen hoc facit, q̄a sine iudicio, vt supra dictum est , prius enim cognoscēdū est de vi q̄ de ipsa pprietate . Eodē modo si seruit^o obijciat, prius cognoscēdum

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

dum est de vi, quàm de conditione, vt si ille obijciat seruitutem qui nihil iuris habet in corpore, vt supra plenius de exceptione seruitutis. Ad hoc autem facit ratio, vt si scripto hæredi obijciatur quòd testamentum falsū sit vel inofficiosum, vel quòd testator seruus fuerit, nihilominus scriptus hæres mitti debet in possessionem, nec refert vtrum ius habet in re vel nō quoad restitutionem, dummodo contra iuris ordinem fuit spoliatus, vel sine iudicio & alibi. Si ad verum dōminum violenter possessio peruenerit. i. p vim & sine iudicio, & vbi conqueri deberet, facit se iudicem & eijcit disseysitorem, malæ fidei possessor. i. disseysitor indistincte. i. non obstante aliqua exceptione a vero domino opposita, possessionis commodum reportabit. Et alibi, quòd dominus qui deiecit vel spoliavit cogitur restituere possessionem ei quem eiecit, licet dominus ab eo qui deiecit vi, clam, vel precario possiderit. Item alibi, quòd ille qui a me vi possidebat i. per disseysinam, ab alio qui ius non habuerit fuerit spoliatus, habebit restitutionem per assisam. Poena autem erit spoliatoris, vt si sua sit res cuius seysinam sibi sine iudicio vsurpauit, quòd illā spoliator restituat cum fructibus receptis & percipiendis: vix tamen super proprietatem imposte- rum audiendus. Si autem aliena, illam eodem modo restituat nunquam postmodum nec super possessione nec super proprietate audiendus.

¶ De transgressionibus & vbi assisa cadit in transgressionem per iuram terminatam & non in modum assise. Cap. 30.

Competit multotiens exceptio tenenti cōtra querentem ratione tenementi, vt si ille qui queritur, liberum tenementum habere nō poterit sed alius, vt si custos vel firmarius, creditor, vel seruus querant, & petant restitutionem p assisam, non competit eis assisa, sed domino proprietatis cuius nomine fuerint in possessione, quia actionem illorum claudit exceptio liberi tenementi. Item competit exceptio tenenti ratione tenementi & rei, quæ sacra est & sancta, sicut sunt loca deo dedicata, & quæ ab aliquo possideri non possunt, & ided nulli competit assisa, & in quo casu cadit assisa, & non breue, & vertitur assisa in iuram ad inquirendum de transgressionem, si facta fuerit in re sacra, quia ibi nulla disseysina, vt per iuram emendetur transgressio, & vterq; tam querens quàm transgressor in misericordia .s. querens pro falso clamore, & transgressor pro transgressionem. Item si tenementum fuerit vniuersitatis vel publicum, et in ciuitate vel burgo, si ibi fuerit ædificatum vel præsumptum, ad dominum regem pertinet emendatio. Et erit ibi potiùs transgressio & purpretura quàm aliqua disseysina. Si autem via publica, vel regia extra ciuitatē vel burgum, eodem modo pertinet ad Regem emendatio. Si autem locus fuerit communis alicuius vniuersitatis, extra ciuitatem vel burgum, qui deputatus sit ad aliquem vsum communem, hic erit transgressio & non disseysina, & fiat iudicium vt supra.

¶ Quòd exceptio datur tenenti si erratum fuerit nomine ville. 2. Quòd assisa cadet in perambulationem. 3. Quòd cadit assisa omninò propter incertitudinem iuratorum. Cap. 31.

Datur

Datur etiam exceptio tenenti contra querentem ex nominatione villę, dicitur enim, de libero tenemento suo in tali villa, vt licet non sit error de tali loco, tamen errare poterit quis, vt si credat tenementum esse in vno com̄ vel in vna villa, cum sit in alio com̄ vel in alia villa. Item quia credit quis vnicam mansionem esse villam cum non sit. Et vnde videndum est, quid sit mansio & quid sit villa. Et sciendum quod de iure gentium agris sunt termini positi, edificia sunt collata siue vicinata, & ex qua collatione fiunt ciuitates & villę, & ex pluribus edificijs collatis & vicinatis, & non ex vno edificio constructo. Vt si quis in agris vnicū faciat edificium, non erit ibi villa, sed cum ex processu temporis inceperint coadiuari & vicinari plura edificia, incipit esse villa, & sic poterit tenementum esse in tali villa et non prius, & tamen villa ad quam prius ager ille pertinebat non desinit esse villa, sed vtraq; stat in suo nomine, & sic villa vltimò vicinata habet suos terminos, & sua tenementa diffinita. Oportet quod tenementum ita sit in vna quod non sit in alia, vt si fuerit in villa prius vicinata, sit in vna tantum & non in alia. Si autem in villa posterius fundata, sic esse poterit in vtraq; siue qualibet earum perse. Sed non sunt ita in vna quin sint in alia primò vicinata, habita consideratione ad prioritatem, quia id quod prius dignius est, & ita poterit tenementum esse in vna villa & in alia, sed non conuertitur, quia id quod est in villa prius vicinata, non erit in villa quę posterius fundatur & sic in vna & non in alia, ratione & priuilegio prioritatis. Sed id quod est in villa posterius vicinata et fundata continebitur in villa prius vicinata, & sic esse poterit tenementum omninò in vtraq; villa, & ita in vna quod nihil in alia, siue sint ibi diuersi com̄ & diuersa feoda & diuersa dominia. Item poterit esse tenementum in vna villa & in alia, sed distingui debet quantum in vna quantum in alia: sed si totum sit in vna ex duabus, sed dubitetur in qua, & querens mentionem faciat in breui de vtraq;, dicendo quod in tali villa & in tali, videtur quibusdam quod non sufficit si probet tenementum esse in vna, nisi probauerit tenementum esse in vtraq;, & si defecerit, quod ex toto cadat assisa, cum teneatur probare duo, & defecerit in vno. Sed quoniam ita temperare debemus negotium, quod res magis valeat quam pereat, & procedet assisa pro eo quod totum tenementum est in vna, siue faciat pro querente, siue contra ipsum, & pro ea parte in qua defecerit, sit in misericordia pro falso clamore, & eodem modo fiet si nec in vna nec in alia, & sic in neutra. Si autem solummodo vnica mansio ibi fuerit, non erit ibi villa, & ideò cadit ibi assisa. Item cadit assisa si error fuerit in nomine villę, vel in sillaba vel in litera quę veritatem nominum inducunt, vt supra de erroribus pleniùs. Item quandoq; cadit breue & non assisa, vt si tenens excipiat contra breue ita, quod tenementum non est in villa in breui comprehensa sed in alia, & querens dicat contrarium, per officium iudicis inquiratur (præstito sacramento) vtrum tenementum sit in vna vel in alia, & siue dicant iuratores quod hic vel ibi, tamen propter hoc non terminatur negotium, quia exceptio opponitur contra breue & non contra assisam. Et ideo stat assisa, & non

HHh,j.

erit

erit loc^o ioco partito si pres consentire vellent, q^o vn^o amittat si ita sit & si nō sit, q^o ali^o lucretur. Quia si iuratores dicāt q^o tenementū non sit in villa in breui nominata, cadit breue & non assisa. Et vnde ad consimile breue redire poterit, siue petat licentiā recedendi de breui suo & habeat, siue sine licentia a breui illo se retrahat. Quia quicumq^{ue}, propter breue male impetratum, sine licentia a breui se retraxerit, propter hoc se non retrahat ab actione. Si autē dicant iuratores q^o tenementum est in villa in breui nominata, siue ita sit, vel q^o sit in alia, pcedet assisa, & per assisam terminabitur negotium, & non erit locus conuictioni: quia vtrāq^{ue} pars de hoc se posuit in iuratam. Nec si propter hoc q^o iuratores dixerint q^o tenementum sit in alia villa, si subtraxerit querens & egerit per aliud breue, & per alios iuratores forte, & ipsi dicant contrarium iuratoribus primis, cum nulla sit opposita talis exceptio a tenente, nihilominus procedet assisa. Nec primi iuratores per hoc conuincuntur de periurio, nec vltius curandum est de tali exceptione, quia non est multum de substantia negotii: tamen quia semel terminata est de consensu partium per iuratam, nec si tenens illam proponere vellet in secundo iudicio per aliud breue audiri debet, tanquam sibi ipsi contrarius, cum contraria allegans audiri non debet. Si autem iuratores forte dubitauerint & nesciuerint in qua villa tenementum illud fuerit, inquiretur primō a querente si aliquid clamet in villa non nominata, & eodem modo a tenente, si aliquid clamet in villa nominata, quo casu si dicat quōd non, cadit assisa sed non breue, sed statim sine alio breui fiant rationabiles diuisæ inter villas & inter maneria, secundum quod distincta fuerint per certas diuisas. Eodem vero modo fiat si fuerit contentio de finib^{us} & terminis agrorū & comitatum, vt si tenens dicat q^o in vno com^u & querens in alio, & inde se posuerint super iuratam, & iuratores sciant distinguere fines & terminos com^u, per eorum sacramentum procedat negotium, vt si dicant quōd in com^u non nominato fuerit tenementum, quōd cadet breue, & per aliud breue procedet negotium modo quo supradictum est. Si autem in com^u nominato, quōd tunc procedat assisa & per assisam terminetur negotium. Si autem iuratores nullo modo distinguere vel determinare sciant fines & terminos comitatum, non propter hoc cadit breue, sed sine aliquo breui per officium iudicis cadit assisa in perambulationem, & perambulatio terminabit negotium. Dum tamen, vt prædictum est, partes prius coarctentur ad certum, & ita quōd a querente sciatur si aliquid clamet in comitatu non nominato, & econuerso a tenente, si aliquid clamet in comitatu nominato, & sic procedit perambulatio, habita tamen ratione, vtrum querens fuerit maioris ætatis vel minoris, quia nullus minoris ætatis consentire poterit in perambulationem, & vnde sine consensu non procedit perambulatio ante ætatem. Item si iuratores dicant & bene sciant quōd quædam pars tenementi, vnde visus factus est, sit in villa vel comitatu nominatis, & quædam in villa vel comitatu non nominatis, procedet assisa pro ea parte tenementi quæ est in villa & in comitatu nominatis, & pro alia non, & vterq^{ue} in

misc.

De Assisa nou disseysinæ. C. 31. Fol. 212.

miseriordia. ¶.2. Item cadit assisa in perambulationem propter incertitudinem de consensu partium prædicto modo: vt si fuerit contentio inter partes in qua baronia, vel in cuius feodo tenementum fuerit, & iuratores nesciant designare, & sic per perambulationem terminabitur contentio. Item quandoq; fit perambulatio inter dominum Regem & querentem, si per balliuos domini Regis facta fuerit disseysina nomine ipsi^o Regis, & quo casu, si disseysina manifesta fuerit, expectanda erit voluntas domini Regis quòd procedat assisa vel non procedat. Si autem incertum sit vtrum tenementum sit domini Regis vel querentis, & fiat contentio de finibus agrorum, sicut in dominicis domini Regis, tunc ex præcepto & voluntate domini Regis fiat perambulatio, vt de termino (M. Anno. Reg. H. viii. incipiente. ix. in com Eborù, Assisa nouæ disseysinæ si Rogerus clericus & alii. Et eodem modo facta fuit perambulatio inter dominum Regem & Richardum de Percy in eodem com per. xii. milites qui postea scire fecerunt iusticiariis de banco perambulationem illam.

¶.3. Item propter incertitudinem rei cadit assisa omninò, nec vertitur in iuram, nec in perambulationem, sicut videri poterit inter mulierem & warantum suum de dote sua ante assignatione dotis, vt si ambo eieci fuerint de tenemento & mulier per se petat restitutione de tertia parte, per assisam non recuperabit, quia suam tertiam parte designare non potest, quia nūquā fuit specificata nec ei assignata. Eodem modo si heres eam deiecerit de toto, cum ad ætatē peruenerit, versus eum non recuperabit per assisam prædicta ratione, qualecūq; sit feodū, sokagiū, vel feodū militare. Ad hoc facit in vltimo itinere M. de Patchull in com Norff. Assisa nouæ disseysinæ si Gylbertus filius Gilberti & c. Eodem modo dici poterit inter alios qui tenet in communi ante diuisione, sicut sunt coheredes & participes vel vicini si de consensu teneant in comuni propter contentione habitam ex causa transactionis. Et vnde si quis a latere omnes eiiciat, vel aliquem ipsorum, & vnus per se restitutione petat de aliqua certa parte, nihil capiat per assisam, quia aliquam certam parte designare nō potest. Si autem totam petat vnus vel omnes tenendam in comuni, bene procedet assisa. Idem erit & si particeps a particeps eiiciatur, & ita fiat de aliis huiusmodi quæ tenentur in comuni. Et quid si dicatur, in tali manerio? Et sciendum q; maneriū poterit esse per se ex plurib⁹ ædificiis coadiuuarū, siue villis et Hamlettis adiacentibus. Poterit etiam esse manerium & per se & cum pluribus villis & cum pluribus Hamlettis adiacentib⁹, quorum nullum dici poterit manerium per se sed villæ siue hamletta, poterit etiam esse per se maneriū capitale, & plura continere sub se maneria non capitalia, & plures villas & plures hamlettos, quasi sub vno capite & dominio vno. Item cadit assisa propter incertitudinē loci, sicut com vel villę vt supra, vt si querens in visu faciendo docere nesciat in quo loco tenementū fuerit de quo queritur, nec iuratores designare, licet eis cōstiterit in quo com vel in qua villa. Si autē cōstare possit in quo loco, sed non in qua pte loci, quia diuisæ vel lapides finales amoti sunt, tamen pcedet assisa, quia de re certa in loco certo agitur, & si querens per assisā optinuerit, habebit tātūde tenementi in aliqua parte loci, dum tū

HHh.ii.

non

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

non de meliori nec deteriori sed mediocri, & hoc ex æquitate. Item cadit assisa quandoq; propter incertitudinē personæ, quia iuratores de eo forte nullā habent noticiam, per quā scire possint quid sit, vel vtrum in possessione fuerit nomine proprio vel alieno. Item cadit assisa propter incertitudinem, vt si ius alicuius terræ recognitum sit duobus, vel vnus se posuerit in seysinam sine particeps, nulla facta mētionē de partitione, & disseysitus fuerit, non recuperabit. Item si iuratores nesciant ad quem pertineat tenementū, tenentē vel querentē, cum visum fecerint. Item si aliquis seoffatus fuerit de aliqua parte alicuius tenementi, quæ nunquā ei fuit assignata in vita donatoris. Item si duę sorores tulerint assisā in cōmuni & obiectū fuerit alteri q̄ vir suus fuit vtlagatus, nec constabat vtrū mortu⁹ vel viu⁹, ideo sine die, quia iuratores nesciuerint partes distinguere vt de Itinere M. de P. in cōm Norff. An. Regis H. decimo. Itē nomina villarū designāda sunt, sicut noīa hoīm. Nomina cū hoīm & villarū significandarū grā cōperta sūt & inuēta, & res & psonæ designātur ex nomine, & vnde oportet q̄ nō magis sit defēct⁹ in nominibus villarū q̄ hominum, nec in littera nec in sillaba, nec in parte aliqua, vt supra de erroribus.

¶ Quid exceptio datur tenenti ex termino, quia dicitur post talem terminum. 2. Si balliuus sine domino respondeat qualem habet potestātē & quid possit & quid non. Cap. 32.

Apponitur etiam terminus in breui, quia assisa nouæ disseysinæ infra certū tēpus limitatur, & vltra non extenditur. Tēpus enim est modus tollendæ obligationis & actionis, quia currit temp⁹ contra defides & sui iuris cōtemptores. Et poterit quis amittere actionē & assisam suam per negligentia, & inde habebit tenēs. contra querētē exceptionē. Et eodem modo sicut temp⁹ est modus tollendæ obligationis & actionis, ita erit modus inducendæ obligationis & actionis, & ex tempore acquirit quis sibi actionē, vt si quis se intruserit vel aliū sine iudicio disseysuerit, si statim non reijciatur, post tempus habebit actionē si fuerit eiectus.

¶ 2. Item continetur in breui, pone per vadiū & saluos plegios talē vel balliuū suū si ipse inuentus non fuerit, vnde videndum erit quid pertineat ad balliuū & quid non. Et sciendū q̄ non potest balliuus quicquid potest dominus suus. Non potest animo cognoscere disseysinam quō minus procedat assisa, sed per assisam veritas declarabitur. Item nec potest transigere nec pacisci, nec iocūm partitum facere nec aliud, quō magis dominus suus seysinam amittat in toto vel in parte, nisi hoc sit per iudiciū & assisam: Attornatus tamen hęc omnia facere potest. Est igitur differentia magna inter Responsalem & attornatū, dicere tamen potest (sicut ipse dominus principalis) contra assisam, quare remaneat imperpetuum vel ad tempus. Item dicere poterit contra iuratores, & causam suspicionis prætere. Item dicere poterit contra iuratores & contra querentem, & contra ipsum iustitiariū si forte iurisdictionem non habuerit, & contra breue, & generaliter omnes habebit exceptiones quas haberet ipse dominus principalis. Item habere debet vic. nomina pleg. & breue. Nomina plegiorū, vt si querēs forte se retraxerit, oēs plegij remaneāt in misericordia. Et ei faciēda securitas quia cōmoda sequi debēt quia si securitas defecerit, difficilē erit psecuc. satisfactiōis, hoc est misericordiæ. ppē

lib. r.

libertates dico. Itē bñe, vt ex breui habeāt Iustitiarum potestātē cognoscē-
di. Si autē bñe nō habeat corā Iustitiariis, tūc vidēdū erit vtrū res integra sit
vel icipita, cū breue forte sit de pditū, q̄uis ī com̄ publicē lectū & auditū.
Si autē res sit integra, ita q̄ nec Iuratores electi nec visus tñti factus, alio
breui opus erit. Si autē non sit integra, sed breue publicē in com̄ lectū &
auditū, & visus terræ factus, procedet assisa q̄uis breue sit de perditum.

¶ De ijs quæ impediunt restitutionē ad tempus vel imperpetuum. 2. Si aliquis incidat in as-
sisam causa successionis. 3. Si donatio cadat in assisam. 4. Si conuentio vel pactum cadat
in assisam vel modus donationis. 5. Quæ impediunt restitutionem. Cap. 33.

Quædā sunt quæ restitutionē īpediūt ad tēpus, & quædā imp̄petuū
Imp̄petuū, vt cū cadāt in assisam p̄iudicialia sunt, & prius debēt
terminari q̄ exceptionē p̄imunt p̄emptoriā, cū primò fuerit
p̄posita & terminant in modū iuratae, & nō in modū assisæ. Et ideo nō re-
cipiūt cōuictionē p̄pter cōsensum partiū, cū de hoc se gratis, vel de ne-
cessitate (ne sint indefensi) posuerit in iurata. Qualia sunt in primis q̄stio
stat°, causa successionis, causa donationis, pactū, cōuentū siue cōuētio. Itē
īncertitudo. s. vbi de re siue de tenemento nulla omninō fieri possit certi-
tudo, sed nō nisi cū difficultate. Itē voluntas siue dissimulatio, quia forte
disseyfit° voluit disseysiri, & siue hoc voluit ab initio siue post tēp°. Item
translatio, quia forte disseysitus remisit iniuriā, & quietū clamauit tene-
mentū. Itē cōfirmatio siue cōsensus, vt si disseysitor ex volūtate disseysiti
dedit rē disseysitā alteri, & disseysit° donū confirmauerit, & alio modo
ratū habuerit ab initio, vel ex post facto. Itē p̄pria vsurpatione rei propriæ
post disseysinā sine iudicio sed post tēpus. Itē difficultas iudicii. s. q̄ nullo
modo terminari possit p̄ Iustitiarum, sed nō q̄ alio modo licet cū diffi-
cultate. Itē res iudicata si iustū interuenerit iudicium. Itē finis factus &
Cyrographū. Itē intrusio in rem alienā, vel disseysina si incontinētī reii-
ciatur. Itē negligentia quæ p̄ cursum tēporis excludit actionē & assisam.
Itē sunt quædā quæ assisam aut actionē non perimunt, licet ad tēpus dif-
ferant, sicut exceptiones contra breue & cōtra p̄sonas, sicut ex p̄missis sa-
tis apparet. Vnde videndū erit, qualiter cadunt in assisam & terminantur
p̄ iurata, & de quibus nulla facta est mentio superius. Et in primis de ex-
ceptione status, vt si villenagiū apponāt in modū exceptionis, vt supra de
exceptionib° villenagii pleni. ¶ 2. Incidit autē causa successiōis tali mo-
do. Esto q̄ querēs sic fundat intentionē suā, & dicat q̄ de tenemento tali
obiit talis antecessor seyfitus vt de feodo, & ipse sicut hæres suus p̄pin-
quior se posuit in seyfinā, & fuit in seyfinā p̄ tātū tēpus, donec talis cum
inde iuste eiecit. Ad quod excipi poterit q̄ talis antecessor nō obiit sey-
fit° vt de feodo, sed ad vitā tenuit aliquo modo vel ad terminū vel vt va-
dium, & ipse querens nihil habuit nisi p̄ intrusionem, & statim fuit eiec-
tus per tenentem qui est verus dominus, vel iustus hæres vel domin° capi-
talis, vel q̄ posuit se in seyfinam, licet hæres esse possit, sup̄ dñm capi-
talem, qui primam habuit seyfinam vt dominus capitalis, & ipse se intru-
sit super seyfinam suam antequam sciretur vtrum ipse hæres esset vel
non, vel quis esset hæres, vel si obiit seyfitus vt de feodo, ille querens
non potuit esse hæres, quia nec fuit filius nec hæres, sed bastardus: vel
si si-

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseyfinæ.

si filius & hæres p̄pinquus, ali⁹ fuit p̄pinquior. s. talis, ad quod replicari poterit a querente, q̄ ipse hæres est & licet hæres esse non posset, tñ fuit ibi per tantū tempus q̄ eiici nō debuit sine iudicio, & aliq̄ infinitę exceptiones inde elici poterunt, quæ omnes per assisam in modū iuratæ terminantur. & quæ nō recipiūt cōuictionē, sed ista sufficiunt ad præsens exempli causa, & de similibus vel diuersis idem processus. ¶ 3. Si autem donatio incidat in assisam, multæ poterunt exceptiones cōpetere ex donatione, vt si dicat querens q̄ fuit in seyfina illius tenementi de donatione talis per tantum tēpus, donec talis eum eiecit: excipi poterit cōtra eum q̄ ille qui donasse debuit, nunquam habuit inde aliquam seyfinam q̄ donationem inde facere posset, vel quia omnino nullam, vel quia si habuit tenementum prius illud dedit tali per chartā suā, anteq̄ aliquā chartā fecisset prædicto querenti, ita respondere poterit, q̄ si aliquā seyfinā inde habuit, nullā habuit nisi post mortē donatoris per intrusionem, & de qua recenter fuit eiectus & incōtinenti. In quo casu cadit assisa in iuratam vt sciatur vtrum seyfinam habuit in vita donatoris vel non., & per hōc terminabitur negotium. Si autem nihil omnino sciuerint de seyfina querēs nihil capiat per iuratam, si autem dubitauerint, pro possessore erit iudicandū. Si autē ita dicant, q̄ de seyfina querentis bñ certi sunt, & quo die posit⁹ fuit in seyfinam, sed de morte donatoris nihil sciuerint quia obiit in remotis & in alio com̄: Ideo in com̄ in quo obiit p̄ aliam iuratam inquiratur de veritate, & sic cōiunctis illis duabus inquisitionib⁹ terminabitur negotium, & adiudicabit pro vna parte vel pro alia, & hoc sufficiat hic exempli causa. ¶ 4. Cadere etiam poterit in assisam pactū siue cōuentio, si apposita fuerit in initio donationis, & ita inerit donationi, & donationem informabit. Et eodem modo inesse poterit modus, cōditio, & causa, & donationem informabunt: Mod⁹, vt si dicat, do vt facias. Cōditio, vt si dicatur, do si feceris. Item potest cōditio apponi sic q̄ quis tenetur ad duo cōiunctim, vt si dicatur, do vt facias istud & illud, quo casu, nō sufficit vnum fieri, nisi fiat vtrunq;. Vel potest fieri cōditio ad duo disiunctim. s. si fecerit istud vel illud, quo casu sufficit vnum fieri. Item alio modo poterunt inesse modus & conditio donationi, vno modo verbis affirmatiuis, vt si dicatur do vt facias. Eodem modo in verbis negatiuis, vt si dicatur, do ne facias. Item potest esse modus siue conditio verbis affirmatiuis & negatiuis cōiunctim: & sic erit duplex. Vt si dicatur, do vt facias & si non feceris, volo q̄ terra data reuertatur ad me vel alios tales, vel quòd liceat mihi vel hæredibus meis ponere me in terram illam. Item econuersò verbis negatiuis & affirmatiuis cōiunctim, & sic erit duplex, vt si dicatur do ne facias, & si feceris, tunc liceat mihi &c. Et siue satisfactum sit conditioni siue nō, & vnus se ponere possit in seyfinam & se tenere in eadem, habebit exceptionem ex conuentione. Si autem intrare nō possit propter vim tenentis, dabitur ei actio ex conuentione vt infra. Item fieri possit verbis negatiuis, vt si dicatur, do ne facias sine consensu & voluntate mea, & si feceris, q̄ tunc ponam me &c. Et cum hoc fecerit, adhuc non sufficit fieri, nisi sciatur vtrum hoc fecerit de voluntate vel cōtra voluntatē, quod probatur infra, vbi plus de hac materia, vt supra

pra de donationibus. Cùm igitur querens proposita querela sua illam fundauerit sic. Et vnde queritur q̄ talis iniuste &c. disseysiuit eum de tãra terra &c. quam habuit de dono ipsius talis. Et vnde idem talis cepit homagium suum & posuit eum in seysinam, vel per se, vel per p̄curatorẽ suum, vel per literas &c. Et vnde fuit in seysina per tantum temp̄, donec idem talis ipsum iniuste & sine iudicio disseysiuit, & inde posuit se super assisam. Et notandum generaliter, quòd omnis intentio querentis in assisa nouæ disseysinæ fundari poterit secundũ omnia genera acquisitionis liberi tenementi, siue ex causa successionis, siue ex causa donationis, vel quacunq; alia siue in feodo siue ad vitã, vel secundũ quod possessio alicuius pacificata fuerit vel turbata, vel secundum quod disseysina facta fuerit in ipso principali. s. in corpore, vel in ipsius rei pertinentiis sicut in iure, vt si quis ius habeat eũdi vel pascendi in fundo alieno &c. Et talis venit & defendit q̄ ipsum iniuste non disseysiuit, nec ei aliquam fecit iniuriam, & bene cognoscit donum & homagium captum, & seysinam, & totum quod proponitur a querente. Sed dicit quòd antequam homagium suum capere vellet de tali tenemento, cõcessit idẽ querens, q̄ si ille tenes infra certum tẽpus inquirere posset, q̄ idem querens aliquid teneret in capite a domino Rege, vel si quid faceret vel nõ faceret & sic secundum quancunq; conuentionẽ (vt supra) bene liceret ei ingredi prædictum tenementum, & tenere sibi & hẽredibus suis quiete imperpetuum sine aliqua contradictione, & impedimẽto prædicti talis querentis & hæredum suorũ. Et quia inquisiuit infra p̄dictũ terminũ, q̄ tenuit de dño Rege talẽ terram & talẽ, vel quia fecit cõtra prædictã cõuentionem, vel quia nõ fecit secundũ cõuentionẽ, ideo posuit se in seysinã, p̄pter prædictã cõuentionẽ. Et vnde dicit, q̄ licet donatio valida esset & p̄fecta ab initio, tñ effecta est inualida p̄ prædictã cõuentionẽ. Ad quod querẽs responderet aut dedit omninò illã cõuentionẽ aut cognoscit. Si autẽ cognoscat & factũ sit cõtra, tunc erit manifestũ q̄ nullã ei fecerit iniuriã. Si autẽ illã õnino negauerit vel defederit, cùm ex tali negatiõẽ fiat res dubia oportebit eũ de necessitate q̄ illã p̄bet si fuerit extra seysinã, alioquin indefensus erit, quasi exceptio nulla, & p̄ hoc recuperabit querẽs sine aliqua iurata, & si fuerit i seysina, dabit ei exceptio. Probari vero poterit cõuentio p̄ scripturã, cũ fuerit extra seysinã vt si scriptũ cõfectũ fuerit iter eos sup̄ cõuentionẽ prædictã in præsentia virorũ fidedignorũ qui præsentẽs erant, & audientes p̄dictã cõuentionẽ ante captionẽ homagii vel post, & qui loqui possunt de p̄prio visu & auditu, & quæ quidẽ si fuerit a querẽte deditã, p̄bet charta & cõuẽtio p̄ testes, licet domestici sint simul cũ aliis de iurata vel p̄ collationẽ vel alio modo. Et si p̄batũ fuerit instrumentũ, sic manifestum erit q̄ talis fuit cõuentio: nõ tamen p̄pter hoc p̄batur quòd satisfactũ sit cõuentioni. Oportebit igitur vlteriũ p̄cedere inuestigãdo p̄ assisam in modũ iuratae capiendam, & p̄ testes nominatos in scripto, vtrũ factũ sit secundũ cõuentionem vel nõ, vel si factũ sit cõtra cõuentionem vtrũ ita sit vel nõ sit, secundum quod dicitur in cõuentione. Et eodẽ modo erit p̄cedẽdum p̄bato scripto, & probata cõuentione, ac si ab initio nõ essent

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ

essent concessa. Quia etsi concessa essent, adhuc videndum esset vtrū satisfactum esset conuentioni vel non. Et quòd ita sit procedendum, videri poterit per chartā aliquam quæ confecta est super donatione aliqua, vt si charta tantum fuerit dedita, non sufficit nisi donum fuerit deditum, vt si dicat, defendo chartā, minus bene dicit. Si autem dicat, defendo donū & chartā, tunc oportet tenentē probare vtrunq;. Si dicat tantū, defendo donū, adhuc sufficit, quia donum poterit esse validum & perfectum etiā sine charta, & charta bene poterit esse vera, sed sine dono, perfectio vacua erit & inualida. Si autem donum fuerit perfectū & validum, vtrunq; iuari poterit per aliud, & sic donum poterit esse validum, licet charta sit falsa & charta poterit esse vera, licet donum sit inualidū vel imperfectū, vt si donatarius se intruserit propria autoritate sine waranto. Igitur nō sufficit probare chartam esse verā, nisi probetur donum esse validum & perfectum. Igitur cū probata sit scriptura & conuentio, & oporteat de necessitate ulterius procedere, aut bene sciunt conuentioni esse satisfactū, vel bene sciunt quòd non est satisfactum, & secundū hoc pro vna parte vel pro alia terminabitur negotium. Si autē nihil omninò sciuerit de aliqua conuentione, per hoc recuperabit querens quasi exceptione nulla. Si autē dubitauerit vtrū satisfactū fuerit cōuentioni vel nō, licet bñ cōstiterit eis de cōuentione facta, si præsumptiones inducant probabiles pro vna parte vel p alia, in hoc dubio standū erit præsumptioni, cū nulla sit pro aliqua parte vera probatio, quæ vincere possit præsumptionē. Poterit tñ præsumptio imposterū iuari, si fecerit pro eo qui forte cōuentionē cognouerit, sed si in replicādo dicat illā esse remissā, si præsumptio faciat p eo, iuari poterit præsumptio p instrumentū postea cōpertum ex parte illa, quod contineat veritatē. Si autē tenens nullū omninò habeat instrumentum, tunc oportet q alio modo pbet exceptionē conuentionis. Et vnde aut ponit se in assisam in modū iuratæ capiendā, aut nō. Si velit autē probare p domesticos & familiares suos exceptionē, hoc nō licet. Si autē p domesticos & familiares partis alteri, hoc nō pdest. Si autē cōmuniter p vtrosq;, nunquā cōueniēt. Oportet igit de necessitate recurrere ad assisam, assumptis aliquibus qui interfuerint cōuentioni, dum tamen neutram partem contingant. Si autem instrumentum non habuerit, nec se ponere voluerit in iuram, habet tamen sectam vnam vel plures forte siue sint familiares siue non, ex secta sua habet ad minus præsumptionē, & standum erit præsumptioni, donec probetur in contrarium. Probari poterit contrarium per defensionem & per legem, quia lex vincit sectam. Item esto quòd donator per conuentionem non sufficiat quòd se ponere possit in seysinam, dabitur ei actio ex conuentione, cū sit extra seysinā, & ad superiorem erit recurrendum. Et vnde cū quis sit in seysina, dabitur ei exceptio ex conuentione. ¶ 5. Item incertitudo siue fuerit in ipsa re sicut in corpore & tenemēto, siue in iure pertinēte ad tenementum, siue in ipsa persona quæ queritur, non dico si aliqua ratione possit esse certitudo, vel saltem præsumptio, immo si omninò nulla haberi poterit certitudo, etiam nec præsumptio. Item negligentia siue dissimulatio

dissimulatio ad tempus, quæ trahuntur ad consensum, impediunt restitutionem, non tamē quod omnino tollatur actio, sed quod auferatur disseysito recens reiectio. Et dissimulatio & magna negligentia quæ trahitur ad consensum, dat quasi liberum tenementum disseysitori, ita quod sine iudicio ei ei nō potest, & tollit priuilegiū disseysito: quia ex quo negligēs est, præsumitur ad minus quod voluit disseysiri, p quod præsumitur etiā q̄ vtrāq; amiserit possessionē, naturalē videlicet & ciuilē. Itē eodē modo voluntas si hoc voluit ab initio vel post tempus, iniuriam remisit, & tenementū quietū clamauerit. Itē impedit restitutionem trāfactio, vt si partem tenementi remisit & partem receperit nomine concordie, quod quidem de gratia ei concedi poterit, & pro bono pacis & non de iure, quia de ijs quæ præsumpta sunt contra pacem domini regis, nulla erit trāfactio siue concordia, sed ipsū iudicium, secundum quod querens se retraxerit vel ipse disseysitor cognouerit disseysinam. Item confirmatio vel consensus impediunt restitutionem, vt si disseysitus cōfirmauerit disseysitori rem disseysitam, quia confirmatio gratuita tollit iniuriā. Confessus, vt si disseysitor donationē fecerit, & disseysitus donationi consenserit & illam ratā habuerit, siue ab initio siue post tempus. Itē ppria vsurpatio rei ppriæ post disseysinam sine iudicio sed post tempus, vt si disseysitus fuit quis, & negligens fuerit in impetratione vel prosecutione vel vtroq; sine iudicio rē ppriā sibi vsurpare non poterit (vt supra) poterit tamen illā recipere si ei gratis offeratur, aliquando tamen sed nō sēp. Verbi gratia: A disseysiat B. C. disseysiat A. vel forte A. dat tenementum C. B. impetrat contra A. A. timet ppter disseysinā & assisam, eijcit C. sine iudicio & restituit tenementum ipsi B. post impetrationem ipsius C. vel ante, si C. conueniat cum A. & non B. A. non potest restituere sed B. si tamē cōueniat B. B. nullam fecit disseysinam C. Oportet ergo quod ambo cōueniantur simul A. qui fecit disseysinam, & B. qui potest restituere A. nihil potest dicere quare assisa remaneat, B. si dicat contra assisam quod ipse sit dominus proprietatis, & quod A. qui eum iniuste disseysit illam ei gratis obtulit, & illam sic oblatam recepit, replicare possit idē C. quod ex quo idem A. iniuste eiecit ipsum, & sine iudicio & ita quod ipsi de tali disseysina impetrauit contra ipsum A. & ita quod præceptum esset vic. q̄ tenementum illud faceret esse in pace vsq; ad aduētum iustitiariorum, non poterit idem A. illud ad alium transferre sine præiudicio ipsius C. & vnde si idem A. illud ei postmodū gratis offerret, illud recipere non deberet, quia hoc esset in præiudiciū ipsius C. licet in nullum præiudicium ipsius A. Et perinde erit versus ipsum C. ac si disseysinam suam sine iudicio vsurpasset versus ipsum A. Item difficultas iudicij impedit restitutionem, & quo casu partes induci poterunt ad cōcordiā, vt si nullo modo terminari possit negotiū. Secus tamē est si aliquo modo, quānis cū difficultate. Itē res iudicata, maximē si iustū interuenierit iudiciū. Itē intrusio impedit restitutionē, dū tamē nō currat tempus p negligentia, hoc est si incontinenti eijciatur. Itē exceptio finis facti impedit restitutionē in suo casu. Itē sunt alia plura, de quibus ad præsens non recolitur, sed ista sufficiunt exempli causa.

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseyfinæ.

1 ¶ Sunt quedam exceptiones quæ sunt quasi extra seysinam & non tangunt sed perimunt breue quandoque et quandoque differunt assisam. 2. De exceptionibus dilatorijs quæ sunt contra assisam. 3. Qualiter & quibus modis cadit assisa in iurata. 4. Si ille qui tenuerit per legem anglie dicat se esse disseyfitum. 5. Quod assisa competit prima facie & ab initio donec confiterit quo animo quis quid fecerit, quia si de animo confiterit statim aut assisa vel transgressio per confessionem eius qui conuenitur. 6. Itē vertitur assisa quandoq; in iurata propter transgressionem districtiōnis, fieri enim poterit disseyfina sub colore districtiōnis. 7. Qualiter fieri potest disseyfina sub specie districtiōnis. 8. Item cadit in assisā bastardia, Cap. 34.

Item sunt quedam exceptiones quæ assisam omnino non perimunt sed breue & non actionem, licet ad temp⁹ assisam differant, sicut exceptio contra iurisdictionem. Item exceptio quæ datur contra breue. ¶ 2. Itē exceptio quæ datur contra personam querentis. Item exceptio quæ cōpetit ex persona tenentis. Item exceptio quæ competit ex loco & tēpore. Item exceptio quæ competit contra iuratores, quia sunt minus sufficientes & effoniabiles, siue recusabiles, vel licet sint competentes non tamen sint præsentes. Et cum omnes istæ exceptiones (siue sint peremptoriæ siue dilatoriæ) sunt quasi extra assisam vel præter, et ideo nō in modum assisæ, sed in modum iuratæ terminantur, quasi p⁹ consensū partiū. Cum vnus dicat ita esse & alius contrarium, quasi extra assisam, & petat quilibet eorum q⁹ sua veritas inquiratur. Et ideo conuentionem nō recipiunt, quia si qua partium venire vellet cōtra dicta iuratorum, ita diceret p⁹ bationem suā esse falsam, cum veredictum iuratorum in hoc casu non sit assisa sed probatio exceptionis, quia qui excipit probare debet exceptionem. Et eodē modo qui replicat contra exceptionem, probare debet replicationem. ¶ 3. Vt autem sciatur quando conuictio habet locū quādo non, videndū erit vtrum assisa capiatur in modum assisæ, vel in modū iuratæ. In modū assisæ sic, vt si fundata intentione querētis, tenens se statim ponat in assisam sine aliqua exceptione, & respondeat intētioni querentis, quod non disseyfuit eū, & inde ponit se super assisam, & si iuratores dicant simpliciter quod non disseyfuit ipsum, vel quod disseyfuit sine aliqua causā adiecta, si falsum dixerint siue in principali & in ijs quæ tangunt actionem & assisam, siue in ijs quæ tangūt exceptiones, nisi iustus error & p⁹ babilis eos excusauerit, conuinci poterunt in ijs quæ tangunt assisam: Vt si dicant quod disseyfuit talem iniuste cum non disseyfuerit, vel econtrario, vel si dicant quod tenens disseyfuit querentem de libero tenemento, cum teneret in villenagio vel econtrario & huiusmodi. Vel si dicat aliquid quod tangat exceptionem & non actionem nec assisam, sed non simpliciter sed cum causā adiectione, ita scilicet quod querens disseyfiri non poterit de libero tenemento, quia villanus est, & tenuerit in villenagio cum liber sit & liberē tenuerit, vel econtrario: si ille querens postmodum possit docere cōtrariū, iuratores cōuicti sūt de periurio, quia assisa capta est in modū assisæ & nō iuratæ. Si autē p⁹ p⁹ sita querela querentis, respondeat tenēs intentioni, q⁹ querens disseyfiri non potuit de libero tenemento quia villan⁹ est, & tenuit in villenagio; & que-

& querens dicat simpliciter quòd non, nihil replicandò, cùm per negationem fiat res dubia: oportet quòd tenens probet exceptionem per parentes, quos statim habeat ad manum (si possit) vel ad diem vel per assisam. Et quo casu, siue per parentes siue per assisam probauerit, eum inde se posuerit in assisam in modum iuratæ capiendam, siue iuratores dicant pro vna parte siue pro alia, non sunt conuincendi: quia hic est potius probatio exceptionis per iuratam, quàm captio assisæ per assisam. Nec etiam siue verum dicant siue falsum, nõ propter hoc præiudicabitur querenti in causa status, & sic in hoc casu semper incumbit probatio tenenti. Sed esto quòd querens sic respòdeat exceptioni, per quam dicitur quòd ipse villanus sit, & ipse replicando dicat quòd sit liber, adhuc incumbit probatio tenenti, quam quidem si aliquo modo probauerit, probet querens contrarium (si possit) per probationem validiorem replicando. Si autem excipiens non probauerit, non erit necesse quòd querens probet contrarium replicando, quasi exceptione nulla. Si autem non sunt parentes qui ex aliqua parte producantur, de necessitate recurrendum erit ad assisam, vt in modum iuratæ terminetur negotium, quia hinc inde erit probatio & non assisa. Probat enim tenens exceptionem per iuratam, in quam de necessitate consentire oportet, propter defectum alterius probationis, quia si non habeat parentes, de necessitate recurritur ad iuratam, alioquin nulla erit exceptio, quasi deficiente probatione. Eodem modo dici poterit de replicatione querentis. Sed esto quòd querens parentes non habeat quos producat, & cùm tenens probare voluerit exceptionem per iuratam, & querens hoc recusauerit, sequitur quòd querenti denegabitur actio & assisa. Si autem tenens hoc recusauerit, præcedet assisa in modum assisæ quasi exceptione nulla. Si autem fundata intentione querentis excipiat tenens de villenagio, & probationem habeat ad manum, parentes scilicet vel iuratam, poterit querens replicare de priuilegio (si fuerit dominus qui petat) vt supra de exceptionibus villenagij plenius. Sed hæc vera sunt, habita ratione vt supra, vtrum videlicet opposita fuerit a domino vel extraneo non domino, & tunc vtrum ille cui opponitur fuerit in potestate domini sui vel extra. ¶ 4. Item cadit assisa in iuratam alio modo, vt si querens sic fundauerit intentionem & dicat, quòd duxit vxorem habentem hæreditatē vel maritagiū, & post mortem vxoris suæ fuit in seysina per tantum tempus, donec talis eum iniuste disseysinerit, & ita fuit in seysina per legem Angliæ, quia ipse & vxor eius pueros habuerunt in communi. Ad quòd si tenens contra ipsum exceperit quòd nullum omnino habuerunt, vel si habuerunt mortuus fuit in vtero, vel si natus fuit, monstrum fuit & non puer, vel si puer fuit & viuus, nunquam auditus fuit clamare inter quatuor parietes. Si autem querens dicat replicando contrarium, in modum iuratæ inquiratur veritas per assisam, & sic terminabitur negotium. Si autem dicant iuratores quòd benè viderunt eum seysitum & postea electum per tenentem, sed de aliquo puero nihil sciunt, quia mater obiit in pariendo extra comitatū in remotis. Et quia eorum veredictum insufficiens est, & quia ipsi ignorare possunt ea quæ fiunt in remotis, recurrendum erit ad comitatū

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

ratū & ad vicinetum vbi mater obiit, & ibi facta inquisitione de veritate terminetur negotium. Item excipere poterit tenens contra querentem; quod si liberos habuerit postea conuicti fuerunt ad bastardos, quod si querens negauerit, hoc per assisam in modum iuratæ declarabitur. Item esto quod sic dicat, quod pueri bastardi sunt & hoc paratus est docere vbi, & quando &c. tūc aut dicit quod ita bastardi sūt aut quod nati fuerūt ante matrimonium contractum, & alius dicat quod post, & vterque se inde posuerit in iuratam, per iuratam poterit negotium terminari (secundum quosdam) Si autem excipiat quod querens matrem nunquam desponsauit, & querens replicando dicat quod sic, remanebit assisa quousque in foro debito. i. ecclesiastico constiterit de veritate. ¶ 5. Vertitur etiam assisa quandoque in iuratam propter transgressionem, vt si quis contra voluntatem domini vti velit in alicno, vel contra voluntatem participum vti voluerit in communi, & de communi facere proprium vel excessum: proprium, vt si sibi appropriare voluerit aliquam partem quæ communis est, vel vtendo excessum facere, & ita sibi vsurpare quod alienum est vel commune sibi & alijs, facit disseysinam, & similiter transgressionem, quia omnis disseysina est transgressio, sed non omnis transgressio est disseysina. Et si eo animo forte ingrediatur fundum alienum non quod sibi vsurpet tenementum vel iura, non facit disseysinam sed transgressionem. Sed quoniam incertum est quo animo hoc faciat, ideo querens sibi perquirat per assisam, & quo casu, querendum erit a iudice quo animo hoc fecerit, vtrum eo quod ius habeat in re vel non habeat, vt si forte ductus errore probabili vel ignorantia sed non crassa, vt si omnes de patria scuerint rem ad ipsum non pertinere, & ipse solus ignorauerit, non excusatur. Si autem ignorantia iusta fuerit & probabilis error, & ita ingrediatur fundum alienum cum suum esse crediderit, & clam vel palam arbores succiderit, vel herbam falcauerit, vel aliud genus inuestituræ & non nomine seysinæ asportauerit, sed per errorem vel ignorantiam: excusatur a disseysina, quia ibi est potius transgressio quam disseysina, quam quidem si cognouerit, emendet: & si dedixerit, vertitur assisa in iuratam ad inquirendum de transgressione & per hoc stet vel cadat. Idem erit si teneat in communi, & hoc maxime nisi ita fecerit sæpius & de consuetudine. Frequentia enim mutat transgressionem in disseysinam, vt si semper transgressionem faciat & respondeat ad assisam quod nihil clamet in tenemento omnino, vel in re communi per se vt per hoc poenam disseysinæ possit euadere, non audietur, sed sustinebit poenam disseysinæ & redisseysinæ. Idem erit, si in delicto captus fuerit, vel alius quem aduocauerit vadium dare noluerit, per iuratam aggrauetur poena transgressionis si hoc fuerit per iuratam declaratum. Si autem dicat se ius habere cum nullum habeat, vel dicat suam propriam cum sit communis, statim procedat assisa in modum assisæ, & per assisam terminabitur negotium. Et quo casu, si res fuerit communis, locum habere poterit communi diuidendo iudicium. Et quid si talis in alieno ita ius sibi vsurpauerit: vel prosternendo arbores vel succidendo, vel lapides finales amouendo, vt prædictum est.

Inpri-

In primis ante assisam capienda sunt vadia (si fieri possit) & ita emendabitur transgressio per captionem vadiorum, & si se deuariari non permiserit, recurrendum est ad breue de noua disseysina, & cadit assisa in iurata, & duplicabitur poena transgressionis, vel donec sciatur vtrum quis clamauerit vel non. Et eodem modo si quis vastum fecerit vel destructionem in tenemento quod tenet ad vitam suam, in eo quod modum excedit & rationem, cum tantum concedatur ei rationabile estouerium & non vastum, facit transgressionem. Et si talis impediatur per aliquem cuius interfuerit, sicut parens vel amicus, ille tenens assisam non habebit. Intentio enim talis liberabit a disseysina, quia in eo quod tenens abutitur male vtendo, & debitum vsus in modum debitum excedendo, non poterit dicere quod disseysitus est, quia tantum rationabilis vsus ei conceditur. Et si per aliquod tempus forte abusus fuerit ultra modum, talis seysina nulla erit, quia non est seysina quæ trahit ad abvsum, sed præsumptio iniuriosa. Et ideo causa & intentio liberat impediens, sed hoc per assisam in modum iuratae captam declarari oportebit, scilicet vtrum sit ibi vastum vel rationabile estouerium. Item cadit quandoque assisa in perambulationem si fuerit incertum in quo comitatu vel in cuius fundo tenementum illud de quo agitur extiterit.

¶ 6. Vertitur etiam assisa aliquando in iurata propter transgressionem distractionis, distractio enim aliquando facit disseysinam, & aliquando transgressionem maiorem vel minorem, & secundum hoc terminabitur negotium in modum assisæ, si ibi fuerit disseysina, vel vertetur assisa in iurata, si ibi fuerit transgressio maior vel minor. Et vnde cum assisa fuerit impetrata super iniuria distractionis, si non possit valere vt assisa ad terminandam disseysinam, valeat tamen vt iurata ad terminandam transgressionem. Transgressio enim poterit esse maior vel minor, maior, vt si non sit omnino disseysina, tamen non multum differens a disseysina, quasi ei proxima & vicina, vt licet per distractionem non luppeditur quis omnino vti, tamen erit transgressio vicina disseysinæ si ad commodum vti non possit, propter transgressionem minus transgressiuam, vel excessiuam ultra modum & mensuram debitam. Item poterit esse transgressio simplex, duplex, triplex, quadruplex & multiplex: simplex, sed grauis, vt si fiat distractio vbi nulla causa est distringendi, vel quod non pertineat ad distringentem, & erit disseysina vbi nulla subfuit causa distringendi. Item si subsit causa, tamen si fiat ordine non obseruato, adhuc simplex est, vt si quis distringat tenentem suum per res suas dominicas cum habeat villenagium. Item si distringat tenentem tenentis sui licet feodum suum, cum tenens suus (qui medius est) sufficiens habeat dominicum. Item ordine non seruato, si fiat distractio per immobilia, cum ibi sint mobilia vel se non mouentia. Item ordine non obseruato, si fiat distractio per immobilia & se non mouentia, cum sint ibi mobilia & se mouentia. Item ordine non seruato, si distringat per mobilia & se mouentia intrinseca, cum sint quæ sufficiunt ad distractionem forinseca. Item ordine non obseruato, si fiat distractio per oues, & sit

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

sunt per quæ ad minus damnum distringantur animalia otiosa . Item ordine non obseruato , si fiat districtio per boues, vt culturam auferant vel impediunt, cum sint aliæ res & animalia otiosa quæ sufficiant ad districtionem. Et vnde talis districtio potius dici debet disseysina quàm transgressio & ista iniuria simplex est. Item si subsit causa & obseruetur ordo, adhuc potest esse iniuriosa si fuerit nimia , & districtio modum excedat in qualibet specie . Non enim debet fieri magna districtio pro minimo dilicto, vel pro minimo seruitio, aggrauari tamen poterit vt prima teneatur & plura capiantur: Cùm sit modus in rebus sunt certi denique fines, quos vltraq; citraq; nequit consistere rectum, & hoc similiter simplex . Item etsi omnia fiant cum ordine, & mensura, poterit esse transgressio in districtione: vt si cùm capta fuerint aueria pro districtiõe & adducta extra comitat, ne deliberentur per vadiũ & plegium, nisi hoc factũ fuerit ex iusta causa, vt si caput baroniæ fuerit extra comitat. & curiã domini capitalis. Item si omnia benè conueniant, & districtio sit mensurabilis & per modum, siue subsuerit causa distringendi siue nõ, si aueria capta per vadium & plegium vetentur, vetitum illud non solum erit querenti iniuriosum, imò domino regi, cùm sit contra pacem suam: & quia vbi deficiunt vadia & plegia deficit pax, & sic repetitis omnibus suprascriptis, secundum quod in omnibus sit præsumptum vel in parte, aut erit transgressio simplex vel duplex vel vterius, & secundum quod fuerit maior vel minor, transgressio erit vicina disseysinæ, vel non erit. Et qualiter fieri debent districtiones pro seruitijs, supra pleniùs de districtionibus.

¶ 7. Fieri autem poterit disseysina sub specie districtionis tali modo, vt si talis fiat districtio per boues, per carucas, & non per modum & mensuram, quòd cultura omnino depereat. Sed cùm fieri possit disseysina si cultura per districtionem depereat, quare nõ fit disseysina eodẽ modo fit depereat melioratio? Quia vbi deficit melioratio, perit cultura in parte vel in toto. Videtur igitur quòd fit disseysina, si quis per captionem aueriarum meorum, cùm non subsit causa distringendi, vel cùm sit, modum excedat, vel per excogitatum malitiam ordinem nõ obseruauerit, & correctas ceperit dispositas ad meliorationem agrorum, & ita quòd deficiat melioratio in Marla vel in stercoratione, non video quare non . Item fit disseysina per districtionem, non solum per prædicta, verum etiam si sub specie districtionis non permittit quis tenentem suum blada metere, vel coadiuuare ad commodum suum in feodo ipsius qui distringit . Item si non permittit ea vendere, alienare, vel extendere: dum tamen tantum retineat tenens, quod sufficiat ad districtionem . Facit etiam disseysinam dominus distringens sub specie districtionis, vt si blada nondum a solo seperata, propria autoritate messuerit & asportauerit, siue ipse hoc fecerit, siue balliui sub nomine suo, quorum factum aduocauerit . Et eodem modo cùm blada sint a solo seperata, & maximè nisi hoc de voluntate tenentis processerit. Fit autem disseysina sub specie districtionis, vt si quis per iudicium curiæ aliquod tenementum sui tenentis in manum suam ex suo decreto ceperit, & alium inde statim feoffauerit, ita quòd non sit ei potestas restituendi cùm voluerit, oblato ei seruitio cum arreragijs.

Item

De Assisa nouæ disseysinæ. (a. 34 Fol. 218.

Item fit disseysina sub specie districtionis, vt si quis tenementum tenentis sui ita ceperit in manum suam, vt prædictum est, & illud restituere contradixerit tenenti suo post tempus reuerso, cum paratus sit satisficere ei de seruitio & de arreragijs de tempore præterito. Item terminatur quandoquæ assisa & querela disseysinæ sine assisa & iurata per exceptionem rei iudicatæ, cum assisa arramata fuerit versus aliquem, qui dicat quod nullam fecerit iniuriam, eo quod ipse per iudicium recuperauerit tenementum illud de quo queritur, & tunc aut statim ponat se inde in assisam, aut vocat ad warrantum rotulos iustitiariorum & eorum iudicium. Si autem se ponat in assisam, hoc ei prodesse non debet, sed se ponat super rotulos, quia si iuratores dixerint contrarium totulis vel diuersum, ex hoc conuinci possunt ad minus de mendatio, & ita capi possit assisa super assisam (quod esse non debet) super eadem re & de eodem facto. Melius tamen est in omni casu quod recurratur ad rotulos & factum iustitiariorum. Item si dicat quod per iudicium curiæ suæ, vocet inde curiam suam ad warrantum. ¶ 8. Item cadit in assisam nouæ disseysinæ bastardia inter fratres, quorum vnus eorum prius se posuit in seysinam post mortem antecessoris sui. Quo casu, refert vtrum seysina vacua fuerit vel non vacua, scilicet vtrum dominus capitalis primam habuerit seysinam vel non habuerit. Si autem habuerit primam seysinam, & vnus ex duobus qui contendit se esse hæredem, super seysinam capitalis domini se posuerit in seysinam & sic non vacuam, bene poterit dominus capitalis illū reijcere statim vel post tempus & impunè, quia per assisam non recuperabit intrusus quia vacuam seysinam non inuenit. Sed capitalis dominus in ea remanebit, donec ei constiterit quis sit hæres. Si autem capitalis dominus primam seysinam non habuerit, sed vnus ex duobus qui se fecerit hæredem siue sit hæres legitimus siue non legitimus vel bastardus, & in seysina fuerit per aliquod tempus, tunc capitalis dominus eum impunè eijcere non potest, & si de facto eiecerit, & eiectus assisam portauerit, non obstante aliqua exceptione recuperabit. Et vnde si dominus capitalis obiecerit ei (petenti restitutionem) exceptionem quod bastardus sit, talis exceptio bastardie (cum alius sit qui facit se hæredem) in ore capitalis domini non iacebit, quia ista exceptio non pertinet ad ipsum, sed ad alium qui se facit hæredem, nec etiam ad capitalem dominum, licet alius non sit hæres, si ille intrusus (licet bastardus) per aliquod tempus quod sufficiat pro titulo, per negligentiam capitalis domini extiterit in seysina sine iudicio eijci non poterit, quia in hoc casu (propter tempus) prius cognoscendum est de violenta eiectione quæ de iure eschaetæ. Itē nec valebit ei exceptio, si dicat quod nunquam fuit in seysina de libero tenito, quia aliud est hæres iustior & propinquior, nec ista exceptio iacebit in ore suo, cum tenitum illud non possit esse suum sed alienum, neque de iure alterius sibi acquiritur exceptio. Simplex enim debet esse seysina domini capitalis, cum illam vacuam non inuenerit. Et vnde cum talis seysinam suam per assisam recuperauerit, tunc primo discutiat si sit hæres vel non, propinquior vel propinquus, vel remotus, legitimus vel bastardus, & secundum hæc, competet vero hæredi actio vel capitali domino. Eodem modo fiet si legitimus eiecerit bastardum.

¶ De

Lib.iii. De Assisa nouæ disseysinæ.

1 ¶ De remedio qua competit hæredibus disseysitorum. Cùm autē disseysitor moriatur vel disseysitus vel vterq; consulitur hæredibus eorum per breue de ingressu, quia cadit assisa omnino ad pœnam et ad restitutionē simul vel tantum ad restitutionem, secundum quod assisa incepta fuerit cum defuncto vel non. 2. Breue de ingressu formatum de modo procedendi in huiusmodi placito. Cap. 35.

Assisa nouæ disseysinæ cùm sit triplex, psonalis scilicet ppter factum, & pœnalis ppter iniuriam & delictum, & rei profecutoria scilicet q̄ res restituatur disseysita: in eo quòd pœnalis est, & pœna suos tenere debeat autores, non competit hæredibus disseysiti si disseysitus moriatur, nec datur in hæredes principalis disseysitoris (si moriatur) viuente disseysito, quia pœna extinguitur cum psona, & hæres non tenetur ex delicto antecessoris. Et eodem modo si disseysitus moriatur viuente disseysitore, hæredi disseysiti non competit actio de iniuria facta antecessori, quia inter ipsum & disseysitorem nulla est obligatio quoad pœnam, licet sit obligatio quoad restitutionē, sed p̄ aliud breue scilicet de ingressu. Sed ad hoc quòd locum habeat breue de ingressu, videndum est si disseysitus (ad hoc quòd competit actio hæredi suo in ea parte p̄ qua assisa nouæ disseysinæ restitutoria est vtrum disseysitus) diligēs fuerit in impetratione & profecutione, ad hoc quòd ppetuari posset actio quantū ad hæredes suos vel non, cùm vigilantibus iura subueniant &c. Si autem diligens fuerit in impetratione & profecutione, ita quòd visus terræ factus fuerit & iuratores electi, si postmodum moriatur, per talem diligentiam perpetuatur assisa nouæ disseysinæ, siue actio in eo quod restitutoria est & pœnalis competit hæredibus, & datur contra disseysitores & eorū hæredes, cùm nihil sit quod negligentia antecessoris disseysiti possit vel debeat imputari. In omni casu tenet, siue incepta fuerit in vita antecessoris siue non, & quoad restitutionem, & secundum quosdā tenet quoad pœnam, si assisa fuerit incepta & quoad restitutionem, & aliter nō. Sed si ita incepta fuerit assisa in vita antecessoris, quòd visus terræ factus sit & iuratores electi, quòd ppetuatur assisa quantum ad pœnam disseysitoris, & quantum ad restitutionem, quia hæres succedit in vitium & sic in pœnā. Si autem in vita antecessoris non sit in tantum p̄cessum sed disseysit⁹ satis diligens fuerit ad impetrandum, quod ante mortem tamen perducere non potuit ad effectum ppter temporis breuitatem, quia ante mortē facta fuit p̄ tres dies vel quatuor disseysina, ex quo sic fuit impetrando, amittit hæres suus assisam mortis antecessoris, quia ex eo quod impetrare voluit, amisit vtramq; possessionē ciuilem & naturalem. Sed hæredi succurritur p̄ breue de ingressu sine clausula. Et hæres disseysitoris non tenebitur nisi tantum ad restitutionem & non ad pœnam, quia non est ingressus in rem litigiosam. Si autem antecessor disseysitus statim post disseysinam prima die, secunda, tertia vel quarta & recenter & in languore, maximè quòd sibi perquirere non potuit nec fuit in perquirendo, quia ad hæc retinuit ciuilem possessionem, & recenter eijcere posset disseysitorem suum, competit hæredi de seysina talis antecessoris assisa mortis antecessoris vt supra, si autem disseysitus cùm diu viueret & sibi posset perquisiuisse si vellet, & non fecit, vix succurri debeat hæredi nisi tantū su p̄ proprietaria-

proprietate, succurritur tamen quandoq; licet contra ius vel præter. Et esto quòd quis fecerit ab initio disseysinā de aliquo tenemento quod sit ius vxoris suæ, et disseysitus assisam arramauerit nouæ disseysinæ versus disseysitorem, ita quòd visus terræ factus fuit & iuratores electi, vel quòd tali tempore facta sit disseysina, quòd disseysitus ante mortem suam sibi perquirere non possit, si vir obierit & vxor remanserit in eadem seysina post mortem viri sui, & ita obierit seysita, & hæres suus post mortem suā ingrediatur seysinam illam, et disseysitus impetrauerit breue de ingressu super hæredem ratione disseysinæ quam pater hæredis fecerit de hereditate matris, si hæres respondeat quòd ingressum non habeat per disseysinam quam pater suus fecerat, immo p descensum a matre sua quæ inde obiit seysita vt de feodo & de iure, & quæ nullam fecit disseysinā, non valebit illa responsio quin procedet actio versus eum: quia reuera, quāuis illa terra sit hereditas matris suæ, ipsa iniustum habuit ingressum p disseysinam viri sui, neq; hæres inde aliquam habet seysinam nisi per disseysinam patris sui, & per iniustum ingressum matris suæ post disseysinam patris. Et ideo vitium rei adhæret heredi, quod contractum est ex parte patris & ex parte matris, & succedit hæres in vitium, quamuis per intermediam personam, & ideo recuperabit petens per tale breue: Vt de itinere M. de Pateshull de loquelis quæ fuerunt super iudicium in diuersis comit anno regni regis H. tertio in comitatu Glouc. de Richardo Curpet, qui impetrauit breue super W. comitem Marshal iuniorem, et qui respondit quòd non habet ingressum per w. patrem suum, immò per comitissam matrem suam cuius hereditas terra illa fuit, et quæ inde obijt seysita, vt de feodo & iure. Eodem modo si cum vellet, non posset sibi perquirere nec per se nec per alium, vt si graui languore detentus, licet memoriam non amiserit. Et quamuis memoriam amiserit ante disseysinam, & per hoc desinere non possit possidere ciuilitè, licet desinat possidere naturaliter per eiectionem, competunt heredi duo remedia. s. breue de ingressu (si elegerit) vt hic, vel assisa mortis antecessoris, vt inferius dicitur. Item eodem modo, si propter breuitatem temporis sibi perquirere non possit, vt si hodiè disseysitus, statim vel in crastino, vel secundo, vel tertio, vel quarto die moriatur, & ita quòd tempus disseysitori sufficere non possit pro titulo. Eodem modo competunt heredi duo remedia vt supra: quia antecessor in utroquè casu satis moritur seysitus vt de feodo, & hæres nihilominus habere posset breue de ingressu etiam sine clausula, cum nihil possit imputari negligentie antecessorum. Si autem negligens inueniatur q; sibi non perquisierit cum posset, quasi sui iuris contemptor sibi præiudicat & heredibus suis, cum negligentia & patientia inducant consensum, & dissimulatio longa tollat iniuriam, & tale erit præiudicium quòd hæres vix audiri poterit super proprietate per breue de recto. Cum autem disseysitus diligens fuerit, vt prædictum est, vel cum nihil sit quod possit negligentie suæ imputari, datur heredi actio per breue formatum hoc modo, in persona hæredis disseysitoris. ¶ 2. Rex vic. salutem. Præcipe A. q; iuste &c. reddat B. tantum terræ cum pertinentijs in tali villa, & in quam non habet ingressum nisi per C. patrem ipsius A. cuius hæres ipse est, qui

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

prædictum B. inde iniuste & sine iudicio disseysit, & postquam &c. Et vnde assisa nouæ disseysinæ summonita fuit coram iustitiarijs nostris ad primam &c. & visus terræ captus, & remansit assisa capiēda, eo quod prædictus C. obijt ante captionem illius assisæ, vel antequam iustitiarij nostri in partes illas venirent. Et nisi fecerit, & idem B. fecerit te securum de clamore &c. tunc summonetas &c. quod sit coram iustitiarijs &c. ostensurus quare non fecerit, & habeas ibi summonitores & hoc breue. Et habebit locum breue istud tam versus extraneos, qui ingressum habuerunt p disseysitorem vnum vel plures, quatenus gradus ingressus & personæ pmisserint, quàm versus hæredes disseysitoris, vel versus eos qui ingressum habuerint per hæredes vsq; ad tertiam personam inclusiuam, vt si dicatur. Præcipe A. &c. quod iuste &c. reddat B. tantum terræ cum pertinentijs in tali villa, in quam ingressum non habet nisi per C. filium & hæredem D. qui terram illam ei dimisit, postquam idem D. iniuste & sine iudicio disseysit ipsum B. (vel si disseysitus mortuus fuerit & hæres disseysiti petat versus hæredem disseysitoris, & tunc sic) Præcipe A. quod iuste &c. reddat B. tantum terræ cum pertinentijs in tali villa, & in quam non habet ingressum nisi p C. filium & hæredem B. qui terram illam ei dimisit postquam idem D. iniuste & sine iudicio disseysit E. patrem, auiculū vel amitam ipsius B. vel alium antecessorem, cuius hæres ipse B. est vt dicit. Item si quis disseysitor disseysit, & postea rem ad alium transtulerit, tunc dici non potest quod primus disseysitor ei dimisit. Et ideò dicitur sic: in quam non habet ingressum nisi per talem, qui iniuste & sine iudicio disseysit talem postquam idem talis disseysitauerit querentē vel eius hæredem propinquum vel remotum vel sine mentione de ingressu. Et si huiusmodi tenementum vlteriùs quàm ad tertiam personam translata non fuerit, locum non habebit breue de ingressu, nisi sit qui dicat, q sine mentione de ingressu fieri possit breue hoc modo. Præcipe A. quod iuste &c. reddat B. tantum terræ &c. vnde C. de A. iniuste &c. disseysit ipsum B. vel C. patrem vel alium antecessorem ipsius B. cuius hæres ipse est vt dicit. Si autem fieri debeat breue in persona hæredis disseysiti versus ipsum disseysitorē qui viuit, qualiter fieri debet satis videri poterit ex præmissis. ¶ 3. Cùm autem summonitus fuerit tenens, ad diem sibi datum poterit se essoniare, & eodem modo petens si voluerit, et post essonium petere possit visum terræ & iacebit. Item vocare poterit warrantum siue mentio fiat de ingressu siue non, dum tamen si fiat mentio de ingressu, fiat vocatio de persona in personam, vt de warranto in warrantū, de personis in breui nominatis per ordinem vsquē ad ipsam disseysitorem vel eius hæredem. Alij vero warranti vocari non debent quàm in breui nominati: quia si non nominati vocarentur & extra breue, eadem ratione qua vocaretur vnus, possent vocari mille, et ita non teneret breue de ingressu. Si autem nulla fiat mentio de ingressu (vt prædictum est) in breui, in gradibus nec personis, tunc vocari possunt plures in infinitum. Item si mentio fiat de ingressu, respondere poterit tenens multipliciter ad breue & ad alia vt supra. Item quod non habet ingressum per talem in breui nominatū sed per aliū talem nō nominatū, quod si p-
batum

batum fuerit, cadit breue. Item respondere poterit quòd talis antecessor non disseysiuit sed alius. Item quòd non iniuste sed iuste, & fere omnes habebit responsiones & defensiones hæres disseysitoris, quas haberet ille disseysitor contra assisam nouæ disseysinæ si uiueret, eo quòd tale breue de ingressu naturam sapit assisæ nouæ disseysinæ ad omnia quoad restitutionem, licet non quoad poenam, & omnia terminari poterunt per iuratam. Poena autem in iudicio extinguitur. Non enim erit poena corporalis infligenda ppter modum disseysinæ antecessoris, nec veniunt damna, nec dabitur bos, nisi tantum misericordia pro iniusta detentione. Cùm autem assisa nouæ disseysinæ capta fuerit siue tenens amiserit siue querens per assisam, contingit multotiès quòd iuratores male iurauerint, & quòd ille qui per assisam amiserit sibi perquirat per iuratam viginti quatuor ad conuincendum duodecem & quòd ante captionem illius iuratæ moriatur tenens vel querens, & vnde succurritur hæredi eodem modo, quo supra in assisa nouæ disseysinæ, quia vbi eadem ratio idem ius esse debet, et cum ingressu & sine vt supra. Forma breuis talis est, vt inferius de cõuictionibus.

1 ¶ Si firmarius infra terminum suum eiectus fuerit. 2. Breue ad recuperandam firmam. Cap. 36.

Dictum est supra qualiter quis restituatur cùm fuerit eiectus de libero tenemento suo: Nunc dicendum si quis eijciatur de vsu fructu, vel vsu & habitatione alicuius tenementi, quod tenuerit ad terminum annorum ante terminum suum. Poterit enim quis in vno & eodem tenemento habere liberum tenementum, & alium vsu fructum & vsu & habitationem. Solent aliquandò tales (cùm eiecti essent infra terminum suum) perquirere sibi per breue de conuentione: Sed quia tale breue locum habere non potuit inter aliquas personas, nisi tantum inter illum qui ad firmam tradidit & ad terminum, & illum qui ceperit: nec alios obligare potest obligatio conuentionis: et etiam quia inter tales personas, vix vel non sine difficultate potuit terminari negotium, de consilio curiæ puiusum est firmario contra quoscumq; deiectores per tale breue. ¶ 2. Rex vicecom̄ salutem. Præcipe A. quòd iuste & sine dilatione reddat B. ratum terræ cum pertinentijs in tali villa, quam idem A. qui dimisit &c. vel sic: si talis fecerit te securum &c. vt infra, ostensurus quare deforceat tali tantum terræ cum pertinentijs in tali villa, quod talis dimisit ipsi tali ad terminum qui non dum præterijt, infra quem terminum prædictus talis illud vendidit tali, occasione cuius venditionis ipse talis postmodum talem de prædicta terra eiecit vt dicit. Et habeas ibi &c. Teste &c. Et si tale breue competat contra extraneum ppter venditionem, multò fortiùs competit contra ipsum dominum qui dimisit & sine causa eiecit, quàm contra extraneum qui causam habuit qualem qualem, si occasione venditionis ei factæ venditor firmarium eiecit vel aliter: si alius eiecerit quàm ille qui dimisit, & tunc sic: Quam C. de N. ei dimisit ad terminum qui nondum præterijt, infra quem terminum prædictus A. vel prædictus C. ipsum B. de

KKk.ii.

eadem

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

eadem terra vel firma sua iniuste eiecit vt dicit: & nisi fecerit, & prædi^o B. fecerit te securum, tunc sumone &c. Poterit etiam breue istud (secundum quosdam) aliter formari ita. s. si A. fecerit te securum &c, tunc summoncas B. quod sit coram &c. ad respondendum eidem A. quare iniuste eiecit eum de tanto terre &c. quam idem A. vel alius C. s. ei dimisit ad terminum qui nondum præterijt, infra quem terminum &c. vt supra. Sed forma prima magis competens & compendiosa est ppter captionem in manu domini regis ad vitanda atachiamta & dilationes. Non magis poterit aliquis firmarium eijcere de firma sua quam tenentem aliquem de libero tenemento suo. Et vnde si ille eiecerit qui tradidit, seyfinam restituet cum damnis, quia talis restitutio non multum differt a disseysina. Si autem alius quam qui tradidit eiecerit, si hoc fecerit cum autoritate & voluntate tradentis, vterq; tenetur hoc iudicio, vnus propter factum & alius propter autoritatem. Si autem sine voluntate, tunc tenetur eictor vtrique tam domino proprietatis quam firmario: firmario per istud breue, domino proprietatis per assisam nouæ disseysinæ, vt vnus rehabeat terminum cum damnis, & alius liberum tenementum suum sine damnis. Si autem dominus proprietatis tenementum ad firmam traditum alicui dederit in dominico tenendum, seyfinam ei facere poterit, saluo firmario termino suo. Poterit enim eum inducere in seyfinam vacuam quantum ad ipsum & suos & attornare ei firmarium & seruitium suum, dum tamē feoffatus non vtatur nec expletia capiat maxime nec firmarium impediatur vti, nec ipsum eijciat. Poterit enim quilibet illorum sine præiudicio alterius, quia recte dicimus totum nostrum fundum esse, & cum vsus fructus alienus sit, quia non dominij pars est vsu fructus sed seruitus fit vel via &c. Nec falso dicitur meū esse, cuius non potest pars dici alterius esse in seyfinam esse eiusdem tenementi, vnus vt de termino & alius vt de feodo & libero tenemento. Et datur ista actio hæredibus & competit contra hæredes vt supra in assisa nouæ disseysinæ.

¹ ¶ De assisa si quis sine iudicio fuerit disseysitus, de his que sunt de pertinentijs liberi tenementi sicut de Iuribus, vt si sint seruitutes que pertinent ex alieno fundo ad fundum vicini sicut pastus pecorum, scilicet communia pastura. 2. Si quis non possit vti propter viam competit assisa nouæ disseysina domino fundi. Cap. 37.

Dictum est supra qualiter rerum corporalium acquiruntur dominia, & de acquirenda possessione, et quale remedium competit ei qui a tenemento suo eictus fuerit, & qualiter restituatur ei possessio, libertas, & pax si possessio pturbetur. Nunc autē dicendum qualiter quis restituatur si fuerit eictus iniuste de ijs que pertinet ad liberum tenentum. Pertinent enim ad liberū tenentū iura sicut & corpora, Iura siue seruitutes diuersis respectib⁹. Iura autē siue libertates dici poterūt ratione tenentorū, quibus debentur. Seruitutes vero ratione tenementorum a quibus debentur, & semper consistunt in alieno & nō in proprio, quia nemini seruire potest suus fundus proprius, & nullus hmodi seruitutes constituere potest, nisi ille qui fundum habet & tenentum, quia prædiorum aliud liberū, aliud seruituti suppositum. Liberum dici poterit quod in nullo tenetur, vel

vel astringitur prædijs vicinorū . Si autem teneatur, dicitur seruituti sup-
 positum quod prius fuerat liberū, & hoc siue teneatur prædio sine teñto
 alieno de voluntate & constitutione dñorum, vel ppter seruitium certū,
 vel ppter vicinitatē, quia si fuerit incertum, vt si quis plus dederit, ali-
 quando minus, hæc esset potius emptio herbagij quā pastura; & hoc erit
 potius psonale q̄ prædiale. Item eodem modo si quis temporibus ad vo-
 luntatem suā . Itē herbagiū dici poterit si cui concedatur, quia non habet
 liberum teñtum ad quod pertinere possit. Et talis dici poterit constitutio
 qua domus domui, rus ruri, fundus fundo, tenementum tenemento sub-
 iungatur, & non tantum psonæ per se, vel tenementum p se, sed vterque
 simul tam teñtum quā personæ . Et ita pertinent seruitutes alicui⁹ fun-
 do ex constitutione siue ex impositione de voluntate dominorum. Item
 pertinere poterunt sine constitutione per longū vsū continuū & pacificū
 & non interruptū p aliquod impedimentum contrariū ex patientia inter
 præsentēs quæ trahitur ad consensum . Et vnde licet seruitus expressè nō
 imponatur vel cōstituatur de voluntate dñorū, tamen si quis vsus fuerit
 p aliquod tempus pacificè sine aliqua interruptione nec vi, nec clam, nec
 precariò quod idē est quod de gratia, ad minus sine iudicio disseysitri nō
 potest: quia si violentia adhibeatur, nūquā erit ius disseysitoris ppter tē-
 poris diurnitatē, nisi p negligentia ipsius qui vim patitur ex lōga & pa-
 cifica & continua possessione inter præsentēs, secus inter absentes, & talis
 seysina multipliciter poterit interrumpi . Si autē fuerit seysina clamdesti-
 na. s. in absentia dñorum vel illis ignorantibus, & si scirent essent p̄hibi-
 turi, licet hoc fiat de consensu vel dissimulatione balliuorū, valere nō de-
 bet. Si autem precaria fuerit & de gratia, quæ tempestiuè reuocari possit
 & intempestiuè, ex longo tempore nō acquiritur ius, nec in casu pximo
 notato. Illud autem quod de gratia est, ad voluntatem concedentis reuo-
 cari poterit quocūq; tempore, quod quidem nō est in comodato. Potest
 etiam seruitus ita constitui in proprio, ne liceat dño fundi pascere in suo
 proprio, & sic constituitur seruitus in fundo alieno, aliquandò ab homi-
 ne, aliquandò ex patientia & vsu . Et eodem modo imponitur quandòq;
 a iure & nec ab homine nec ab vsu. s. ne quis faciat in proprio per quod
 damnum vel nocumentum eueniat vicino. Nocumentum enim poterit
 esse iustum, & poterit esse iniuriosum . Iniuriosū, vbi quis fecerit aliquid
 in suo iniustè contra legem vel contra constitutionem, p̄hibitus a iure.
 Si autem prohiberi a iure non possit ne faciat, licet nocumentum faciat
 & damnosum, tamen non erit iniuriosum, licitum est enim vniciq; fa-
 cere in suo quod damnū iniuriosū non eueniet vicino, vt si quis in fūdo
 pprio cōstruat aliquod molédinū, & sectā suā & aliorū vicinorū substra-
 hat vicino, facit vicino dánū & nō iniuriā: cūm a lege vel a cōstitutione
 p̄hibit⁹ nō sit ne molendinū habeat vel construat. Itē a iure imponit ser-
 uitus prædio vicinorū. s. ne quis stagnum suum altiùs tollat p quod tene-
 mentū vicini submergatur. Itē ne faciat fossā in suo p quam aquam vici-
 ni diuertat, vel p quod ad alueū suū pristinū reuerti nō possit in toto vel
 in parte. Itē ne qd faciat in suo, quo minus vicinus suus omninò vti possit
 seruitute imposta vel cōcessa, vel quo min⁹ cōmode vtatur, loco, tēpore,
 numero

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

numero vel genere, qualitate vel quantitate. Et non refert vtrū hoc omninò fecerit vel quod tantundem valeat: vt si quis habuerit ius eundi p fundum alienum, non solum facit disseysinam si viam obstruat, sed si ire non permittat omninò commode, vel ad vsum debitum. Item si reficere viam non permittat, ad viam enim pertinet refectio. Item eodem modo si omninò aquam non diuertat, sed fossam faciat vel purgare non pmittat: quia ad aquæ ductum pertinet purgatio, sicut ad viam pertinet refectio. Item licet omninò non impediatur, si fecerit tamen quo minus cōmodè, facit disseysinam, vt si communiam habeat in certo loco cum libero & competenti ingressu & egressu, faciat quis fossatum & hayam, murum vel palladium per quod oportet ire per circuitum, vbi prius ingressus sum per compendium, saluo tamen vicino iure suo si recenter ad querelam eius qui iniuriam passus est quod suum fuerit exequatur. Et propter communem vtilitatem, ne quis diu suo iure vti impediatur, & ita si non commode. Hoc quod dicitur trahi debet ad nocumentum iustum & iniuriosum, de fossato vel haya iniuste leuatis. Item si cui concedatur ius pascendi certo tempore, et non permittat eum vti aliquo tempore. Item si omni tempore non permittat eum vti, nisi certis temporibus vel certis horis. Item cum vti debeat vbiquè, non petmittatur vti nisi certis locis & coarctatis. Item cum ius habeat pascendi ad omnia aueria & omnimoda & cuiuscunq; generis, non permittit eum vti nisi ad quædam genera aueriarum & determinata, omnibus alijs auerijis pænitus exclusis. Item si constituatur ius pascendi ad certum numerum, nō pmittit vti nisi ad minorem numerum, et sic non debito modo, & quilibet mod° habet in se debitam commoditatem. Et illud idem videri poterit in cursu aquarum, vt si cui concedatur ius aque ducendæ, non permittat eum omninò ducere vel non commode, quia non permittit purgare, vel si id quod cōtinue ducere deberet, non pmittit ducere nisi certis horis & temporibus. Item quod integre, non permittit ducere nisi in parte, & ita erit disseysina manifesta, cum nullo modo vel non commode nec modo debito permittat vti. ¶ 2. Si autem debitum modum excedat quis, incontinenti repellitur poterit, post tempus vero non nisi cum causæ cognitione: et sic (vt prædictum est) poterit quis habere seruitutem in fundo alieno et vti, nisi prohibeatur ex iusta causâ. Iura siquidem quæ quis in fundo alieno habere poterit, infinita sunt. Et in omnibus istis casibus, vbi competit assisa nouæ disseysinæ de communia pasturæ ei cui concessa est libertas pascendi, si commode vel debito modo vt prædictum est. Item econuerso competit domino concedenti assisa nouæ disseysinæ de libero tenemento, si ille cui concessa est præsumptuosè vel aliter quàm fuit constituta vti velit, vt si per vim vti vellet, cum non esset constituta. Item eodè modo & eisdem causis quibus res corporales acquiruntur, acquiruntur & iura, secundum quod infinite sunt, vt supra de rerum acquisitione. Et eodem modo quo acquiruntur secundum rerum incorporalium acquisitionem & iustè, eodem modo amitti poterunt & iniuste. Acquiruntur enim res corporales animo & corpore p traditionem. Res autem incorporales sicut iura & seruitutes, cum loca fuerint determinata, acquiruntur. s. ex solo aspecu

pectu accipientis vel sui procuratoris, & possidendi voluntate & affectu, quia traditionem non patiuntur iura vt videri poterit. Si quis fundo suo talem imposuerit seruitutem, & liceat vicino immittere aueria sua ad pasturam, ita poterit fundus suus (licet liber esset ab initio) seruire fundo vicino. Et sic ex tali conuentione, & mutua vtriusq; voluntate tenet seruitus, dum tamen interueniat accipientis voluntas & aspectus, cum huiusmodi iura traditionem non accipiant. Et quo casu, statim erit in seyfina, licet statim non immittat aueria sua; & semper videtur vti, donec seyfinā suā amiserit p non vsum, id est donec fuerit disseysitus in toto vel in parte. s: quod aueria sua immittere nō posset cūm velit, vel si cūm semel immiserit, vti non possit, commode vel debito modo. Quo casu, eis subueniendum est per assisam, siue vsus fuerit siue non, propter solam constitutionem, cūm sit quasi in possessione, quia iura quasi possidentur. Et sic acquiritur possessio seruitutis ante vsum, sed sine vsu ad alium transferri nō potest, nisi hoc contineatur in constitutione seruitutis, quod seruitus sibi remaneat & hæredibus suis, vel cui illam dare voluerit, vel assignare: vel vbi sic dicat, quod hoc facere possit, cum tenemento ad quod pertinet illa seruitus, quod tamen non est credendum (vt videtur) sicut videri poterit in donatione aduocationis. Sic autem, vt dictum est, acquiritur possessio seruitutis, sed nunquam retinetur nisi per vsum verum, scilicet cūm aueria sua immiserit vnum vel plura, licet non omnia, vel omnimoda immittat quæ immittere posset per constitutionem. Et eodem modo acquiri & retineri poterit seyfina sine aliqua constitutione per patientiam & longum vsum. Constitui vero potest seruitus multipliciter, vt quis scilicet habeat ius pascendi in fundo alieno. Item ius fodiendi, ius eundi, ius hauriendi, ius piscandi, aquam uè ducendi, ius venandi, & alia infinita possunt esse iura & secundū quod habet sub se plures species vel non habet, & secundū quod seruitutes plures habent pertinentias, & pertinentias pertinentiarum. Sed quoniam magis celebris est illa seruitus per quam conceditur alicui ius pascendi: Ideo primo dicendum est de ea, quæ dicitur communia pasturæ.

1. ¶ De communia pastura & quibus modis acquiritur communia pastura. 2. Quod communia dici poterit multis modis. 3. Qualiter amittitur communia pastura cum semel fuerit acquisita. 4. De impetratione breuis de communia pastura cum quis fuerit disseysitus. 5. De officio vicecomitis. 6. Forma breuis de communia pastura. 7. De intentione querentis proponenda. 8. De exceptionibus contra querentem. 9. De exceptionibus contra assisam secundum articulos breuis. 10. De exceptionibus contra assisam. 11. Contra exceptionem replicatio. 12. Quod sub nomine herbagen, non continetur glans. 13. Quæ continentur sub nomine glandis. 14. Qualiter dissoluitur mutuus consensus per contrariam voluntatem & dissensum. 15. Quod constitutio seruitutis potest restringi & mutari. 16. De constitutione de Merton per W. de Raleigh tunc Iustic. 17. Breue de constitutione de Merton secundum quod tunc pronisum fuit per W. de Raleigh Iustic. Cap. 38.

Commune autē, nomē generale est, & cōuenit suis partib⁹, sicut gen⁹ se habet ad suas species. Cōmunia enim ex virtute vocabuli cōponit ex vna & cū, & subintelligit alio. i. cōmunia in alieno & vna cū alio

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseynæ.

alio & non in fundo proprio, quia nemini seruit suus fundus proprius vt supra. Acquiritur enim communia multis ex causis .s. ex causa donationis: vt si quis dederit terram cum pertinentijs & cum communia pasturæ &c. Item ex causa emptionis & venditionis, vt si quis communiam emerit in fundo alieno, vt pertineat ad tenementum suum, licet sit de feodo alieno & diuersa baronia, et ex constitutione dominorum fundorum. Item acquiritur ex causa dominorum fundorum, sicut per seruitium certum. Item ex causa vicinitatis, vt si quis cum vicino, & vicinus cum eo. Item ex longo vsu sine constitutione cum pacifica possessione, continua & non interrupta, ex scientia, negligentia, & paciencia dominorum, non dico balliuorum, quia p traditione accipiuntur, ita quod nec p vim, nec clam nec precario vt supra. Et eisdem rationibus pertinere poterit cōmunia ad liberum tenementum, in eo autem quod communia est nomē generale continens sub se plures species. Est enim communia in eo quod dicitur pastura, de omni quod edi poterit vel pasci, large sumpto vocabulo vel strictè, large: vt si quis habeat in alieno communiam pasturæ .s. herbagij, pessonæ, siue glandis siue nucis, et quicquid sub nomine pessonæ continetur. Item foliorum & frondium strictè .s. aliquod istorum vnum vel duo. Item distingui poterit communia pasturæ per tempora, vt si omni tempore vel certis temporibus & certis horis. Item per loca, vt si vbiq; & p totum, sine aliqua exceptione. Excipiuntur tamen quædam tacitè, & quandoq; expresse, sicut rationabilia defensa, et exigi non poterunt ratione pasturæ, nisi specialiter concedantur & non nisi post tempus, qualia sunt blada, prata, ligna, Byngheys sicut ad boues. Item ad vaccas & vitulos suis temporibus. Item ad oues multones & oues matrices, & agnos suis temporibus. Item nec in curia alicuius nec in gardinis, nec in viridarijs, nec parcis vel huiusmodi. Item nec in dominicis alicui, quæ claudi possunt, & excoli: nisi per modum certum constitutionis, & certis temporibus vel certis locis & determinatis & infra certa loca. Item ad certa genera aueriorum, vel si ad omnimoda aueria & sine numero, vel cū coarctatione & cum numero, vel ad certum genus aueriorum. Item notandum quod non debet dici communia, quod quis habuerit in alieno siue pro precio siue ex causa emptionis, cū tenementū non habeat ad quod possit communia pertinere, sed potius herbagium dici debet quā communia, cū hoc posset esse quasi personale quid, siue certū dederit quis pro herbagio habendo siue incertum. ¶ 2. Item communia dici poterit secundū quod stat in generali, secundū quod suprā dictum est: habere ius fodiendi in alieno, aurum .s. & inde aurifodina dici potest loc⁹ iste. Item argentum & inde argenti fodina, & sic de ceteris metallis. Item ius fodiendi lapides, cretam, arenam & turbam & huiusmodi. Item communia & non herbagium, vt ius falcandi herbam vel brueram vel huiusmodi, ad rationabile estouerium. Item eodem modo ad secandum in alieno bosco ad rationabile estouerium ædificandi, claudendi & ardendi. ¶ 3. Videamus nunc qualiter quis amittere possit sey sinam communie pasturæ cū semel fuerit acquisita. Et sciendum, quod amitti potest de voluntate, eodem modo quo acquisita est, de mutua voluntate, & consensu.

sensu, eodem modo dissolui potest ex mutua voluntate partium, si velint
 dissentire per renuntiationem ex communi voluntate, & per remissionē
 & quietam clamantiam, & non sufficit si vnus illorum remittere velit &
 resilire, nisi ambo in hoc consentiant, quia nihil tam conueniens est &c.
 Et ita sicut acquiritur per communem consensum, ita amittitur per com-
 munem dissensum. Item sicut acquiritur sine constitutione & consensu
 per patientiam & vsum, licet patientia trahatur ad consensum, ita amitti
 potest per negligentiam & non vsum, imperpetuū vel ad tempus. Imperpe-
 tuum, vt si tempus excludat omnem actionem tam super possessione q̄
 super proprietate, vel sicut imperpetuum, vt excludat assisam super pos-
 sessione & non super iure, quia assisa infra certum tempus limitatur, &
 sic tempus tollit omnem actionem vel aliquam. Item amitti potest ad
 tempus contra voluntatem, vt si quis ita negligens fuerit quod seysinam
 suam sine breui & sine iudicio resumere non possit. Diligens enim debet
 quilibet esse in vtendo cum negligentia sicut violentia ei possit esse dam-
 nosa, vt si hodie repulsus fuerit per vim, in crastino si possit immittat, a-
 ueria sua & vtatur, & sic de die in diem, & sic non amittet seysinam pp-
 ter diligentiam, licet illam habeat contentiosam. Si autem omnino per
 vim repellatur cui resisti non possit, vel saltem omnino non repellatur,
 sed quod commodè vti non possit nec per modum constitutionis serui-
 tutis: statim recurrendum est ad illum qui iura tuetur, & habebit reme-
 dium per assisam quæ super hoc prodita est recuperandæ possessionis
 gratia: per breue quod tale est. Commodè dico, vt si fiat aliquid in alie-
 no ad nocumentum seruitutis, per quod omnino vti non possit vel non
 commodè, vt si quis murum vel hayam fecerit, statim demolliantur, vel
 post tempus per assisam. Item si transferri debet communia ad alium, o-
 portet quod transferatur ad certas personas, & a certis personis & a cer-
 tis tenementis, vsque ad certa tenementa quibus seruitus debetur: quia
 huiusmodi iura sine corporibus esse non poterunt, scilicet sine corpori-
 bus quæ seruiant, & sine corporibus quibus seruitur. Et quia incorpo-
 ralia traditionem non patiuntur, nec possideri possunt sed quasi, ita nec
 transferri possunt sed quasi. Et sufficit pro traditione, aspectus loci, in
 quo huiusmodi iura constituuntur, & mutua voluntas contrahentium
 & effectus possidendi, & ex sola voluntate & affectu est quis quasi in
 possessione: & licet statim non fuerit vsus, tamen semper vtitur vel qua-
 si, donec per non vsum scilicet per vim, per negligentiam, vel per longam
 patientiam amittat seysinam: vt si ille qui huiusmodi seruitutem alicui
 concesserit aliquam partem pasturæ suæ appropriauerit vel totam, & ille
 cui conceditur omnino teneatur extra, siue ante ea pecora sua immiserit
 siue non, facit disseysinam. Si autem ille cui seruitus conceditur viri-
 bus concedentis possit resistere, statim cum herba pullulare inceperit,
 aueria sua immittat & pascat, siue ante vsus fuerit siue non, & sic per
 vsum retinebit seruitutem, etiam per vnicuius auerium vel per duo: li-
 cet non tot immittat, quot inmiscere posset vel deberet. Et quid si nul-
 lum omnino habuerit auerium proprium, sufficit si nomine suo immit-

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

rat alienum, & hoc nisi modus & constitutio seruitutis se habeat in contrarium, scilicet quòd immittere non possit nisi dominicum. Et quid si non habuerit nec proprium nec alienum, tunc sufficit (vt videtur) quòd in quantum possit resistat & denunciât cultori opus nouum, scilicet quòd excolere non sit ei licitum, & sic facta contentione, & re effecta litigiosa, immittere poterit cùm voluerit, licet blada sint matura. Si autem tam negligens extiterit, quòd statim aueria non immiserit, nec alio modo contentionem apposuerit, amittere possit seruitutem & seysinam per talem negligentiam. Et vnde si cùm blada matura fuerint, vel cùm spicas emiserit, vel naturam herbæ mutauerit, aueria tunc primò immiserit vel contentionem fecerit, faciet domino fundi disseysinam de tenemento suo, & ita quòd dominus fundi recuperare poterit tenementum suum liberum propter vsurpationem, & alius amittet assisam de communia pasturæ, vix audiendus impòsterum super proprietate, & hoc propter negligentiam siue impotentiam, cùm magna negligentia trahatur ad consensum. Sed videtur contrarium. Esto quòd quis alienum excolat tenementum, & dominus tenementi sciens & prudens dissimulauerit quousquè blada matura fuerint, non prius fit ei disseysina propter culturam, quàm si blada asportata fuerunt a cultore, sed cùm per tatum tempus dissimulauerit (vt supra dictum est de communia) quousquè blada matura fuerint, quare non amittit ille seysinam suam per negligentem patientiam, sicut ille (vt supra) pasturam in communia pasturæ. Ad quod sciendum, quòd est negligens patientia & patiens cautela, nec fit ei in aliquo disseysina per culturam cùm hoc velit, & quia per hoc semper melioratur conditio, nisi cùm ille cultor blada asportauerit, quod quidem non est in pastura, quia non melioratur conditio ex quo per patientiam facit illa non blada sua, quia in vno casu melioratur conditio tenentis per patientiam, quoad bladum habendum, in alio deterioratur, quia ex cultura deterioratur pastura. Ex patientia enim quandoquè patiens meliorem facit suam conditionem quandoquè deterioram, & quamdiu fecit iniuriam suã ex mea voluntate, patientia non currit contra me, quod si contra, aliud est. ¶ 4. Si quis igitur iniuste disseysitus fuerit & per vim de communia pasturæ suæ, siue impediatur quo minus commodè & modo debito vti possit, & secundum quod se habet ad ea quæ edi possunt, vel secundum quod largè se habeat ad alia quæ sunt ad vtilitatem, si statim se non reposuerit in seysinam cùm possit, per negligentiam, vel cùm non possit propter violentiam, & vim maiorem, statim recurrendum est ad illum qui iura tuetur, ad impetrandum assisam quæ prodita est recuperandæ possessionis gratia. Sed videndum est qualiter fit impetrandum. Plures enim possunt constitui seruitutes in vno fundo plurib⁹ & per totū sicut vni. Et plures ibi possunt esse seruitutes, licet fundus vnus, tamè ratione diuersorū tenitorū ad quæ pertinet, cū ratione diuersarū personarū quibus seruitutes debentur: & quia plures personæ & diuersa tenementa; & sic diuersa iura

De Assisa nouæ disseysinæ. (a. 38. Fol. 224.

ideo diuersæ & plures disseysinæ & plura breuia . Et quia plures habere possunt ius pascendi in vno tenemento, non fiat vnum breue ratione tenementi in quo seruitus constituitur, quod vnum est sed plura . Si autem tenementum ad quod communia pertinere dicitur commune sit inter plures , sicut inter cohæredes siue participes , siue omnes disseysiti fuerint siue quidam illorum , vna erit disseysina , & non plures , propter vnicum ius : quamuis plurium personarum & propter vnicum tenementum ante diuisionem . Item si tenementum in quo communia conceditur commune sit pluribus participibus hæredibus vel vicinis, & vnus eorum disseysinam fecerit , non erit propter hoc super omnes impetrandum, sed super illum tantum qui fecit iniuriam, nisi omnes vel quidam illorum ante impetrationem hoc expresse aduocauerint . Si autem hoc aduocauerint post impetrationem ante captionem assisæ, etiam si in breui non nominentur, bene se poterit gratis ponere in assisam ac si nominarentur, vt ita terminetur negotium versus omnes , quod si facere noluerint, nihilominus procedet assisa versus eum qui disseysit . Et si querens per assisam recuperauerit , recuperabit & retinebit versus omnes: quia si postea velint participes eum iterum disseysire & impetrauerit super eos , etiam sine iurata recuperabit per primam assisam , quia non est assisa capienda super assisam de eadem re, ne secunda sit contraria prima, quia sic possent iudicia esse in incerto. ¶ 5. Facta autem sic impetratione, statim & sine mora erit vicecomes requirendus . Officium autem vicecomitis est, plegios accipere (vt supra) de noua disseysina . Item in præsentia partium debet duodecem eligere si præsentem esse velint , qui statim communiam pasturæ & locum in quo petitur communia videant, & etiam tenementum ad quod communia pertinere dicitur . Tenementum videlicet in quo communia pasturæ petitur, qualitatem & quantitatem, & per quas metas, & diligenter debent inquirere iuratores de modo disseysinæ, scilicet vtrum omnino expellatur vel impediatur quæ minus commodè vti possit . Item quo tempore debeat , & de genere & numero auerorum, vt inde possunt certificare iustitiarijs cum fuerint requisiti . Item tenementum videre debent ad quod communia pasturæ pertinere dicitur, quia nemo potest communiam pasturæ clamare vt pertinentem ad liberum tenementum suum, nisi ille qui liberum tenementum habet . Liberum autem dicitur, ad differentiam villenagij & villanorum qui tenent villenagium: quia non habent actionem nec assisam, sed dominus cuius liberum tenementum villenagium fuerit . Item quod sit suum & non alienum, hoc est si teneat nomine alieno vt firmarius & ad terminum , vel sicut creditor ad vadium . Ideo autem videre debent locum in quo pastura petitur : quia illud ius pascendi videri non potest, & incongruè quæritur quot acras communiam pasturæ petat cum queri debeat in quot acris. ¶ 6. Rex vicecomiti salutem. Questus est nobis A. quod B. iniuste & sine iudicio disseysit eum de communia pasturæ suæ in tali villa quæ pertinet ad liberum tenementum suum in eadem villa, vel in alia villa tali . Et ideo tibi præcipimus, quod si talis fecerit te secun-

LLi.ij.

rum

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

rum &c. vt supra. Et interim facias duodecem liberos & legales homines videre tenementū illud, & pasturam illā, & summoncas talem &c. vt supra. ¶ 7. Proposita igitur intentione sua secundū formam breuis, oportet eam fundare sic, & primō confirmet personam suam, & postea docere oporteat eum, rationē qua ptineat ad tenementum suū, vrsi dicat q̄ communia ptinet ad liberum tenementum suū, quia feoffatus fuit de tali tenemento, cum communia pasturæ ad tot aueria, sicut perpendi poterit supra de causis quare communia pertineat ad tenementum. Item oportet eum docere de qualitate pasturæ, vtrum sit larga vel stricta, vt certa res deducatur in iudicium. Item de quo tenemento pertineat, & ad quale tenementum. Et eodem modo de tempore, genere, numero, & modo: secundum quod supra dictum est. Et si aliquando fuit ampla, vel larga, si postmodum fuerit coarctata, vel restricta. Coarctari vero poterit & restringi (secundum quod ex præmissis perpendi poterit) vt si constituatur per totum fundum & vbiq;, coarctari potest ad certum locum. Eodē modo si omni tempore, coarctari potest ad certum tempus: & ita de alijs. ¶ 8. Fundata igitur tali modo intentione querentis, multipliciter excipi poterit contra querentem, vel quia ad alium pertinet querela, & non ad ipsum, vel alio modo, vt supra dictum est in assisa nouæ disseysinæ plenius. Item excipere poterit ille de quo queritur ex persona sua propria, vt supra in eodem de eodem. Item excipi poterit quod non disseysuit, quia nunq̄ fuit in seysina: vt supra. Item de hoc quod dicit de communia pasturæ suæ, excipi poterit quod comuniam ibi habere non possit, vt infra dicitur, cum excipiat contra assisam. Itē excipi poterit contra breue propter errorem: vt supra plenius. Item contra iudicem vt supra: Item contra psonam querētis (vt supra) sicut de questione status: excepto eo quod si vxor libera copulata villano assisam arramauerit de communia pasturæ, ptinentem ad liberum tenementū suū, cum villanus sit extra potestatem domini sui in libero tenemento, recuperare debet seysinam, non obstante exceptione villenagij a quocunq; pposita, saltē donec villanus ad villanū conuincatur, & in seruitutem redigatur. Nec etiam tunc erit licitum domino se ponere in tenementū mulieris, cum hoc nō sit liberum & pprium tenementum villani, quod si fecerit, recuperabit villanus & vxor p assisam, non obstante exceptione villenagij: quia nulli competit huiusmodi exceptio, nec etiam ipsi dño. Et vnde cum aliquādō proposita esset exceptio villenagij contra villanum & vxorem liberā, petentes per assisam comuniam pasturæ vt pertinentem ad liberum tenementum ipsorum, sed tamen cum in fine fuerit adiudicatum quod cōmunia pasturæ libero tenemento adiungeretur, tanquam accessorium principali, & sic factum est p officium iudicis, quod fieri debuit iure actionis: Cum igitur proposita sit huiusmodi exceptio contra psonas querentium, videri debet an competat tenenti vel non, vt supra. Si autem competat, oportet quod tenens illam probet: Et eodem modo oportet querentem probare intentionem suam, si nulla ab initio pposita esset exceptio: & secundum quod dictum est, probare debet tenens exceptionem

De Assisa nouæ disseysinæ. @38. Fol. 225.

nem, nisi querens replicando docere possit illam esse vacuam, vel omnino nullam. ¶ 9. Cùm autem nihil sit quod excipi possit contra iustitios, nec personam querentis, nec contra breue, tunc primò dicatur & excipiat contra assisam secundùm articulos breuis, & secundùm formam. Continetur enim in breui sic, scilicet si talis iniuste & sine iudicio &c. Et inde (hoc vt supra.) Poterit quis esse in seysina licet nò statim vtatur & nomine alieno sicut nomine proprio vel alieno: sicut clericus nomine ecclesiæ suæ: qui cùm fuerit institutus, & inuenerit ecclesiam in seysina, quæ nunquàm fuit disseysita, statim est in seysina, licet non statim vtatur. Et si tunc fuerit disseysitus, potest recuperare per assisam. Item disseysiuit, ad quod excipiat quòd nunquàm fuit in seysina, & ideo quòd nunquàm disseysiri potuit. Videndum erit ex qua causa dicat comuniam pasturæ pertinere ad liberum tenementum suum, vt si ex causa donationis, & sic conuenerit inter donatorem et donotarium, & quòd donator habeat animum donandi, & donatorius animum possidendi, & donotarius sic per se vel procuratorem iuducatur in seysinam quòd tenementum videat, in quo comunia conceditur, hoc sufficit pro traditione, & statim est in seysina per affectum, & per aspectum, vel quasi, licet non statim pecora immittat. Et semper videtur vt voluntate, & animo ciuilitate, & præsentia & aspectu naturaliter, donec amiserit per non usum. Si autem petat quis comuniam vt pertinentem ad liberum tenementum suum ex causa successionis, tunc primò videndum erit vtrum antecessor suus obiit inde seysitus, vel non, vt si ante mortem suam fuit inde disseysitus: & tunc refert quòd. Si autem inde seysitus obiit, tunc statim incipit hæres suus habere eandem seysinam quam antecessor suus habuit cùm seysitus fuit de hæreditate, quæ est quasi principale, & corporale, & sic de accessorio, sicut de iure pascendi & comunia, quod est incorporale, quod ex solo animo acquiritur & voluntate possidendi, & licet statim verè non vtatur per immissionem pecorum, vtitur tamen vel quasi vt supra. Et si postea prohibeatur immittere, cõpetit ei assisa nouæ disseysinæ. Ad aliũ tamè trãfferri nò potest comunia p se ante verũ usũ, nisi hoc forte sit cum corpore. s. cum tenemento, ad quod ptinuerit, sed nò cum tenemento in quo comunia fuerit, sed cum seruitute illa. Et si forte post mortem antecessoris statim vti voluerit, & forte prohibitus fuerit vel impeditus, si recenter ante mortem, adhuc retinet seysinã ciuilitate, licet seysinã pacificã non habuerit, sed cũ difficultate, nihilominus tamen p talentum usum retinet sibi seysinã, donec omninò prohibitus fuerit, quòd vti nò possit: quo casu, tunc primò ad superiorem erit recurrendum, vt supra. Si autem seysitus non obierit, tunc refert vtrum longè ante mortem suam disseysitus fuerit, ita quòd sibi pquisiuisse potuit per assisam, quòd quidè non fecit p negligentiam. Quo casu, hæredi non succuritur p assisã, quia audiri non potest hæres ppter negligentiam antecessoris, nisi sup pprietate, quia vigilantib' &c. & sic incurrit quis dãnũ (sine culpa sua) p alterius defectum. Si autem nò longè ante mortem suã, & ita q sibi pquirere non potuit, vel in languore in quo obiit, & semper existens in voluntate

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

tate retinendi, vel sibi perquirendi si posset, semper fingitur esse in possessione, & mori seyfitus: eo quod semper sibi ciuilem retinuit possessionem: & vnde eandem transmittit ad hæredem: & ex ea vti potest hæres, nisi prohibeatur: & si prohibitus fuerit quod ingredi omnino non possit, habebit assisam mortis antecessoris, vel aliud breue loco assisæ mortis antecessoris, vel nouæ disseysinæ secundum quod elegerit, sed siue longe ante mortem siue non longe fuerit antecessor disseysitus, & sibi perquisiuit in vita p breue, & ita quod visus terræ factus fuerit per iuratores &c. per talem impetrationem amisisse videbatur vtramque possessionem, ciuilem videlicet, & naturalem: & sic nullam seyfinam transmittere potuit ad hæredem; Actionem tamen transmittit per hoc quod sibi acquisiuit quasi de noua disseysina per breue de ingressu, sed non quoad pœnam disseysinæ, sed quoad restitutionem, secundum quod noua disseysina duplex est, vt supra. Aboletur enim iniuria per mortem eius qui fecit iniuriam, & similiter per mortem eius, cui fit: & sic aboletur pœna, quia extinguitur iniuria cum persona, vt infra de ingressibus post disseysinā per mortem principaliū pleniū. Item continetur, de communia pasturæ suæ quæ pertinet ad liberum tenementum suum, & ex hoc datur exceptio tenenti: de communia vero qualis esse debeat, satis elici poterit ex præcedentibus. Item quæ pertinet &c.

¶ 10. Dicere enim poterit tenens & excipere multis modis: scilicet quod tenementum in quo communia petitur, & tenementum ad quod communia dicitur pertinere sunt de diuersis baronijs, & diuersis feodis, & feodum in quo communia petitur liberum est & alteri feodo nullam debet seruitutem, nec vnquam habuit ibi talem communiam, nec ius pascendi ex aliqua constitutione, vel aliquo vsu, nec pro seruitio, nec pro vicinitate, & si vnquam vsu habuit vel seyfinam, nunquam aliquam habuit nisi contentiosam, & per vadij captionem, & ad emendationem damni. Quo casu, querens (si possit) doceat contrarium per assisam. Item dicere potest quod si aliquam seyfinam habuit, illam habuit per vim, vel clam, vel precario, quo casu, querens (si possit) doceat contrarium per assisam. Item dicere possit tenens quod tenementum ad quod communia dicitur pertinere suum est, & non querentis, quo casu, nisi querens doceat contrarium, cadit assisa: vt de termino Palthe anno Regis Hærici decimo tertio in Comitatu Notingh. de Radulpho filio Petri, vbi dictum fuit Radulpho quod sibi perquireret per aliud breue. Item poterit tenens respondere contra assisam quod querens nullam communiam clamare potuit in tali loco, quia tenementum illud est suum seperale, & quod illud includere possit & excolere pro voluntate sua, & inclusum habere omni tempore. ¶ 11. Ad quod querens (si possit) doceat contrarium vel diuersum per assisam, scilicet quod nullo tempore includi poterit, vel quod non nisi certis horis, & temporibus. Item respondere potest tenens & dicere quod ille qui queritur nullum omnino habet tenementum liberum, vel quasi, ad quod aliqua communia pertinere possit vel etiam mansunculam. Item dicere potest quod nulla

De Assisa nouæ disseysinæ. c. 38 Fol. 228.

nulla communia pertinet ad tale tenementum : quia illud fuit aliquando foresta , boscus , & locus vastæ solitudinis & communia , & iam inde efficitur assartum , vel redactum est in culturam , & non debet communia pertinere ad comuniam , & vbi omnes de patria solebant communicare . Ad hoc facit de Itinere W. de Raleigh in comitatu Warf. Assisa nouæ disseysinæ de communia pasturæ si Augustinus &c. Eodem modo dici poterit de mariscis , & alijs vastitatibus in culturam redactis , quia vbi eadem ratio , ibi esse debet idem ius . Item dicere potest tenens contra assisam , quòd principalis disseysitor mortuus fuit ante impetrationem breuis , vel ante captionem assisæ . Vt de termino sanctę Trinitatis anno regis Henrici duodecimo , de Itinere Midd' si S. Cantuariensis archiepiscopus & alij plures . Sed quid dicetur si assisa capta sit in vita principalis disseysitoris , qui ante iudicium redditum , moriatur ? Videtur propter hoc quòd iudicium remanere non debeat . Item dici poterit contra assisam quòd assisa non iacet , si querens petat comuniam propter errorem , vbi sibi perquirere deberet per assisam nouæ disseysinæ , petendo tenementum , scilicet vbi quis non permittit eum pascere in proprio fundo suo , & sic quietè & pacificè possidere . Item competit exceptio contra petentem quòd comuniam petere non potest quia aliàs petijt tenementum cum pertinentijs , & tenementum amisit cum pertinentijs : & comunia tunc fuit de pertinentijs , & ideo amisit vtrumquè . Item poterit idem dici si tenementum petatur , quòd ille qui nunc petit tenementum in dominico aliàs inde petijt comuniam , & illam amisit per iudicium : & ex quo petijt comuniam , & nemini seruit fundus proprius , per hoc concessit tacitè quòd nullum ius habuit in tenemento in dominico , & talis exceptio oritur ex præsumptione . Et hoc quidem dici poterit , siue tenementum & solum sit querentis proprium vel cum alijs commune , ita quòd nullus sciat suum seperale . Item dicere potest contra assisam & contra breue , quòd die quo breue fuit impetratum fuit querens in pacifica possessione , & postea : & ita quòd quando impetrauit , nulla subsuit causa impetrandi , & sic impetratio nulla . Item dicere poterit si disseysitus fuerit quando impetrauit , iam non habet querelam nec causam querendi , quia post impetrationem (& sine iudicio & iudice) seyfinam suam sibi vsurpauerit : & quia sic iniustè & sine iudicio , dicere potest quòd ipse iam impetrauit breue super eum de noua disseysina de libero tenemento . Item dicere potest contra assisam quòd querens amisit querelam per vsurpationem sine iudicio per iudicium subsequens de libero tenemento , quia sibi vsurpauit , quod exposcere debuit per iudicium . Et sciendū q̄ si primò quis impetrauerit , & post impetrationē si seyfinā gratis oblatā receperit : secus erit si vsurpauerit , vt supra in hoc casu posset querens teneri disseysito ex recouentione , vt id quod voluit habere pro se habeat contra se , vt si vsurpator agat per assisam ad retinendū id quod vsurpauit , spoliatus recuperet per reconuentionem spoliati , quia sine iudicio , licet iustè sibi seyfinam vsurpauerit nihilominus si petat per assisam id quod tenet , capienda erit assisa , & sic

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

& sic ille qui sic vsurpauit in misericordia pro vsurpatione : sed tamen restitutionem non faciet per iuditiũ : vt de termino sancti Michaelis anno regis H. decimo tertio incipiente decimo quarto. Assisa nouæ disseysinæ de communia pasturæ de Abbate de Ramsseghe: & hoc nisi ille qui sine iudicio disseysitus est, licet iuste, sibi velit perquirere per aliud breue de noua disseysina versus vsurpantem, vel agere de reconuentione. Item si quis assisam portauerit de noua disseysina dum fuit firmarius, & non competit ei assisa cùm teneat nomine alieno, si postmodum incipiat possidere in feodo, & fiat dominus, vbi prius fuit firmarius, quæritur an breue impetratum ei prodesse debeat. Videtur quòd non, quia tempore impetrationis non habuit ius impetrandi, sed aliud, & ideo tempus datæ spectandum erit. Ad hoc facit de vltimo Itinere M. de Pateshull in comitatu Suffolk. Assisa nouæ disseysinæ de communia pasturæ si Iohannes de Stantone. ¶ 12 Item notandum quòd sub nomine herbagij non continetur glans, & ideo tempore glandis & pessonæ excluduntur porci & capræ, nisi ad hoc specialiter agatur quòd talem habeant communiam. ¶ 13. Glandis enim nomine continentur glans castanea, fagina ficus & nuces, & alia quæquæ quæ edi vel pasci poterunt præter herbam. Item respondere poterit, quòd nullam habuit seysinam pacificam, quia nunquam ibi ingressum habuit, quin esset deuadiatus & quin faceret emendas pro transgressione. Cùm iura traditionem non patiantur, sed cum ipsa re cui insunt scilicet cum corpore transferantur, ille ad quem transferuntur statim cùm corpus habuerit cui insunt iura illa quasi possidet, licet non statim vtatur, semper videtur vti donec amittat per non vsum licet statim vti non possit, quia non euenit tempus quo vti possit: sicut videri poterit in aduocationibus & iure aduocationis, quia antequam vacauerit, vti non poterit cum effectu antequam vacet, vt præsentare possit. Item si libertatem habuerit iudicandi latronem, & habendi furcas, non poterit vti tali libertate, antequam casus euenierit. Item nec in assisis & mensuris iuratis antequam transgressio inde facta fuerit, & idem in iure pascendi sicut in communia pasturæ, antequam pecus habeat quod possit imittere, sed tamen est semper in possessione, & videtur vti, donec amiserit per non vsum. Et poterit sic quis vti tam nomine proprio quàm nomine alieno, vt si custos vtatur nomine hæredis qui fuerit in custodia sua, vel si quis alius sicut rector ratione dignitatis vel ecclesiæ suæ, & semper talis vtitur & possidet, cuius nomine vtitur & possidetur. Et cùm ecclesia fungatur vice minoris, acquiritur per rectorem & retinet per eundem, sicut minor per tutorem. Et quamuis moriatur rector, non tamen cadit ecclesia a seysina sua de aliquo de quo rector seysitus moritur nomine ecclesiæ suæ, non magis quàm minor si custos suus moriatur, & peruenerit in alterius custodiam, & per hoc non mutatur status minoris. Et eodẽ modo fieri debet de rectore ecclesiæ (vt videtur) quod eadẽ seysinã habere debeat successor, quã habuit suus prædecessor: quia ecclesia sepe remanet in sua possessione, quãuis rector moriatur, & cùm successor fuerit institutus, statim nomine ecclesiæ est quasi in possessione, et vi-

& videtur vti nomine ecclesiæ, & licet pecus non in miserit, & cum immittere voluerit impeditus fuerit, seysinam suam & statum prædecessoris sui per assisam nouæ disseysinæ recuperabit. Si autem tempore vacationis ante institutionem medio tempore a possessione ceciderit, tunc fiat breue de recuperanda seysina nomine ecclesiæ suæ quam prædecessor suus habuit die quo obiit. Sed quid si ante mortem rectoris qui obiit fuerit ecclesia disseysita, tunc crit rectori succurrédū per breue de ingressu, ad similitudinem aliarum disseysinarum, licet rector hæres dici non possit, sed successor. In illis autem qui iure hæreditario succedunt, non sunt hæc obseruanda, quia est hæreditas iacens, donec fuerit ab hærede adita. Sed tamen cum hæreditatem adierit, fiat de eo vt supra: quia ius pascendi inest hæreditati vt supra. ¶ 14. Notandum inter cætera, quòd eodem modo quo cõstituitur seruitus in alieno de mutua voluntate contrahentium per communem consensum: eodem modo ex contraria voluntate mutua dissolui poterit ex toto per cõmunem dissensum. Communem dissensum dico, quia non sufficit si tantum vna pars dissentiat, si non dissentiant ambæ. Item dissolui poterit ex toto per cõmunem dissensum, & conuerti ad alium vsu p alium consensum, siue hoc sit inter participes & hæredes vel inter viciniõs dominos tenementi vel extraneos, qui nõ nisi cõmuniã clamare possunt in tenemento: Vt si ita cõuenierit, q̄ tenementum quod prius fuit cõmunia, inter partes diuidatur pro certis portionibus, & ita q̄ id quod fuit cõmune, iam sit omnium pro virilibus portionibus seperale, sc̄cundum maius & minus, & in quo casu cum semel consenserint, iterum non poterunt dissentire. ¶ 15. Item potest constitutio seruitutis aliquando minui & restringi, vt si prius constitutatur quòd per totum & vbiq; , restringi poterit quoad certum locum. Item mutari, vt si id quod in vno loco certo, mutetur ad alium locum certum. Item quod prius sine numero, coarctari poterit ad certum numerum. Item quod ad omnimoda aueria, coarctari potest ad certum genus. Item quod omni tempore, coarctari poterit q̄ certo tempore, dum tamẽ hoc fiat de voluntate contrahentium. Et eodem modo poterunt omnia prædicta augeri & ampliari, sed non contra voluntatem contrahentium, quia per hoc competeret assisa nouæ disseysinæ domino tenementi, sed in cõtrarium pervim ageretur, sicut competeret assisa nouæ disseysinæ de communia pasturæ ei, cui debetur seruitus: secundum modum & constitutionem seruitutis. Est tamen quædam constitutio quæ dicitur constitutio de Merton, per quam etiam inuito eo cui seruitus debetur, communia coarctatur, vnde primò videndum est qualis est illa constitutio, & est talis. ¶ 16. Quia multi sunt magnates qui feoffauerunt milites & liberè tenentes suos in maneris suis de paruis tenementis, & qui impediti sunt per eosdem quòd commodum suum facere non possunt de residuo maneriorum suorum, sicut de vastis, boscis, & pasturis magnis, desicut ipsi feoffati sufficientem habere possent pasturam, scilicet quantum ad tenementa sua pertinet: ideò prouisum est & concessum ab omnibus, quòd cum huiusmodi feoffati a quibuscunq; de cætero ar-

Lib. iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

ramauerint erga dominos suos assisam nouæ disseysinæ de communia pasturæ, de hoc quòd aliquam partem tenementorum suorum excoluerint, si coram Iustitiariis cognouerint quòd sufficientem habeant pasturam quantum ad tenementum suum pertinet cum libero ingressu & egressu, & chaceam de tenementis suis vsque ad pasturam illam vel viam, tunc inde sint contenti, & illi de quibus tales questi sunt quieti sint de hoc quòd commodum suum ita fecerint de terris, vastis, & pasturis suis. Si autem dixerint quòd sufficientem pasturam non habuerint, quantum pertinet ad tenementa sua, cum sufficienti ingressu & egressu, tunc inde inquiratur veritas per assisam. Et si per assisam recognitum fuerit quòd in aliquo impediuerit ipsius domini ingressum vel egressum, vel quod habeat sufficientem pasturam (secundum quòd prædictum est) tunc recuperant querentes seyfinam suam per visum recognitorum, ita quòd per discretionem & sacramentum eorundem habeant conquirentes sufficientem pasturam cum sufficienti & competenti ingressu & egressu, in forma prædicta, & disseysitores in misericordia, & damnâ reddant sicut prius reddi solent ante prouisionem istam. Si autem recognitum fuerit per assisam quòd querentes sufficientem habeant pasturam cum libero ingressu & egressu, secundum quòd prædictum est, tunc licite faciant domini sui comodum de residuo, & in quo casu, si quis liber homo feoffatus fuerit per aliquem, & occasione alicuius assisæ captæ vel alia occasione, vel si non permiserit dominum suum includere, vel si cum inclusit hayas suas fregerit & fossata, & muros suos prostrauerit per vim cui resisti non possit: competit domino breue domini regis in hac forma. ¶ 17. Rex vicecom̄ salutem. Ostensum est nobis ex parte A. quòd cum in curia nostra coram nobis & consilio nostro sit prouisum & concessum, quod magnates Angliæ, & milites, & alij qui liberos tenentes suos feoffauerint de paruis tenementis in maneriis suis, commodum suum facere possint de residuo maneriorum suorum sicut de vastis, boscis & pasturis, si ipsi feoffati sufficientem habeant pasturam quatenus ad tenementa sua pertinet cum libero ingressu & egressu, & ipse A. parcum suum per multum tempus iam inclusum habuit, boscum vel huiusmodi: B. qui paruum tenementum habet in eadem villa, vel alia, & de feodo ipsius A. occasione cuiusdam assisæ nouæ disseysinæ inter eosdem A. & B. nuper captæ de communia pasturæ ipsius B. quam pertinere dixit ad liberum tenementum suum in eadem villa, non permittit ipsum A. parcum suum habere inclusum, immò hayas suas frangit, & fossata deficit communiam pasturæ habere poterit sufficientem extra parcum vel boscum illum, quatenus ad tenementum suum pertinet cum libero ingressu & egressu: Et ideo tibi præcipimus, quòd assumptis tecum liberis & legalibus hominibus de proximo vicineto per quos rei veritas &c. in propria persona tua accedas apud talem villam & per eorum sacramentum &c. si prædictus B. sufficientem possit habere pasturam extra prædictum parcum vel boscum quatenus pertinet ad liberum tene-

De Assisa nouæ disseynæ. c. 38. Fol. 228.

tenementum suum in eadem villa, cum libero ingressu & egressu vel non. Et si ita esse inueneris, tunc eidem A. pacem inde habere facias ne amplius &c. Teste &c. Ad quod in primis videndum est qualiter constitutio illa sit intelligenda, ne malè intellecta trahat videntes ad abusum, videri oportet vtrum ille (quem restringit constitutio) sit liber homo proprius vel alicnus. Si autem sit alicnus, non ei imponit legem constitutio, tum quia habet seruitutem illam fortè sicut ex consensu & conuentione vbique, quæ dissolui non potest nec per contrariam voluntatem & dissensum, tum quia non feoffatus est per dominum soli, quòd coarctari potest ad certum numerum & determinatum secundum quantitatem sui tenementi. Et vnde in hoc casu, si dominus soli & proprietatis sibi velit aliquid appropriare, & includere, hoc facere non poterit, sine voluntate & licentia prædictorum, & si fecerit, per assisam recuperabunt. | Si autem fuerint liberè tenentes proprii, tunc refert qualiter fuerint feoffati, quia non omnes nec in omnibus per constitutionem restringuntur, & ideo videndum erit vtrum feoffati fuerint largè scilicet per totum, & vbique, & in omnibus locis, & ad omnimoda aueria & sine numero, & ita tamen quòd huiusmodi communia ad ipsos pertineat ratione feoffamenti, & non propter vsum, tales non ligat constitutio memorata, quia feoffamentum non tollit, licet tollat abusum, & maximè propter consensum eorum voluntarium qui seruitutem & communiam concesserunt. Si autem communia fuerit stricta cum numero aueriorum certo & determinato, licet vsus se largius & latius habuerit quàm necesse esset, tales ligat constitutio, quòd coarctentur ad certum locum & infra certum locum, dum tamen locus ille sufficiens sit & competens cum libero ingressu & egressu & competentem, quòd non sit grauis nec difficilis. | Competens autem debet esse locus, ita quòd non longius distet sed propinquiùs assignetur. Item eodem modo si ita feoffatus fuerit quis, sine expressione numeri vel generis, sed ita, cum pastura quantum pertinet ad tantum tenementum in eadem villa, talem ligat constitutio sicut priùs cum expressione: quia cum constet de quantitate tenementi, de facili perpendi poterit de numero aueriorum, & etiam de genere, secundum consuetudinem locorum. Item si qualitercunq; vsus fuerit vel feoffatus largè vel stricte, si loco competentem vsus fuerit, & siue coarctari possit siue non, non tamen coarctari debet cum damno & grauamine ad locum longius distantem, cum distantia inducant incommoditatem. Et eodem modo coarctari non debet, nisi velit si accessus sit difficilior. Item tempus spectandum erit, cum omnis noua constitutio futuris formam imponere debeat & non præteritis. Item tempus spectandum erit, scilicet quòd tenementum tempore feoffamenti iacuit incultum, & quòd tenementum reductum fuit in culturam. Item quòd tenementum sit pratum, & quòd inclusum & positum in defensum, cum nemo possit communiam petere in aliquo tenemento quod excoli possit vel includi, vel poni in defensum omni tempore vel saltem aliquo, & ex aliqua generali constitutione, vt

MMm.ij.

ne, vt

Lib. iiii. De Assisa nouæ disseynæ

ne, vt si quis dicat : do tibi tale tenementum cum communia pasturæ quæ pertinet ad tantum tenementum in tali villa cum certo numero aueriorum, vel sine numero, hoc intelligendum erit de communia pasturæ, quæ communis esse debet & pertinere ad liberum tenementum, hoc est non tenementum quod possit excoli vel licito sed non omni vel aliter dum includitur vel ponitur in defensum tempore vel si singulis annis possit includi & poni in defensum & excoli, vel alio quod possit includi, nisi hoc faciat specialitas & modus constitutionis seruitutis, vel longus vsus continuus & pacificus. Modus constitutionis seruitutis, vt si dicat quis, do tibi tantam terram cum communia pasturæ ad tot aueria &c. per totam terram meam ubique, in terris colendis, pratis & clausis, & in omnibus locis, & hoc non erit sic intelligendum quod omni tempore, nisi tantum temporibus competentibus, scilicet post brada asportata & farina leuata vel quando tenementum iacet incultum & ad waractum, vel si dicat expressè sic, ubique scilicet quando tenementum iacet incultum &c. non propter hoc impediri debet dominus quin terram suam excolat quolibet anno si velit, quia non imponit sibi ipsi seruitutem per hoc quin possit. Si autem ita dicat, cum pasturam per totum & in omnibus locis, & secundo anno vel tertio, in terra colenda, quando iacet ad waractum, & adhuc idem erit ubi iacuerit ita vt dicitur, quia bene poterit esse quod nunquam iacebit, nec imponitur ei necessitas, quod non colat : quia per hoc non includit se quin possit. Si autem sic dicat, omni tempore & in omnibus locis, scilicet quod secundo anno iaceat campus ad waractum vel incultus & apertus, & quod tali tempore communiam habeat, tali tempore excoli non possit nec includi, & maxime ubi hoc facit longus vsus vel consuetudo a vicinis approbata & dominis, quæ pro lege obseruari debet inter tales. Item vel ubi hoc faciat vicinitas, & sine constitutione. Poterit autem esse seruitus personalis & realis. Item personalis & realis certis horis & certis temporibus. Item personalis tantum, & sic debetur personis & non tenementis, & quæ proprie dici posset herbagium. Item localis & non certis personis, sicut alicuius vniuersitatis, burgensium & ciuium, & omnes conqueri possunt & vnus sub nomine vniuersitatis. Et in fine huius constitutionis notandum, quod in extraneis personis præfertur vsus constitutioni, si large vsi sunt, quia ab vsu coarctari non debent. In proprijs vero tenementis præfertur constitutio vsui. Item dici poterit amensuratio, tam de tenemento quam de pecoribus, vt si quis vti & pascere infra rationabilia defensa illius domini, cuius fuerit tenementum vel assisa nouæ disseynæ de libero tenemento, quia aliter vel alibi.

1 ¶ De amensuratione. 2. Breue quare quis se peronerat vicecomiti ex equedam. 3. De officio vicecomitis in breui de amensuratione. 4. Coram Iusticiarijs breue de eodem. Cap. 39.

Cum quis ius habeat pascendi in alieno fundo, aliquando plura immittit aueria quàm liceat, aliquando plura quàm expediat. Si autem plura quàm liceat, vt si ei concedatur communia ad certum numerum aueriorum, vel ad certum genus, vel quantum pertinet ad tantum tenementum in eadem villa, si plura immittat in numero vel in genere quàm ei liceat contra voluntatem eius cuius fundus fuit, si talis incontinenti resistere non possit, competunt ei duo remedia, secundum quod elegerit, scilicet noua disseyfina pro ea parte pro qua ille qui communiam habet debitum numerum excedat vel genus: quia in hoc contradat tenementum domini sui contra voluntatem suam, ac sicut esse posset si omnino nullam communiam haberet, & aueria sua contra voluntatem domini sui per violentiam immittere vellet. Competit etiam ei aliud remedium scilicet quod per aliud breue id quod debitum numerum vel genus excedit redigatur ad licitum numerum & debitum, & mensuram. Amenfuratio enim nihil aliud est ex virtute vocabuli, nisi ad mensuram, & subintelligitur redactio. Alijs autem qui communiam tantum habent in illo fundo aliud remedium non competit nisi amenfuratio. Item si quis plura habeat quàm expediat, locum habet amenfuratio, vt si cui concedatur talis communia ad omnimoda aueria sua sine numero & alijs similiter successiue vel ad certum numerum vel sine numero, si quis tot immittat quod pastura omnibus non sufficiat, competit remedium quod id quod excedit & nocet redigatur ad mensuram, per tale breue vic. directum. ¶ 2. Rex vicecomiti salutem. Questus est nobis talis, quod talis iniuste superonerauerit communem pasturam suam in tali villa, ita quod in illa plura habet animalia & pecora quàm habere debet & ad eum pertinet habendum. Et ideo tibi precipimus, quod iuste & sine dilatione amenfurari facias pasturam illam, ita quod predictus talis non habeat in ea plura animalia & pecora quàm habere debet & ad eum pertinet habendum secundum liberum tenementum suum quod habet in eadem villa, & quod predictus talis habeat in pastura illa tot animalia & pecora quot habere debeat, & ad eum pertinet habendum: ne amplius. &c. de hoc quod dicit plura, scire debet quot habere debet, si ad certum numerum vel secundum quantitatem terræ suæ, per hoc quod dicit secundum liberum tenementum quod habet in predicta villa, & vnde si tenens dicere possit quod plura habere debeat, licebit ei. ¶ 3. Officium vero vicecomitis est, quod accepto breui, in propria persona sua accedat ad locum in quo petitur communia, & ibi conueniri faciat hundredum & omnes quoque amenfuratio illa tangit, & in presentia vtriusque partis (si summoitioni interesse velint) & quæ rationes suas & responsiones prædant per sacramentum vicinorum per quos rei veritas melius sciri poterit, & per inspectionem chartarum & instrumentorum diligenter inquirat, quos aueria & animalia ille de quo queritur habere debeat per constitutionem seruitutis, vel ex causa donationis, vel ratione tenementi sui, vel ex vicinitate vel per longum usum. Item si sine numero

Lib.iiii. De Assisa nouæ disseysinæ.

numero & vbiq;, tūc inquirat ad quot aueria sufficiat pastura illa, & quot sustinere possit secundum tempus feoffamēti, & secundum tempus constitutionis seruitutis, vt si tunc sufficiens fuerit omnibus qui ibi communicare deberent. Et si postmodum effecta sit insufficiens per superonerationem, vel per nouum feoffamentum & per quod alij qui communicare debent ratione primi feoffamenti communiam suam amittant in parte vel in toto, vt sic omnibus examinatis, procedat amensuratio, & quod superfluum fuerit redigatur ad mensuram. Est enim modus & mensura & fines certi, vltra quæ circa quæ nequit consistere rectum. Item notandum quòd communicantibus contra dominum tenementi duo competunt remedia de superoneratione: vel Amensuratio, vel assisa nouæ disseysinæ de communia pasturæ. Si autem communia per superonerationem in parte amittatur vel in toto, eodē modo sicut domino competit contra eos de superoneratione contra voluntatem suam vt supra dictum est, & eodem modo plures communicantes eadem habent remedia inter se si aliquis eorum superonerauerit. Item plures hæredes & participes si aliquam partem tenementi sui relinquerint ad pasturam in communi, si vnus vel quidam superonerauerint, quòd locum habeat amensuratio vel assisa nouæ disseysinæ, non de communia pasturæ sed de libero tenemēto, ac si vnus siue alius aliquid sibi velit appropriare. Item si sit aliquis qui pasturam velit superonerare aliter quàm liceat vel expediat, vel aliter quàm pater vel mater vel alius antecessor fecerit, fiat amensuratio per tale breue. ¶.4. Rex vicecomiti salutem. Si A. fecerit te securum, de clamore & c. tunc sumoneas per bonos sumonitores. B. quòd sit coram iusticiarijs ad primam assisam ostensurus quare superonerat comunem pasturam, & bruerum in tali villa quæ pertinet ad liberum tenementum suum in eadem villa, vel in alia, & aliter quàm C. pater ipsius B. cuius hæres ipse est facere consuevit, & habeas ibi. & c. Et procedatur eodem modo per hoc breue quo supra & summaria fiat inquisitio hic & ibi, secundum quod in foro ecclesiastico fieri debet de bastardia.

De placito Quo Iure. 2. Breue quo Iure quis exigit communiam pasturæ. Cap. 40.

Non semper debetur seruitus prædijs vicinorum ex consensu & constitutione dominorum, vt si quis habeat communiam pasturæ & ius pascendi in fundo alieno sed ex negligentia & dissimulatione vicini propter vsu tatum, & talis seysina magis habet substantiam ex tempore quàm ex iure, & ideo absurdum erit omnino quod cum tali remaneat possessio, cum semel per assisam acquisita fuerit, nisi doceat de iure suo. Sed prius videndum est cui competat hec actio. Et sciendum quòd non potest quis alium implacitare per hoc breue (Quo iure) nisi capitalis dominus totius manerij vel villæ, in qua petitur communia, vel alicuius partis, vel quòd sint de diuersis baronijs vel diuersis feodis, vel diuersis feoffamentis, & ita quòd dominus qui petit, & ille a quo petitur iura sua habeat

habeant seperata, scilicet tenementa diuersa & diuersas pasturas, secundum quod pastura largé se habuerit vel strictè. Si autem plures feoffati fuerint ab vno domino in vno manerio vel in vna villa, non competit eis tale breue vel talis actio, cum inter vicinos recte loquendo de eadem baronia & eodem feodo, vicinitas potius dici debet quam communia debita, vt si dicatur, si vnus communicet cum vicino & vicinus cum eo & si non, non. Cùm igitur quis per iudicium seysinam suam recuperauerit per assisam propter vsu, amittere debet illam, nisi doceat quo iure illam exigit per hoc breue, & poterit vnus dominus capitalis vel plures placitare versus vnum dominum capitalem vel plures, siue tenementa habeant in diuersis villis vel in vna, dum tamen ibi sint diuersæ baronię & diuersa feoda.

¶.2. Rex vicecomiti salutem. Si talis fecerit te securum, &c. tunc sumoneas talem quòd sit &c. ostensurus quo iure exigit communiam pasturę in terra ipsius talis in tali villa, desicut ille talis nullam communiam habet in terra ipsius talis in alia tali villa, nec idem talis seruitium ei facit quare communiam in terra sua habere debeat (vt dicit) & habeas. &c. In quo casu, cum talis sumonitus fuerit, potest se effoniare ad primu[m] diem, & eodem modo querens si voluerit. Si autem non venerit nec se effoniauerit, attachietur sicut in personali actione: quia hic non petitur pastura sicut per breue de recto, vt infra dicitur. Si autem venerit, poterit docere quo iure communiam petat, vt si simul communicauerint, scilicet vnus cum alio de communi consensu ab antiquo. Cùm autem post omnes distinctiones semel comparuerit, tunc statim inquiratur a iustitiarijs si implacitatus communiam clamat, & respondere potest q[ue] nullam, vel quòd pasturam clamat, et tunc inquiratur qualem, & specificata communia, extunc procedatur sicut per breue de recto, & si extunc defaultam fecerit, capiatur pastura in manũ domini Regis, donec comparuerit per paruũ cape, & sic amitti possit de facili, & hoc ita, si nulla præcessit assisa nouæ disseysinæ, & si præcessit recenter, tunc videri poterit per assisam quæ & qualis fuerit communia pasturæ quæ petitur. Item quòd seruitium ei faceret certum scilicet tale vel tale. Seruitium autem multiplex esse poterit, in denarijs, mensuris, falcationibus, arruris, operibus, consuetudinibus, & præstationibus varijs, dum tamen certis & determinatis, & certis temporibus & terminis, dum tamen non ad voluntatem accipientis indeterminatè, aliquando plus aliquando minus: quia si ita esset, ibi esset potius precium pro herbagio quam communia. Si autem cum ius non habeat pascendi herbam paucit per eschapium vel cum warda facta, & propter hoc denarios dederit vel seruitium fecerit, hoc erit potius emenda pro transgressione quam seruitium pro communia. Item si vicinitas vel seruitium non interuenerint, docere oportet interuenisse donationem & titulum. Item docere oportet longum tempus & longum vsu, illũ videlicet qui excedit memoriam hominum, tale enim tempus sufficiat pro iure, non quia ius deficiat

deficiat, sed quia actio deficit vel probatio . Item sufficit pro iure, si ille de quo queritur docere possit quòd aliquando simul communicauerint, licet nunc non communicent, vt si querens per negligentiam suam vel suorum comuniam suam amiserit, vt si vicinus partem suam excoluerit & appropriauerit, quod vicinus sibi & negligentie sue merito poterit imputare. Cùm autem querens ad obiecta respondeat contrarium vel diuersum, hoc per patriam in modum inquisitionis declarabitur. s. per hæc verba. Si talis querens & homines sui & ille de quo queritur, & homines sui de tali villa semper simul communicare solent in tali loco & tali. Item si tale seruitium fecerint & tale. &c. Item si talis a tali tempore quo non extat memoria semper pacificè habuit comuniam. &c. Item si taliter feoffatus fuit (vt dicit) cum comunia pasturæ. Item si illam emit &c. & infinitæ sunt causæ quare comuniam. &c. Et secundum quod per patriam probatum fuerit amittetur comunia vel retinebitur. Et notandum, quòd si tenementa talium sint in eadem baronia & de eodem feodo & in vna villa, non poterit quis comuniam dedicere inter vicinos propter vicinitatem, nisi hoc faciat aliquod speciale, vt de termino P. Anno. xv. in com̄ Buck. Item si recognitum sit in iudicio ab eo qui comuniam clamat, quòd tenens terram in qua comunia petitur illam includere possit, & arare & in ea ædificare vel aliquid facere pro voluntate sua, cadit breue Quo iure: vt de termino sancti Michaelis, Anno septimo incipiente octauo in principio rotuli. Item se ponere possit tenens implacitatus in magnam assisam ad recognoscendum vtrum ipse maiusius habeat tenendi terram suam, siue tenementum, siue comuniam, quam idem petens ibi habere & clamare possit, quàm ille qui petit habendi comuniam pasturæ in eadem sicut illam petit vel econtrà. Et notandum, quòd si quis de comunia pasturæ sue fuerit disseysitus & perquisiuerit sibi per breue de noua disseysina, & ille disseysitor incontinenti sibi perquisiuerit per breue Quo iure, semper procedet assisa de disseysina sicut in alijs placitis, vt secundum quod disseysina querenti remanserit vel non, procedat placitum per breue Quo iure, vel non procedet: vt de termino P. Anno decimo octauo in com̄ Suffex inter Simonem de la Pynd & Iohannem Kynelworth & alibi. Eodem vero modo fieri possit (vt prædictum est) de omni genere comuniarum quæ in alieno haberi potest, si hoc esset in vsu quòd amittere deberet quis possessionem nisi docere possit de iure. Cùm autem recognitum sit & cõuictum per iuratam vel alio modo, quòd summõitus nullam comuniam habere debeat, tunc habebit querens pacem per tale breue. Rex vic. salutem. Scias quòd cùm A. summonitus esset in curia nostra. &c. ad respondendum B. quo iure ipse comuniam clamat in terra ipsius B. in tali villa deficut idem B. nullam comuniam habuit in terra ipsius A. in eadem villa vel in alia tali villa, nec idem A. ei seruitium fecit quare comuniam habere debuit. Idem A. venit hic in eadem curia, & auditis partium hinc inde interrogationibus & responsionibus, tandem consideratum est in eadem curia nostra. &c. coram eisdem iustitiarijs nostris, quòd prædictus A.

nullam communiam habere poterit vel exigere in terra ipsius B. in prædicta villa sine voluntate ipsius B. Et idè tibi præcipimus, quòd eidem B. terram suam in prædicta villa de N. in pace habere facias, ita quòd prædictus A. nullam ibi communiam habeat sine voluntate ipsius B. Teste. &c.

1 De communia habendi rationale estouerium in fundo alieno in boscis & bruerijs & alijs in vastis alicuius. Cap. 42.

Dictum est supra de communia pasturæ & iure pascendi in alieno; nunc autem dicendum est de alia communia, secundum quod largè se habeat vnà cum alio non ad pastum sed ad commoditatem aliam, vt si quis habere debeat in fundo alieno ius secandi vel falcandi in foresta vel bosco alicuius, vel alijs vastitatibus ad rationale estouerium suum ædificandi scilicet, claudendi, & ardendi, & alia quidem quæ necessaria sunt, secundum constitutionem seruitutis in plus vel minus, in qua quidem constitutione oportet modum attendere, vt estouerium sit rationale secundum quantitatem bosci vel vasti in quo fuerit seruitus constituta, secundum quod fuerit ampla vel parua sicut illam petit vel e contra. Itè quantitas tenementi, ad quod debetur illa seruitus, & sic oportet omnia ponderare quòd non excedant modum nec minuantur, sed quòd omnia permaneant, in mensura. Et si aliquis ipsorum modum excedere voluerit vel minuere scilicet ille ad quem seruitus pertinet plus capiendò quàm ratio permittat vel quàm liceat, & sic faciat vastum & destructionem, dominus ille cuius fundus fuerit procuret amensurationem, vel agat de transgressione vel disseysina. Et eodem modo ille cui seruitus debetur si per dñm fudi minuat vel omninò tollat, agat ad hoc per breue quod ei uti liceat plenè vel saltè comodè, & per hoc breue vic. directum quòd vocat iusticiæ quod tale est. Rex vic. salutem. Præcipim⁹ tibi quod iusticiæ talè quod iuste &c. permittat talem habere rationale estouerium suum in bosco suo de tali villa quod habere debet & solet (vt dicit) & sicut rationabiliter monstrare poterit quod habere debeat, ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu iustitiæ T. &c. Si autem estouerium petatur de turbaria vel bruera, tunc sic. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi, quod iusticiæ talem quòd iuste &c. permittat talem habere rationale estouerium suum in turbaria sua vel bruera, vel alijs huiusmodi quod in ea habere debet & solet vt dicit, ne amplius &c. Et locum habere possit (vt videtur) Assisa nouæ disseysinæ de qualibet communia pertinente ad liberum tenementum, secundum quod communia largè se habeat, sicut habere potest locum in comunia herbagij & pessonæ, non video rationem quare non, & sic de alijs omnibus communijs inferiùs notandis. Si autem boscus vel vastitas communis sit inter participes vel cohæredes, & aliquis eorū in estouerio capiendò modum excedat & vastum fecerit vel destructionem, non erit hic locus amensurationi nec nouæ disseysinæ sed transgressioni, vt assisa vertatur in transgressionem, vel quod partes sic compellantur ad diuisionem per communi

NNn j.

diui-

Lib. iiii. De Affisa nouæ difseyfinæ.

diuidendo iudicium. Et eodem modo (vt prædictum) est fiat de iure fodiendi, falcandi & secandi, & de alijs quibuscunq; seruitutibus.

1 De aqua ductu.

Cap. 42.

Item potest quis habere seruitutem, scilicet ius aquæ ducendæ ex fundo alieno, & per fundum alienum vsq; ad fundum proprium ad irrigandum agrum suum, vel ad aliud commodum faciendum, quo casu impediri non debet quo omninò ducere non possit vel quo minus commodè vel modo debito secundum consuetudinem seruitutis, vt si ducere debeat omni tempore, & non permittit eum ducere nisi aliquo tempore. Item si certis temporibus, non permittit eum ducere aliquo tempore. Item si non in debita quantitate. Item si non permittat alueum purgare per quod aquæ ductus impeditur, & per hoc tenementa vicinorum submerguntur, in omnibus istis casibus fit difseyfina vicino & consulitur ei per breue: Quare talis diuertit cursum aquæ ad nocumentum liberi tenementi sui, per breue quod tale est. Nocumenta vero infinita sunt, secundum quod inferius dicetur, quæ omninò seruitutes tollunt, vel saltem impedimentum dant quò minus comodè vti possit seruitutibus.

1 De nocumentis iniuriosis. 2. de nocumentis iniuriosis de seruitutibus.

Cap. 43.

ET sciendum quòd nocumentorum aliud iniuriosum est & damnosum, aliud damnosum & non iniuriosum, vnde cum fiat querela de nocumento, quaeri oportet ad quod damnum aliquid fiat, & videndum vtrum damnosum & iniuriosum sit, & tunc tollendum. Si autem non iniuriosum licet damnosum, tunc erit sustinendum, sicut videri poterit, si quis seruitutem habeat & ius pascendi in alieno, competit ei liber ingressus & egressus. Si autem ille cuius fundus fuerit aliquid faciat in ingressu quò minus omninò ingredi possit vel minus comodè, vt si murum, fossatum vel hayam fecerit, facit nocumentum iniuriosum, & quod ita factum est, statim & recentè flagrante facto tolli potest & demolliri, etiam sine breui, post tempus verò non nisi cum breui. Eodem modo fieri debet si cui concedatur ius eundi per fundum alienum, si via quocunq; modo obstruatur vel coarctetur quò minus iri possit omnino vel minus comodè. Item si aquæ ductus concedatur (vt prædictum est) & diuertatur ad nocumentum in parte vel in toto. Item poterit quis habere communiam cum alio, & ius fodiendi sicut ius pascendi, vt fodere possit in alieno aurum & argentum, stannū, cretam, lapides & arenam & huiusmodi. Et eodem modo ius venandi & piscandi, potandi & hauriendi, & alia plura quæ infinita sunt cum eorum pertinentijs, scilicet cum libero accessu & recessu, secundum quod ad communiam pasturæ pertinet, liber ingressus & competens & liber egressus. Et in omnibus casibus prædictis & alijs multis casibus iaceret affisa noua difseyfinæ eodem modo,

do, sicut de communia pasturæ, & etiam eodem modo, Quo iure, si hoc esset in usu. ¶. 2. Item si seruitus imponatur fundo alicuius a iure licet non ab homine vt supra, per quam prohibetur ne quis faciat in suo per quod nocere possit vicino, vt si stagnū exaltauerit in suo vel de nouo fecerit, per quod noceat vicino. i. si per hoc fundus vicini submergatur, hoc erit ad nocumentum liberi tenementi vicini iniuriosum, nisi hoc a vicino permissum sit quòd liceat. Et sicut poterit quis habere seruitutem in fundo vicini si constituatur, ita poterit etiam per longum usum sine constitutione ex scientia & patientia dominorum, quia longa patientia trahitur ad consensū, sicut in communibus pasturis & huiusmodi. Item id quod ab initio non fuit nocumentum iniuriosum, ex post facto & per constitutionem fieri poterit iniuriosum, vt si cui ab initio facere licuit in suo, ex constitutione seruitutis conuenerit ne liceat facere, vel econtra-riò si cui ab initio facere non liceat, post modum facere liceat ex constitutione.

1 De nocumentis iniurijs & pertinentijs pertinentiarum. Cap. 44.

OMnia iura prænotata & omnes seruitutes sunt de pertinentijs tenementorum & pertinent a tenemento ad tenementa, & habent huiusmodi pertinentiæ suas pertinentias, sicut ad ius pascendi & ad pasturam pertinet via & liber ingressus & egressus, Et eodem modo ad ius fodiendi, falcandi, & secandi, hauriendi, potandi, piscandi, venandi & huiusmodi, liber accessus & recessus, scilicet via, iter, & actus ratione diuersorum vsuum vt supra. Item ad ius aquæ ducendæ pertinet purgatio. Item ad iter, secundum quod est de pertinentijs pertinentiarum, vel de pertinentijs per se, vt si via per se concedatur sine alia seruitute, pertinet resectio sicut ad aquæ ductum pertinet purgatio. Et sicut possunt huiusmodi iura & seruitutes auferri per disseysinam ne quis utatur: ita possunt fieri nocumenta iniuriosa in pertinentijs pertinentiarum, quòd quis commodè uti non possit prædictis seruitutibus vel quòd omninò uti non possit, vt si quis omninò viam obstruat vel chaceā, per quā ingredi solet pasturam, fossato, muro, haya, vel palatio, tale nocumentum non multum differt a disseysina, & ideo tolli debet per assisam nouæ disseysinæ cum sit iniuriosum, ad cultum eius qui opus illud fecerit, si hoc fecerit in suo. Si autem in alieno, competit ei assisa nouæ disseysinæ de libero tenemento cuius fuerit fundus in quo opus illud factum fuerit, & secundum quod assisa nouæ disseysinæ sub se cōtinet nocumentum, quia omnis disseyna nocet, per hoc tolli potest nocumentum & querenti restitui damnum, tam de disseysina tenementi quàm de nocumento, quod quidem non esset si tantum de nocumento ageretur. Item si minus commodè iri possit ad locum seruitutis & ad pasturam vt si viam coarctauerit, vel vbi solebat ire per compendium, compellit eum ire per circuitum. Item etsi permittat eum ire, tamen non permittit eum ire ad usum debitum in seruitute constitutum, vt si debet quis habere viam ad carrectam & car-

NNn.ij. rum,

rum, non permittit eum habere nisi iter & actum, & ingressum strictum, per assisam tollatur iniuriosum nocumentum, & per breue, Quare obstruxit vel coarctauit aliquo modorum supradictorum, & si fossatum non fecerit nec murum per quod obstruat per opus manufactum, sufficit tamen si faciet quod tantundem valeat, scilicet si ire non permittat, & hæc locum habent cum facta fuerint extra loca deputata seruitutibus. Si autem infra, tunc locum habebit affisa nouæ disseysinæ de pastura vt supra. Item a constitutione hominum imponitur seruitus, quod quis habeat aquæ ductam per fundum alienum, & sic est constitutio hominis. Est etiam constitutio iuris, ne quis faciat in suo iniuriosè, scilicet ne stagnum faciat vel exaltet, vel prosternat per quod noceri possit vicino, vt si per refluxû aquæ submergat tenementû vicini sui. Eodè modo nec domû, nec pontem, stagnum, nec gurgitem exclusum nec molendinum, per quod vicino iniuste noceatur, & sic ne faciat nocumentum iniuriosum in construendo in proprio vel alieno, nec eodem modo in prosternendo, demolliendo vel destruendo iniuriosè omninò quod iuste factû est ab initio & leuatum, vt si murum prostrauerit quis, vel fossatum, piscariam, vel stagnum, exclusum, pontem, & huiusmodi. Et eodem modo facere potest quis nocumentum iniuriosum vel potiùs disseysinam, si quis in reficiendo, demolliendo vel amensurando, cum hoc ei liceat iuste si modum debitum excedat. Et sicut poterit quis facere nocumentum iniuriosum in faciendo, ita poterit in non faciendo, in proprio vel in alieno, vt si teneatur ex constitutione obstruere & claudere, purgare & reficere & non fecerit, cum ad hoc teneatur. Item sicut nocere potest in non faciendo, ita nocere potest in non permittendo, vt si quis non permittat alium qui teneatur obstruere, claudere, purgare, & reficere, cum ad hæc teneatur ex constitutione, vel longa consuetudine. Item notandum quod poterit esse nocumentum iniuriosum propter communem & publicam vtilitatem, quod quidem non esset propter vtilitatem priuatam, vt si quis firmauerit piscariam vel stagnum habens prædia ex vtraq; parte aquæ cum fundus suus liber sit ex omni parte quod nihil debet fundo vicino, subtus nec supra, per hoc licet damnum faciat vicinis, non tamen facit iniuriam, sed tamen propter publicam vtilitatem (quæ priuatæ præfertur) sustinenda sunt hæc ad tollendum publicum damnû. Et multa alia fieri possunt nocumenta iniuriosa, secundum quod in parte dicitur infra, sed hoc quod dictû est, sufficiat ad præsens exempli causa.

Quod ex aqua iniuriosè leuata sunt ad nocumentum statim demoliri possunt & recen-
ter. 2. Breue de huiusmodi. 3. Forma breuis de iusticiando aliquem quod permittat
alium habere viam. 4. De communia pastura & piscaria & de officio vic. 5. Bre-
ue si Rex voluerit quod huiusmodi nocumenta terminentur coram iustic. suis
quibuscûmque. 6. De visu faciendo. 7. De responsione & exceptionibus illius de quo
gacitur secundum articulos breuis. 8. Qualiter amoueri debet nocumentum. 9. De
aqua diuersa. 10. De stagno leuato. Cap. 45.

EA vero quæ sic leuata sunt ad nocumētū iniuriosum, vel prostrata vel demollita, statim & recenter flagrante maleficio (sicut de alijs disseysinis) demolliri possunt & prosterni, vel releuari & reparari si querens ad hoc sufficiat, si autem non, recurrendum est ad eum qui iura tuetur, qui per tale breue remedium habebit. ¶ 2. Rex vicecom̄ salutem. Questus est nobis talis quod talis iniuste & sine iudicio leuauit quendam murum, quoddam fossatū, quendam hayam, quoddam paliciū, quendam domū, quendam portā, quendam pontē, quoddam stagnū, quendam exclusam, quendam gurgitē, quoddam molendinum, quendam faldā in tali villa ad nocumentum liberi tenementi sui in eadem villa vel in alia, post vltimum reditum nostrū de Britannia in Angliam. Et ideo tibi præcipimus quod loquelam illam audias, & postea eum inde iuste deduci facias ne amplius &c. Teste &c. Eodem modo vice versa fieri poterit breue de prædictis, quare quis huiusmodi prostrauit iniuste ad nocumentum liberi tenementi &c. Item quare stagnum exaltauit. Item eodem modo quare quis viam obstruxit vel coarctauit ad nocumentum. Item quare diuertit cursum aquæ. Item si quis aliquid fecerit quo minus ad fontem, lacum, puteum, piscenam iri possit vel hauriri vel de fontana aquæ non tantam aquam ducere vel haurire, tales cadere possunt in assisam, sed discretæ sunt seruitutes ductus aquæ & haustus. Item si quis prohibeatur aqua vti. Item haurire, siue pecus ad aquam appellere cadit similiter in assisam, sed hoc non est de cisterna, quia cisterna non habet aquam perpetuam nec aquam viuam, quia cisterna imbribus concipitur: sed & lacus, piscina, puteus aliquando aquam viuam non habent. Item si quis ire ad fontem prohibetur, habet actionem, Quare quis obstruxerit, quia cui conceditur haustus, ei conceditur iter ad fontem & accessus, & licet quis vti possit, tamen nouas venas querere & aperire non licet, quia aliter vti non potest quam alio anno vti solet. Riuus autem locus est per longitudinem depressus, quo aqua decurrat. Specus est locus ex quo despicitur, & inde dicta sunt spectacula. Reficere autem est, id quod corruptum est in pristinum statum reformare. Ei vero permittitur reficere & purgare riuum qui ius habet seruitutis, & qui aquæ ducendæ causa id fecit. In pristinum statum dico, quia si quis riuum deprimat vel attollit, dilatet vel extendit, operit apertum vel qua per excessum delinquit. Itē aquæ ductus quandoq; deberur & datur prædijs, & quandoq; personis. Quod vero prædijs datur, persona extincta non extinguitur. Quod autem datur personis, cum personis amittitur, ideo ad nullum transit successorem. Si diurnarum vel nocturnarum horarū aquæ ductū habeam, non possum alijs horis ducere quam quibus ius habeam. Item aqua diuidi poterit non solum temporibus sed mensuris. Et sciendū quod si aliquis fecerit in vno com̄ aliquid quod noceat in alio com̄, semper impetrabit breue ad vice. illius com̄ in quo com̄ nocumentū illud factum fuerit. Et sic pertinet quandoq; huiusmodi emendatio ad vice. per prædictum breue. Et eodem modo de via obstructa, per breue quod iustificet per communem vtilitatē, ne transcentes ire diu impediatur, quia hoc esset commune dam-

ne damnum, & in hoc vicecom̄ & iusticiarij faciant sicut super detentio-
 ne aucriorum contra vadium plegij, propter communem vtilitatem ne
 animalia diu inclusa pereant. Eodem modo de pastura & piscaria, & de
 habendo rationale estouerium in bosco, & bruera, & in quibus non ha-
 bet potestatem cognoscendi sine waranto, nisi tantum de via, sed sine
 breui, dum tamen hoc fecerit recenter flagrante delicto ad querelam,
 sed post longum interuallum se intromittere non debet sine waranto nec
 sine breui. Nec licitum erit vicecom̄ se intromittere sine breui ultra tem-
 pus quod conceditur, disseysito, & hoc non nisi cum consensu & que-
 rela eius cui iniuriatum est. Forma breuis vicecom̄ directi de via ta-
 lis est. ¶ 3. Rex vicecom̄ salutem. Præcipimus tibi q̄ iusticies talem q̄
 iustè &c. permittat talem habere quandam viam in terra sua de tali villa
 quam in ea habere debet & solet (vt dicit) sicut rationabiliter monstrare
 poterit quod in ea habere debeat, ne amplius &c. Item aliquando de pa-
 stura vicecom̄ hoc modo. Præcipimus tibi q̄ iusticies talem q̄ iustè &c.
 permittat talem habere comuniam pasturæ suæ in terra sua in tali villa
 quam in ea habere debet (vt dicit) & sicut rationabiliter &c. Et eodem
 modo de piscaria. ¶ 4. Præcipimus tibi, q̄ iusticies talè quod iustè &c.
 permittat talè habere cōmuniã piscariæ suæ in aqua sua de tali villa quã
 in ea habere debet & solet (vt dicit) sicut rationabiliter &c. Breue autem
 de habendo rationale estouerium vicecom̄ directum q̄ iusticiet vt supra.
 Breue autè de cōuentione vicecom̄ directū q̄ iusticiet infra. Officiū vero
 vicecom̄ est in hac parte, q̄ in præsentia partium conuenire faciat hūdre-
 dum siue wapentakium. Et in primis videat in cuius fundo siue tenemen-
 to illud opus nouum factum fuerit, & si in fundo illius de quo queritur
 inueniatur factū iniustè & ad nocumentum liberi tenementi querentis, si
 hoc constiterit per iuratā, vicecom̄ amouere faciat per visum recognitorū
 id quod nocet ad custū delinquentis, & illud fieri faciat sicut esse solet &
 debet. ¶ 5. Rex vicecom̄ salutem. Questus est nobis talis, q̄ talis iniustè
 &c. leuauit quoddā fossatū vel quēdā alia (vt supra) in primo bene per or-
 dinem in tali villa ad nocumentum liberi tenementi sui in eadē villa vel
 in alia post vltimum reditum &c. Et ideò tibi præcipimus, quod si idem
 talis fecerit te securum &c. Tunc facias duodecim liberos & legales ho-
 mines de visineto illo videre fossatum illud, vel alia superius nominata, &
 tenementum illud & nomina eorum in breuiari. Et sumoneas eosdem
 per bonos sumonitores, quod sint coram Iusticiarijs nostris ad proxi-
 mam assisam &c. parati inde facere recognitionem. Et pone per vadi-
 um & saluos plegios præfatum talem vel balliuum eius &c. vt supra
 de noua disseysina de libero tenemento. ¶ 6. De officio vicecom̄ &
 alijs fiat vt supra de assisa nouæ disseysinæ de libero tenemento, præter-
 quam de visu iuratoribus faciendo. In quo casu, querens faciat visum iu-
 ratoribus de eo quod nocet qualecunque sit illud, vel quantum vel
 per quas metas, vt certa res in iudicium deducatur, & vt scire poterit
 vtrum plus posuerit in visu suo vel minus quam noceat, vel etiam
 nihil, vt inde certificari possunt Iusticiarij cum inde fuerint requisiti.

Ite m

Item vtrum nocumentum iustum sit vel iniuriosum, magnum vel minimum vel omninò nullū licet dānosum, vt per hoc scire possint vtrū querela pertineat ad querentem vel non. Item videre oportet tenementum cui iniuriosè nocitum est, quia cū querens tenementum nō habeat cui nocere possit, non valebit querela, vel ille de quo quæritur tenementum habeat quod noceat. In aduentu vero Iusticiariorum faciendæ sunt plures interrogationes, vt sciri possit vtrum ad querentem pertineat actio vel non, quo casu, cū intentionem fundauerit querens, excipere poterit ille de quò queritur contra intentionem querentis multis modis, secundum quod respondetur supra in assisa nouæ disseysinæ.

¶ 7. Continetur enim in breui. Questus est nobis talis, quòd talis: & eadem fiat responsio vt fit supra de libero tenemento, vt si dicat quòd fossatum non leuauit vel quid aliud, sed aliàs non procedet assisa, maximè quoad pœnam & per hoc breue, quia hæredes & succedentes non tenentur ad pœnam ex delicto aliorum, licet teneantur ad restitutionem status, & res ad statum pristinum deducatur etiam sine pœna vt supra, & non quia iniuriam fecerunt, sed quia tenent rem quæ nocet, ad similitudinem eius quod dicitur de tigno iniuncto, & quis teneatur actioni de tigno iniuncto non solum ille qui tignum iniunxit, sed ille qui tignū habet iniunctum. Et simili modo videtur de eo dicendum qui fossatum, vel stagnum, vel alia quæq; prostrauerit vel leuauerit, cū illa habeat prostrata vel leuata. Et illud idem erit dicendum (vt videtur) si tempore nocumenti facti non habuit querens tenementum cui noceri potuit, & ideo quia nō fuit ei iniuriatum, & de iniuria alteri illata nemo debet acquirere sibi, vel potest actionem vel querelam habere. Item continetur (iniuste & sine iudicio) & tunc fiat eodem modo quo supra de libero tenemento. Item cōtinetur (leuauit vel prostrauit vel exaltauit) quo casu, respōderi poterit quòd ipse non leuauit sed alius, sed tamē quod alius leuauit dirutum esset vel corruptum vel prostratum etiam sine iudicio ipse illud refecit & reparauit. Item ad hoc quod dicitur, ad nocumentum, responderi poterit, quòd nullum omninò est ibi nocumentum, vel si nocumentum ibi fuerit, illud non est iniuriosum, nec querens ius habet prohibendi ne fiat, sicut videri poterit de molendino leuato in fundo alieno, vbi vicinus prohibere non potest ne fiat, licet damnum sentiat, quia damnum illud non est iniuriosum licet dānosum, & sic dici poterit de alijs nocumentis quæ dānosa sunt licet non iniuriosa. Item dicitur (ad nocumentum liberi tenementi talis) vnde oportet quòd ille qui queritur liberum habeat tenementum, quia nemo potest seruitutem acquirere alicuius prædij vel fundi, nisi qui habeat prædium & liberum tenementum, nec quisquam debere seruitutem nisi qui habet prædium & liberum tenementum.

¶ 8. Si autem nihil sit quod dici poterit contra assisam, procedat assisa, & si faciat pro querente, amoueat id quod nocet & redigatur in pristinum statum ad cultum eius qui deliquit, & fiat per omnia sicut esse solet & debet siue fieri debeat prostratio siue demollitio, refectio siue reperatio, aperi-

aperitio siue amensuratio. Et vnde si per iudicium aliqua istorum fieri debeant ad veterem formã reformãtur, secundũ altitudinẽ & profunditatẽ, latitudinẽ lógitudinẽ & strictitudinem. Restitui enim debet primus status & refici. Reficit enim qui reparat & qui aperit & qui purgat, quia purgatio refectiõnis portio est. Sed non potest quis sub specie refectiõnis deterius aliquid facere, nec altius nec latius nec humilius nec longius aliquid facere. ¶ 9. Item non potest quis aquæ ductum ita purgare per quod aqua aliter fluat q̄ fluere solet. Si quis conuictus fuerit per assisam q̄ aquam diuerterit vel aliquid fecerit, vel immerferit per quod aqua presfior vel altior vel rarior fluat vel rapidior, vel per quod in aliquo minuat̄ur vel per quod alucũ fluminis mutet cum incõmodo vicini. Item non solum tenetur qui aquam diuertit, sed ille qui denegat q̄ aliter aqua fluat cũ ius non habuerit. Itẽ tenetur quis qui dolo fecerit quo magis aqua aliter fluat, q̄ solet vel minũs solito. Vt si fossum in suo fecerit, vel ita aquę ductũ refecerit vel purgauerit, q̄ modũ excedat, & p̄ hoc aquã vicino auferat in parte vel in toto. Et in quibus casib⁹, si in hoc præsumptũ fuerit, totum ad pristinum statum per assisam reformabitur. Sed si quis cùm sibi per assisam p̄quirere deberet, vel cùm p̄quisuerit, propria autoritate (spreto iudicio) seyfinã suã vsurpauerit quod per iudicem reposcere deberet, quod sic sibi præsumpsit per iudicẽ restituet vix imposterũ audiẽdus super ipsa proprietate, vt corã ipso Rege apud Clarindõ anno regni sui. 32. in com̄ South: de quadam aqua trestornata in insula de Vvyeh inter Simonẽ de Vendenge querentẽ & Iordanũ de Insula. Ea quæ nũc dicta sunt sufficiant exempli causa, vt sciatur qualiter tollenda sunt nocumenta, & qualiter per assisam reformanda sint omnia & in pristinum statũ reducenda. ¶ 10. Item de stagno & gurgite leuato vel prostrato ad nocumentũ iniuriõsũ: Videndũ erit vtrũ omninõ leuatum sit in tenemẽto ipsius querentis cùm habeat tenementũ ex vtraq; parte ripæ. In quo casu, potius erit ibi disseysina de libero tenemento quã assisa de nocumento. Si autem leuatum vel prostratum omninõ in tenemento illius de quo queritur, ibi erit potius assisa de nocumento q̄ de libero tenemento, cùm hoc totum sit in alieno. Si autem pars quædam in proprio & pars quædam in alieno, vt si aqua diuidatur per medium, tunc pro ea parte quæ fuerit in proprio locum habebit assisa nouæ disseysinæ de libero tenemento: & pro ea parte quæ fuerit in alieno, locum habebit assisa de nocumento, & sic duæ erunt assisæ de vno factõ. Et cùm onerosum sit vtraq; prosequi, videndum erit quæ illarum deberet præferri ad iniuriam ex toto tollendam, ne pro vna parte procedat & pro alia infecta remaneat, & si velitis corrigere per assisam nouę disseysinæ totum quod actum est de libero tenemento, hoc esse non poterit, quia assisa illa non cõprehendit assisam de nocumento quod factũ est in alieno. Melius est igitur q̄ per assisam de nocumento per quam poterit vtraq; terminari, quia assisa de nocumento extendit se ad fundum alienum in eo quod nociua est & iniuriõsa, licet se non extendat quantum ad liberum tenementũ, & sic assisa de nocumento terminat vtranq;. s. q̄ nocumentum tollatur &

q̄ res

quòd res ad pristinum statum reducat. Item ex vno facto plures possunt esse disseysinæ de libero tenemento, & plura nocumenta iniuriosa eodẽ modo. Plures disseysinæ de libero tenemento, vt si quis fossatum leuaerit in fundo alieno inuito domino, per hoc facit disseysinam de libero tenemento ei qui dominus est & obstructionem vię & diuersionem aque quæ sunt quasi nocumenta iniusta (secundùm quosdam) licet in alieno. Sed omnes terminari possunt per vnicam assisam de libero tenemento, cùm surgant ex vno facto per facti emendationem. Si autem vna vel ambæ erigantur quæ nocent, adhuc poterit iniuria remanere pro parte. Et ideo melius est quòd vna assumatur quæ totum terminet negotium. Et eodem modo potest quis facere in suo ex vno factò, per quod plura nocumenta imminere possunt vicino, vt si viam obstruat fossato per quam ingredi solet ad pasturam, facit disseysinam de communia & similiter nocumentum in via & diuertit aquam, & sic facit vnam disseysinam de cõmunia in proprio & duo nocumenta ex vno facto, & vnde fiat vt supra. Item potest vnus ex vno facto pluribus obligari & teneri ex disseysina & nocumento, vt si quis alterius tenementum incluserit vel commune, et in quo vnus habet liberum tenementum & alius communiam pasturę vnus vel plures, tertius &c. & iter & actum per medium, quartus ad aquationem in aliqua parte, & sic in infinitum: plures hic erunt disseysinæ & plura nocumenta, vnde prius recurrendum erit ad remedium quod totum terminat (si dominus tenementi voluerit) alioquin quilibet agat pro se & per se. Item si quis diuertit cursum aque, refert in quo cõm, vel in qua villa, vel in quo loco factum fuerit id quod nocet, sicut in gurgite, stagno, & piscaria. Item refert vtrum aqua, in qua id factum est quod nocet, propria sit eius de quo queritur vel communis vel in parte propria, scilicet vsquẽ ad filum aque & partim aliena. Si autem omninò propria eius qui diuertit & in eadem villa & tenementum cui nocetur in eadẽ villa, tunc stabit breue: cùm dicatur, quòd talis diuertit cursum aque in tali villa ad nocumentum liberi tenementi talis in eadem villa. Si autem aqua sit cõmunis plurium & propria, non dico tantum ad vsum piscandi, tunc refert quid.

¶ Si mercatum aliquod leuatum sit ad nocumentum vicini mercati. Cap. 46.

Poterit inter alia nocumenta concedi libertas ad nocumẽtum libertatis prius concessæ, vt si cui concedatur libertas habendi mercatum aliquo loco certo, ita quòd non sit ad nocumentum alicuius mercati vicini: & vnde in primis videndum quale mercatum dici debeat mercatum vicinum, & quale non vicinum siue remotum. Item quale sit nocumentum, ad hoc quod sufficiat ad tollendum id quod nocet. s. vtrum damnosum sit & iniuriosum, vel tantum damnosum & non iniuriosum, quia remotum: vel damnosum & iniuriosum quia vicinum: vel si vicinũ non iniuriosum, quia non ad damnum sed ad commodum. Vicinum autem dici poterit mercatum & nocumentum iniuriosum, quia damnosum quandoq; vt si nouum mercatum leuatum sit infra sex leucas & dimidiũ

OO.i.

et

Lib.iiii. De Assisa nouæ dsseyfinæ.

et tertiam partem dimidiæ. Et est ratio, secundū dicta seniorum, quia omnis rationabilis dieta constat ex .xx. milliaribus. Diuidatur dieta in tres partes, prima pars matutina detur euntibus versus mercatum, secunda vero detur ad emendum & vendendum, quæ quidem sufficere debet omnibus nisi sint forte mercatores stellati qui merces deposuerint & exposuerint venales, quibus necessaria erit prolixior mora in mercato. Tertia vero pars relinquitur redeuntibus de mercato ad propria, & quæ quidē omnia necesse erit facere de die & non de nocte, propter insidias & incursum latronum, quod omnia sint in tuto. Cū igitur infra talem terminum impetretur mercatum, erit prosternendum: quia nocumentum damnosum est & iniuriosum, quia sic vicinum. Si autem ultra talem terminum, licet damnosum sit, non erit tamen iniuriosum, quia remotum & non vicinum. Item poterit mercatum esse vicinum infra prædictos terminos & non iniuriosum, quia non damnosum sed potius ad commodum, ut si illud de nouo leuatū sit secundo die vel tertio ad plus post diem alterius mercati. Si autem ante, secundo die vel tertio, erit iniuriosū: quia damnosum. Et vnde si mercatum non sit vicinum, non erit demolliendum: quia non iniuriosum licet damnosum. Si autem vicinum & infra terminum prædictum, si fuerit ad commodum, erit sustinendum propter verba, nisi sit ad nocumentum. Item si leuatio vnius sit ad nocumentum alterius, tunc videndum quod ipsorum primò leuatū, & ideo licet ad nocumentū, non tamen iniuriosū: quia primū. Item quamuis damnosum, non erit iniuriosum, si de licentia querentis leuatū sit.

¶ Breue de ingressu post disseysinam factam de seruitutibus & eorum pertinentijs si vna partium moriatur vel pars vtraque. Cap. 47.

IN assisa nouæ dsseyfinæ de communia pasturæ vel alia cōmunia, quæ seruitutes dici possunt & iura, si contingat quod vna partium moriatur vel ambæ, nihilominus remanebit iniuria, licet cadat assisa in eo quod pœnalis est, ut supra dicitur de libero tenemento, & sicut assisa illa pœnalis est & personalis & rei restitutoria sic est ista restitutoria status quantū ad heredes cuiuscūq; ætatis fuerint & alios possidentes ut res ad statum debitum reducat per breue de ingressu, sicut ibi & per tale breue. Rex vicecōm salutem. Præcipe A. quod iuste &c. reddat B. comuniam pasturæ ad tot aueria, vel quantum pertinet ad tantum tenementum in eadē villa secundum modum feoffamenti. Vel sic: comuniam pasturæ per totam terrā suā ad tot aueria vel omnimoda, in boscis, & vastis vbiq; extra blada, prata, & rationabilia defensa, vel sic: cōmuniam bosci, brueræ vel turbariæ ad rationabile estouerium, vel comuniam peffonæ. Item cōmuniam fodiēdi, hauriendi, venandi, piscandi & huiusmodi secundum omnia genera comuniarum cum pertinentijs in tali villa, quæ pertinet ad liberum tenitum suum in eadem villa vel in alia, de qua talis pater ipsius talis qui tenet vel alius antecessor (cuius heres ipse est) iniuste &c. disseysiuit prædictū talē ita qd assisa nouæ dsseyfinæ inde arramata fuit &c. & sic p omnia ut supra de libero tenemento, cum clausula vel sine, & secundū quod

quod disseysitor vel disseysitus mortui fuerint vel eorum alter, quia hic & ibi eadem ratio: & si visus petatur, faciat petens visum tenementi (sicut faceret querens si viueret) iuratoribus, & non remaneat si dicatur fortè quòd iura & seruitutes videri non possunt, cum sint incorporalia & per hoc inuisibilia & intangibilia, quia possunt corpora videri .s. tenementa in quibus constituuntur talia iura, & etiam tenementa ad quæ dicuntur pertinere, vt sciri poterit in quibus locis & infra quas metas contineantur, sicut fit tota die de communia pasturæ per breue de recto & per breue de quo iure. Simili modo (vt videtur) possit peti visus in iure aduocationis, quamuis ius videri non possit, sufficit (vt videtur) quòd videat corpus cui illud ius inest. Et reuera vnum est videre ius & aliud ecclesiam, sicut fit in assisa vltimæ præsentationis. Quod autem dicitur supra de breui de ingressu in assisis & seruitutibus, illud idem dici posset de nocumētis: vt si aliquis in suo faceret aliquid iniuriosè quod fundo vicini noceret & super hoc arramata esset assisa, & ante captionem assisæ vna pars moreretur vel ambæ, quòd propter hoc non remaneret iniuria quoad reformationem status, quamuis non quoad pœnam, et hic eadem ratio quæ supra, & ideo idem ius per tale breue de fossato & muro & alijs leuatis iniuste quòd prosternentur & de prostratis iniuste quòd releuentur & reparantur, & de exaltatis iniuste quòd amensurètur, & de vijs obstructis iniuste quòd apperiatur ad vsum debitum, & de aquis trestornatis quòd retornentur & in statum debitum reformètur. Forma breuis talis esse poterit. Rex vic. salutem. Præcipe A. quòd iuste &c. releuari faciat & reparari quoddam fossatum in tali villa quod B. pater vel alius antecessor ipsius talis (cuius hères ipse A. est) iniuste & sine iudicio prostrauit in eadē villa ad nocumentum liberi tenementi ipsius C. in alia villa tali vel in eadem. Et vnde assisa nouæ disseysinæ inde arramata fuit & visus terræ &c. & remansit assisa capienda &c. vt supra, vel sine clausula illa sic. Et vnde talis obijt antequam sibi perquirere potuit per assisam, vt idem C. dicit, & nisi fecerit &c. Si tamen talis actio extendi non deberet ad hæredes in eo quod pœnalis est, & valde onerosum esset alicui hèresi & sumptuosū huiusmodi nocumenta ad statum pristinum reducere. Et ideo fiat quandoq; breue sub huiusmodi verbis. Præcipe tali &c. quòd permittat talem releuare siue reparare &c. Eodem modo fiat si quis fossatū leuauerit vel murum iniuriosè quòd prosternatur. Et hoc sufficit exempli causa. Possit enim formari breue de huiusmodi ad similitudinem assisæ mortis antecessoris, quia continuatur seysina ab antecessore vsq; ad hæredes, vt si nocumentum factum fuerit, & ille cui iniuriatum sit moriatur in eodem die vel in crastino vel in tertio die, quia talis retinet possessionem ciuilem & statum, quamuis naturalem amiserit. Et poterit talis hères ex tali seysina recenter prosternere vel leuare, sicut posset antecessor si viueret, si hoc liceat hèresi & tunc sic: Præcipe A. quòd iuste &c. releuare faciat vel reparare quoddam fossatum in tali villa, quod quidem B. pater ipsius A. (cuius hères ipse est) iniuste prostrauit in eadem villa ad nocumentum &c. vel competere poterit hèresi assisa nouæ disseysinæ de nocumento sicut cōpeteret antecessori dum vixit, propter talem continuationem: quia per

Lib.iii. De Assisa nouæ disseysinæ.

ciuilem possessionem quam antecessor retinuit, iniuriatur hæredi sicut antecessori, quia antecessor incontinenti possit reficere vel prosternere, nisi impediretur quasi morte præuentus. Si autem negligens fuit antecessor in impetrando longè ante mortem suam, quæ ita sibi per negligentiam non impetrauit cum posset, hæredi non dabitur actio per breue de ingressu propter negligentiam sui antecessoris, quia non videtur quod hæredi noceri possit quod antecessori non nocuit.

1 ¶ Breue, Si infra sumonitionem itineris Iustitiariorum cõtingat disseysinã fieri qualcũq; Cap.48.

Contingit quãdoq; disseysinã fieri infra sumonitionem itineris iustitiariorum, vbi non esset necesse recurrere ad curiam per habendo breue, sed fiat per iustitiarios in hac forma. Titius de tali loco & socij sui iustitiarij itinerantes in tali com, vic. tali salu. Questus est nobis talis, quod talis iniuste &c. Et sic in omnibus vt supra, præterquã de termino & tunc dicitur. s. infra sumonitionem itineris nostri. Et ideo tibi præcipim⁹ &c. vt supra, & statim capiatur assisa cum iuratores præsentés sint & visum fecerint. Sed videndum erit vtrum disseysina facta fuerit in ipso itinere & infra sumonitionem itineris vel ante, in parte vel in toto, vt breue conueniat cum querela & per omnia procedendum erit & respondendum vt supra.

1 ¶ Quidd non debet fieri disseysina super disseysinam nec assisa super assisam nec iurata super iuratum nec conuictio super conuictionem. Cap.49.

Si quis autem disseysitus fuerit de tenemento suo vel aliquo quod pertinet ad tenementum, & coram iustitiarijs itinerantibus seysinã suã recuperauerit per assisam quãcunq; vel per recognitionem eorum qui disseysinam fecerint, & ipse disseysitus per vic. seysinã suam habuerit: Si vero disseysitores postea post iter vel infra, eum qui recuperauit iterum disseysuerint & inde conuicti fuerint, statim capiantur, & in prisona dñi Regis detineantur quousq; per dominum regem, vel alio modo delibèrentur: et fiat breue vic. directum in quo contineatur narratio de disseysina facta super disseysinam, quod tale erit. Rex vic. salutem. Monstrauit nobis talis, quod cum ipse in curia nostra &c. apud talem locum recuperasset seysinã suã versus talem de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa, per recognitionem assisæ nouæ disseysinæ ibi inde inter eos captæ, ipse talis prædictum talem de eadem terra iterum contra iudicium in curia nostra factum iniuste disseysiuit. Et ideo tibi præcipimus, quod assumptis tecum custodibus placitorum coronæ nostræ, & xij. tam militib⁹ quàm alijs liberis & legalibus hominibus, tam de illis qui in prima assisa siue iurata fuerunt, quàm alijs in propria persona tua accedas ad terram illam, & per eorum sacramentum diligentem facias inde inquisitionem, & si ipsum talẽ iterum per prædictum talẽ iniuste disseysitum inueneris, tunc ipsum capias, & in prisona nostra saluo custodias donec aliud inde præceperimus, & inde tali seysinam suam rehabere facias Teste &c. Talis quidem qui ita conuictus fuerit dupliciter delinquit, contra regem quia facit disseysinam & roberiam contra pacem suam, et etiam ausu temerario irrita ea quæ in curia domini regis rite acta sunt: et propter duplex delictum merito sustinere debet poenam duplicatam. Et eodem modo fiat de illis qui alios eiecerint de seysina qualitercunq; vel de quacunq; re seysinam suam recuperauerint in curia dñi regis

gis p assisam, recognitionem, iuratā, iudicium, concordiam vel alio quo cunq; modo. Alia forma breuis de eodē. Rex vic. salutē. Monstrauit nobis talis persona talis ecclesiæ, q̄ cū assisa sumonita esset coram iustitiarijs nostris vltimō itinerantibus in com̄ tuo, ad recognoscendum vtrum tantum terræ cum p̄tinentijs in tali villa esset libera elemosina p̄tinentis ad ecclesiam ipsius talis de tali villa, an laicum feodum talis, & idem talis recuperasset seysinam de prædicta terra, eo quod prædictus talis recognouit prædictam terram esse ius prædictæ ecclesiæ ipsius talis, vel per recognitionem eiusdem assisę inde inter eos ibidem captam: Idē talis prædictum talem de eadem terra postea iniuste disseysiuit. Et ideo tibi præcipimus, quod assumptis tecum &c. vt supra. Hoc breue fit secundum qualitatem cuiuslibet breuis p̄ quod seysina recuperatur coram iustitiarijs, & variatur secundum varietatem assisarum, & secundum recordum ita. s. vt supra. Monstrauit nobis talis q̄ cū in curia nostra &c. arramasset assisam nouę disseysinæ versus talem de quadam piscaria leuata in tali loco vel de quodam stagno leuato vel exaltato, vel fossato leuato, & huiusmodi ad nocumentū liberi tenementi sui in tali villa, & recognitū esset p̄ eandē assisā q̄ piscaria illa facta esset, vel stagnum leuatum & h̄modi ad nocumentum ipsius talis, et præceptum esset tibi quod piscariam illam demolliri faceres vel stagnum prosterni & huiusmodi &c. et fieri sicut esse solet & debet, & hoc ita factum esset per præceptū eorundē iustitiariorū nostrorum: Ille idem talis postea ausu temerario contra ea quæ in curia nostra acta fuerunt, piscariam illam iterum fecit in eodem loco quo prius, vel stagnum fecit exaltari sicut prius. Item cū talis per iudicium curię nostrę recuperasset tantam terram cum p̄tinentijs in tali villa vt ius suum, vel per finem factum vel alio quocunq; modo, & in seysinam posset esset, idē talis cōtra ea quę in curia nostra rite acta sunt & iudicata, ipsum inde iniuste disseysiuit. Et ideo tibi præcipim⁹ quod assumptis tecū &c. in p̄pria p̄sona tua accedas ad locū illū, & si ita esse inueneris tunc &c.

¶ Si contingat aliqua ratione assisā nouā disseysinā capi extra Comitatum, tunc breue de seysina habenda. Cap. 50.

SI autē cōtingat aliquo tēpore & casu q̄ assisa nouæ disseysinę capiatur extra com̄, vel ille cuius assisa capta fuerit in com̄ queratur q̄ seysinā nō habuit, tunc de seysina habenda in h̄modi assisa fiat tale br̄e. Rex vic. salutē. Scias q̄ A. in curia nostra corā iustitiarijs nostris &c. recuperauerit seysinā suā versus B. de libero tenēto suo in tali villa, vel si terra fuerit specificata tunc dicat: de tanta terra cum p̄tinentijs in tali villa p̄ assisam nouę disseysinę inde ibi inter eos ibidē captā. Et ideo tibi præcipim⁹ q̄ p̄ visū recognitorū eiusdē assisę eidē A. de prædicto tenēto vel terra sine dilatione plenariā seysinā habere facias Teste &c. Si autē deforciās cognouerit disseysinā, tunc in breui inseratur recordū sic. Scias q̄ cū A. in curia nostra &c. arramasset assisā nouæ disseysinæ versus B. de tenēto in tali villa, idē B. venit in eadē curia nostra corā eisdem iustitiarijs, & cognouit disseysinam. Et ideo tibi præcipimus &c. vt supra. Et addatur hæc clausula in fine cuiuslibet breuis. Et etiam p̄ damnis ei adiudicatis infra quindennam facias ei. x. solid. habere, ne inde clamorē audiamus pro defectu tui: vel

Lib.iiii. De Assisa vltimæ præsentationis.

vel aliter. Si coram iustitiarijs in com̄ recuperavit seysinam suam & illā habere non possit ppter potentiam aduersarij, & tūc sic. Quæstus est nobis talis, quod cum in curia nostra &c. coram &c. recuperasset seysinam suam versus talem de tenemento in tali villa per assisam nouæ disseysinæ, inter eos captam. vel aliter: per iudicium curiæ nostræ de tenemento in N. et vnde assisa nouæ disseysinæ summonita fuit coram eisdem iustitiarijs &c. Idem talis non permittit eum uti seysina sua, vel sic quod seysinā suam nondum habet, secundum quod ei fuit adiudicata. Et ideo tibi præcipimus, quod diligenter inquiras qui fuerunt recognitores eiusdem assisæ, et per eorum visum sine dilatione plenariam seysinam ei habere facias, & ipsum in seysina sua manuteneas & defendas, vel sic: non pmittas quod talis ei molestiam inferat vel grauamen, quo minus idem talis uti possit seysina sua, ne amplius &c.

¶ Tractatus secundus.

Libri quarti, in quo tractatur

De Assisa vltimæ præsentationis.

(.:)

1. ¶ Cui competat huiusmodi assisa. 2. Breue de assisa vltima præsentationis. 3. De modo procedendi in huiusmodi placito. 4. Si deforcians vel impediens ad primum diem summōtionis non venerit qualiter sit resumonendus. 5. Breue quod vic. venire faciat iuratum. 6. De essonijs & resumonitionibus & huiusmodi placitis. 7. De sacramento iuratorum in assisa vltima præsentationis. 8. De veredicto iuratorum. Cap. 1.



Dictum est supra qualiter subueniendum est ei qui iniuste & sine iudicio disseysitus fuit de aliquo tenēto vel de seruitute aliqua quæ pertineat ad tenētum in fundo alieno, et quæ consistit in iure: Nunc autem dicendum est de pertinentijs quæ consistunt in iure & in proprio, sicut de seysina præsentandi, vbi .s. quis impedit^o fuerit quo minus uti possit seysina propria vel alicuius antecessoris sui. Cum autem præsentauerint ad aliquam ecclesiam vacantem, ad quam ipse vel antecessores sui præsentauerint tempore pacis, cum propriam seysinam habere debeat quis, vel antecessoris sui qui vltimò præsentauerit, nisi ille qui impedit vel deforreat docere possit certis rationibus quare non debeat, quod quidem decidi & determinari poterit per assisam vltimæ præsentationis vtraq; parte vel altera tantum id in curia postulante. Sed videndum est primò cui competit huiusmodi assisa, quia non competit cuilibet de populo, nisi ei qui semel nomine proprio præsentauerit, vt hæredes nomine successionis de seysina propria vel alicuius antecessoris sui iure hæreditario

ditario succedit, ad quod pertinet aduocatio. Et quod dicitur de vno dici poterit de pluribus & contra plures, cum sint quasi vnus hæres: quia nullus sine particepe vel coherede assisam portare poterit vel respondere, non magis quam in alijs assisis. Et si plures participes per assisam recuperauerint, nullus sine alio præsentabit, nec ratione æsneciæ, nec maioritatis, nec pluralitatis: quia aut omnes communicant aut nullus. Alijs autem qui tenent per feoffamentum & non per descensum nunquam competit, antequam semel præsentauerint: quia de seysina eorum quorum hæredes non sunt petere non possunt per assisam, non magis quam per breue de recto. Item nec ei qui tenet ad vitam quocumque modo & non per descensum, sicut nomine dotis vel ad terminum. Subuenitur eis tamē alio modo vt infra dicitur. ¶ 2. Rex vic. salutem. Si talis fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc sumoneas &c. xij. liberos & legales homines de visineto tali quod sint coram iustitiarijs nostris ad proximam assisam cum in partes illas venerint, vel apud westminster immediate, vel alibi tali die, parati sacramento recognoscere quis aduocatus tempore pacis præsentauit vltimam personam quæ mortua est ad ecclesiam de tali loco quæ vacat (vt dicitur) et cuius aduocationem idem talis dicit ad se pertinere. Et interim ecclesiam illam videant & nomina eorum imbreuiari faciant. Et sumoneas per bonos summonitores talem, qui aduocationem illam ei deforceat quod tunc sit ibi auditorus illam recognitionem, & habeas ibi summonitores & hoc breue Teste &c. Per hoc autem quod dicitur deforc. videtur quibusdam quod querens innuat per hoc quod deforcians sit in seysina, sicut in breui de recto, sed reuera non est ita, sed satis deforceat qui possessorem vt seysina non permiserit omnino vel minus commodē impediatur præsentando, appellando, impetrando secundum quod dicitur, satis facit disseysinam, qui vt non permisit possessorem vel commodē licet omnino non expellat. ¶ 3. Ad primum diem poterit vterque se effoniare si voluerint, si autem ambo fecerint defaltam, vacuum erit placitum & cadit breue. Si autem impediens tantum præsens sit, per iudicium recedet sine die. Si autem querens tantum præsens sit & impediens non, tunc videndum erit in primis an impediens sumonitus sit vel non. Si autem sumonitus fuit & sumonitio testata per idoneos summonitores, qui examinati testentur sumonitionem, tunc resumoneatur impediens. Si autem non fuerit sumonitus vel sumonitio testata vel forte præses fuerit primo die & causatus fuerit quod nullam omnino habuit sumonitionem vel minus rationabilem sumonitionem habuerit, habeat alium diem rationabilem. Testata igitur sumonitione vel non dedita ab aliquo, resumoneatur per tale breue. ¶ 4. Rex vic. salutem. Sumoneas per bonos summonitores A. quod sit coram iustitiarijs nostris apud tale locum auditorus recognitionem vltimæ præsentationis quam B. in eadem curia nostra coram eisdem iustitiarijs nostris versus eum arramauit qui aduocatus est tempore pacis &c. vt supra. Et ad ostendendum quare non fuit coram eisdem iustitiarijs nostris apud tale locum tali die sicut sumonitus fuit. Et habeas ibi sumonem & hoc breue. Ad quem diem si venerit causari non poterit sumonem quin præcedat assisa siue teste prima sumonem siue secunda siue nulla cum die habuerit rationabilem & sciuerit se esse sumonem vel scire debuit.

Si

Lib.iiii. De Assisa vltimæ præsentationis.

Si autem omninò non venerit, tunc capiatur assisa per defaultam si iuratores præsentés fuerint & sic terminetur negotium. Si autem præsentés nõ fuerint, tunc præcipiatur vic. quòd habeat corpora eorum ad alium diè. Ad quem diem siue venerint siue non, ante omnia capiatur assisa cùm tantum operatur eius absentia quàm præsentia, cùm nihil dicere possit in odium defaultæ quare assisa remaneat, nisi forte ad certificandum iuratores si chartam habeant vel aliquid tale interuenerit. ¶ 5. Rex vic. salutem. Præcipim⁹ tibi quòd venire facias &c. A. B. C. vel quòd habeas &c. corpora A. B. C. recognitorum assisæ vltimæ præsentationis quæ summonita est in curia &c. coram iustitiarijs &c. inter A. querentem & B. impedièntem de aduocatione ecclesiæ de M. et ad ostendendum quare non fuerunt &c. ad talem diem & locum sicut summoniti fuerunt, & si vltim⁹ defaultam fecerint tunc in fine breuis ita dicatur, & ad audiendum iudicium suum de plurib⁹ defaultis. Dicatur etiam in fine breuis (si opus fuerit) & tot et tales tam milites quàm alios liberos, legales & discretos homines de primo visineto in assisam illam ponas, & illos habeas coram præfatis iustitiarijs nostris ad præfatum diem, ad faciendam illam recognitionem simul cum iuratoribus priùs electis, & quòd interim illam ecclesiã viderint, & ita quòd assisa illa non remaneat pro defectu recognitorum. vel sic: & aliter. Et loco talium qui de assisa amouentur, eo quòd sunt certa ratione suspecti, vel quia sunt homines vel parentes talis, vel alio modo inuiles vel effonjabiles, vel loco talium qui mortui sunt, ponas tot & tales legales & discretos milites alios cum priùs electis, & tales &c. vt supra. Et summonneas per bonos summonitores talem, si forte absens fuerit eo die, quòd sit coram &c. ad audiendum assisam illam, & ad ostendendũ quare non fuit &c. et talis summonitio fit ex abundantia. Et habeas ibi summon⁹ & hoc breue &c. T. &c. Et licet vltima clausula habeat locum in omnibus assisæ quæ capiendæ sunt per defaultam, sicut assisa mortis antecessoris &c. et aliæ, si ad primum diem se effoniauerint & diem habuerint per effon⁹ suum, & ad quem non apparuerint, capiatur assisa per defaultam statim, non iacebit resummonitio. Item si comparuerint & iuratores nõ, semper habebit vnicum effon⁹ quotiens in curia comparuerit, et diè habuerit. ¶ 6. Ex præmissis satis apparet quando & quoties iacet resummonitio, & quotiens assisa capitur extra com⁹ vel coram iij. iustitiarijs ad hoc assignatis: sed coram iustitiarijs Itinerantibus in com⁹ ad omnia placita non habet locum resummonitio nec xv. dierum diffusa dilatio, vbi tenens in assisa mortis antecessoris vel impediens & deforcians, vt hic manentes sint & etiam res de qua agitur in eodem com⁹ tempore itinerationis non magis quàm contra minorem, sed statim capiatur assisa post primam defaultam sicut assisa noue disseysine Et quòd nulla debet fieri resummonitio in itinere iustitiariorum in prædicto casu cùm partes præsentés sint in com⁹, & res de qua agit, videri poterit in itinere M. de Patehul de vltimo Itinere suo in com⁹ Suffex anno regni regis H. decimo. Assisa mortis antecessoris, si Adam de N. Et quòd contra illum qui est infra etatem non iacet resummonitio, pbatur in vltimo Itinere M. de P. eodem tempore in com⁹ Suffex. Assisa mortis antecessoris si Thom⁹ de Coluile.

Item

De Assisa vltimæ præsentationis. (a. 1. Fol. 239.)

Item eadem ratione nec iacet contra minorem, cùm tantū operetur tenentis absentia quàm præsentia. Item ppter contumaciam non iacet resummonitio vt si tenens vel impediens ad diem summonitionis comparuerit & contumaciter recesserit, postquam visus fuerit a iustitiarijs in curia qui recordum habeant, statim capiatur assisa sine resummonitione, vt de eodem itinere ipsius M. & eodem tēpore in comitatu Norff. Assisa mortis antecessoris si Bartholomeus de waterdene. Itē in qualibet assisa præter assisam nouæ disseysinæ primo die iacet esson vel resummonitio, sed ad alium diem post esson non iacebit resummonitio nec ecōtrariō esson post resummonitionem, sed statim per defaultam capiatur assisa (secundum quosdam) sed tamen iacet assisa de seruitio domini Regis post esson & post resummonitionem in qualibet assisa vbi vtrūq; iacuerit præterquā in assisa vltimæ præsentationis, dum tamen warrantum ad diem suū habuerit. Et quōd esson de seruitio domini regis, post essoniū de malo veniēdi locum habere non debeat, sed quōd statim capiatur assisa post primū esson p defaultam: inueniri poterit de termino sancti M. anno Regis H. qui nunc est secundo. Item quōd in Itinere aliquando iacet esson & post esson resummonitio & iterū post resummonitionem esson, vt de seruitio domini regis: dum tamen essoniatus warrantū habeat breue domini regis præter assisam nouæ disseysinæ & vltimæ præsentationis quæ excipitur ex certa causa & necessitate in omnibus assisis: probatur in vltimo Itinere M de P. in com̄ Suff. Assisa mortis antecessoris si Radulph^o de wadleyham, & hoc bene potuit esse hac ratione, quia tenens forte manens fuit extra com̄ & in seruitio domini regis. Contrarium tamen inueniri poterit in com̄ Kanc. de Itinere M. de P. anno regis H. vndecimo incipiente duodecimo de termino sancti M. quōd in itinere nulla iacet resummonitio: Item si semel sūmonitus fuit & post esson vel resūmon cōparuit & warrantū vocauerit, vel diē habuerit, & ad diē datum nō cōparuerit, nulla ibi resummonitio sed statim capiatur assisa p defaultā, & infra plenius dicetur de warrantis non cadendis in assisa mortis antecessoris. Et quæ hic dicta sūt de resummonitionibus infradic̄ sufficiant de omnibus assisis. Itē quōd in assisa vltimæ præsentationis post summonitionē & resūmonitionē iacet esson de malo veniendi, habuit sūmonitus diē p esson suum, quia allocatum fuit ei esson suum, & tunc venit alius a latere, & dixit quōd præsentatio non ptinuit ad sūmonitum sed ad ipsum, vt de termino sanctæ T. anno regis Henrici secundo. Assisa vltimæ præsentationis inter wilhelmū Bukker & priorē sancti Nicholai Exon de ecclesia de Cheyley in comitatū Somerslet. Si autē post sūmonitiones & resūmonitiones & essonia nō venerit deforcians, vel cùm venerit respondere noluerit vel contumaciter recesserit, capiatur assisa versus eum p defaultam, quia absentia eius habetur p præsentia, quia si alius ei daretur dies in odium defaultæ, recluderetur ei via dicendi contra assisam quare remaneret. Item cùm præsens sit & concedit assisam simpliciter, vel si aliquid dicat contra assisam, nisi dicat quare remaneat assisa, pcedat assisa, hoc modo si iuratores præsententes fuerint, si autē non: dabitur partibus alius dies, ad quem possunt partes se esson si voluerint vt prius, et habebunt aliū diem ad quē pcedet

PPp.i.

assisa,

Lib.iiii. De Assisa vltimæ præsentationis.

assisa, vel per defaltā, vel alio modo, nec poterit deforcians vocare warā-
tum, cūm assisa generaliter faciat pro quolibet qui ius habet præsentan-
di. ¶ 7. Cūm autem iuratores præsentēs fuerint nec sit aliquid quod ex-
cipi poterit contra illos vt supra, iurare debent hoc modo. Hoc auditis
iustitiarij quod veritatē dicā de assisa ista de ecclesia vel capella vnde visū
feci p̄ præceptū dñi regis, & p̄ nihilo omittā &c. vt supra. Et omnes a-
lij iuratores iurabunt vt supra. ¶ 8. Cūm autem iurauerint, audire debent
formā breuis, & iustitiarij debent eos instruere quantū ei licitū fuerit &
prædicere eis quod sibi prouideant de veritate dicenda p̄pter absentia
deforciātis, qui si præfēs esset possit eos in multis certificare. Habito igitur
inter eos iuratores tractatu & deliberatione cūm venerint coram ius-
titiarijs ad veritatem dicendā, dicere poterunt p̄ sacramentum suum quod
talis querens præsentauit vltimā p̄sonā quæ mortua est ad prædictam ec-
clesiam & tempore pacis. s. talem nomine qui vltimò obiit p̄sona, in ea-
dem ecclesia, & admissus fuit ad præsentationem suam, vel dicere possūt
contrariū, quod talis talem non præsentauit nec alium, sed alius illū præ-
sentauit &c. Item dicere possunt omnes rationes quare præsentatio per-
tineret ad querentem, quas quidem ille deforcians proponere posset si
præfēs esset & ostendere quare iniuste non deforciaret, vt si post præse-
ntationem illam de qua agitur, ille querens vel antecessor suus qui præsen-
tauit post præsentationem illam aduocationem illam dederit per se, vel
tenementum illud ad quod pertinet aduocatio dederit cum omnibus per-
tinentijs suis sine aliqua retentione in feodo, vel donec prouiderit, ad vi-
tam vel ad terminum, secundum quod infra dicitur plenius. Item non
sufficit dicere iuratoribus quod talis vel antecessor suus iuste præsentauit,
nisi doceant quod deforcians iniuste præsentationem illam deforci-
auit. Item non sufficit quod iuste, nisi doceant quod deforcians iniuste
præsentationem illam deforciauerit. Item non sufficit quod iniuste nisi do-
ceant iuratores quod ei deforciata sit qui queritur, ad hoc quod aliquis
capiat per assisam, licet alijs hoc prodesse possit qui ius habent, quia om-
nes articuli in breui contenti possunt esse veri. Sed tamen inquirere o-
portet vtrum deforcians iuste deforciauerit vel iniuste, & similiter si ad
querentem pertineat querela. Item dicere possunt quod nihil sciuerint
omnino quis illum præsentauit qui vltimò obiit persona. Et si nullo mo-
do aliquid certum dicere sciant de eo, tunc de necessitate recurrendum
erit ad seysinam alterius personæ ante eum, vt aliqua certitudo habeatur
de præsentatione & de persona præsentati. Et si de tali adhuc certitu-
do haberi nō possit, adhuc recurratur ad superiores quaten⁹ cursus tem-
poris hoc permittit, quoad assisam, & cūm vltteriū procedi non pos-
sit, tunc deinde recurratur ad proprietatem & ad breue de recto, vt
per hoc terminetur proprietatis & assisa. Item si iuratores dubitauerint
ad proprietatem, vtrum talis vel antecessor suus præsentauerit an ali-
us talis vel quis, querens per hoc nihil consequitur, quasi defici-
ente probatione sua, quia quotienscunquē dubitatur an quid sit,
perinde est ac si non esset illud. Item erit etsi personam querentis
omnino ignorauerint, vel si cognouerint personam eius, nesciunt ta-
men

men si vnquam presentauerit, vel nesciuit licet psonam ei^o cognouerit, si sit filius & hæres illius qui vltimò presentauit, & cuius seyfinam petit, & perinde scire nõ possunt si ad ipsum pertineat actio vel querela, ijs autem intellectis de facili perpendi poterit pro quo iudicabitur per assisam.

¶ Cum vtraq; pars comparuerit in iudicio proponat querens intentionem suam. Cap. 2.

Cum autē vterq; præfens fuerit, querens & deforcians, & deforcias dicere velit contra assisam, oportet primò quòd querens audito breui suo pfrūdet intentionē suā hoc modo, & doceat quòd ad eū p-
tineat actio. Certa itaq; debet esse intentio & narratio, & certum fundamentū, & certa res quæ deducitur in iudicium & vera pbatio p petete vel querente, vel ad minus præsumptio, cui sem p standū erit, donec tenens vel deforcians excipiendò & exceptionem pbandò docuerit contrarium. Ille autem qui p hanc assisam ad fundandā intentionē suā, docere debet de cuius seyfina profert assisam, vtrū de p-
pria seyfina qualitercunq; teneat in feodo, vel ad vitam, vel ad terminum, re corporalem ad quē ptineat aduocatio, vel ad ipsam aduocationē. s. ius aduocationis sine re, vel corpore cui adhæreat. Item si de seyfina alicuius antecessoris, oportet illū docere se esse hæredem illius antecessoris cuius petit seyfinā seperatim & p se sine alijs, vel cum alijs in cōmuni, absq; seperatione vbi plures sunt quasi vnus hæres, oportet quòd omnes nominentur, vel in cōmuni & seperatim, & successiue: in quo casu, sufficit si ille querat ad quē ptineat presentatio ea vice, vel si ius presentandi de seyfina vnus antecessoris pluribus descendat capitibus sed quasi vni hæredi, & facta diuisione iter cohæredes hereditatis, remaneat tota aduocatio & presentatio vni cohæredi. Item designare oportet quæ vel qualis persona vltimò obijt persona, & de qua morte, siue obierit de morte naturali siue ciuili: & ita facta examinatione, & sic fundata intentionē, de facili perpendi poterit vtrum presentatio & actio pertineat ad querentem seperatim p se simpliciter vel in communi, vel etiam in communi cum alijs sed vicifim & successiue.

¶ De responsione & exceptionibus de forma contra querentē secundū articulos breuis. Cap. 3.

Cum autē querens intentionē suā sic fundauerit, & docuerit quod ipsū pertineat presentatio, & producat pbatonem. s. assisam, oportet quòd deforcians excipiat contra intentionē quare assisa debeat remanere. Sunt quidem plures exceptiones, quarum quædam dilatorix & quædam peremptorix: & peremptoriarum quædam sunt peremptorix iurisdictionis & quædam breuis, sed sunt dilatorix iudicij & non tangūt ipsam actionem nec intentionem non magis quam aliæ dilatorix, & sunt primò & in principio pponendæ, secundum quod inferi^o dicitur de exceptionibus, & superius dictum est in parte, de quibus superfluum esset hic repetere, sicut de breui & psonis: dum tamen exceptiones quæ generales non sunt, quæ tantum tangunt assisam istam & non alias ppter plu-

Lib. iiii. De Assisa vltimæ præsentationis.

res articulos in breui cōtētos, de quibus p ordinē est pcedendū. Cōtinetur etiā in breui (quis aduocatus) Aduocatus autē dici poterit ille ad quē ptinet ius aduocationis alicuius vt ad ecclesiā præsentet nomine pprio & nō alieno, & dicitur (quis aduocatus) ad differentiā illorū q præsentant nomine alieno, qualis est custos ratione custodiæ. Custos autem non est aduocatus sed ille cuius nomine præsetat. Itē dicitur (quis aduocat) ad differentiā eorū quodāmodo qui tenent ad firmā ad terminū annorū. Itē ad differentiā eorū qui tenēt ad terminū vitæ quacūq; ratione, vel qui tenent p intrusionē vel disseysinā, qui nunquā præsentauerint in vita sua nec tempore quo fuerint in seysina. Cū autē semel præsentauerint & ita sint in seysina præsentandi, sunt quasi aduocati, quoad seysinā præsentandi quādiu vixerint & fuerint in possessione rei ad quā ptinuerit rei aduocatio: cū non poterit quis prius præsentare vel habere ptinētias, antequā habuerit corpus quod sequuntur ptinentiæ. Est igitur verus aduocatus ad quē ptinet pprietas & seysina ex nomine pprio sibi & heredibus suis & non alieno, vt prædictū est. Item quasi aduocatus et non verus, qui creditur esse aduocatus & non sit, tantū propter seysinā præsentandi, & tenemētū quod possident licet in seysina sint nomine pprio & non alieno, & sic poterit quis esse aduocatus verus imperpetuū vel nō verus sed ad tempus. Sed cū tales semel præsentauerint, & illi ad quos ré transfulerint semel præsetauerint & moriantur vel possidere desierint, qualiter subuenitur pprietario si ecclesiam vacare cōtigerit, satis ex præmissis trahi poterit ad exemplum. Et quod dictum est de illis qui possident nomine pprio, dici poterit de illis qui possident nomine ecclesiæ suæ. Item (tempore pacis) quod dicitur ad differentiā eorū qui fiunt tempore belli, quod idē est qd tempore guerrino quod nihil differt a tempore iuris & iniuriæ. Est enim tempus iniuriæ, cū fuerint oppræssiones violentæ, quibus resisti non potest, & disseysinæ iniustæ. Sed òne tempus possit esse tempus guerrinū & possit esse tempus pacificum, non autem simpliciter, sed ad quosdam. & non ad omnes, vt enim quidam possunt iure suo tam tempore belli siue guerrino, q̄ tempore pacis, vt si cū vtī velint ius vno tempore vel alio violenter vel iniuriosē non impediatur, & tunc erit tempus pacis in vtroq; tempore. Et si econtrariò, tunc erit tempus belli in vtroq;, temp^o enim pacis videri poterit & designari hoc modo, poterit enim quis ante guerram generalem pacificè præsentare sine aliqua contradictione. Et eodem modo poterit tempore guerræ. Itē post guerram eodem modo & quælibet istarum præsetationum sufficiens erit quantum ad seysinam præsentationis & bona, quia nulla istarum dici poterit iniuriosa vel violenta. Et vice versā quocunq; tempore adhibeatur violentia, talis seysina dici poterit iniuriosa, & ideo quasi nulla: cū tempore belli & non pacis sit acquisita, & sic vno & eodem tempore poterit esset tempus pacificum & guerrinum quibusdam, sic & quibusdam non, quamuis guerra dicatur generalis. Et etiā tempore guerrino sicut tempore pacis possunt fieri donationes & contractus de voluntatis dātis & accipientis sicut tempore pacis. Et vice versā, eodē modo tempore pacis fieri possunt oppræssiones iniustæ, rapinæ, disseysinæ iniuriosæ sub specie



De Assisa vltimæ præsentationis. (a. 3 Fol. 41.)

specie pacis, sicut tempore guerrino. Et ideo ex ijs quæ fiunt quolibet tempore, iudicari debet vtrumquæ tempus scilicet qualiter sit quibusdam pacificum, & quibusdam guerrinum, vt ex hoc detur exceptio de-forcianti, vel non detur. Item (præsentauit &c.) Refert igitur vtrum talis persona præsentata admissa fuerit ad præsentationem talis vel non, quia non sufficit præsentare personam, nisi ad præsentationem admissa fuerit præsentata: quia cum duo fuerint a diuersis præsentati, oportet quod vnus admittatur, & alius recusetur. Poterit etiam esse quod nullus eorum admittatur, licet vnus præsentantium ius habeat præsentandi, cum propter lapsum temporis de constitutione lateranensi, si partes fuerint discordes vltra sex menses, tamen propter minorem ætatem, vt si contra minorem præsentantem prolata fuerint chartæ antecessorum, ad quas minor ante ætatem respondere non possit. Et quo casu, pertinebit ad ordinarium collocatio, nisi partes consenserint de vna persona idonea præsentanda, saluo iure cuiuslibet cum minor ad ætatem peruenerit & reseruata quadam minima pensione vsquæ ad ætatem vt saluum sit ius præsentandi ei qui per assisam obtinuerit, & vt illam tunc conferat cui voluerit. Item duo possunt præsentare simul, & quorum vnus ius habebit & alius non, vel vterquæ aliquam scintillam iuris, si in clericum consentiant sine aliqua discussione iuris, non erit stādium iuratoribus in tali præsentatione, cum sit incerta, sed ad seysinam illius aduocati de quo haberi possit certitudo, & qui de iure sibi competente, licet cum contentione vel sine, vltimò præsentauit. Item esto quod quis sine contradictione semel præsentauit, & alius vacante iterum ecclesia impedimentum opponat, & deinde assensum præbeat præsentationi eius qui prius præsentauit: non tamen propter hoc, scilicet talem assensum, mutatur status præsentantis vel minuitur, cum iterum ecclesiam vacare contigerit, quia aliud est assentire & aliud consentire. Assentire enim potest quis per se cum ius non habeat præsentandi nec sibi aliquid retinet tacitè vel expressè, licet dicat, saluo iure meo imposterum. Sed si sit aliquis in possessione præsentandi & assensum præbeat ei qui proprietatem habuit vel consensum præsentandi simpliciter & sine alia protestatione, sibi præiudicat imperpetuum, & hoc potius dici debet consensus quàm assensus, cum ille qui ius habet possessionis consentit cum eo qui habet proprietatem. Si autem hoc fecerit cum tali protestatione, vt si dicat, consentio præsentationi tuæ, saluo iure meo imposterum, per hoc retinet sibi totum ius quod habuit, tam super possessione quàm super proprietate. Est enim ius possessionis & ius proprietatis, et idem erit & melius si exprimat ius vtrumq;, & dicat saluo mihi iure meo imposterum, tam super possessione, quàm super proprietate. Et de hac materia inueniri poterit in itinere in comitatu Kanc. anno Regis Henrici tricesimo secundo incipiente tricesimo tertio in quindena. s. M. Assisa vltimæ præsentationis capta inter w. Bardolf & heredem de Meaton de ecclesia de Suterlege in com Norff. Item continetur in breui (persona quæ mortua est) personam dicit ad differentiam vicarij, quia de morte

Lib. lvi. De Assisa vltimæ præsentationis.

inorte vicarij vel de vicaria nõ iacebit assisa. Item non iacebit assisa de ecclesijs p̄bendatis generaliter, nisi forte firmarius interuenerit ab initio in p̄bendatione, si p̄bendata fuerit in absentia alicuius, dum fuerit agens in partibus remotis, vel infra ætatem, vel in custodia, secundum quod inueniri poterit in rotulo de placitis quæ sequuntur regē anno, xvi. Item nõ iacebit de aliqua capella quæ mero iure subiecta fuerit & p̄tinens ad aliã jurisdictionē matricis ecclesiæ, nisi sit ita quòd querens contendat illam esse matricē ecclesiam, vel si capella gaudeat aliquo speciali priuilegio, vt si sit capella domini regis quæ nulli subiecta est ecclesiæ nec ad aliquã p̄tinet sed ecclesia poterit esse p̄tinens ad capellam talē, p̄tinere autē poterit capella ad matricem ecclesiam, vt prædictū est, vel tantum esse pensionariã & aliquid dare in signum subiectionis, & de huiusmodi capella non competit assisa aduocationis matricis ecclesiæ versus eum qui habet aduocationē capellæ, sed ei competit contra omnes cum diuersi sint aduocati, aduocatus ecclesiæ & aduocatus capellæ, secus tamen erit si vtraq; vnū habuerit aduocatum. Item non iacebit assisa de ecclesia vel capella vbi nulla constructa est, licet aliquando fuerint & nunc ceciderint, quãuis adhuc locus sacer maneat. Item dicitur (quæ mortua est) hoc est siue morte naturali siue ciuili. Ciuili vt si se transtulerit ad religionem, vel resignauerit, vel si fecerit quod tantundem valet, vt si vxorem duxerit, vel aliquid fecerit propter quod ecclesiam retinere non possit. Item (ad talem ecclesiam quæ vacat vt dicitur) & ideo videndum quæ vacat & quæ non, vt si omninò vacet vel personatus tantum, in quo casu procedet assisa ac si omninò vacaret. Si autem aliquid inde præstetur pro bono pacis vel nomine simplicis beneficij, & ille qui hoc perceperit moriatur, propter hoc non vacat personatus nec ecclesia. Et illud idem dici poterit de vicario, qui si moriatur totum hoc accrescit personæ, quia vicaria cõsolidari debet cum proprietate siue personatu, & hoc dico, nisi taxata fuerit per ordinarios ad rationabilem sustentationem vicarij. Item refert vtrum tota ecclesia vacauerit vel aliqua pars ecclesiæ, vt si assisa proferatur de tota ecclesia, non vacet nisi medieta vel tertia pars vel quarta. Et si de aduocatione contentio habeatur vtrum vacet vel non, super hoc erit ordinarius consulendus, episcopus vel alius qui super hoc habeat cognitionem, quia laicus de hoc cognoscere non potest, nõ magis quàm de matrimonio contracto vel soluto. Et quòd ad episcopum p̄tineat cognitio, videri poterit de termino sancte. T. anno regis Henrici quarto in comitatũ Wigornũ de ecclesia de Eldersfen de Roberto de Bragelegh quod aliunde non expedit quidem, quia ecclesia forte incumbrata est per episcopum, vel Archidiaconum, vel alium ordinarium, vel forte episcopus admittit clericum ad præsentationem alicuius qui ius nõ habet in præsentatione in præiudicium veri patroni, in quibus casibus non expedit mandare episcopis, quia de facili non rescribent veritatem, vt possint tueri factum proprium, & ideo melius est (vt videtur) si dubitetur vtrum vacet an nõ, quòd in hoc dubio procedet assisa, & mādetur episcopo quòd admittat, qui si non admiserit, summonetur quòd sit ad ostendēdũ quare non, et in quò casu perueniri poterit vsquē ad incumbramētũ factum per episcopum

copum vel alium ordinarium tollendum. Et tunc tenetur episcopus deliberare ecclesiam, vel dare aliam præsentato equiualem, vt satisfaciatur præsentato. Debet etiam clericum admissum per episcopum compellere quòd teneat ad verum patronum vt satisfaciatur patrono. Et notandum quòd ecclesia potest vacare de iure & non de facto (vt prædictum est) & potest de iure simul & de facto, & sic iustè vacat. Item si vacauerit de iure & de facto, statim capiatur assisa. Si autem de iure vacet & non de facto quia incumbra est, sine periculo capi poterit assisa vt inquiretur de incumbramento, & sic agat querens versus eum qui incumbrauit ad tollendum: vt si episcopus instituerit clericum ante lapsum sex mensium vel ad præsentationem eius qui non habuerit ius præsentandi. Item si clericus se intruserit propria autoritate sine episcopo, vel sine alio ordinario, in quo casu capiatur assisa sicut de ecclesia vacante. Institutio vero clerici in ecclesiã est quasi matrimoniũ spirituale, & sicut episcopus habet cognitionẽ de cõtractu matrimonij in causa bastardiæ & cognitionem, ita habebit cognitionem de dissolutiõẽ si matrimoniũ dissoluatur, quod quidem locum haberet in hoc casu, & ideo non pertinent cognitio ad iudicẽ secularem, cum multũ nõ differant spirituale matrimoniũ & carnale, & vnde si rex propria autoritate inquiret & iudicet ecclesiã esse vacantem cum non sit, & mandauerit quòd episcopus admittat & si nõ admiserit, non erit episcopus propter hoc puniendus, licet non obediat, & qui dixerit illam vacare, hoc doceat p litteras ordinarij: quia ad episcopum pertinet cognitio de vacatione & mandato ipsius debet fides adhiberi, & secundũ hoc procedet assisa vel remanebit. Et tale mandatum episcopi non semper sufficit plenè ad probationem sine alijs adminiculis, licet sufficiat ad præsentationem, quæ quidem aliquando veram probationem admittit in contrarium. Item dicitur (aduocationem cuius idem talis dicit ad se pertinere) ex quo quidem elici potest quòd oportet querentem docere q̄ ad ipsũ pertineat actio & querela in fundatione intencionis suæ: Itẽ dicitur (q̄ talẽ aduocationẽ ei deforciat) oportet querentẽ docere rationẽ in intensione sua, quare sibi impediẽtem habeat obligatũ, quòd seysinam præsentationis suæ impediuerit, p hoc etiam quod dicitur quòd aduocationem illam ei deforciat, dicunt quidam quòd per hoc innuitur impediẽtem esse in seysina & querentem extra, ad quod respondere poterit quòd satis deforciat qui omninò vt non permittat vel modo debito, licet omninò non expellat, ad similitudinem eius quod dicitur supra de noua disseysina qualiter sit in principio.

1 De exceptionibus contra assisam. 2. Si charta proferatur oportet q̄ probetur per testes in charta nominatos. 3. Item de aduocatione ecclesie nostræ. 4. De diuersis vsibus super huiusmodi materia de vltima præsentatione. 5. Breue episcopo postquam recuperauerit per assisam vltima præsentationis.
Cap. 4.

EX omnibus prædictis articulis qui in bñi cõtinẽtur, plures elici possũt exceptiones ad assisam omninò perimendam vel differendã, sed si ille impediẽs

Lib. iiii. De Assisa vltimæ præsentationis.

impediēs ōnes prædictos articulos concesserit, excipere possit cōtra assisam quòd ille qui portat assisā de feysina & præsentatione antecessorū suorū, post præsentationē illā dedit aduocationē illā per se vel cū teñto ad quod aduocatio p̄tinet ipsi impediēti vel alicui antecessorū suorū per chartā quā p̄ferat, & quæ hoc testatur. Et vnde bene cōcedere potest q̄ talis antecessor præsetauit iustē sed de cetero præsetare nō potest prædicta ratione. Et vnde videndū inprimis an ille contra quē excipitur plenæ sit ætatis vel infra ætatem: Si autē plenæ ætatis fuerit, benè potest cognoscere chartā & donū, sed replicare poterit contra exceptionem, quòd post chartā illā, præsentauit ille talē N. qui ad præsentationē suā fuit admissus, & ita quòd charta illa vacua & donū nullū, & hoc p̄bare poterit per assisam captam in modū iuratæ & non in modū assisæ, nisi ita sit quòd querēs habeat p̄ se triplicationē, vt si dicat, quòd quāuis charta vacua sit & donum nullū p̄ secundam præsentationē ipsius donatoris, cū post illā præsentationē fecerit eidē tali & antecessoribus suis aliā chartā de donatione nouā, & ita quòd præsentatio p̄tinet ad ipsum, vel dicere potest quòd primā chartam cōfirmavit & fecit eam validā p̄ cōfirmationē, quæ inualida facta fuit p̄ nō vsum & p̄ secūdā præsentationē, & hoc offerat p̄bare p̄ assisam & per testes in charta nominatos, si alius simpliciter negauerit chartā & cōfirmationē, nisi ita sit q̄ velit quadruplicare & docere se post hęc ōnia præsentasse. Si autē triplicare voluerit & cōcedere post primam chartam factam esse præsentationē, & chartam sic esse vacuā, sed postea impetrauit super eum breue de warantia chartæ ad quòd talis vel antecessor suus summonitus fuit in curia, chartam illam cognouit & donum & ita quòd finis factus fuit, & cyrographum quoddam p̄fert quod testatur quòd prædictus talis cognouit prædictam aduocationem, esse ius suum vt illam quam habuit de dono suo. Ad quod responderi poterit quòd finis & cyrographus ei nocere non debet, quia omninó dependet ex donatione quadam imperfecta eo quòd idem talis qui cyrographum profert nullam habuit feysinam, & ideo cū charta vacua sit & donum imperfectum quia sine feysina, & ideo petat iudicium: quia cū principale, scilicet donum non valet, nec ea quæ sequuntur & ex dono dependent valere debent, scilicet finis nec cyrographū. Item esto quòd quis dederit maneriū cum aduocatione alicui in feodo sibi & hæredibus suis, & antequam ecclesia vacauerit, ille cui donatum est, & antequam præsentauit, manerium cum pertinentijs ad alium transtulerit, & tunc primum ecclesiam vacare contigerit, primus donator præsentat, primus donatorius similiter & secundus similiter, sed non ad omnes pertinet præsentatio, quæro igitur quis eorum alteri debeat præferri? Et sciendum quòd non primus donatorius qui nunquam præsentauit nec feysinam habuit, & quod non habuit ad alium transferre non potuit. Igitur est vacua donatio quantum ad primum & secundum donatorem. Remanet igitur de necessitate cum donatore qui semper remansit in possessione præsentandi, ex quo donatorius illam ad alium transtulit ante præsentationē & ante vsum, & sic dici possit de pluribus vsquē in infinitum. Item esto quòd secundus donatorius aliquo casu vellet

De Assisa vltimæ præsentationis. (a. 4^o fol. 243.)

vellent warantum vocare primum donatorium, non valeret vocari, cum secundus donatorius in possessione non sit, nec potest quis aliū defendere in possessione nisi eum qui fuerit in possessione, cum warrantia nihil aliud sit quàm possidentem defendere: sed si de facto warantifauerit & warantum vltius vocauerit primum donatorem, nec ipse ei warantifare tenetur, tum quia non possidet, tum quia reuocare non potest, nec re habere potest secundus donatorius quod nunquam habuit nec habere potuit. Sed esto quod primus donator secundo donatorio confirmavit donū primi donatorij, adhuc non conualescit donū, propter confirmationem cum donū sit alienū & non ipsius confirmantis, nec alicuius antecessoris sui, & quia nullum nec inceptum nec perfectum. Et si vterq; præsentauerit tam confirmans quàm ille cui confirmatur, confirmans per assisam optinebit. Item si ille secundus donatorius præsentauerit de facto, & cum ita in seysina fuerit, aduocationē ad alium transtulerit qui similiter præsentauerit, & ita fuerit in seysina præsentandi, & cōtingat ecclesiam vacare, & primus donator præsentauerit, & vltimus donatorius, si vterq; illorū assisam vltimæ præsentationis arramaucrit, vltima seysina præferri debet primæ, nec erit assisa postmodum capienda super assisam, sed primus donator sibi perquirat (si voluerit) per breue de recto super ipsa proprietate, & sibi ipsi imputare poterit propria negligentia super ipsa possessione, & de hac materia supra de donationibus. ¶. 2. Item cum charta profertur (vt prædictum est) contra assisam, si omninò dedicatur, oportet quod probetur per testes in charta nominatos, & per assisam captam in modū iuratæ, nisi forte ille contra quem profertur infra ætatem extiterit, qui ad chartam respondere non poterit ante ætatem. Et ideo de necessitate oportet deferre assisam vsq; ad ætatem, sed de consilio curiæ prouideatur de pensione retinenda (sicut prædictum est) ad cautelam. Si autem nulla charta contra minorem, tunc procedet assisa in minore ætate nec remanebit assisa, si finis & cyrographum factum fuerit in curia domini Regis, cum minor infra ætatem debeat ad quamlibet finem respondere. Si autem maiori obijciatur charta antecessoris (vt supra dictum est) a maiore vel minore si dedicatur, probetur. Si autem non concedatur, sic dicatur quod vacua sit per præsentationem subsequentem, & apertè aduersa negetur præsentatio post chartam, procedat assisa in modum iuratæ de consensu partium sub ijs verbis, scilicet vtrum donator qui assisam portat præsentavit ad eandem ecclesiam postquam chartam illam & donum fecerat prædicto tali vel non, vt idem talis dicit. Item respondere poterit quis contra assisam quod procedere non debeat, quia ille qui profert assisam vel aliquis antecessorum suorum tenementum (ratione cuius præsentat) tali dedit & alienavit cum omnibus pertinentijs suis sine aliquo retenemēto quocunq; modo alienationis, ita vendidit illud ei qui non præsentat vel alicui antecessorum suorum, siue fuerit in possessione præsentandi siue non, sine aliqua retentione vel exceptione, vel dimisit ad terminum vitæ vel annorum, & id quandoq; per chartas & instrumenta declarari poterit, si in iudicio proferatur: & quo casu, procedet assisa sine die, fiat disputatio

Lib.iiii. De Assisa vltimæ præsentationis.

de veritate & fide instrumentorum si falsitatis arguantur, vel per assisam captam in modū iuratę si partes cōsentiant poterit negotium terminari. Et notandū quòd chartę & instrumenta ante iuditiū sunt exhibenda, si autē post, locū habere non possunt, quia sub prætextu instrumētōrū postea compertorū & exhibitorū sententia lata retrahi non debet. Item excipi poterit cōtra assisam, quòd ille qui profert assisam nihil habet in manu de tenemēto suo ad quod pertinet aduocatio, quia illud amisit per iudicium vel per disseysinam, vel alio quocunque modo, quamuis ius habeat in tenemento & in pertinentijs, primò recuperare debet tenementum ad quod pertinet aduocatio, & tunc postea præsentet & non ante. Et de hac materia in Rotulo de termino sancti Michaelis Anno Regis H. tertio incipiente quarto in com̄ Norf. de Thom̄ Bardolf. vbi obiectum fuit præsentanti quòd nullam terram habuit in villa in qua ecclesia sita fuit, ad quod responsum fuit & recognitum ab eo qui tulit assisam, quòd nullam terrā habuit in villa illa sed antecessores sui qui inde fuerint disseysiti, & vnde cecidit assisa quia aduocatio fuit de pertinentijs, quod quidē non esset si doceri posset contrarium. Item si aliquis præsentationem suam semel retinuerit per assisam, & proprietarius petat aduocationem vel tenementum ad quod aduocatio pertinet per breue de recto, & pendente placito incipiat ecclesia vacare, petens ille præsentare non poterit antequam aduocationem vel tenementum disfracionauerit. Item contra assisam replicari poterit quòd ille qui assisam profert, nec aliquis antecessorum suorum, ius vel seysinam habuerit in aduocatione, de qua agitur, nisi ad vitam tantum quacunq; ratione, vel ad terminum, ita quòd nihil iuris descendere poterit ad hæredes. Si mulier autem post mortem viri sui warranto suo de dote sua præsentanti & seysinam suam vel antecessorum suorum per assisam petenti respondeat, quòd præsentatio ad ipsam pertineat excipiendo ratione dotis suæ quam habet in villa in qua ecclesia sita est.

¶.3. Et vnde impetrauit super warrantum suum breue Quare impedit, videndum erit imprimis qualiter sit dos constituta, vt si habuerit tertiam partem alicuius villæ, & petat quòd ratione illius partis possit præsentare saltem tertia vice, vel si de toto manerio fuerit dotata integre nulla facta exceptione cum omnibus pertinentijs vel excepta aduocatione. Si autē de toto manerio integro sine exceptione, tūc valebit ei sua actio. Si autē excepta aduocatione nō nisi aliquid agatur vel in cōtrariū ex speciali cōuentione. Si autē dotata fuerit de tertia pte, tūc nihil iuris habet in præsentatione licet ecclesia sita sit in sua tertia parte, nisi hoc eueniat ex aliqua specialitate. s. quòd dotata fuerit de tertia pte cū tota aduocatione in quacunq; pte ecclesia sita fuerit, sed alio modo nō valebit ei sua actio, tū quia epus nō admittit clericos ad p̄tulas, licet patiat sectionē nec plura habeat capita sicut mōstrū. Et quòd epus non admittit p̄tulas, videri poterit de termino s. H. An. Regis H. decimo quarto in com̄ Suff. de Maria de walen^o, Herberto de Alezini, tū quia ratione t̄tię ptis nihil iuris clamare poterit oīnò in aduocac. nec in pte nec in toto certis vicib^o, nisi sit aliqua specialitas quæ hoc iducat vt dicē est, sicut videri poterit p̄ exēplū. Cōstitutio enim
dotis

De Assisa vltimæ præsentationis. c. 4 F. ol. 244.

dotis simili est quodamodò donationi. Esto igitur q̄ quis habeat maneriũ cum aduocatione & totum dederit diuersis vel vni per particulas retenta sibi aliqua minima portione & sic dederit quamlibet partem cum omnibus pertinentijs suis, nulla facta mentione de aduocatione, remaneat semper aduocatio cum parte retenta cum specialiter non transferatur, secundũ quod videri poterit infra de iure dotium. ¶. 4. Item quæri potest si marito qui per legem Angliæ tenet detur assisa vltimæ præsentationis de feysina quam simul habuerunt & ipse & vxor sua in vita vxoris, vel si competat hæredibus, & ei per consequens nomine hæredũ, videtur potius q̄ ei competat breue (Quare impedit) nomine suo, cum nunquã præsentauerit per se, quã assisa nomine hæredum: hæredes enim bene possunt esse plenæ ætatis sicut infra ætatem. Item si quis terram teneat de hæreditate vxoris suæ quæ hæredes habuerit de alio viro per legem Angliæ, & cum semel per se contulerit ecclesiam & cum ita fuerit in possessione præsentandi, aduocationem illam dederit alicui loco religioso vel præsentauerit vel alio modo alienauerit, & hæres post mortem talis assisam vltimæ præsentationis de feysina antecessoris sui quã parastri sui cadit assisa, si cognoscat præsentationem suam & donum parastri sui, propter feysinam illius talem qualem, & agendum erit de vice & proprietate. Et sic dici poterit (vt videtur) de omnibus alijs qui tenent aduocationem ad terminum vitæ, cum semel præsentauerit nomine proprio: secus autem erit de eo qui præsentat nomine custodię, quia hoc facit nomine alieno. Item esto quod quis tradat alicui tenementum aliquod cum aduocatione donec ei prouideatur, & aduocationem dederit antequam prouisum fuerit, & ille cui data fuit præsentauerit, & tunc deinde prouisum fuerit, reuocatur donatio & aduocatio per breue de ingressu, sed non per assisam: quia talis dare non poterit ad remanentiam. De hac materia habetis Anno Regis H. septimo in com̄ Bed: de Falcano de Briate & priore de Neucham. Assisa vltimæ præsentationis, de ecclesia de Haspeele. Item esto q̄ aliquis qui ius nec titulum habuerit in aduocatione præsentauerit dum verus hæres fuerit infra ætatem & in custodia alicuius, & cum ad ætatem peruenerit ecclesia vacauerit & vterq; præsentauerit & assisam portauerit, ille qui vltimò præsentauit per assisam retinebit, donec hæres sibi de iure perquisiuerit, vt de termino s. H. An. Regis H. nono in com̄ Lincoln de priore de Osneby & Conano de VVeleton de ecclesia de VVeleton. Itẽ esto q̄ quis clericũ præsentauerit, qui ad præsentationem suam fuit admissus, & venit tunc quis a latere & clerico instituto mouerit questionem & ipsum grauet per clericũ alium, & postea inter eos conuenerit q̄ ille qui questionẽ mouerit iterũ de facto præsentet clericũ institutũ episcopo loci, qui ipsũ admiserit in præiudiciũ primi præsentantis, & ita remaneat talis persona tota vita sua bis præsentatus, & bis institutus, si ille qui vltimò præsentauit postmodum vacante ecclesia ex tali præsentatione agere velit per assisam, non audietur, quia præsentatio super præsentationem de eodem facto & eadem re & de eadem præsentatione facta non valebit: vt de termino P. Anno Regis H. nono in com̄ Norff.

QQ q.ii.

Assisa

Lib.iiii. De Assisa vltimæ præsentationis.

Assisa vltimæ præsentationis inter Matildam de Rochefford & Robertum de Tunston de ecclesia de Tunston. Item esto quòd quis præsentauerit ad ecclesiam vacantem & pendente præsentatione antequam clericus admittatur contingat præsentantem mori, & eo mortuo ratione custodiæ præsentat custos alium clericum, & durante contentione inter clericum præsentatum a patrono & custodem, contingat quòd hæres perueniat ad ætatem & tertium præsentauerit, vel se teneat ad præsentationem primam antecessoris sui, videndum est cuius præsentatio debet præferri, & sciendum quòd hæredis præsentatio, & non custodis, nec antecessoris etiam, quia vltima præsentatio præferretur. Et de hac materia inueneri poterit in Itinere Abbatis de Radinge. & M. de Pateshul in com VVygorñ, Assisa vltimæ præsentationis, de ecclesia sanctæ Mariæ de VVichio. Item alius casus in Itinere M. de Pateshul in com Kanc. inter priorem de Lewes & VVilhelmum de Arberuuil de ecclesia de Stokshyre, vbi idem prior arramauerit Assisam vltimæ præsentationis versus eundem VVilhelmum, & idem VVilhelmus cognouit præsentationem ipsius prioris, sed dicebat quòd fuit tempore quo pater suus fuit infra ætatem & in custodia Archiepiscopi Cantuariensis, alterius scilicet quàm ipsius prioris qui questus fuit. Et vnde quia cognouit præsentationem Prioris in cuius custodia non fuit, quia pater suus fuit in alterius custodia quàm Prioris, recessit prior quietus in seysina sua, salua tamen VVilhelmo questione super proprietate. Item esto quòd manerium aliquod integrè cum aduocatione ecclesiæ & alijs pertinentijs suis detur ad firmam personæ eiusdem manerij, quo casu non poterit illa ecclesia conferri antequam vacauerit, nec vacare poterit nisi post mortem rectoris vel si se dimiserit, quod quidè facere non possit nisi in fraudè tradentis (vt videtur) quo casu, videndum esset si hoc faceret in fraudem vel necessitate ductus certa ratione, si autem in fraudem, non valet resignatio, si autem necessitate vel certa ratione compulsus, hoc posset sustineri. Sed quid si in vita sua alij dimiserit terminum suum, & ipsum mori còtingat infra terminum suum, & hoc videndum erit vtrum hoc fecerit in fraudem vel necessitate, & facta inquisitione secundum hoc iudicare oportebit. Item esto quòd in testamento suo terminum suum alicui legauerit vel illum reliquerit executoribus disponendum, videndum erit tunc si ipsi conferri possent ecclesiam & præsentare, nescio quare non, cum ille qui ad firmam tradidit in traditione illa nihil excepit, nec traditioni legem apposuit. Item vice versa si terminus concedatur alicui alij a rectore primo, & ille firmarius postea concedit terminum suum rectori, id idem erit obseruandum (vt videtur) quod in primo casu. Item esto quòd terminus præterijt & infra terminum illum inceperit ecclesia vacare, vel post terminum antequam proprietarius sibi poterit perquirere & firmari præsentauerit, & pendente præsentatione firmarij incipiat proprietarius possidere, & tunc præsentauerit nomine suo, præsentatio sua præualebit, quicquid autem ante factum fuerit per firmarium ratum erit, ad similitudinè custodis vel custodiæ vt supra.

. De Assisa vltimæ præsentationis. (a. 4 Fol. 245.

supra. Eodem modo si quis seysinam antecessoris infra ætatem petierit per assisam, pendente placito vacauerit ecclesia siue infra ætatem siue post, si ex parte custodis nullus admittatur, præsentatus a proprietario obtinebit. Idem de termino s. M. anno Regis H. vj. in com. Herford de prior de Lantony & Vualtero Bysehc de ecclesia de Pencobe quod non capitur assisa vltimæ præsentationis in persona eius qui est infra ætatem & petens. Item esto quod mulier dotem habens & aduocationem ecclesie præsentauerit clericum cum vacauerit, & qui ad præsentationem suam admissus fuerit, & hæres warantus suus de dote sua aduocationem illam postmodum alicui dederit, & viuentem muliere post donationem illam ecclesiam cõtulerit, seysinam illam transmittit ad warantum suum hæredes suos, & vnde post talem seysinam necesse habebit donatorius habere nouam donationem, vel prioris donationis confirmationem, quia antequam de seysina loqui poterit, nunquam in causa proprietatis obtinebit. Item si plures sint cohæredes quorum quidam plenæ ætatis in possessione hæreditatis portione sua, quidam vero infra ætatem & sub custodia & nõ sit nisi vnica ecclesia que vacauerit, queritur quis præferri debeat in præsentatione vel si omnes simul præsentare debeant & consentire vel quidam eorum præferri alijs ratione æsnecie vel pluralitatis: videtur quod oēs simul præsentare deberent, aut nullus in clericum consentire, alioquin ordinabit episcopus siue plenæ ætatis fuerit siue non, Inisi partita sit hæreditas & diuisa, cum plenæ ætatis extiterit, vel aliter conuenerit inter eos, nec erit episcopo locus gratificationi si quilibet eorum vellet clericum suum singulariter præsentare & per se: quia nullum talem recipere posset ad præsentationem vnus sine præiudicio alterius cohæredis. Aliter autem esse posset si vnus qui totum ius haberet præsentandi duos clericos vel plures simul vel diuersis temporibus præsentaret. Item de vna vacatione & præsentatione & ad vnã ecclesiam plures possunt esse querentes & diuersis rationibus, duo enim vel plures petere possunt præsentationem per assisam ratione successionis vel propriæ præsentationis. Item vna vel plures ratione dotis vel alio modo tenendi ad vitam secundum diuersa genera præsentandi per breue Quare impedit, vel Quare non permittit, vel quia aliquam partem habet villæ in qua sita est ecclesia de qua agitur, & quod vicissim & successiue debeat præsentare, & multis alijs rationibus: quas quidem omnes oportet in principio diligenter examinare per ordinem, vt sciri possit (facta examinatione) ad quos pertineat actio & ad quos non, & de processu in personam cuiuslibet, in literis ad episcopum dirigendis oportet facere mentionem per tale breue exempli causa. ¶ 5. Rex episcopo tali salutem. Sciatis quod talis in curia nostra &c. recuperavit seysinam suam versus talem per assisam vltimæ præsentationis &c. Sciatis etiam quod cum talis A. B. C. sumoniti essent coram eisdem Iustitiarijs nostris &c. ad audiendum prædictam assisam, scilicet quis aduocatus &c. prædicti A. & B. venerunt & consenserunt in præsentationem talis vel assensum præbuerunt vel recognouerunt &c. tali præsentationem suam & ean-

Lib.iiii. De Assisa vltimæ præsentationis.

& eandem ecclesiam & etiam prædictus C. recognouit coram eisdem Iustitiarijs quòd nihil iuris clamat in præsentatione nisi vt procurator talium non obstante reclamatione talis, idoneam personam &c. Et in prædicta forma & modo prædicto possunt omnes formæ breuium de seysina facienda in vno breui comprehendi, sicut infra dicetur per particulas.

¶ 1. Si mulier præsentauerit ratione dotis sua. 2. De aduocatione data per eum qui tenet per legem Angliæ. 3. De donatione data vel alienata antequam donator fuerit in possessione præsentandi. Cap. 5.

SI tùm mulier dõtem habens & aduocationem clericum præsentauerit qui admissus fuerit ad præsentationem suam, & hæres & warantus de dote sua aduocationem illam postmodum alicui dederit vel vendiderit, & vacante ecclesia iterum in vita mulieris alia vice illam contulerit, non obstante donatione hæredis ex præsentatione sua seysinam suam præsentandi transmittit ad warantum suum & hæredes suos, & sic erit charta vacua & donatio nulla, cum donatorius loqui nõ possit de aliqua seysina. Item respondet aliquis sic contra assisam & dicat, q̄ iste qui assisam profert præsentare non possit propter donationem & chartam subsequentem, vt supra dictum est; si charta dedici non possit, cadit assisa, & alius seysinam suam retinebit, cum sit quasi in possessione, post donationem & chartam confectam. Si autem omninò dedicatur, oportet quòd p̄betur per testes in charta nominatos, & per probos & legales homines vicinos, & ea probata vltèrius impediri non poterit sua præsentatio. Et non est consimile de rebus incorporalibus quæ traditionem non patiuntur, ei quod est de rebus corporalibus vbi nulla est donatio, licet fiant chartæ & capiantur homagia, nisi subsequatur traditio & corporalis apprehensio vt supra. Si autem donator chartam recognouerit & dicat q̄ postea præsentaret, hoc dicere oportebit per assisam, nec stabitur simplici verbo suo nec præsumptioni etiam tantum licet proferat literas ordinarij quòd clericum admiserit ad præsentationem suam, nec erit necesse procedere ad assisam de seysina donatoris, quia per hoc quod concedit chartam, excludit se a seysina & præsentatione sua, cum nihil ostendere possit post confectionem chartæ de aliqua seysina. ¶ 2. Item si quis tenuerit ad vitam p̄ legem Angliæ vel alio modo, cum aduocationem ecclesiæ semel contulerit, & postea aduocationem dederit alicui episcopo, forte qui illam præbendauerit, si hæres post mortem talis assisam vltimæ præsentationis aramauerit, & cognouerit præsentationem & donum illius qui tenuit ad vitam, cadit assisa sua super seysinam donatoris qualem qualem, tum quia ecclesia non vacat, & non competit ei remedium nisi super iure per breue de recto. Et de hac materia, inueniri poterit de termino s. M. anno Regis H. vj. circa principium rotuli. Vt autem sciri possit quis obtinere vel præferri possit per assisam & quis non per exẽplũ, videndũ erit de quibusdam casibus specialibus qui euenerunt tempore Regis inter certas personas. Esto igitur q̄ querens dicat se vel aliquem antecessorũ suorum præsen-

De Assisa vltimæ præsentationis. Fol. 246.

præsentasse certā psonā, & inde posuerit se sup assisā & iuratores nihil inde sciuerint, nec quis vltimā personā p̄sentauerit nec aliā ante vltimā & sic nec deinceps, vt si dixerit se inde nihil scire, querēs nihil capiat p̄ assisam. De hac materia habetis de termino P. āno Regis H. viij. i com̄ Kanc. assisa vltimæ p̄sentatiōis iter priorē de Suthworth & war̄m de mōte kans. de ecclesia de Snāthanis. Ad hoc etiā facit quod habetis de termino P. āno Regis. H. x. i com̄ Norf. de Simōe de Nodarū de ecclesia de Iudlibā, ibi em̄ dicitur, q̄ vbi cōltare nō possit quis vltimā psonā p̄sentauerit nec aliā ante vltimā, q̄ tunc p̄cedat loquela sup̄ recto & sup̄ ipsa p̄prietate, p̄ illud idē breue sine alio. Et statim fiat narratio de seyfina ante cessoris & de recto de descensu ad petentē, ac si ab initio placitat⁹ esset sup̄ ipso recto & ponat se tenēs (secundū quod elegerit) vel in magnā assisam, vel defendat se p̄ duellu, & interim si voluerint cōsentiāt in clericum, alioquin deuoluetur collatio ad episcopū, & si in vna & eadē villa sint duo dominia & diuersa feoda, & vnica ecclesia, & sciri nō possit cuius antecessor vltimō p̄sentauit, ipse obtinebit in cuius feodo sita est ecclesia. Si autē sciri nō possit quis vltimō p̄sentauit nec in cuius feodo sita fuerit ecclesia, nec haberi possit certitudo de p̄sentatione, cōcordēt iter se partes & vicissim p̄sentent, quia p̄inde oportebit eos habere æquitatē. ¶ Item esto q̄ quis habeat aduocationē ecclesiæ alicuius, & cum fuerit in possessione p̄sentādi, illā dederit cū tenemento vel sine in maritagū vel alio modo, & ipse idē antequā p̄sentauerit, aduocationē illā alicui dederit cum tenemento vel sine, & tūc primō cōtigerit ecclesiā vacare, & ille tertius cui vltimō data fuerit aduocatio p̄sentauerit, & primus donator vel eius hæres, eodē modo primus donatorius: prim⁹ donator vel eius hæres omnibus alijs p̄feretur in p̄sentatione p̄ assisam, tum quia prim⁹ donatorius nullā seyfinā habuerit veram p̄ quā ad aliū trāsferre potuit aduocationē, nec secūdus donatorius potuit accipere quod primus nō potuit dare nec ad alium trāsferre, de hac materia (vt supra) & similiter de termino f. M. anno Regis H. viij. incipiente ix. in com̄ Bed. de Iohanne de Traylie & priorē de Neueham. Assisa vltimæ p̄sentationis de tertia parte ecclesiæ de Sudmel, vbi prior respondit ad assisam quod p̄dictus Iohannes p̄sentare non potuit, q̄ quidam Vvalterus auus ipsius Iohannis qui vltimō p̄sentauit ad p̄dictam tertiam partem dedit aduocationē illius tertiæ partis cuidam Falcā. de Briante, & ipse illam dedit domui de Neueham, & quia iam prior cognouit quod p̄dictus Vvalterus fecit vltimam p̄sentationem, & quod p̄dictus Falcas nunquā p̄sentauit antequā p̄sentationē illam dedit p̄dictæ domui, consideratum fuit q̄ p̄dictus Iohannes recuperaret seyfinam suam. Ad hoc etiam facit de termino f. H. anno Regis H. ix. & maxime quia primus donatorius nec secundus aliquod habuerunt tenementum in villa, in qua ecclesia fuit sita, ad quod aduocatio potuit pertinere. Item ad hoc quod iam vltimō dicitur facit assisa vltimæ p̄sentationis in com̄ Norff. de Vvaltero Abbate de Mesfendene, & Huberto de Burgo de ecclesia de Owelton vbi idem Abbas protulit chartam cuiusdam Vvalteri de la Penne quæ protestabatur quod

Lib.iiii. De Assisa vltimæ præsentationis.

quòd dedit &c. Sed in fine recordi, quia recognitū fuit q̄ idē walterus nihil habuit in manerio in quo ecclesia sita fuit, nec aliquis nomine suo nec ipse vnquam præsentauit, consideratum fuit q̄ Abbas nihil caperet. Item ad hunc vltimum casum facit expressè de termino s. H. anno Regis H. vj. in com̄ Staff de Rayn̄ com̄ Cestriæ & priore de kenelwoorth de ecclesia Destoke, vbi ille qui dedit aduocationem nullam seyfinā habuerit præsentandi, nec aliquod tenementum in villa vbi ecclesia sita fuit. Item ad hoc facit de itinere M. de Pateshul in com̄ wygorū anno Regis H. v. q̄ si aliquis cui data fuerit aduocatio (antequam præsentauerit) dederit, non valet. Item ad hoc facit de termino P. anno Regis H. ix. in com̄ Cornub. de Richardo wyke & priore de Trywardray, assisa vltimæ præsentationis de ecclesia de Vvyke, vbi dicitur q̄ non valet donatio facta de aduocatione, vbi donator tempore donationis nullā habuerit seyfinā de aliqua terra ad quā aduocatio potuerit pertinere, nec ille qui dedit nec aliquis antecessor su⁹ nūquā fuit in seyfina præsentandi, licet multæ confirmationes capitalium dominorum & etiam episcoporum interuenerint, quia donatio omninò nulla, quasi nec incepta nec perfecta. Itē ad hoc facit de termino P. anno Regis H. decimo in com̄ Leyc. Assisa vltimæ præsentationis inter walterum de kedware & priorem de Sudleghe de ecclesia de Seyle, vbi dicitur quòd prædictus walterus nihil capere potuit, quia Comes de ferarijs qui manerium illud, ad quod aduocatio illa pertinuit, dedit prædicto waltero antequam præsentaret. Item ad hoc facit de termino s. M. expressè anno Regis H. ix. incipiente. x. in com̄tatu Eborum. Assisa vltimæ præsentationis inter priorē de Lewes & Adam de nouo mercato de ecclesia de Hecfenur vbi sic: quòd quidā auus scilicet ipsius A. ex parte matris præsentauit ad ecclesiam, & postea dedit manerium cum aduocatione in maritagium cum quadam filia sua cuidam. Et ipse antequam ecclesia vacaret, terram ipsam cum aduocatione vlteriùs dederit in maritagium cum quadam filia ipsorum, nec adhuc vacauerit ecclesia tempore istorum, sed tempore hæredum suorum tunc primò vacauerit, & prædictus Adam tulit assisam vltimæ præsentationis de seyfina aui sui prædicti primi donatoris, & per assisam recuperauerit, non obstante donatione: quia primus donatorius nunquam seyfinam habuerit præsentandi.

¶ 1. Cum quis sumoneatur quare impedit. 2. Breue quare impedit. 3. Quid est impeditio. 4. Differentia inter quare impedit & quare non permittit. 5. Breue Quare non permittit. 6. Breue si impediens fuerit infra atatem. Cap. 6.

Non possunt omnes ad quos pertinet præsentatio agere de seyfina propria vel antecessorum suorum in casibus præcedentibus: vnde illis qui nunquam præsentauerint, cum ex quacunq; causa acquirendi ius ei competat præsentandi, siue per iudicium recuperauerint, quod nunquam habuerint vel habuerint ad vitam vel imperpetuum ex causa donationis vel alia modo, competit remedium, si fuerint impediti quo
smiini

De Affisa vltimæ præsentationis. Fol.247.

minus præsentare possent, per breue quod tale est. ¶ 2. Rex vic. salutē. Quia A. fecit nos securos de clam̄ &c. pone per vadiū &c. ad respōdendū eidē A. quare impedit eundem A. præsentare idoneā personā ad ecclesiam de M. cuius ecclesiæ aduocationē idē A. nuper in curia nostrā coram nobis vel coram Iustitiarijs nostris apud Westm̄, vel coram Iustitiarijs nostris ad hoc constitutis recuperavit versus eundem B vel versus alium talem per affisam vltimæ præsentationis inde inter eos captam, vel per iudicium curiæ nostræ, vel alio quocunq; modo, vnde idem A. queritur q̄ prædictus B iniuste & contra coronā nostrā (vel) in contemptū curiæ nostræ eum inde impedit, & habeas &c. ¶ 3. Et vnde videndum est quid sit impedire, vt sciatur differētia iter breue Quare impedit, & Quare nō permittit. Impedire autem est ponere pedem in ius alienum, quod quis habet in iure præsentādi, cum quasi seysina, & iure, quali quali, quia qui impedit quo minus quis vti possit seysina sua, vel quasi imponit pedē alteri iuri &c. Breue quare impedit, Et ideo locum habet. ¶ 4. Si autē nullam omninō habuerit talis præsentator, seysinā vel quasi, cum ex causa donationis vel aliunde competat ei ius præsentandi ratione tenementi quod quis tenuerit ad vitam ex casu aliquo ratione dotis, per legem Angliæ, vel firmario ratiōe firmæ, vel creditori ratiōe pignoris, cum nulla recesserit seysina vel quasi, ponere non potuit quis pedem in ius vel quasi seysinam quam talis prius non habuit. Et ideo nō habet locum Quare impedit, sed breue Quare non permittit. Et proprietarius nō permittit vti possidentem suo iure possessionis. Hec est differētia inter Quare impedit & Quare non permittit. Hæc dictio impedit componitur de in & pes pedis, & vnde reuera ille impedit qui nititur intus pedem ponere in ius alienum, vbi nullū ius ei competit, nec proprietatis nec possessionis: sed cum aliquando ius haberet illud totum transtulit ad alium quacūq; de causa, sed vel per iudicium, cum forte aliquando vtrunq; haberet proprietatis & possessionis, ius possessionis ex quacunq; causa transtulit ad alium qui nondum seysina vsus est, & cum quis vti non permittat, competit ei contra proprietarium breue Quare non permittit, cum ratione proprietatis pedem habuerit impositum. ¶ 5. Rex vic. salutem. Præcipe tali q̄ iuste & sine dilatione permittat talem præsentare idoneā personā ad ecclesiā talē quæ vacat, & ad suā spectat donationem, vt dicit, & vnde queritur q̄ prædictus talis eum iniuste impedit. Et nisi fecerit, & idē talis fecerit te securum &c. tunc sum̄ &c. talem q̄ sit coram Iustitiarijs nostris ad talem locum vel diem, ostensurus quare nō fecerit, & habeas ibi sum̄ &c. Et vnde videtur q̄ fere redit in idē breue Quare impedit & Quare non permittit. Si autē talis cum sumonitus fuerit prima die non venerit nec se effoniauerit, aliquando (ante consilium lateranensē vbi nullū currebat tempus contra præsentātes) solent impediētes attachiari per plegios & meliores plegios, & tunc solet omnis solennitas attachiamentorum obseruari. Nunc autē ex causa & necessitate, oportet maturius procedere, quia cum illud quod aliās licitum non esset necessitas facit licitū, ppter tēporis cursum, primō distringatur impediēs sic, vel q̄ vic. habeat

RRr.j.

corpus

Lib. iiii. De Assisa vltimæ præsentationis.

corpus eius vel quod distringat eum per terras & catalla, q̄ manū nō apponat vel q̄ faciat cūvenire: vt de itinere w. de Ralegh in com̄ Bed : de Huberto de Vallibus in p̄cipio rotuli : & hoc puenit nō p̄ iuditiū sed p̄ cōsiliū curiæ ad malitiā eorū reprimēdā qui præsentationes malitiosē impediūt vt tēpus currat. Si autē ille qui p̄sentationē impediuerit fuerit infra ætatē, nec habuerit per quod distringi poterit, tunc sumoneatur ille in cuius manu fuerit & cuius consilio ductus, q̄ sit & habeat tali die per tale breue. ¶ 6. Rex vic. salutē. Sumone & c. & ibi habeas B. qui est infra ætatē & ī custodia sua, & ideo maxime q̄ suo regitur cōsilio (vt dicitur) ad respondendū C. vt supra. Itē videtur quibusdā q̄ aduocatus sem̄ p̄ sumonendus sit & nō clericus, quia clericus nihil clamat in aduocatione. Sed reuera videndū erit vtrū clericus impediatur vel patron⁹, poterit em̄ quilibet ipsorū impedimentū imponere suo tēpore, patron⁹. s. ante iuditiū, & ante ius præsentādi amiserit præsentationē de se factā post iuditiū insistēdo. Et vnde clericus sumonendus erit principaliter & incidentaliter patronus q̄ sit ad ostendendū quid iuris clamat in præsentatione quod semel amiserit p̄ iuditiū. Itē si patron⁹ qui p̄ iuditiū amiserit vel cū nullū ius ei cōpetat ad ecclesiā nō vacātē p̄setauerit & institutū sumoniri faciat, quare impediatur p̄sentare, respondere poterit in primis q̄ ecclesia siue capella nō vacat, quo casu erit ordinarius consulendus, & secundū mandatū suū terminabitur negotium. Itē dicere poterit q̄ nihil iuris clamat in aduocatione, nec aliquē impedit p̄sentando, cū ipse sit in possessione rei, & cū ecclesia vel capella non vacet. Eodē modo respondere posset patronus de nō vacatione, si sumonitus esset quare præsentationē impediret tanquā ad ecclesiā vacātem, cū non vacaret. Cū autē impediens comparuerit, docere poterit multipliciter q̄ iniuste non impediuerit, tum quia tenet tenementum, ad quod aduocatio pertinet, ex alia iusta causa acquirendi imperpetuum, vel ad tēpus, sine alia exceptione cum aduocatione & cū omnibus pertinentijs suis, quod quidem multipliciter docere poterit per instrumenta, & alijs plurib⁹ modis, secūdū quod superius p̄p̄di poterit manifestē. Itē impedit patron⁹ siue aduocat⁹ aduocatū iuste p̄sentare multis modis, iniuste, vt si cōtra factū p̄p̄riū vel antecessorū suorū qui ius suū p̄sentādi dederint vel remiserint p̄sentati, vel antecessorib⁹ suis. Itē iniuste si cōtra ius cōmune, vbi quis habuerit tenementū ad quod p̄tinet aduocatio, sine aliqua exceptione, ad tēpus, vel imperpetuū, vel p̄dente lite. donec discussum fuerit de iure, siue placitū fuerit de ipso tenemēto cū p̄tinētijs siue tantū de ipsa aduocatione. Itē iniuste, si cōtra ea quæ ritē acta sunt in curia domini Regis p̄ iuditiū vel cōcordiā & finē factū. Itē grauare poterit & vexare clericum clericum iniuste post præsentationem a suo patrono eiciētā instituēdū vel iam institutū, ad irritandū ea quæ in curia Regis ritē acta sunt, & quibus casibus ad auxiliū Regis erit recurrendū. Itē poterit episcopus pendēte lite ante lapsum sex mensiū ecclesiā iniuste incūbrare, & ideo fieri deberet inhibitiō ne incumbaret, vel ne clericū admitteret ad præsentationē alicui⁹, donec placitū ī curia dñi Regis fuerit terminatū: & maxime

maximè ante lapsum sex mensum, vt si assisa vltimæ præsentationis arramata fuerit inter aliquos duos vel alios plures, vel placitum Quare impedit, vel placitum super recto simul & semel, vel aliquod istorum per se, nõ poterit ordinarius aliquem ad præsentationem alicuius partis, donec placita fuerint terminata, & si cum super iure fiat cõtentio & sciri non possit quis eorum vltimò præsentauerit, si autè constiterit de vltima præsentatione, tunc fiat placitum de ipso iure si ille qui in possessione fuerit præsentandi præsentauerit, teneatur episcopus clericum admittere nõ obstante aliqua inhibitione. Et si contentio inde habeatur, pcedat assisa vltimæ præsentationis, nec impediri debet propter placitum super ipso iure, nec etiã propter placita qualiacumq;

¶ 1. Forma breuium post feysinam recuperatam. 2. Breue episcopo vel ordinario dirigendum cum quis feysinam recuperauerit per assisam vltimæ præsentationis. 3. Breue quod episcopus admittat clericum non obstante reclamatione sed per iudicium. 4. Vbi sunt participes in præsentatione. 5. Breue de quatuor sororibus quarum dua habent virum & dua non. 6. Breue si concordia fiat. 7. Breue si per iudicium ratione firma. 8. Breue de admittendo clerico vbi partes consentiunt in clericum propter minorem qui non potest ad chartas respondere. 9. Alia forma de eodem. 10. De clerico admittendo vbi quis præsentatur de communi assensu plurium qui sunt plena ætatis. 11. Breue vbi vnus remittit ius suum alteri ex quatuor participibus & duo consentiunt in eundem. 12. Cum quis præsentauerit ad ecclesiam antequam recuperauerit manerium, ad quod pertinet aduocatio. 13. Si episcopus non admisserit clericum ad mandatum Regis. 14. de prohibitione faciendâ Iudicibus si clericus alium clericum implacitauerit. Cap. 7.

Cum quis feysinam suã recuperauerit per assisam, statim habeat breue ad episcopum de admittendo idoneam personam ad præsentationem suam in hac forma. ¶ 2. Rex venerabili in Christo patri A. eadem gratia Londoni episcopo salutem: Sciatis quod talis A. prior in curia nostra coram Iustitiarijs nostris apud talem locum, recuperauerit feysinam suam de aduocatione talis ecclesiæ (vel sic & melius vt videtur) scilicet feysinam præsentationis suæ ad talem ecclesiam versus talem per assisam vltimæ præsentationis inde ibi inter eos captã. Et ideo vobis mandamus, quod ad præsentationem ipsius prioris, idoneam personam ad eandem ecclesiam admittatis Teste &c. Si vero contingit quod recordum debeat in breui comprehendi, tunc dicatur sic. Rex tali episcopo salutem. Sciatis quod cum assisa vltimæ præsentationis sumonita esset in curia nostra coram Iustitiarijs nostris &c. inter A. querentem & B. deforc. quis aduocatus tempore pacis præsentauit vltimam personam quæ mortua est ad talem ecclesiam, recognitum fuit in eadem curia nostra coram eisdem Iustitiarijs nostris per eandem assisam, quod prædictus B. præsentauit clericum suum ad eandem ecclesiam, qui vltimò obiit persona in eadem ad præsentationem ipsius B. & ideo vobis mandamus quod ad præsentationem prædicti B. idoneam personam ad eandem ecclesiam admittatis. Teste &c. Si vero quis recuperauerit præsentationem suam per breue Quare impedit, vel Quare non permittit, tunc fiat breue episcopo in hac forma.

RRr.ij.

¶ 3. Rex

Lib.iiii. De Assisa vltimæ præsentationis.

¶ 3. Rex tali episcopo salutem. Sciatis q̄ A. in curia nostra coram &c. per iuditiū eius curiæ n̄ræ recuperavit seysinam suā versus talē de aduocatione talis ecclesiæ. Vel sic : recuperavit p̄sentationē suā ad talē ecclesiam versus talem. Et ideo vobis mandamus q̄ non obstante reclamatione ipsius B. ad præsentationem ipsius A. idoneam personā ad eandē ecclesiam admittatis Teste &c. Item si altera partium per cōcordiā præsentationem retinuerit, siue sumonitus fuerit ad assisam quis aduocatus, vel ad breue Quare impedit, vel ad breue Quare nō permittit, tūc fiat tale breue. Rex tali episcopo salutem. Sciatis q̄ cum assisā vltimæ præsentationis sumonita esset in curia nostra coram &c. inter A. querentē & B. impedientē quis aduocatus &c. vt supra vel sic : ad breue Quare impedit vel Quare non permittit. Sciatis quòd cum A. sumonitus esset in curia nostra corā &c. ad respondendum B. quare impediuit eum iniuste præsentare idoneam personam ad ecclesiam de tali loco quæ vacat. & cuius aduocationē siue præsentationem idem B. dicit ad se pertinere tali ratione. Idem A. venit in curia nostra eadem coram præfatis Iustitiarijs nostris & recognouit & concessit eidem B. præsentationē suā ad prædictā ecclesiam. vel sic: recognouit p̄sentationē vel aduocationē illius ecclesiæ esse ius ipsius B. & illā remisit & quietū clamauit &c. Et ideo vobis mandamus q̄ ad p̄sentationē ipsius B. ad eandē ecclesiā idoneam p̄sonā admittatis Teste &c. Et sciendū q̄ si de vacatione vnus ecclesiæ diuersa breuia a diuersis impetrantur, corā vno Iusticiario, & diuersimodē terminentur & per diuersa iudicia, vt si vn° recuperauerit per assisā, & ali° nihil capere possit p̄ breue Quare impedit, vel Quare nō pmittit, vel quidā p̄sentationi cōsentiāt, vel quidā nihil clamāt in p̄sentatiōe nomine suo sed alieno, & qui p̄sentatiōi cōsentiāt. Itē si assisa capta fuerit p̄ defaultā & huiusmodi, oportet de omnibus placitis in breui quod episcopo dirigīt facere mētionē, vt supra videri poterit paulo ante p̄ exēplū. Queritur autē iter cætera, quare in breui de admittēdo cle ricū post captiōē assisæ vltimæ præsentatiōis in modū assisæ, nō cōtineat̄ hec clausula (non obstante reclamatione talis) sicut cōtinet̄ in breui quod mitti debet ad episcopū, postq̄ quis recuperauerit p̄sentationē suā p̄ breue Quare ipedit, vel Quare nō pmittit : responderi poterit & sufficiēter, q̄ breue Quare impedit & Quare nō permittit, in se cōtinet certas p̄sonas & determinatas, inter quas vertit cōtentio, & inter quas stare possit iuditiū quod nō est in assisā vltimæ p̄sentationis, quia licet ibi sint certæ personæ inter quas vertitur cōtētio, assisa tamē facit p̄ quolibet de populo tā p̄ absente q̄ pro p̄sente, & tā pro nō nominato in breui, q̄ pro nominato p̄pter virtutē huiusmodi dictionis (quis) quæ distributiua est, & certas p̄sonas nō cōplectit̄. Et vnde non sufficeret dicere (nō obstante reclamatiōe talis noiati in breui) cū possit reclamare ali° quicūq; nō nominat° si assisa faceret p̄ eo. Sed esto q̄ assisa nō sit capta ī modū assisæ. sed ī modū Iurata, vt si dño apponet̄ charta, vel cōuētio, vel cōditio, vel h̄modi, tūc dicat̄, nō obstante reclamatiōe talis, quia nō dicit̄ indeterminate quis aduocat°, vt p̄batur ī rotulo de termino s. T. & s. M. āno Regis. H. iij. incipiēte iij, in com̄ Oxon̄ inter Robertū de Harpdene & Regi-

De Assisa vltimæ præsentationis. ¶ Fol. 249.

Reginaldū de Albo monasterio. Assisa vltimæ præsentationis, de ecclesia de Harpdene: & ita fieri debet (vt viderur) i quolibet iudicio vbi assisa nõ capitur in modū assisę. Item poterit esse alia forma concordie vbi contētio fuerit per assisā inter plures vnū ius habētes quasi vnus hæres, per assisam vltimæ præsentationis, vel per breue Quare impedit, vel Quare non permittit, si vnus ex pluribus cōsentire voluerit, remanebit præsentatio, & episcop⁹ ecclesie p̄uidebit, nec poterit sibi vendicare priuilegiū, aetas, nec dignitas, nec personarū pluralitas, quia aut omnes cōsentiant aut nullus. Consentire tamen possunt multipliciter, & formetur breue sēper secundū formā consensus, consentire enim poterit vnus ex plurib⁹ tali modo. s. q̄ nūquā consentiet in clericū quē participes p̄sentauerit prius, sed libenter in aliū consentiet quā ipsi participes sui eligent & præsentabunt, & tunc fiat breue in hac forma. ¶ 4. Rex tali episcopo salutē. Sciatis q̄ cūm A. sumonitus esset in curia nostra corā & c. ad respondendū B. & C. vxori suæ, quare ipse impediuit eos præsentare idoneā personā ad ecclesiam talē, quæ vacat, & cuius ecclesie aduocationis ipsi B. & C. petūt duas partes. Idē A. venit in eadē curia nostra, & dixit q̄ iuste impediuit, quia ius p̄fētandi ad tertiā ptē prinet ad ipsū, eo q̄ princeps est prædictorū B. & C. Adiecit etiā q̄ nunquā in clericū quē ipsi B. & C. præsentauerant cōsentiret, eo q̄ ipse minus idoneus fuit vt dicebat, in aliū tamen a primo ab eis dē B. & C. præsentatū (dum tamen idoneus esset) consentiret. Et ideo vobis mandam⁹, q̄ si prædicti B. & C. in vnā personā idoneā consenserint, & illā vobis simul cum prædicto A. cōmuniter præsentauerit, tunc ad præsentationē eorū omniū, personā illam ad eandem ecclesiam admittatis. Si autē in personā talem idem A. cōsentire noluerit: vt cōuenit, tunc (non obstante reclamatione ipsius A.) ad præsentationē ipsorū B. & C. idoneā personā quam ipsi elegerint, ad eandem ecclesiam admittatis. Teste. & c. Eodem modo fiat de pluribus participibus si cōsenserint de præfētando alternis vicibus successiuē, & inseratur in breui tota forma concordie. Si quatuor sorores participes quarū duæ viros habeāt & duæ non, simul cum viris petierint seysinā præfētandi versus aliquos, & per assisam recuperauerint, tunc fiat breue ep̄o in hac forma. ¶ 5. Rex tali ep̄o salutem Sciatis q̄ A. & B. vxor ei⁹ C. & D. vxor eius E. & F. sorores ipsarū B. & D. in curia nostra & c. recuperauerūt seysinam præsentationis suæ versus S. & G. per assisā vltimæ præfētationis inde ibi inter eos captā præfētibus H. & I. simul cū prædicto G. cōtra assisā illam, & cōcedentibus iisdē A. & B. C. & D. E. & F. præsentationē suā ad eandem ecclesiam, & ideo vobis mādamus q̄ ad præsentationē prædictorū A. & C. ratione prædictorū B. & D. vxorū suorū & ad præsentationē prædictorū E. & F. idoneā personam ad eandem ecclesiam admittatis. Si autē post assisā captā cōuenerit inf̄ ptes p̄ cōcordiā de aliqua p̄fēsiōe augēda de gratia & ordinatiōe ep̄i, tūc fiat breue in hac forma. ¶ 6. Rex tali episcopo vel eius officiali salutē. Sciatis q̄ post assisā vltimæ præfētationis captā inter A. querentē & B. impediētē, de tali ecclesia per iustitarios nostros ad hoc assignatos p̄ p̄ceptū nr̄m, cōuenit inter eos dē A. & B. in curia nostra corā nobis de eadem ecclesia. s. q̄. prædictus

Lib. iiii. De Affisa vltimæ præsentationis.

dictus B. recognouit aduocationem illius ecclesiæ esse ius ipsius A. salua tñ eidē B. Abbati vel priori & successorib⁹ suis quadā annua portione. vi. marcarum quā idem B. & prædecessores sui inde percipere consueuerūt, & quam prædictus A. eidem B. recognouit vt idem B. dicit, & quā etiam idem A. augeri desiderat vsq; ad C. s. si prædictus B. hæc (salua honestate episcopi) de gratia possit obtinere. Et ideo vobis mandamus (q̄ non obstāte reclamatione eiusdem B.) ad præsentationem ipsius A. idoneam personam ad eandem ecclesiam admittatis. Salua tamen eidem B. dicta portione sex marcarū cū augmētatione prædicta, si illā de gratia vestra & cū honestate possit obtinere. Si quis per iudiciū recuperet præsentationē ratione firmæ quā habuerit de aliquo manerio cū omnib⁹ ptinētijs suis, nullā facta exceptione, tunc fiat breue episcopo in hac forma. ¶. 7. Rex tali episcopo salutem. Sciatis quod A. in curia nostra corā iusticiarijs nostris & c. per considerationem eiusdem curiæ nostræ recuperauit seysinā præsentationis suæ ad talem ecclesiā, versus B. ea ratione quod prædictus A. habet manerium de N. ad firmā de prædicto B. cum omnibus suis pertinentijs, nulla facta exceptione, vel quibusdā specialiter exceptis, nulla tamen mentione facta de aduocatione, sicut patet manifestè per chartā ipsius B. quā idem A. in eadem curia nostra, coram eisdem Iusticiarijs nostris ostendit, & etiam quā idem B. in eadem curia recognouit. Et ideo vobis mandamus (quod non obstāte reclamatione ipsius B.) ad præsentationem prædicti A. ratione prædictæ firmæ (secundum quod prædictū est) idoneā personā ad eandem ecclesiā admittatis. T. & c. Si minor infra ætatem affisam portauerit, & proferantur contra ipsum chartæ antecessorum suorum ad quas ipse infra ætatem respondere non possit, vel si aliquis cōtra ipsum proferat breue Quare impedit, & chartam exhibeat in iudicio ad quam respōdere non possit minor, & ita q̄ de necessitate oporteat placitum remanere vsq; ad ætatem, prouiso tamen quod ei qui est infra ætate nihil iuris depereat, & ita quod de consilio curiæ eligant partes clericum, & communiter præsentent, reseruata tamen quadā minima pensione (vt superius dictum est) eat breue ordinario loci in hac forma. ¶. 8. Rex tali episcopo salutem. Sciatis q̄ cū A. qui est infra ætatem in curia nostra corā iusticiarijs nostris & c. peteret versus B. aduocationē talis ecclesiæ per affisam vltimæ præsentationis ibi inter eos summonitam, & tādē conuenit inter eos q̄ ipsi idoneam personam cōmuniter præsentarent ad eandem ecclesiam, saluo iure vtriusq; eorum, cū idem A. qui nunc est infra ætatem peruenerit ad ætatem. Et ideo vobis mandamus, q̄ ad præsentationem ipsorum A. & B. saluo iure vtriusq; ipsorum, cū idem A. ad ætatem peruenerit (secundum quod prædictum est) idoneam personam ad eandem ecclesiam admittatis. T. & c. ¶. 9. Rex tali episcopo salutē. Sciatis quod cū A. custos filij & hæredis B. sumonitus esset in curia nostra coram iusticiarijs nostris & c. ad respondendum tali Abbati Quare impediuit eundem Abbatem præsentare idoneam personam ad ecclesiam de N. quæ vacat, & cuius ecclesiæ aduocationē idē A. dicebat ad se pretinere ratione dicti hæredis: Ipse Abbas venit in curia eadē, & ostendit

De Assisa vltimæ præsentationis. (63) Fol. 250.

ostendit chartas antecessoris talis dicti hæredis, per quas dicebat ius aduocationis eiusdem ecclesiæ ad se pertinere. Tandem vero conuenit inter eosdem Abbatem & A. de cõmuni consensu q̄ ipsi communiter inter eos clericum eligant, & eundem vobis præsentent, saluo tamen vnicuiq̄ ipsorum Abbatis & hæredis iure suo imposterum, tam super possessiõne q̄ super proprietate, & ita q̄ neutri ipsorum aliquid iuris depereat, possessiõnis vel proprietatis, cum prædictus hæres ad hæreditatem peruenerit. Et ideo vobis mandamus q̄ ad præsentationem prædictorum Abbatis & A. idoneam personam ad eandem ecclesiam admittatis, saluo iure cuiuslibet, cum prædictus hæres ad ætatem peruenerit, secundum quod prædictum est. Teste. &c. Et q̄ de communi cõsensu eligi debet clericus & communiter præsentari propter minorem ætatem heredis, habetis de termino S. Michaelis, anno regis H. xiiij. incipiente xv. in cõm Derby assisa vltimæ præsentationis de ecclesia de Eltdene. Item aliud breue de eadem materia vbi præsentatur clericus de communi consensu eorum qui sunt plene ætatis, vbi placitum fuit per breue de recto. ¶ 10. Rex tali episcopo salutem. Sciatis q̄ conuenit in curia nostra coram Iusticiarijs &c. inter A. petentem & B. deforciantem de aduocatione ecclesiæ de N. cum pertinentijs, vnde placitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet q̄ prædicti A. & B. idoneam personam eligant ad ipsum & eandem ecclesiam vnanimiter præsentent, saluo iure cuiuslibet. Et ideo vobis mandamus q̄ ad præsentationem ipsorum A. & B. (saluo iure cuiuslibet secundum quod prædictum est) idoneam personam ad eandem ecclesiam admittatis. Teste &c. Item retenta prima forma, si sit tertius, qui remittat ius suum de eadem ecclesia tunc primò dicatur sub vna & eadem forma breuis, scilicet. ¶ 11. Rex &c. Sciatis q̄ ita conuenit in curia nostra coram &c. inter A. petentem & B. deforciatē de aduocatione talis ecclesiæ, vnde placitum fuit inter eos &c. s. q̄ prædictus A. remisit & quicquid clamauerit D. & hæredibus suis ipsi B. & hæredibus suis totum ius & clameum &c. Conuenit etiam iter eundem A. petentem & C. deforceantē de aduocatione prædictæ ecclesiæ cum pertinentijs, & vnde placitum fuit inter eos &c. s. q̄ prædicti A. & C. idoneam personam eligant cõmuniter &c. vt supra. Et ideo vobis mandamus (q̄ non obstante reclamatione ipsius B.) ad præsentationem ipsorum A. & C. (saluo iure cuiuslibet vt prædictum est) idoneam personam ad eandem ecclesiam admittatis. Teste &c. Si quis impedimentum apposuerit præsentati qui est in seysina manerij qualitercūq̄, ad quod pertinet aduocatio, & similiter præsentationis vel iudicium faciat pro eo qui est in seysina, fiet episcopo breue in hac forma. ¶ 12. Rex tali episcopo salutem. Ostensum est nobis ex parte A. q̄ cum ipse teneat tale manerium cum aduocatione ecclesiæ & cum omnibus alijs pertinentijs suis, & B. qui manerium illud in curia nostra. &c. clamat vt ius suum vobis clericum suum præsentauerit ea ratione, q̄ dicit se ius habere in manerio illo, licet nihil habeat in seysina de eodem manerio, nec de aliquibus eiusdem manerij pertinentijs, sicut idem B. in curia nostra nuper recognouerit, præsentationem prædicti A. impedit & iniuste. Et quia constat nobis tunc per recognitionem ipsius B. tunc per hoc q̄ petit manerium illud vt ius suum cum pertinentijs suis, q̄ idem B.

nul-

Lib.iiii. De Affisa vltimæ præsentationis:

nullam habet inde seysinam, vobis mādā⁹ (q̄ nō obstante reclamatiōe ipsius B.) ad præsentationem ipsius A. idoneā personam ad eādē ecclesiā admittatis Teste &c. Quōd si episcopus ad tale mandatum clericum præsentatum minimè admiserit, fiat ei aliud breue in hac forma. ¶ 13. Rex tali episcopo salutem. Satis recolimus vobis aliàs dedisse in mandatis, quōd non obstante reclamatiōe B. ad præsentationem A. idoneam personam ad talem ecclesiam (quæ vacat) admitteretis, cuius ecclesiæ aduocationem idem A. in curia nostra nuper recuperauerit versus, eūdē B. per affisam vltimæ præsentationis &c. per iudicium eiusdem curiæ nostræ. Et super hoc ostensum est nobis ex parte ipsius A. q̄ idem B. præsentationi ipsius A. impedimentum opposuit ea ratione, q̄ idem B. in curia nostra coram &c. manerium illud ad quod aduocatio illa pertinet clamat vt ius suum, & quia idem B. manerium illud adhuc nondum recuperauit nec, aliquid de pertinentijs suis & aduocatio illa sit de eius pertinentijs, vobis mandamus, q̄ non obstante reclamatiōe ipsius B. &c. ¶ 14. Si clericus ab eo præsentatus qui iudicium amisit clericum præsentatum ab eo qui ius præsentandi euicit in causam traxerit coram quibuscunq; iudicibus, ad impediendum ea quæ in curia domini Regis rite acta sunt, fiat iudicibus prohibitio ne procedant per tale breue.

1. Prohibitio si clericus ab eo implacitatus qui amisit implacitauerit clericum eius qui per iudicium recuperauerit. 2. De prohibitione dum quis fuerit infra aetatem. 3. Cum quis per affisam recuperauerit & postea cū fuerit implacitatus per breue de recto incipiat ecclesia vacare. Cap. 8.

Rex tali & cōiudicibus suis salutem. Ostensum est nobis ex parte A. q̄ cū aliquando in curia nostra coram iusticiarijs nostris &c. arramasset versus C. affisam vltimæ præsentationis, quis aduocatus tempore pacis &c. Ad ecclesiam talem, & idē B. non dederet quin clericus qui vltimò obiit persona in eadem ecclesia præsentatus esset per ipsum A. & ad præsentationem suam admissus, & vnde in eadē curia nostra cōsideratū fuit q̄ prædict⁹ A. in seysina sua remaneret, & ita quōd ad mādatum nostrum & ad præsentationem suam episcopus loci clericum admitteret, & admisit quendam C. D. quem prædictus B. qui præsentationē illam amisit aliquādo præsentauerit, prædictum C. coram vobis trahat in placitum de eadem ecclesia autoritate literarum domini Papæ. Et si idē B. coram vobis obtineret in causa memorata, irritare possēt ea quæ in curia nostra rite sunt acta, & cū hoc esset manifestè contra coronā & dignitatem nostrā, vobis mandam⁹ quōd in causā illa non procedatis de cætero, propter quod ad vos nos capere debeamus. Teste &c. Item aliud breue de eadem materia. ¶ 2. Rex talibus Iudicibus salutem. Prohibemus vobis ne teneatis placitum coram vobis in curia Christianitatis de aduocatione talis ecclesiæ & de tali ecclesia de cuius aduocatione nuper placitum fuit in curia nostra coram nobis &c. Inter A. de N. querentem vel petentem & B. custodem C. filij & hæredis talis impediens ratiō-

tionē talis iuris quod idem B. dicebat eundem C. habere in aduocatione illa. Et vnde inter eosdem A. & B. in eadem curia nostra conuenit coram nobis, ita quod vterquē illorum consensit in talem clericū eo quod placitum terminari non potuit, nec res in iudicium deduci, cum prædictus C. (de quo dicitur quod ius habet in aduocatione illa) adhuc sit infra ætatem, quia si placitum illud coram vobis in curia Christianitatis procederet, idem C. de aduocatione illa dum sit infra ætatem posset damnum incurrere, & placita de aduocationibus spectant ad coronam & dignitatem nostram Teste &c. Qui vero si ad talem prohibitionem desistere noluerint, attachientur, vel episcopus habeat eos cum laicum feodum non habuerint, vt infra de prohibitionibus plenius. Si quis semel per assisam seysinam præsentandi recuperauerit, & ille versus quē recuperauerit petere inceperit aduocationem per breue de recto, et pendente placito inceperit iterum vacare ecclesia, & vterquē ipsorum præsentauerit, ille præferri debet qui vltimò præsentauit, & fiat breue ad episcopū hac forma.

¶ 3. Rex tali episcopo salutem. Ostensum est nobis ex parte A. quod cum ipse nuper in curia nostra &c. recuperasset præsentationem suam ad ecclesiam talem versus B. per assisam vltimæ præsentationis inde ibi inter eos captam, & clericus ad præsentationem suam admissus esset ad ecclesiam illam ad mandatum nostrum, & idem B. cum iam incepit placitare per breue de recto super ipsa proprietate & contigerit illam ecclesiam iterum vacare pendente placito super recto, idē B. ratione iuris quod dicit sibi competere cum nullum adhuc sciuerit, clericum suum præsentat ad ecclesiam memoratam vt præsentationem ipsius impediatur, de quo constat quod sit in possessione præsentandi. Et ideo vobis mandamus (quod non obstante præsentatione & reclamatione ipsius B. nec etiam prohibitione nostra, si quam habueris, ne clericum admittatis donec placitum super recto determinetur) ad præsentationem ipsius A. idoneam personam ad eandem ecclesiam admittatis, nisi forte sit aliquis alius a prædicto B. qui præsentationi ipsius A. legitimū impedimētū opponat Teste &c.

1. ¶ Breue de summonendo episcopum qui ad mandatum domini regis clericum admittere recusauit. 2. Si pluries mandatum fuerit officialibus. 3. Si episcopus fecerit desaltam. 4. Cum episcopus comparuerit. Cap. 9.

SI cum Episcopus vel alius ordinarius regium suscepit mandatum de admittendo clericum ad ecclesiam, clericum non admissit, ad querelam patroni præsentantis summonetur episcopus, quod sit coram iustitiarijs ad ostendendum quare non admissit per tale breue. Rex vicecomi salutem. Si A. fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc summeas per bonos summonitores talem episcopum, quod sit coram iustitiarijs nostris tali loco, tali die, ostensurus quare ad præsentationem ipsius A. non admissit idoneam personam ad mandatum nostrum, ad talē ecclesiam, cuius ecclesiæ aduocationem prædictus A. in curia nostra coram eisdem iustitiarijs nostris recuperauerit versus B. per iudiciū eiusdem curiæ nostræ, vel per finem inter eos factum, vel per assisam vltimæ præsentationis.

Lib.iiii. De Assisa vltimæ præsentationis

sentationis inter eos captam, vel alio quocunque modo, & habeas ibi summonitores et hoc breue Teste &c. Aliud breue de eodem. Rex vic. salutem. Si A. fecerit te securum &c. tunc summonneas talem episcopum quod sit ostensurus &c. vt supra, idoneam personam ad ecclesiam de N. quæ vacat, vt dicitur, deficut idem A. seyfinam aduocationis eiusdem ecclesiæ coram iustitiarijs nostris ad hoc assignatis recuperauerit per assisam vltimæ præsentationis, versus B. inde ibi inter eos captam, & habeas ibi summonitores &c. Idem de eodem .s. vbi manerium aliquod datû sit in maritagium cum aliqua filia alicuius cum aduocatione & alijs pertinentijs suis, et cum ecclesia vacauerit, opponat impedimentum donator præsentationi donatorij, & eo in curia domini regis discussio, cum semel mandatum sit episcopo vel suis officialibus quod ad præsentationem donatorij clericum admittât, & ipsi nihil inde fecerint, sumoneatur episcopus per tale breue. ¶ 2. Rex vicecom. salutem. Summonneas per bonos summonitores talem episcopum quod sit coram &c. ad respondendum A. quare ad præsentationem suam non admittat idoneam personam ad talem ecclesiam sicut semel officialibus suis & secundò eidem episcopo mandauimus, cuius ecclesiæ aduocationem B. nuper in curia nostra &c. recognouit & concessit eidem A. in maritagium cum filia sua tali vt pertinet ad tale manerium quod idem B. dederit eidem A. priusquam idem B. clericum suum ad eandem ecclesiam præsentasset, et per quam præsentationem idem episcopus clericum ipsius A. ad eandem ecclesiam difert admittere, vt idem A. dicit. Et habeas ibi summonitores Teste &c. ¶ 3. Episcopus cum summonitus fuerit venit aut non venit, nec per se, nec se excusat per nuntium, nec per effoniatorem, quo casu procedatur ad defaltam, & attachietur, vt infra de attachiamentis, et omnis solennitas & ordo attachiamentorum obseruetur, nec erit dilatio periculosa præsentato nec præsentanti, quamuis sumptuosa cum post iudicium in curia domini Regis redditum, non currit tempus sex mensium, Si autem episcopus se effoniauerit, bene iacet. ¶ 4. Cum autem venerit, aut prætendit rationem sufficientem quare præsentatum non admisit, quo casu indemnis remanebit. Si autem minus sufficientem vel omnino nullam, in misericordia domini Regis remanebit. Minus sufficientem, vt si dicat quod præsentatum non potuit admittere propter appellationem quâ clericus illius qui amisit interposuit. Et illa ideo minus sufficiens est, quia per litteras domini Regis constare potuit episcopo, quod ille qui appellantem præsentauit, nihil iuris habuit in præsentatione. Sufficere autem videtur, vt si dicat Episcopus quod non sit ei imputandum quod clericum non admisit sed ipsi præsentanti: quia primò præsentauit A. et postea mutata voluntate præsentauit B. contra quem idem A. appellauit & profecutus est appellationem suam, & contra talem appellationem non potuit admittere prædictum B. secundò præsentatum. Item dicere poterit quod ecclesia nõ vacat nec multo tēpore vacauit ad præsentationem ipsius talis, quia si assisa inde capta fuit, capta fuit p. defaltam, vel in absentia veri patroni qui nihil dicere potuit contra assisam. Itē concedere potuit quod vacauit, et quod quidam præsentauit publicè, & quod facta fuit inq̄sitio post

post longum interuallum cum debita solennitate, nec fuit aliquis qui se opponeret præsentationi, præsentando nec appellando in ipsa præsentatione talis, nec in inquisitione, nec in ipsa institutione. Et quo casu, doceat querens contrarium si possit. s. quòd dolosa fuit præsentatio & clandestina inquisitio & institutio nec solennis, vel etiam doceat se semper reclamasse & appellasse in præsentatione, & in inquisitione & in ipsa institutione, & inde habeat probationes et sectam sufficientem. Et si episcopus contra hoc se defendere non possit, deliberet ecclesiam vel conquerenti satisfaciatur alio modo. Et ista ad præsens sufficiant exempli causa.

¶ Tractatus tertius

Libri quarti, in quo tractatur de Assisa Mortis antecessoris.

(. . .)

¶ De prima seysina post mortem antecessoris. 2. Si dominus capitalis vacuum inuenit seysinam. Cap. 1.



Vpradictum est de seysina propria, cum quis iniuste disseysitus fuerit per violentiam omnino, vel impeditus quo minus commodè uti possit seysina, qualiter restituatur: nunc autem dicendum de seysina aliena & propinqua .s. alicuius antecessoris præmortui, qualiter hæredibus propinquieribus acquiratur. De ijs de quibus antecessor obiit disseysitus ut de feodo quacumque ratione vel quocumque titulo, siue consistant in corpore siue in iure, hæres propinquier eandem habebit seysinam quam antecessor habuit, & si plenæ ætatis extiterit, & vacuum possessionem inuenit, si tempore mortis antecessorum dominus præsens non fuerit, bene licebit ei se ponere in seysinam, dum tamen paratus sit facere domino suo capitali quod de iure & secundum legem terræ facere debet, cum ipsum ad dominum recognouerit. Eodem modo si tempore mortis antecessoris in seysina inuentus fuerit cum ipso antecessore cuiuscumque ætatis extiterit, & ad hæredem recognitus fuerit, & dominorum poterit resistere violentiæ si nitantur eum eicere cum plenæ ætatis extiterint. Si autem minoris ætatis, tunc non prius habebit dominus custodiam terrarum vel corporis quam ceperit homagium hæredis. Si autem dominus capitalis, tales cum in seysina fuerint & hæredes, contra eorum voluntatem eiecerit, siue ipsos hæredes recognouerit siue non, per assisam nouæ disseysinæ seysinam suam rehabebunt, cum plenæ ætatis extiterint. Si autem minor eiectus fuerit, habebit duo remedia, assisa videlicet nouæ disseysinæ, vel mortis antecessoris, quamcumque istarum elegerit, Et si in vna

SS. ij. defece-

Lib. iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

defecerit regressum habebit ad aliam, ordine tamen obseruato. Et cum tales heredes ita in possessione extiterint, non denegabitur domino capitali simplicem habere seysinam, ut pro domino recognoscatur, ita tamen quod inde nihil capiat nec aliquem inde a possessione amoueat contra ipsorum heredum voluntatem. Et quamuis a quibusdam dicatur quod capitalis dominus debeat habere primam seysinam post mortem tenentis sui, fallit tamen in hoc casu quia primam habere non possit, licet habere possit cum hereditibus ut dictum est communem. Si autem sic heres apparens vnus vel plures vnū ius habentes, et de quibus dubitetur an sint heredes vel non, vel ad heredes non recognoscantur, statim sibi perquirant per assisā mortis antecessoris & doceant se esse heredes per assisā. Si autē dubitetur an præsertes qui se faciunt heredes heredes sint vel non, quia hæres & frater antecessoris profectus fuit in terram sanctam forte, & nesciatur si viuus sit vel non, fiat præsentibus seysina p dominum capitalem & per assisam sub tali conditione, quod si antecessor redierit, quod ei restituatur hæreditas sine placito, cum bene constat quod talis sit hæres si viuus extiterit. Si autem dominus capitalis primā seysinam habuerit, duo contendant de hæredibus, quorum quilibet se gerat pro hærede. s. postnatus cum primogenito, legitimus cum bastardo, nulli eorum facienda erit hæreditatis restitucio, antequam constiterit quis eorum sit hæres propinquior vel iustior, quod si fecerit, & hæredi non legitimo seysinam fecerit, & homagium suum ceperit, si contra petitionem legitimi hæredis vocetur ad warrantum, warrantizare tenetur de iure, licet warrantizationi sic respōdeat quod homagiū talis ceperit saluo iure cuiuslibet, quia male saluat ius veri hæredis, ex quo homagium ceperit non legitimum & ipsum inducit in seysinam ad exhæredationem veri hæredis, cum scit vel scire debet alium esse hæredem, vel impune retinere posset seysinam donec ei de veritate constaret, quod quidem locum habere posset, si dubium esset an alius hæres esset vel non, cum nullus compareat vel contendat. ¶ 2. Si autem dominus capitalis vacuam inuenerit possessionem post mortem tenentis sui, tenere se poterit in seysina absque alicuius iniuria, donec constiterit ei quis sit hæres legitimus. Et cum constiterit ei quis sit hæres legitimus, donec ad ipsum venerit facturus ei sicut domino quod de iure facere debet, & maxime si ipsum ad dominum recognoscat, poterit enim contentio esse inter plures de iure dominij, de qua nihil ad præsens. Cum autem dominus vacuam habuerit seysinam, ut prædictum est, hæres sine voluntate ipsius ingredi non poterit, quod si fecerit super seysinam capitalis domini, et dominus eum eiecerit: vel si ipse hæres dominum capitalem eiecerit, & ipse dominus statim eum reiecerit, ipse hæres per assisam non recuperabit, ut de libero tenemento suo, quia vacuam seysinam non inuenit, sed si dominus capitalis hæredem eijcere non possit, eijci debet ex officio superioris, cum per assisam recuperare non possit. Cum autem dominus capitalis sic se posuerit in seysinam vacuam, aut constat ei quis sit hæres, aut nescit hæredem, vel si duo vel plures contendant de hereditate, & nescit quis eorum sit heres propinquior, vel si sciat quis sit propinquior, nescit tamen an sit superstes

4 C
11 (institutio 22

De Assisa Mortis antecessoris. (c. 1 Fol. 253

stes necne, plenæ ætatis vel non, cùm hæres sit agens in remotis partib⁹ si capitalis dominus nomine suo ingrediatur possessionem, statim acquiritur hæredi possessio, etiam hærede ignorante, quasi animo & corpore procuratorio. Eodem modo si hæres præsens sit, maior vel minor. Si autem nullum sciat hæredem, vel si sciat, nescit vtrum viuus sit vel mortuus, vel si dubitauerit quis ex pluribus qui se faciunt hæredes hæres sit propinquior, nulli istorum acquirit liberum tenementum ex seysina sua, cùm nomine nullius certæ personæ ingressus sit possessionem, & in quibus casibus tenere se poterit in possessione, sine iuris iniuria donec ei constiterit de hærede. Et vnde si nullus hæres apparuerit, possit talis hæreditas esse eschaeta sua, et si eiiciatur, recuperabit seysinam suam vt de libero tenemento suo per assisam nouæ disseysinæ, donec ei constiterit de hærede. Item esto quòd capitalis dominus in seysina inuenerit fratrem postnatum vel bastardum qui se facit legitimum hæredem, queritur an talem eiicere possit sine iudicio & impune: cùm sit alius hæres apparens, & videtur quòd non, quia hoc pertinet ad hæredem & non ad dominum capitalem; quia tales cùm eiecti fuerint, assisam portabunt contra dominum capitalem, & non competit domino contra tales exceptio liberi tenementi, vel bastardiæ, de hoc nihil ad eum cùm sit hæres apparens, si autem nullus hæres appareret, huiusmodi exceptiones domino competere pro defectu hæredis, & hæc dico, nisi tales diu in possessione extiterint per impotentiam vel negligentiam domini capitalis, quòd sine iudicio eiici non possunt. Si autem verus hæres bastardum in possessione inuenerit, vel hæredem propinquum, scilicet postnatum in absentia domini capitalis, statim & recenter eum eiiciat antequam longam & pacificam habeat seysinam, & sic liberum tenementum ex tempore quod sufficit pro titulo, quod quidem facere non poterit post tempus, nec recuperabit per assisam nouæ disseysinæ, quia ius merum quod descendit vero hæredi non statim coniungitur cum seysina, nec competit vero hæredi contra tales assisa mortis antecessoris post longam & pacificam seysinam, ad seysinam antecessoris acquirendam, cùm omnes descendant ab vno stipite, ex persona eius qui vltimò obiit seysitus de prædicta hæreditate, sed locum habebit breue de recto, sicut inferius apparebit in tractatu de consanguinitate. Sed si verus hæres tales statim & recenter eiicere non possit, si sibi statim perquisiuerit, bene iacebit assisa mortis antecessoris inter eos per diligentem impetrationem: quia sic interrumpitur eorum possessio, quia liberum tenementum habere non poterunt, & sic pares esse non poterunt cum propinquiore hærede quoad ius possessionis, antequam liberum tenementum acquisierit ex tempore & longa possessione: quod quidem esse poterit cùm longam & pacificam possessionem habuerit. Item esto quòd absente capitali domino frater bastardus fratrem bastardum inuenerit in seysina, & si talem eiecerit, videntum erit an recuperare debeat per assisam, non obstante exceptione de libero tenemento, quia si opponatur, locum non habebit: quia licet disseysitus bastardus sit, tamen non cõpetit disseysitori talis exceptio, cùm sit bastardus, & maximè in odium spoliationis: sed cùm constiterit p^{er} assisam

Lib.iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

sam quòd vterq; sit bastardus,habita hinc inde compensatione bastardia melior erit conditio primi possidentis,& maximè eius qui causam & auctoritatem habuerit a capitali domino . Cùm autem contigerit quòd dominus capitalis primam habuerit seysinam & vāuam, & sit aliquis extra seysinam qui se facit hēredem , & capitalis dominus recognoscit eum ad hāredem,si hāres plenæ ætatis extiterit, statim capiat dominus capitalis homagium suum,& restituet ei hāreditatem , accepta securitate de releuio suo & fidelitate & sacramento de seruitijs quæ ad dominū pertinent de prædicta hāreditate faciendis.Si autem infra ætatem extiterit , statim & ante omnia homagium suum capiat , et tunc demum habeat custodiā & maritagium.Si autem talem ad hāredem non cognouerit,cuiuscunq; ætatis fuerit hāres, tunc primò locum habebit assisa mortis antecessoris vērsum dominum capitalem,sicut vērsum quemlibet extraneum, & ita q̄ si dūm dominus capitalis primam seysinam habuerit , et de hārede constiterit & seysinam ei maliciosè facere distulerit , & vastum & destructionē fecerit,cum ipso tenemento damna restituat,sicut fieri debet in assisa nouæ disseysinæ, licet non habeatur in vsu ad maliciam dominorum reprimendam qui res hēreditarias per primam seysinam suam conuertunt in prædicta , sicut videri poterit in custode qui custodiam habet hēreditatis cum hērede vel sine , si vastum fecerit vel destructionem, damna restituit & amittit custodiam.

1. ¶ De impetratione breuis. 2. Breue assise mortis antecessoris. 3. Aliud breue de eodem qui est infra ætatem. 4. Breue quod mixtam habet naturam cum morte antecessoris & cū consanguinitate. Quod diuersa sunt breuia de eodem. Cap.2.

Cùm autem (vt prædictum est) ad hāredem non cognoscatur, statim recurrat ad superioris auxilium, siue sit vnus , siue plures participes vnum ius habentes , quorum nullus sine alio assisam portare poterit, & si omnes in breui non nominentur, pro vno tantum cadit breue, nec cū non nominetur non erit sūmonendus quòd sequatur cum participibus,sicut inferius obseruatur in quibusdam casibus.Facta igitur impetratione, de officio vic. satis constare poterit per ea quæ superius fiunt in alijs assisis. Forma autem breuis talis est. ¶ 2. Rex vic. salutem . Si talis fecerit te securū de clameo suo psequendo &c. tūc sūm p bonos sūmonitores xij. liberos & legales homines de visneto de tali villa , q̄ sint coram iustitiarijs nostris ad primā assisā, cū in partes illas venerint , parati sacramento recognoscere, si talis pater vel mater, vel auunculus, vel amita, frater, vel soror ipsius talis, fuit seysitus vel seysita in dominico suo vt de feodo, de tanto terræ, & tanto redditu cum pertinentijs in tali villa, de quo obiit , & si obiit post vltimum reditum Regis I. patris nostri de Hibernia in Angliam (et tempore regis Edwardi mutatus fuit terminus iste post coronationem regis H. patris ipsius regis Edwardi) et si prædictus talis eius hāres propinquior sit . Et interim terram illam vel tēntum vnde redditus ille prouenit videant, & nomina eorum imbreuiari facias. Et summe p bonos sūmonitores talē , qui terram illā tenet vel redditum

tum illum unde ei deforc. quod tunc sit ibi auditurus illam recognitionem, & habeas ibi summonitores & hoc breue. Teste &c. ¶ 3. Rex vice salutem. Sumone per bonos summonitores xii. liberos & legales homines de visneto de villa tali quod sint coram iustitarijs nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, parati sacramento recognoscere si talis pater, mater, auunculus vel amita, frater vel soror ipsius talis fuit seysitus in dominico suo ut de feodo de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa, & si idem talis propinquior hæres eius sit, & interim terram illam videant, & nomina eorum imbreuiari facias. Et sumone per bonos summonitores talem qui terram illam tenet, quod tunc sit ibi auditurus illam recognitionem, & habeas ibi summonitores & hoc breue. Teste &c. Si autem antecessor ingressus fuerit religionem, & ita quod mortuus sit seculo, vel profectus in peregrinatione, in quo itinere obiit, tunc variatur breue sic: parati sacramento recognoscere, si talis pater vel mater, auunculus vel amita, frater vel soror ipsius talis fuit seysitus vel seysita, in dominico suo ut de feodo de tanto terræ vel redditu cum pertinentijs in tali villa, die quo habitum religionis accepit, & si habitum suscepit illum post terminum ut supra. Et si idem talis &c. ut supra. Vel sic: die quo iter peregrinationis arripuerit versus terram sanctam, vel sanctum Iacobum vel alibi, in quo itinere obiit ut dicitur, & si iter illud arripuit post vltimum &c. et si idem talis propinquior hæres eius sit &c. omnia ut supra. Item est alius modus & alia forma ubi plures participes cohæredes unius ius habentes petant per assisam, sicut plures foeminae, quarum quaedam sunt maritatae, & quaedam non, tunc dicitur hoc modo. Rex vice salutem. Si A. & B. vxor eius C. & D. sorores ipsius B. fecerint te securum &c. tunc sumone &c. quod sint coram &c. parati sacramento recognoscere si talis pater ipsarum B. C. & D. fuit seysitus &c. (ut supra) de x. acris terræ cum pertinentijs in tali villa & si &c. et sumoneatur tenens siue sit vnus siue sit plures qui terram illam tenent, & ubi plures erunt assisæ propter pluralitatem tenentium. Item notandum quod ubi petens fuerit infra ætatem, plegios non inueniet de prosequendo, & ideo non dicitur: si talis qui est infra ætatem fecerit te securum &c. Sed statim dicitur post (salutem.) Summ &c. si A. pater talis qui est infra ætatem fuit seysitus &c. Item nec apponendus est terminus, quia si petens sit infra ætatem, manifestè apparebit quod talis antecessor minoris obiit post terminum. Item est alia forma breuis quod quasi mixtam habet naturam, habet enim in parte naturam breuis mortis antecessoris, & in parte naturam breuis de consanguinitate, ubi hæreditas descendat ab vno stipite ad duas personas, scilicet quæ sunt quasi vnus hæres per diuersas lineas, sicut ad filiam, ubi tenet assisa Mortis antecessoris, & ad nepotem ex alia filia, ubi locum habet consanguinitas de morte aui, & ad quem gradum assisa se non extendit, & unde non dicatur in forma qua prius, sed variatur ita, scilicet: Si talis pater, vel mater, Auus vel auia B. vel proauus vel antecessor, fuit seysitus in dominico &c. Et quod dicitur de seysina aui vel auia ex parte nepotis, dici poterit de eorum fratribus & sororibus auunculis ipsius A. & amitis & consanguineis siue

Lib.iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

siue antecessoribus cū sint quasi in vno gradu cum Auo & Auia. Sed vterius non tenet breue ascendēdo in eo quod tangit assisam mortis antecessoris, quia assisa vterius non extenditur. In eo autem quod tangit consanguinitatem vterius extenditur descendendo quā ad nepotem quatenus tempus assisæ assisam mortis antecessoris permiserit vsque ad trinepotem, qui omnes dicuntur consanguinei. Et de hac materia dicet infra plenius de tractatu de consanguinitate. ¶ 4. In quo casu cū sit assisa mortis antecessoris coniungenda cum consanguinitate nō erit post recurrendum ad præcipe de consanguinitate sed ad assisam mortis, quia persona quæ propinquior est & facit assisam & trahit ad se psonā & gradum remotiorem, vt ibi potius procedat assisa quā præcipe, quia illud quod est maius remotum non trahit ad se quod est maius iunctum. Sed e contrario in omni casu, & benè poterit quælibet istarum coniungi cum alia actione, quia quælibet loquitur de seysina eius quam habuit die quo obiit, quod non est in breui de recto, & quælibet de possessione & nō de proprietate. Item si hoc, poterit tunc adiungi assisæ mortis antecessoris quilibet antecessor & successor qui assumi poterunt in placito de cōsanguinitate: vt si dicatur, talis frater vel soror, vel talis nepos vel vterius cōsanguineus vt in linea infra, vel talis frater vel soror & talis antecessor vt in linea supra & eadem erit ratio. ¶ 5. Sunt etiam alia breuia huic aliquantulum similia de morte auunculi, & de morte amitæ, & materteræ & hæreditate partibili, & vbi in omni casu coniungitur nepos cum auunculo vel amita, vel matertera, in assisa mortis antecessoris vbi non est mixta cum consanguinitate, & vbi dicitur: Si A. auunculus, amita, vel matertera B. & frater vel soror C. cuius hæredes ipsi sunt fuit seysitus vel seysita in dominico suo vt de feodo &c. Si autem hæreditas partibilis non sit, & auunculus de morte patris vel matris, auunculi, amitæ vel materteræ assisam mortis antecessoris portauerit, & nepos ex fratre breue de consanguinitate versus dominum capitalem & versus extraneas personas de hæreditate non partibili, nepos semper præferetur propter iuris prærogatiuam quod ei descendit. Et eodem modo dici poterit si vterque assisam mortis antecessoris arramauerit versus extraneam personam nepos. s. de morte auunculi & materteræ, & auunculus ipsius de morte fratris vel sororis, cū semper responderi possit ad assisam auunculi, quod auunculus habet nepotem qui maius ius habet in tenemento illo quā habeat auunculus, si terra non sit partibilis, vel tantundem si terra sit partibilis, in quibus casibus nihil capiat per assisam. Si autem aliquis ipsorum petat versus alium per assisam, vel per breue de consanguinitate hæreditatem a communi stipite descendente, auunculus versus nepotem vel econuerso, nullius tenebit actio in hoc casu, sed locum habebit breue de recto: secundum quod inferius dicetur in tractatu de cōsanguinitate.

1 ¶ Qualiter procedendum est post impetrationem breuis eo de essonys. 2. De resumotione. s. quod fuit in comitatu vel extra. 3. Breue de resumotione si assisa capiēda fuerit extra comitatum. Cap. 3.

Impe-

Impetrato igitur breui mortis antecessoris aliquo modo ortum predictorum, cum fuerit vicecomiti exhibitum, & electis iuratoribus & factis iurato visu, detur dies partibus coram iustitiarijs certis die & loco, & sumptu moneatur iuratores q̄ tunc sint ibi ad faciendā illam recognitionē. Ad quem diē poterit se tenēs effoniare si voluerit, vnus vel plures seperatim, secundū quod seperatim tenuerint, & p̄ se, vel simul, & in cōmuni, ita q̄ quilibet eorū habeat vniciū effoñ de malo veniendi, si fuerint in p̄ntia, & aliquando de seruitio dñi regis, vnū vel plura. Si autē ultra mare & ante summonitionē, tunc de ultra mare habebūt vnū diē breuē vel diffusum secundū quod tenens se effoniauerit de peregrinatione versus terram sanctā, de simplici peregrinatione, vel de passagio generali, vel ad sanctū Iacobū, vel citra, ad minus tamē habebit spaciū de ultra mare quadraginta dierū & vnus ebbæ & vnus fluxus, secundum quod inferius dicitur plenius de effoñ. Si autem primo die non venerit nec se effoniauerit, tūc statim resummonetur. Et si assisa capi debeat in cōm, præcipiatur vicecomiti quod faciat ipsum resummoniri etiā sine breui. ¶ 2. Et reuera vbicūque capiatur extra cōm post effoñ, vel resummonitiō, vel diem datum, vel warranti vocationē: semper incipi debet in cōm, & ideo si fieri debet resummonitio fieri debet in cōm, sed si ad resummonitionem detur dies extra cōm, tunc necesse erit quod fiat resummonitio per breue, vt soiri possit extra cōm p̄ breue quid vicecomiti fecit de resummonitione. Breue autem tale erit. ¶ 3. Rex vic. salutē. Summone per bonos summonitores A. q̄ sit coram iustitiarijs &c. tali loco tali diē auditorus recognitionem Assise mortis antecessoris que summonita est in curia nostra coram prefatis iustitiarijs nostris de tanto terre vel redditus cum pertinentijs in tali loco in tali villa, & ostensurus quare non fuit coram eisdem iustitiarijs nostris apud talem locum tali die sicut alias summonitus fuit, & habeas ibi summonitores & hoc breue. Teste &c. Sed refert quem diem habere debeat in resummonitione, vtrum scilicet quindecim dierum vel minus spaciū; sed hæc terminari poterint secundum quod assisa capi debeat in cōm vel extra cōm: si autem extra cōm, cōtinebit dilatio spaciū quindecim dierum, si autem infra, non erit tam diffusa dilatio, sed erunt iuditiæ arbitrariæ dependentes ex iustitiariorū voluntate. Post resummonitionē vero non iacebit effoñ, nec post effoniam resummonitio: quia p̄ effoñ videtur tenens concedere summonitionem. Et vbi iacet resummonitio & vbi non, & in cuius persona, habetis supra de assis vltimæ præsentationis plenius in principio. Post resummonitionem siue venerit tenens siue non venerit, capiatur assisa p̄ defaultam, quia tantū operatur suā absentia quā præsentia: quia si præsens esset nihil dicere posset in odium defaultę quare assisa remaneret, nisi forte cum venerit p̄ferat chartas domini regis per quas dominus Rex ei debeat warrantifare, & sine quo dicat quod non potest respondere: & idem erit dicendum, si chartas aliorum proferat & eos vocauerit ad warrantum. Idem in alijs casib⁹, vbi scilicet antecessor ille de cuius morte proferat assisam petens, non tenuit terram illam nisi ad vitam suam per cyrographum, & finem factum in curia domini regis, vel si feloniam obijciatur vel alia similis exceptio perentoria;

Lib.iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

toria, quòd si nulla sit talis, statim pro poena duarum illarum defaultantia capiatur assisa, secundum quod fieri debet in assisa vltimæ presentationis & aliis consimilibus, salua domino regi misericordia sua pro contemptu summonitionis.

¶ Qualiter petens debet fundare intentionem suam partibus comparentibus. 2. Si iuratores sint absentes, breue de habendo corpora eorum. 3. Si capta fuerit assisa per defaultam vel si statim tenens se ponat an assisa sine alia exceptione. Cap. 4.

VTroquè autem tam petente quàm tenente comparente, perlecto breui & audito, debet petens proponere intentionem suam secundum formam breuis & fundare eam sic: Quòd pater vel mater vel alius antecessor suus fuit seysitus vel seysita in dominico suo vt de feodo de tanto terrè vel redditus cum pertinentijs in tali villa die quo obiit, & quòd obiit post terminum. Item quòd ipse sit propinquior heres & ostendat rationem quare sit, quæ quidem si tenens simpliciter negauerit, & per omnia vel quendam articulum prædictorum, per assisam poterit veritas declarari, vel si nihil habeat quod proponat vel cum habuerit & nihil apposuerit, statim procedet assisa per duodecem iuratores, contra quos nihil excipi possit, & non per pauciores, secundum quod fieri possit in assisa nouæ disseysinæ per septem ad minus, vt supra per assisam nouæ disseysinæ, & ideo hic procedat assisa per duodecem ad minus, qui nulla ratione sint recusabiles vt supra de noua disseysina. Iurare autem debent iuratores in hac forma. Hoc audis iustitiarie quòd veritatem dicam de hac assisa, & de terra vel redditu, vel de tenemento vnde tantus redditus prouenit, qui petitur & vnde visum feci per præceptum domini regis, & pro nihilo omittam quin veritatem dicam, sicut me dominus &c. Et quilibet post alium sic: Tale sacramentum &c. vt supra. Et si quidam de nouo appositi fuerint & recenter qui nunquam tenementum viderunt, iurare poterunt saluo visu. Et tunc refert vtrum eodem die de nouo appositi fuerint pro defectu aliorum recognitorum, vel ab initio electi & visum facere noluerint in contemptum: quo casu si recenter assumpti fuerint erit cum eis misericorditer agendum, ad plus & ad minus secundum ordinationem iustitiariorum. Si autem ab initio electi fuerint & assumpti & visum facere ad mandatum vicecomitis recusauerunt, dupliciter deliquerunt, scilicet de falso sacramento, & contemptu, & magis vt videtur quàm illi qui obediunt, licet peierauerint. Et vnde necitur si eiusdem debet esse conditionis cuius sunt illi qui visum fecerint, cum de iure conditionis deterioris esse deberent. Facto igitur sacramento (secundum quod prædictum est) cum omnes presentes fuerint, si per omnia conuenerit secundum eorum veredictum, aut iudicabitur seysina petenti aut tenenti imperpetuum, vel ad tempus a clamore petentis liberabitur per assisam, & sic absolutio vel condemnatio subsequetur, secundum quod iuratores verum dixerint vel falsum, certum vel obscurum, vt supra de assisa. Et si falsum dixerint, inde sequetur remedium vt infra de conuictionibus.

¶ 2. Item

¶ 2. Item licet partes presentes sint & se posuerint in assisam, iuratores tamē possūt esse absentes qui declarare deberēt veritatem, & ideo de necessitate aliquando ponitur assisa in respectu pro defectu recognitorum, & ideo precipiatur vicecomi quod habeat coram iustitiarijs corpora recognitorum per hoc breue. Rex vicecomi salutem. Præcipimus tibi q̄ habeas coram iustitiarijs nostris apud talem locum tali die corpora A. B. C. & aliorum nominandorum, recognitorum assise mortis antecessoris quam talis in curia nostra coram &c. arramauerit versus talem de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa ad faciendā assisam illam, & si plures forte fecerint defaultam tunc dicatur, & ad audiendum iudicium suum de pluribus defaultis. ¶ 3. Si autem per defaultam capiat assisa siue tenens præsens fuerit in ipsa captione siue nō, vel si præsens cōcesserit assisam, & ita capiatur in modum assise, & non iurata, si iuratores in veredicto suo dicendo super sacramentum suum de aliqua exceptione in quam petens se non posuerit falsum dixerint, locus erit conuictioni, quia nequē tenens sit super exceptione status, finis facti, conuentionis, rei iudicatae vel huiusmodi: vel si dixerint de aliqua exceptione verum vel falsum alia quā in quam petens & tenens se posuerint, si falsum dixerint, locus erit conuictioni: quod tamen non esset, si præsens utraquē pars de communi consensu quod ita esset vel non esset, se poneret in assisam.

- 1 ¶ De seysina facta petenti per iudicium. 2. Breue de seysina faciendā post captione assise. 3. Breue si querens queratur quod seysinam suam habere non possit. 4. Breue de seysina vbi tenens gratis recognouit. 5. Si iustitiarij propria auctoritate scribant vicecomi ex parte domini regis. 6. Breuia de seysina per concordiam. 7. De extensione faciendā si forte alia terra assignanda fuerit in escaubium. Cap. 5.

Contingit multotiens quod ante iudicium partes terminant assisam per concordiam. Sed ante videndum est qualiter seysina fiat petenti postquam per iudicium recuperauerit. Et sciendum quod petenti fieri debet seysina per tale breue per iudicium. ¶ 2. Rex vicecomiti salutem. Scias quod A. in curia nostra recuperauit seysinam suam versus B. de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa per assisam mortis antecessoris inde ibi inter eos captam. Et ideo tibi præcipimus quod prædicto A. de prædicta terra cum pertinentijs sine dilatione plenariam seysinam habere facias. Item alia forma, vbi custos abiudicatus est de custodia sua forte propter vastum & destructionem quam fecit in custodia sua, ideo fiat parenti illius minoris nomine minoris & ad opus minoris seysina per hoc breue, vel hoc potest esse quia tenementum fuit Socagium & pertinet custodia ad matrem. Rex vicecomiti salutem. Scias quod A. filia N. in curia nostra coram iustitiarijs nostris per iudicium eiusdem curie nostræ recuperauit seysinam suam versus B. de tanta terra cum pertinentijs in tali villa, vnde prædictus N. pater ipsius A. obiit seysitus vt de feodo. Et ideo tibi præcipimus quod C. s. tali mulieri custodi ipsius A. tāquam

TT t. ij.

quam

Lib.iii. De Assisa Mortis antecessoris.

quam propinquiōri parenti ex parte matris , & eo quōd ipse A. est infra ætatem, de prædicta terra sine dilatione plenariam feysinam habere facias. Et non pmittas quōd A. capitalis dominus feodi illius habeat custodiam illius terræ vel hæredis, quia in prædicta curia nostra foris iudicatur de custodia illa, eo quōd terra illa teneri debet de Socagio. Et sub eadem forma fieri poterit breue de feysina, vbi capitalis dominus vastum fecerit & destructionem , propter quod sit foris iudicatus, quod quidem fieri poterit per assisam mortis antecessoris : & tunc dicatur in fine breuis, foris iudicatus est de eadem custodia propter vastum & destructionem quam fecit in eadem terra . Teste &c. Et notandum quōd in nulla assisa præterquam in magna assisa per breue de recto recuperat aliquis feysinam per defaultam , quia in alijs assisis omnibus nulla alia sequitur pœna post defaultam, post resummonitionem & esson̄ , nisi quōd capiatur assisa per defaultam. Si sit aliquis qui queratur post assisam captam quōd feysinam suam habere non possit secundum quod illam recuperauerit , tunc fiat vicecom̄ breue in hac forma. ¶ 3. Rex vicecomiti salutem . Scias quōd iustitiarij nostri qui vltimò itinerauerunt in comitatu tuo recordantur quōd A. recuperavit feysinam suam versus B. de tanta terra &c. coram eisdem iustitiarijs nostris apud N. per assisam mortis antecessoris inde ibi inter eos captam , & vnde idem A. queritur quōd idem B. adhuc ei deforceat terram illam , vel sic: quōd feysinam suam inde habere non potest sicut eam recuperauerit , vel non in pace: Et ideo tibi præcipimus quōd eidem A. sine dilatione plenariã feysinam habere facias de prædicta terra secundum quod illam recuperavit, & ipsum in feysina sua manuteneas & defendas , ne amplius inde clamorem audiamus Teste &c. Item alia forma si tenens sine captione assisæ recognouerit terram esse ipsius petentis. ¶ 4. Rex vicecomiti salutem . Scias quōd cū assisa mortis antecessoris summonita esset in curia nostra coram &c. inter A. petentem & B. tenentem de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa vel aliter . Scias quōd cū A. in curia nostra coram &c. peteret versus B. tantam terram &c. per assisam mortis antecessoris ibi inter eos summonitam, idem B. venit in eadem curia nostra coram &c. & recognouit totam prædictam terram cum pertinentijs esse ius ipsius A. & illam ei reddidit in eadem curia: & ideo tibi præcipimus &c. vt supra, & si p tale breue feysinam suam habere nō possit, vel vti feysina pacifica , solent iustitiarij super hoc scribere vicecom̄ sub nomine suo ex parte domini regis ita. ¶ 5. Talis & socij sui iustitiarij itinerantes in tali comitatu vic. salutem. Scias quōd talis in curia domini regis coram nobis recuperavit feysinam suam &c. vt supra. Et ita in alijs breuibz omnibus secundum formam breuis: & ideo vobis mandamus ex parte domini regis &c. vt supra. Si quis per concordiam & finem factum feysinam suam recuperauerit vel in assisa mortis antecessoris , vel recognouerit terram illã in toto vel in parte esse ius petentis , vel petens econtrario remiserit & quietum clamauerit ius suum, vel alio quocunquẽ modo concordati fuerint, tota forma concordie secundum quod inter partes conuenerit inseratur in breui de feysina facienda tali modo. ¶ 6. Rex vicecomiti salutem . Scias quōd conuenit

uenit in curia nostra coram iustitiarijs &c. inter A. petentem & B. tenentem de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa vnde assisa mortis antecessoris summoniti fuit inter eos in eadem curia, scilicet quod prædictus talis remisit vel recognouit &c. Et sic inferatur tota forma concordie de verbo in verbum, & in fine dicatur. Et ideo tibi præcipimus quod prædicto tali de tota prædicta terra cum pertinentijs secundum quod prædictum est sine dilatione plenariam seysinam habere facias Teste &c. Si autem petens totum remisit vel tenens totum recognouerit & receperit aliquam terram in compensationem pro remissione vel recognitione tunc dicatur. ¶ 7. Sciatis quod conuenit &c. vt supra, scilicet quod prædictus talis recognouit vel remisit &c. & pro hac &c. idem B. concessit eidem A. viginti solidatas terræ & redditus de terra sua in tali villa. Et ideo tibi præcipimus, quod assumptis tecum duodecem tam militibus quã alijs liberis, legalib⁹ & discretis hominibus de vicineto illo per quos negotium illud melius expediri poterit, in propria persona tua accedas ad manerium illud, & p^r eorum sacramentum extendi & appreciari facias viginti solidatas terræ & redditus in prædicto manerio loco competenti, & facta extensione & appreciatione, tunc per visum recognitorum prædictorum habere facias & assignare eidem tali prædictas viginti solidatæ terræ & redditus cum pertinentijs per rationabilem extensionem. Et quid & ibi, & per quas particulas terræ illam & redditum ei assignaueris nobis vel iustic. nostris &c. tali loco & tali die, euidenter & distincte & apperte p^r litteras tuas sigillatas sigillo tuo & sigillis prædictorū duodecē iuratorū & per duos legales homines ex illis per quorum visum illam terram & redditum ei assignaueris & habeas ibi hoc breue.

1 ¶ De exceptionibus & responsionibus contra assisā quare debeat remanere. 2. Si breue originale non fuerit exhibitum quia forte deperditum quid sit agendum: Cap. 6.

Item partibus in iudicio cōstitutis multa poterit tenens dicere contra psonā iustitiarij de iurisdictione. Item contra breue impetratū de errore. Item contra psonam petentis, quare non possit petere. Itē de minus legitima summonitione. Itē contra personas iuratorum, & hæc sūt quasi extra assisā & non tangūt actionē neq; perimūt, sed ad tēpus impediunt, secundū quod in magna parte dictū est supra in tractatu de assisa nouæ disseysinæ, sed quia superius minus dictū est de sūmonitione quia nulla est ibi sūmonitio sed attachiamētū, hic in parte dicendū est. Cū igitur tenēs sūmoneatur ad certū diē q̄ sit ibi auditorus illā recognitionē, tūc aut est sūmonitio illa legitima & rationabilis vel min⁹ legitima, siue testata fuerit siue non testata: si autē legitima, tunc pcedatur in assisa, si autē illegitima, aut est calūniata aut nō calūniata. Si autē calumniata sit, inquiratur a sūmonitorib⁹ (facta examinatione separata) de die & loco & alijs circūstatijs, & si facta examinatione cōstiterit sūmonitionē esse legitimā, tūc pcedat (vt pri⁹) ad assisā. Si autē cōstiterit illā esse illegitimā, tūc detur alius dies legitimus secundū quod partes fuerint manentes infra comitatū vel extra. Ad quem diem poterit tenens se effoniare si voluerit, si defal-

Lib. iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

si defaltam fecerit non erit resummonendus sed capiatur assisa per defaltam, quia diem datum in banco dedicere non poterit nec etiam causari post effonium factum, quia per effonium concedit summonitionem esse rationabilem. Item nec post resummonitionem, quia si summonitio fuerit minus rationabilis, resummonitio & dies datus a iudice dici non poterit minus rationabilis. Item si summonitio minus fuerit rationabilis sed tamen a tenente cum venerit non calumniata, procedendum erit ac si esset rationabilis, nec si iustitarius illam nouerit esse minus legitimam non pertinebit ad ipsum propter hoc dare tenenti exceptionem. Item cum ambo presentes fuerint in iudicio & petatur audientia breuis & forte fuerit deperditum per negligentiam clericorum vel vicecom, non tamen propter hoc remanebit assisa, dum tamen coram iustitiarijs fuerit semel recitatum & auditum vel in comitatu & ita quod iuratores electi fuerint & visus terre factus, si hoc fuerit coram iustitiarijs protestatum. ¶ 2. Item cum iustitarius assignatus fuerit ad aliquam assisam capiendam specialiter, si breue originale fuerit deperditum, tamen non nocet si iustitarius exhibeat warrantum, cum in warranto contineatur originale, sed non tenet e contrario, videlicet si warrantus deficiat quod assisa procedat, nisi forte talis sit iustitarius quasi capitalis a latere domini regis transmissus.

1. Si tenens warrantum vocauerit in assisa mortis antecessoris. 2. Si warrantus infra ætatem fuerit quid sit agendum. 3. Breue de summonendo warrantum. 4. Breue de summonendo warrantum cum vocatus manens sit extra comitatum interlaqueatum. 5. De effonijs post vocationem warranti. 6. Si warrantus defaltam fecerit, capiatur de terra sua. 7. Breue dum fuerit in seysina. 8. Aliud breue de eodem dum fuerit in seysina. 9. Breue de summonendo warrantum ad warrantizandum cum assisa capta fuerit per defaltam warranti. 10. Si warrantus defaltam non fecerit. 11. Si assisa tangat regem & dicat tenens q sine rege respondere non potest capiatur nihilominus assisa, sed ponatur iudicium in respectum quousq, dominus rex inde praecepit voluntatem suam.

Cap. 7.

Item si ambo praesentes fuerint in iudicio petens & tenens, habet forte tenens warrantum & defensorem qui eum defendere tenetur in seysina sua contra petentem. Quo casu, refert cum talem tenens vocauerit ad warrantum, vtrum warrantus plene ætatis fuerit vel infra ætatem, quia si infra ætatem oportet tenentem docere rationem quare debeat warrantizare, & chartas vel homagium captum ab antecessore, vel aliud, ne friuola sit vocatio vel dolosa, quod quidem est in maiore, licet sine charta vocari possit ad warrantum per auxilium curiae si petatur auxilium, si autem non, qui vocauit faciat eum venire. Illud idem fiat de minore, si constiterit quod debeat warrantizare, licet cum venerit ad chartas antecessoris sui non teneatur ante ætatem respondere. ¶ 2. Breue enim ad summonendum warrantum si fuerit manens extra comitatu tale erit, si autem infra, sine breui summonetur. Potest item vnus tenens plures vocare warrantos qui sunt loco vnus hæredis, sicut vnum corpus, & eodem modo plures successiue

cessine de waranto in warrantum, & quo casu si unus ex pluribus default fecerit, capiatur assisa per defaultam unius ac si omnes defecisset, siue quidam illorum fuerint infra etatem sine non. Item plures tenentes unum possunt vocare ad warrantum vel plures. Item plures tenentes plures warantos. Breue autem de summonendo warrantum tale erit. ¶ 3. Rex vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores A. quod sit coram iusticiarijs &c. itinerantibus & ad hoc specialiter constitutis, vel iusticiarijs de banco tali loco, tali die ad warrantandum B. tantam terram cum pertinentijs in tali villa, quam C. in curia nostra coram eisdem iusticiarijs nostris clamauerit, versus eundem B. per assisam mortis antecessoris inde ibi inter eos summonitam. Et vnde idem B. in eadem curia nostra coram eisdem iusticiarijs nostris vocauit ipsum A. ad warrantum versus predictum C. & habeas ibi summonitores & hoc breue, teste &c. Si autem plures waranti fuerint vocati manentes in eodem comitatu, tunc omnes summonentur simul & per unum breue. Si autem in diuersis comitatu, tunc quilibet warantus habeas suum breue, ita tamen quod sic sint interlaqueata quod in quolibet breui fiat mentio de omnibus warantis tali modo. ¶ 4. Summoneas per bonos summonitores A. quod sit coram &c. vt supra, ad warrantandum B. simul cum C. & D. tantam terram &c. vt supra, ita quod quodlibet breue respondeat alteri, & quod in quolibet breui fiat mentio de quolibet waranto. ¶ 5. Et ad diem suum poterunt se essoniaré simul & semel vel vicissim, ita quod quilibet eorum unicum habeat essonium antequam ad warrantiam respondeant, nisi prima die compareant & velint gratis respondere. Si autem ad diem summonitionis comparuerint waranti, & petens & tenens non, statim procedet assisa, & capiatur per defaultam si iuratores presentes fuerint, & si non, detur alius dies, & waranti, cum se obtulerint vsq; ad quartum diem, quarto die recedent quieti de warrantia, nec poterit tenens ulterius aliquid dicere quare assisa remaneat. Sed quare non recuperat petens statim & sine assisa per defaultam tenentis non videtur ratio quare non, sed quia articuli in breui contenti possent esse falsi quidam vel omnes, & quamuis res prima facie desinat esse tenentis, oportet tamen petentem docere rationem & ius quare pertineat ad ipsum. Si autem petens non compareat, expectato quarto die recedat tenens quietus de breui illo, & similiter waranti. Si autem presentes fuerint petens & tenens & warantus defaultam fecerit, tunc ante omnia per defaultam waranti in primis capiatur assisa, nec procedatur versus warrantum ad aliquam distractionem per captionem terrarum vel alio modo ante captionem assise, & donec sciatur vtrum tenens amiserit vel retinuerit per assisam. Si autem retinuerit, tunc non erit necesse procedere contra warrantum in placito warrantie, & vnde si primo die capi non possit assisa, sed detur alius dies vel forte plures pro defectu recognitorum vel per essonium tenentis, & ad diem illum si ante captionem assise venerit warantus & velit warrantizare & defendere, audiri non debet antequam assisa capiatur in modum assise, tum quia die non

habet

Lib.iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

habet ad warrantandum, cum quia amisit per defaultam suam omnes exceptiones & omnes defensiones suas, & ita quod non potest defendere; tum quia refertur ad hoc articulo captioem assise vtrū oporteat eum de necessitate defendere vel non defendere. Et quod assisa capi debeat antequam warrantus respondeat ad warrantiam, postquam comparuerit post defaultam, habetis de termino s.M. in regis Henrici tertio incipiente quanto in comitatu Essex. Assisa mortis antecessoris si Brianus pater Henrici, & quia petens recuperauerit per assisam; tenens pcessit versus warrantum de excambio, & warrantus warrantifauit & fecit excambium, & alibi in multis locis: Et ideo non est necessaria eius presentia antequam veniat per districtioem, cum tenens amisit per assisam. Et vnde cum diem non habeat & dicat warrantifis, reddo & restituo petenti tenementum, facit manifeste disseysinam tenenti, si hoc fecerit contra ipsius tenentis voluntatem, quia cum tenentur tenentem in possessione sua defendere, nec poterit eum disseysinam & petenti restituere, quia defendere & restituere contra voluntatem tenentis non possunt simul stare ¶6. Si autem captio assise adiudicata fuerit per defaultam & assisa capta fuerit & tenens amisit per assisam, tunc primo procedendum erit versus warrantum de warrantia quod capiatur de terra in manum domini regis ad valentiam terre quam tenens amisit & non in eo sensu quod tenentem warrantifare possit .i. defendere in sua seysina secundum quod warrantizatio in vno sensu defensionem habet, & secundum quod in alio sensu tenetur warrantus ad excambium, cum feoffatum suum non defenderit, vel defendere non possit, distringatur hoc modo si terram habuerit in eodem comitatu, quod vicecomitatu capiatur in manum domini regis de terra warranti ipsius ad valentiam terre quam tenens amisit per hoc breue. ¶7. Rex vicecomitatu salutem. Cape in manum nostram per visum legalium hominum de comitatu tuo de terra A. in balliuam tuam per defectu ipsius A. ad valentiam tante terre cum pertinentijs in tali villa quam B. in curia nostra coram iustitiarijs &c. recuperauerit versus C. per assisam mortis antecessoris inde ibi inter eos captam, & vnde idem C. dum fuit inde in seysina vocauit inde ad warrantum predictum A. versus eundem B. Et summonecas per bonos summonitores predictum A. quod sit coram eisdem iustitiarijs nostris in tali loco tali die ad predictum terminum, scilicet de principali placito warrantie & inde responsurus & ostensurus quare non fuit coram eisdem iustitiarijs nostris apud talem locum tali die sicut summonitus fuit, & habeas ibi summonitores &c. Si autem terra que amittitur & terra que tenetur ad excambium fuerint in diuersis comitatibus, tunc primo fiat extensio de terra que amittitur, vtrantundem capiatur in manum domini regis de terra warranti que ad excambium tenetur, secundum quod inferi de districtioe warranti plenius dicitur. Item si plures fuerint warranti (vt predictum est) tunc (facta extensione) capiatur in manum domini regis de terris singulorum proportionaliter quantum ad singulos pertinebit de warrantia, secundum valorem & estimationem terre quam tenens amisit per assisam, que capta fuit per defaultam ipsius warranti. Et sic videtur quod habere poterit excusationem de defaulta propter impedimenta, vel restituatur per defensionem per

De Assisa Mortis antecessoris. Ca. 7 Fol. 259.

per legem sicut in causa proprietatis, & ita capi non poterit assisa propter aliquam defaultam, quia nulla erit defaulta quæ defendi poterit per legem, & sic non erit ille in defaulta qui vocavit, quia secutus est per legem terræ, ita quod non est in culpa, nec warrantus in culpa erit, quia summonitionem defendere poterit per legem terræ, & ideo qui iudicaverit assisam esse capiendam per defaultam, quæ nulla est, male aget: & iniquum erit quod warrantus responsiones suas amittit versus petentem & faciat excambium, cum defensiones habeat & non sit in culpa. Cum autem warrantus omnino non venerit, vel cum venerit se excusare non poterit de defaulta, tunc primo capiatur assisa per defaultam, ut sciatur an petens ius habeat petendi vel non, vel si habeat quod habeat tenens excambium. Si autem non, quod tenens retineat per assisam, & warrantus quietus de excambio, non enim iustum esset quod tenens utrumque haberet, tenementum quod prius tenuit & excambium, quamvis warrantus defaultam fecit. Et ideo in omni casu capienda erit assisa, & semper erit necessarium petenti, quod sciat utrum tenens iustam habeat causam vocandi warrantum vel non.

¶. 8. Rex vic. salutem. Cape in manum nostram per visum legalium hominum &c. de terra A. per defaultam ipsius A. ad valentiam tertie partis vel quartæ tantæ terræ cum pertinentijs in tali villa in tali com., quam B. in curia nostra &c. recuperaverit versus eum per assisam mortis antecessoris, & unde idem C. dum fuit inde in seysina vocavit inde ad warrantum A. & B. & D. participes suos. Et sumoneas per bonos sumonitores præfatum A. quod sit coram iisdem iusticiarijs nostris apud talem locum ad præfatum terminum inde responsurus eum prædictis B. & C. & ostensurus quare non fuit &c. ut supra. Et ad quem diem si non venerit, amittet terram captam in manum domini Regis per defaultam suam, secundum quod assisa fecerit pro tenente vel petente secundum unum sensum, quidam eorum vel omnes, secundum quod venerint vel non ad diem illum, Si venerit warrantus per distractionem aut statim warrantizat, vel dicit se warrantizare non debere, quia nihil aliud est dicere in hoc casu nisi quod ad excambium non teneatur secundum unum sensum warrantizæ, quia warrantizare non potest secundum alium sensum. i. defendere tenentem in seysina, cum nullus iam sit in seysina tenens quem defendat. Igitur agendum erit tantum de excambio, quo casu si se defendere possit, quietus recedet de excambio: Si autem se defendere non possit, tunc statim satisfaciat de excambio suo feoffato, nisi forte ita sit quod ulterius warrantum vocare voluerit, & tunc sumoneatur warrantus quod sit tali die tali loco ad warrantizandum tali tantam terram per tale breue.

¶. 9. Rex vic. salutem. Summoneas per bonos sumonitores talem A. quod sit &c. ad warrantizandum B. tantam terram &c. quam C. in curia nostra &c. clamavit versus D. & quam idem D. postea amisit per assisam mortis antecessoris inde inter prædictos C. & D. captam. Et unde idem D. dum fuit in seysina vocavit inde ad warrantum prædictum B. & qui postea venit et terram illam A. warrantizavit, & habeas ibi &c. Ad quem diem si non venerit procedatur contra ipsum ad defaultam &c. ut supra. Et deinde cum venerit aut statim

VVv.j.

waran-

Lib. iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

warantizat aut dicit quòd warrantizare non debet quia nihil tenet de eo, nec seruitium ei facit nec homagium . Item etsi ei warrantizare teneretur, tamen ipse .B. vbi ipse respondisse potuit ad assisam si ad diem suum venisset, defaultam fecit, & ita quòd per defaultam suam capta fuit assisa per quam amisit exceptiones & defensiones suas contra assisam, quòd sibi ipsi debet imputare . Et si idem A. gratis warrantizauerit .B. & vltèrius warantum vocauerit, eadem poterit ei fieri responsio quæ facta est ipsi .B. Item esto quòd warantus, cum ad primum diem defaultam fecerit, ad alium diem ante captionem assisæ postquam semel adiudicata fuit assisa capienda, de facto warrantizauerit ipsi tenenti; & per warrantizationem ita consideratum fuerit, quòd si tenens amiserit quòd warantus ei faceret warrantiam suam & escambium, & ille idem warantus eodem die alium warantum vocauerit, & capta sit assisa eodem die, postquam petens recuperauerit versus tenentem, statim sumonitus fuit secundus warantus ad warrantizandum primo: vt in Rotulo Sanctæ Trinitatis Anno eodem, ad quem diem non venit secundus warantus postquam se essoniauerit, ita quòd præceptum fuit vicecomiti quòd haberet corpus eius . Et ad quem diem venerit secundus warantus, vt de termino Sancti Michaelis proximo sequente Anno eodem, & primus warantus petijt versus eum escambium terræ quam tenens amisit versus petentem per assisam mortis antecessoris . Et vnde idem tenens vocauit ipsum primum warantum ad warrantizandum versus petentem, & qui ei warrantizauit, & vocauit secundum warantum versus petentem, & qui venit & noluit respondere ad breue suum nisi curia consideraret, quia ille primus warantus terram illam warrantizauerat tenenti . Et postea per defaultam suam propriam amisit per assisam, absque eo quòd ipsum secundum warantum vocasset ad warantum, dum fuit in seysina, & de sicut per defaultam suam capta fuit assisa, & ita quòd tenens amisit, & ita quòd tenens est nunc extra seysinam, quòd quidem primus warantus per attornatum suum cognouit, consideratum fuit quòd secundus warantus non responderet, & quòd primus warantus in misericordia . Casus iste inueniri poterit in Rotulo de termino Sancti Hilarij Anno Regis Henrici sexto in comitatu Midd. Assisa mortis antecessoris si Aluricus Huse qui terram de Matilda de albo monasterio tenuit, & quæ vocauit ad warantum VVilhelmum de Albo monasterio . Et quòd dicitur de defaulta vnus waranti cum vnus tantum vocetur ad warantum, illud idem dici poterit de defaulta vnus vel duorum ex pluribus warantis, quòd capienda est assisa si vnus ex pluribus defaultam fecerit . Ex præmissis igitur patet manifestè, quòd cum warantus defaultam fecerit prima die & adiudicatum sit quòd assisa capiatur per defaultam, & assisa eodem die capi non possit, sed differatur captio vsque in alium diem, & warantus tunc venerit per districtiōnem, vel sine, & warrantizare voluerit ante captionem, bene poterit, non tamen ad defensionem vt tenentem defendat, vel quòd aliquid

De Assisa Mortis antecessoris. (a. 7 Fol. 260.

quid dicat contra assisam sed vt excambium faciat si tenens amittat per assisam, & multò fortiùs post captionem assisæ, quia tunc non erit quis in possessione quãdo possit defendere, tenetur tamen ad excambium propter warantiam. Et si vltèrius per hoc q̄ sic warantifauit quoad excambium velit warantum vocare, non proderit ei sicut patet superius per exemplum, cùm ex culpa sua non sit in seysina nec quasi nec etiam suus feoffatus quem warantus suus possit defendere in seysina. Et quòd assisà capi debeat per defaultam waranti statim post defaultam, habetis de termino Sancti Michaelis Anno Regis Henrici decimosecundo incipiente decimo tertio in com̄ South. Assisà mortis antecessoris si Robertus filius Cihul de tenemento de Denemedè, vnde Herbertus filius Richardi qui terram illam tenuit, vocauit inde ad warantum priorem de S. Lando de Bothomago, qui post essonia sua de vltra mare & citra defaultam fecit. Et vnde consideratum fuit quòd assisà procederet per defaultam ipsius prioris, & quia Herbertus amisit per assisam, habuit recuperare suum versus priorem. Et vnde verum est, quòd non erit assisà capienda, nisi tunc demum cùm warantus defaultam fecerit postquam warantum vocauerit, siue warantus venerit siue non, quòd capietur assisà: vt de termino Sanctæ Trinitatis Anno Regis Henrici decimosextimo in com̄ Back. Assisà mortis antecessoris si Rogerus de Estwicham, & idem dici poterit de vtroque si warantus & tenens defaultam fecerit. Item si tenens tantum & warantus præsens sit, vel absens, non refert; quia warantus quietus de warantia, cùm non sit aliquis qui sequatur versus eum: Item esto quòd warantus ad primum diem venerit, & se defenderit de warantia, non est aliquis ipsorum tenentis aut waranti qui dicere possit contra assisam quare remanere debeat: tenens non potuit quia defensionem suam posuit in warantum, quam quidem resumere non potest. VVarantus autem non tenetur dicere contra assisam nec defendere, quia defendit se de warantia, nihil igitur superest nisi quòd per defaultam vtriusque capiatur assisà. ¶. 10. Si autem warantus defaultam non fecerit, sed primo die comparuerit post essonia & dilationes, præsentibus petente & tenente, aut statim warantizat, aut ostendit rationem quare warantizare non debet. Et si statim warantizauerit, respondere poterit contra assisam, & dicere quare remanere debeat imperpetuum, vel ad tempus, cùm omnes habeat exceptiones & defensiones quas principalis tenens haberet, (vt infra dicetur) & forte plures. Et cùm sit quasi tenens, cùm tenentem teneatur defendere in seysina. Et sic potest defendere statim, nisi ipse warantum vnum vel plures, que in ad defensionem propriam velit nominare, petat. Potest enim warantus cùm warantizauerit, & sit quasi dominus litis, warantum vltèrius vocare, & iste warantus cùm warantizauerit alium, & sic in infinitum successiuè vocare, & qualiter sumoneri debent per auxilium curiæ, vel sine, & qualis districtio sequi debeat sumonitionem, facile patet ex præmissis: hoc tamen adiecto, quòd ille qui warantizauerit, in breuibus sumonitionis & districtio-

Lib.iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

nis semper habebitur pro tenente, & de illo cui warrantizatum est nulla fiat mentio, sed domi remanebit, donec terminetur placitum inter petentem & warantum, quia subijt defensionem. Et si plures vocati fuerint de waranto in warantum, & vltimus defaultam fecerit, capi debet assisa per defaultam, & per omnia obseruari debet sicut superius dictum est. Item cum plures sint waranti, & vltimus tenentem defendere non possit, vel si assisa per defaultam waranti capiatur, & vltimus warantus de excambio faciendo se defendere non possit, faciet excambium suo feoffato, & illud idem excambium deueniet ad primum tenentem, de manu in manum, de waranto in warantum, secundum quod inferius plenius dicitur de warantis. Si autem vnus ex pluribus warantis, vel plures, fuerit infra ætatem, omnium illorum ætates expectabuntur. Si autem vnus ex pluribus petentibus in communi ante captionem assisæ moriatur, non tamen propter hoc cadit breue, nec remanebit assisa mortis antecessoris, vt de itinere. VV. de Ralegh in comitatu VVarr. Assisa mortis antecessoris, circa medium Rotuli. Illud idem obseruari debet, vt videtur, si moriatur vnus ex pluribus tenentibus simul & in communi. Si autem diuisa sit hæreditas vel tenementum inter plures participes, quod prius fuit commune, si vnus moriatur, cadit assisa & breue. Et quid si vir & vxor simul vocentur de feoffamento vxoris: licet vir moriatur, non tamen propter hoc cadit breue vel econuerso. Si autem petens vel tenens vel vterque moriatur, tunc cadit loquela omnino, quasi deficiente fundamento. Si autem vnus warantus vel plures ex pluribus moriantur, tunc refert vtrum warrantizauerit vel non, si autem non warrantizauerit, non cadit breue per mortem waranti, sed incipiet tenens vocare suum hæredem de nouo. Si autem warrantizatum fuerit, secundum quosdam, cum warantus sit quasi tenens & principalis, et cum tenens posuerit in warantum defensionem suam omnino, nec illam resumere possit, quod quidem non est in primo casu, & sic quasi mortuus, & quasi ad placitum cadit breue, & sic alio breui opus erit. Si autem warantus vnus, vel vnus ex pluribus, cum plures successiue vocentur, se defenderit de vvarantia quòd vvarantizare non debeat, nulla alia subsequitur poena, nisi quòd capiatur assisa per defaultam, & semper tenens conseruabitur indemnis per excambium, cum ei fuerit semel warrantizatum. Et quòd assisa sic capi debeat statim per defaultam vvaranti, habetis de Itinere Martini de Pateshul in comitatu Eborum, Anno Regni Regis Henrici decimo. Assisa mortis antecessoris, si VValterus Chamlerger. Ad hoc facit de Itinere VVilhelmi de Ralegh in comitatu Buckingham si Simon de Hokedes, assisa mortis antecessoris, vbi dicitur quòd si vvarantus vvarantizare non debeat, quòd nulla subsequitur poena, nisi quòd assisa capiatur. Et est ratio, quòd vvarantus in assisa defendere debeat contra assisam, & dicere quare debeat remanere. Sed si nihil dice-

De Assisa Mortis antecessoris Ca. 7 Fol. 261.

dicere sciat, procedit assisa, & assisa aufert vel dat in causa possessionis. In causa proprietatis respondet warantus & defendet ipsum ius, & quare petens ius non habeat tenetur docere, quod si facere non possit, amittit tenens, cum sit indefensus. ¶ 11. Item cum quis warantum ita quasi vocauerit, & dicat quod sine domino Rege respondere non possit, quia tenementum de quo assisa arramata est, teneat ad voluntatem domini Regis, capiatur assisa statim, & inquiretur per assisam de seysina antecessoris ipsius petentis & si petens sit hæres propinquior, ut tunc audita domini Regis voluntate vel statim recuperet petens, vel differatur iudicium pro voluntate domini Regis, ut de Itinere M. De Pateshul in com̄ kanc, anno Regis H. xij. Assisa mortis antecessoris si Robertus de VVylington. Item cum warantus summonitus venerit ad warantizandum, & contentio habeatur de warantia eo quod homagia & chartæ deducuntur, & ita quod sine difficultate & dilatione non possit placitum de warantia terminari, quia dubium est vtrum tenēs possit per assisam retinere vel non, solet assisa capi, ut scire possit cum quo remanere debet seysina, ut secundum hoc procederetur in placito warantiae, vel non, assisa mortis antecessoris si Brianus. Item notandū, quod propter incumbramentum tenentis alicuius, non tenetur dominus feoffator warantizare, si ad warantū vocetur .s. vbi antecessor eius qui petit per assisam mortis antecessoris fuit in seysina post donum factum ab eo qui vocatus est ad warantum, sicut videri poterit. Esto quod quis aliquē feoffauerit de x. acris & ille feoffatus suus aliū feoffauerit ulterius, qui inde obierit seysitus, hærede suo infra ætatem existente, si dominus capitalis ceperit illa x. in manum suam, & hæredem non cognouerit ad hæredem, vel illa x. ulterius alicui dederit, & hæres assisam super eum arramauerit, & talis warantum vocauerit suum feoffatorem, non audietur propter suum proprium incumbramentum. Quis teneatur ad warantiam, & quis non, infra dicetur plenius in tractatu de warantis, in causa proprietatis. Item esto quod cum dominus proprietatis vel capitalis, terram de qua assisa impetranda erit dederit ad firmam, videndum erit vtrum impetrari debeat super firmarium vel super dominum capitalem. Et videtur prima facie super dominum capitalem, quia firmarius nihil habet nisi tantum vsum fructum, & proprietarius habet in dominico tenementum. Et ideo quia firmarius non possit tenementum deducere in iudicium, sed contra, si impetratum sit super proprietarium, & ipse amittit per assisam sic amittet fructuarius vsum fructum sine regressu versus suum warantum, quod quidem esset iniquum. Re vera impetrari poterit super vtrunque, sed non simul, sed per se, super proprietarium, cum protestatione tamen ante captionem assisæ, quod fructuarius de termino suo habeat versus eum regressum. Item si impetretur super firmarium, valebit impetratio, sicut videri poterit per exemplum. Item si capitalis dominus vendat alicui custodiam alicuius terræ, si hæres cum ad ætatem peruenerit portauerit assisam super tenentem, & cum sit plenæ ætatis & paratus probare ætatem suam non

Lib.iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

non erit tenens audiendus si velit dominum capitalem vocare ad warantum, propter aliquam conuentionem inter eos factam, vt si dicat, quòd ei teneatur warantizare vsque ad certum terminum, vel vltra ætatem, & cum talis conuentio non tangat hæredem, procedat statim assisa, & tenens agat de conuentione versus suum warantum, si sibi viderit expedire, quia ille qui petit assisam mortis antecessoris nihil clamat in custodia, nec venditor tenetur ei warantizare nisi custodiam tantum, & non tenementum in dominico.

¶ 1. De exceptionibus proponendis contra assisam mortis antecessoris. 2. De morte quarum personarum capi debet assisa. Cap. 8.

Cum autem in assisa mortis antecessoris nullum warantum habuerit, vel cum habuerit nullum vocat, quia in propria persona velit potius subire defentionem, & ei multæ competant responsiones ex articulis in breui contentis, & exceptiones in primis proponat illas, dicitur enim in primis si talis pater vel mater &c. Et vnde in primis videndum est de morte quarum personarum capi debeat assisa, & sciendum quòd de morte patris, & matris, fratris, & sororis, auunculi, & amitæ. ¶ 2. Et ita sicut limitatur assisa in certas personas, ita limitatur inter certos gradus, quòd superius ascendendo non extenditur ad auum, nec inferius descendendo ad nepotem, quia de morte aui nunquam tenebit assisa, nec eodem modo de morte nepotis, licet nepos habere posset assisam de morte auunculi vel amitæ. Item nunquam tenebit assisa inter coniunctas personas fratres & sorores, nepotes & neptes, pronepotes & proneptes, & sic inferius descendendo, nec etiam consanguinitas de aliqua hæreditate, vel de aliquo quod descendat hæreditarie de cõmuni stipite, sed tãtum breue de recto: tamen versus extraneas personas locum habebit assisa, quatenus se extendat, & ad quas personas assisa se non extendit locum habebit consanguinitas, quæ omninò trahit originem de assisa, sicut inferius plenius apparebit.

¶ 1. Qualiter petens probare debet suam intentionem. 2. De scyfsina die quo obiit. 3. De vltima scyfsina. 4. Si quis donationem fecerit ad vitam suam alicui tantum sine hærede vel alicui & hæredibus suis. 5. Quid sit dominicum. 6. Quid sit feodum. 7. Die quo obiit. 8. Qualiter accipitur dies. 9. Si de vsu scyfsina in assisa queratur, de hoc non est curandum. 10. De termino. 11. De qualitate hæredum. 12. De hoc quod dicitur in breui sumoneas &c. tales qui tenent &c. Cap. 9.

Proposita autem intentione petentis, oportet eum fundare & probare, scilicet per assisam in modum assisæ, omnes breuis articulos, scilicet quod talis antecessor cuius scyfsinam petit, fuit scyfsitus & in dominico suo vt de feodo, & die quo obiit, & quòd post terminum (cum assisa ista sicut & aliæ infra certum terminum limitatur) Et si in vno articulo istorum defecerit, cadit assisa, ac si in omnibus defecisset.

¶ 2. Di-

¶ 2. Dicitur autem, si talis pater &c. fuit seysitus, seysitus tamen poterit quis esse corpore & animo simul die quo obiit, secundum quod seysina acquiritur corpore & animo, & ita poterit retineri corpore & animo simul, & corpore tantum sine animo post mortem, donec corpus a seysina efferatur. Item eodem modo retineri possit seysina animo sine corpore ante mortem, verbi gratia. Esto quod quis peregre profectus sit, vel ad nundinas, nemine in possessione sua nomine suo relicto, & ita itinere antequam redierit moriatur, nihilominus seysitus moritur. Item si per paupertatem possessionem dereliquerit, & ita quod dominus capitalis pro defectu seruitij tenementum suum in manum suam ceperit & retinuerit, vel alio excolendum dederit, vel (quod plus est) alium feoffauerit, satis moritur tenens seysitus, quia animo retinet ciuilitate, licet corporaliter non fuerit in possessione naturaliter, quod tamen non esset, si ei offerenti, scilicet domino capitali seruitium cum arreragijs, dum vixit seysina esset ei denegata, tunc esset disseysitus, & seysitus non moreretur. Item satis seysitus moritur, qui secundo die, vel tertio, vel ulterius quamdiu licuerit ei qui reiectus est recenter reijcere, vel si in tali languore fuerit constitutus, quod sibi perquirere non possit, ut si fuerit effonatus de malo lecti, vel in tali infirmitate quod memoria amiserit, quia cum talis animo & corpore semel seysinam acquisiuit, & si dum fuit in seysina talis infirmitas superuenerit, quod memoriam amiserit, quia nunquam durante tali statu poterit desinere animo possidere, & satis moritur seysitus. Idem est, si quis donationem fecerit per chartam, & ita quod finis & cyrographum in curia domini Regis interuenerit cum omni sollemnitate, si nulla subsequitur seysina, vel minus sufficiens, ut si donator statum non mutauerit quantum ad usum in toto nec in parte cum usus fuerit post donationem per se, vel cum donatorio, in propria persona, vel per suos, & ita quod donatorio vacuam possessionem non habuerit. Item non refert qualem seysinam antecessor habuerit, vel per disseysinam, vel per intrusionem, vel per dominum, vel per non dominum, & ita quod quasi de feodo moriatur seysitus, & unde si eiectus esset dum viueret, seysinam suam recuperare posset per assisam nouae disseysinae, non tamen ut de libero tenemento, ut si teneret ad vitam, scilicet sibi & haeredibus suis ut de feodo, & haec est regula generalis. Quis teneat ad vitam & quis in feodo, supra satis videri poterit plenius in titulo de donationibus. Item non refert utrum quis moriatur seysitus in propria persona, vel in persona tutoris, vel procuratoris, ut si procurator nomine domini sui stipulauerit & acquisiuerit, & dominus suus ratam habuerit acquisitionem cum sciuerit, vel si procurator domino ignorante acquisiuerit, & ante seysinam moriatur dominus, satis moritur seysitus, quia factum procuratoris sui nunquam facere poterit irritum. Item & eodem modo ex persona tutoris sicut procuratoris mori poterit quis seysitus, ut si tutor vel custos aliquem minorem recognouerit ad haereditatem, & sub nomine talis minoris se posuerit in seysinam, licet minor in propria persona sua possessionem non apprehenderit (quod plerique faciunt) satis moritur seysitus ex seysina custodis, & talis seysinam trans-

Lib. iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

trāsmittit ad hæredes, & illud idem dici possit de curatore, qui sub nomine minoris fuerit in feysina ratione focagij, vel ratione feoffamenti. Si autem custos minorem ad hæredem non cognouerit, cum custos in feysina fuerit hæreditatis, licet ius proprietatis ad talem hæredem minorem descenderit & sic obierit, nihil aliud transmittit ad hæredes suos propinquiores nisi id quod ipse habet, scilicet ius merū & proprietatem, feysinam autem quam non habet non transmittit nec ius possessoriū. Oportet igitur recurrere ad feysinā eius, scilicet antecessoris minoris qui vltimò obiit feysitus, quia oportet de necessitate q̄ feysina sequatur ius merum, & in fine ibi remaneat, & illud idem dici poterit de maiore quod dicitur de minore. ¶ 3. Plures ita mori possunt feysiti de vna & eadem re vt de feodo, ex diuersis feoffamentis. Et vnde si ordine debito agant hæredes, & petant quilibet per assisam, in fine redibit feysina siue possessio ad proprietatem, & sic de feysina eius qui vltimò obiit feysitus erit incipiendum, & de assisa vltima gradatim & per ordinem vsq; ad primam. Item ad vltimā feysinam erit recurrendum, vnus videlicet ex pluribus feoffatis simul ex vna donatiōe, quia nullus ex taliter feoffatis de morte alteri⁹ habebit assisam. Sed hæredes eorum in quibus fiat donatio & eorum hæredibus, scilicet de morte vnus tantum habebit assisam, ex omnibus obiit & nō de morte aliorum præmortuorum, vt videtur in assisa, si fiat donatio viro & uxori simul & eorum hæredibus, vel concubinæ & pueris suis nominatis, vel non nominatis, & eorum hæredibus, & cum omnes in feysina fuerint, vel quidā eorum, nullus ex persona alterius vel morte habebit assisam, quia omnes feoffati sunt simul habendi & tenendi, nec totum nec partem sepeperatā, nec per se, sed vt quilibet ipsorum totū habeat cum alijs in cōmuni. Et cum vnus moriatur, non descendit aliqua pars hæredi morientis, nec sepeperata, nec in communi ante mortem omnium, sed pars illa cōmunis per ius accrescendi accrescit superstitibus, de persona ad personā vsq; ad vltimum superstitem: & cum ille vltimus obierit, tunc primò locum habebit assisa mortis antecessoris in personis hæredum, & sic ad vltimam feysinam quicūq; talium præmoriatur semper ad vltimā feysinam erit recurrendum. Sed esto quod hæres per errorem, de morte patris vel matris præmortuæ assisam portauerit cum portare deberet de morte eius qui vltimò obiit, quæritur an restitui possit. Et vnde videndum est vtrum tepestiuè ante captionem se retraxerit vel non. Si autem se retraxerit, ad aliam assisam regressum habebit. Si autem non, quia assisa super assisam, de eadem re, & de eadem morte, non erit capienda, non magis quam assisa nouæ disfeysinæ, inter easdem personas, & de eodem facto, sibi ipsi imputet quia errauit. Si autem sic fiat donatio pluribus successiuè, scilicet tali & hæredibus suis quos de carne sua procreatos habuerit, & si nō habuerit, vel cum habuerit & defecerint, tunc tali & hæredibus suis eodē modo, & sic de pluribus: Si primus cum tales habuerit feysitus moriatur, statim competit assisa suis hæredibus. Si autem nullos omnino habuerit, vel cū habuerit defecerint, tunc descendit ius ad alios feoffatos non ex causa successionis, vt locum habeat assisa mortis antecessoris, sed ex causa prima

De Assisa Mortis antecessoris. (a. 9 Fol. 26.)

ma donationis, & per modum feoffamenti, & alio breui opus erit. Item potest quis ita dare q̄ nec ipse nec donatorius nec hæredes ipsorū habebunt assisam mortis antecessoris, vt si quis ita dicit, do tibi talem rem ad vitam meam. Si donatorius superuixerit donatorē, hæredi donatoris nō cōpetit assisa, sed breue ad terminū qui præterijt, cū res donata sit liberū tenementū ipsius donatoris, & termin⁹ ipsi donatorio. ¶ 4. Si autē donatorius in vita ipsius donatoris obierit, tunc distinguendū erit utrū donatio facta fuerit donatorio tantū vel donatorio & hæredibus suis, si tantum donatorio, tunc reuertitur res donata ad donatorem, ex quo hæredes sui in donatione non sunt comprehensi, quia locum non inuenit p̄ modū donationis quōd ad alium possit descendere vel reuerti quā ad eum a quo processit. Si autem donatorio & hæredibus suis, si ipse defecerit & hæredes sui in vita donatoris, tunc fiet eodē modo quo superius, proximō dictum est. Si autem ipse donatorius vel hæredes sui vel ambo superuixerint, tunc reuertatur res donata ad donatorem vel hæredes suos per breue de ingressu vt supra. Si autem cū donatorio & hæredibus suis facta fuerit donatio ad vitam donatoris, si donatori p̄moriatur, hæredes sui ei succedunt iure hæreditario, quādiu donator vixerit, sicut ad feodum, & post mortem donatoris desinit esse feodū donatorij, & incipit esse feodum donatoris. Si autem sic facta sit donatio ad vitam & c. vt supra, Item dicitur in dominico suo, videndum est igitur imprimis quæ possunt haberi in dominico. Et sciendum est quōd tam tenementā quā redditus, & omnia alia, de quibus haberi possit assisa nouæ disseysinæ de libero tenemēto, siue teneantur ad vitam siue in feodo: & de hijs quæ in feodo tenentur, sequitur assisa mortis antecessoris, & datur hæredibus quicunque fuerint in possessione. ¶ 5. Item dominicum accipitur multipliciter. Est autem dominicum quod quis habet ad mensam suam & propriē, sicut sunt **Bordlands** Anglicē. Item dicitur dominicum villenagium quod traditur villanis, quod quis tempestiuē & intempestiuē resumere possit pro voluntate sua & reuocare. Item potest dici dominicum de quo quis habet liberum tenementum, & alius vsū fructum. Item dici poterit dominicum de quo quis habet liberum tenementum & alius custodiam. Eodem modo dici poterit dominicum, de quo quis habet liberum tenementum & alius curam, sicut dicitur de custode & curatore, & vnde vnus datur a iure & alius ab homine. Et generaliter qualitercunque quis feoffatus fuerit in quacunque hora in feodo sibi & hæredibus suis, vel si ex causa successio- nis, ita quōd assisam nouæ disseysinæ habere posset si eiectus esset dum viueret, competit hæredibus suis assisa mortis antecessoris post mortem suam si seip̄s moriatur. Et sciendum quōd dominicum dicitur, ad differentiam eius quod tenetur in seruitio, & vnde dicitur tota die, quōd videndum erit quid quis teneat in dominico, & quid in seruitio. Et regulariter verum est, quōd dominicum dici potest, omne illud tenementum de quo antecessor obiit seysitus vt de feodo, siue cum vsu fructu vel sine, & de quo si eiectus esset dum viueret, recuperare posset

Lib. iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

per assisam nouæ disseysinæ licet alius inde haberet vsum fructum, & vnde ad declarationem seysinæ antecessoris, statim competit hæredi assisa mortis antecessoris si impeditus fuerit, vt seysinam habeat de tenemento sicut antecessor suus habuerit, & quod ad hæredem recognoscatur, salvo firmario termino suo. Et si terminus præterierit, & firmarius forte tenementum ultra terminum retinere contenderit, vel illud ad alium infra terminum vel post transtulerit, competit hæredi assisa nouæ disseysinæ si voluerit, & sic de seysina eius qui infra ætatem fuerit, si infra ætatem obierit competit hæredi suo de morte sua assisa mortis antecessoris, non obstante vsu fructu quem firmarius vel custos perceperit, & de quo antecessor minoris die quo obiit seysinam non habuit, nec ipse minor dum vixit, quia etsi in propria persona vsus non fuit, tamen vititur per alios qui sunt in seysina nomine suo, quia iste facit, cuius nomine fit, & si non vtuntur per se, vtuntur per alios, sicut videri poterit de illis qui tenent in villenagio, ipsi vtuntur & fruuntur, sed non nomine proprio, sed domini sui, & vnde licet alius vsum fructum habuit die quo obiit antecessor, dici poterit quod seysitus obiit in dominico suo vt de feodo, habito respectu ad liberum tenementum & ad feodum, & non ad vsum, & ita quod assisa non determinet vsum, non magis quam si tenementum teneretur in villenagio, & poterit quis tenere tenementum in dominico & in feodo, & alius in seruitio, vel quoad vsum. Item vnus tenere poterit in feodo quoad seruitium, sicut dominus capitalis & non in dominico, & alius in feodo & in dominico & non in seruitio, sicut liberè tenens alicuius, & vnde licet tenens vendat alicui tenementum suum, non tamen ille qui erit intrat in feodum domini capitalis, cum ipse nihil inde habeat nisi tantum seruitium, & nihil in dominico nisi tantum in seruitio, sed tantum in feodum & dominicum tenentis, & tenens nullam iniuriam fecit domino capitali, licet ei damnum faciat, quia habere poterit seruitium suum & distingere feodum suum quicumque illud teneat, & ideo poterit tenens vendere tenementum suum quando voluerit & cui, nisi abinatio inter eos modus adijciatur ne possit, alioquin faceret tenenti suo disseysinam. ¶ 6. Item dicitur (vt de feodo) quod quidem oportet petentē probare sicut alios articulos. Videndum est igitur quid teneatur in feodo & quid sit feodum. Et sciendum q̄ feodum est id quod quis tenet ex quacunq; causa sibi & hæredibus suis, siue sit tenementum siue redditus, ita q̄ redditus non accipiatur sub nomine eius qui prouenit ex camera alicuius, sicut alibi plenius dictum est supra de assisa nouæ disseysinæ. Item dicitur feodum alio modo eius qui alium feoffat & quod quis tenet ab alio, vt si sit qui dicat, talis tenet de me tot feoda per seruitium militare. Et vnde ex præmissis colligi potest, quod vnus potest esse seysitus de aliqua terra vel redditu in dominico suo vt de feodo, & de libero tenemento simul, vel tantum vt de feodo vel non in dominico, vel tantum vt de li-

berō

De Assisa Mortis antecessoris. Cap. 9 Fol. 264.

hero tenemento & in dominico. non tamen in feodo, sicut dici poterit de illis qui tantum tenent ad vitam quacunque ratione. Et eodem modo potest quis esse seysitus vt de feodo & de libero tenemento quoad proprietatem & in dominico, & alius ad nullum istorum sed quantum ad vsum fructum, sicut firmarius siue fructuarius, qui tenet ad certum terminum annorum. Item dicitur (vt de feodo) ita q̄ (vt) ponatur pro (quasi) & denotet similitudinem, vel quod (vt) denotet ipsam veritatem. Ipsam veritatem, sicut de ipsis dici poterit qui iustum habent titulum, & iustam causam possidendi ab eis qui ius habent conferendi & tunc pro (sicut) vt supra. Item similitudinem, pro (quasi) sicut de illis dici poterit qui ingrediuntur sine causa & sine iusto titulo vel frater postnatus antenato excluso, vel soror propria autoritate & per donationem factam a non domino. Item si per conditionem, ita q̄ talium ex fortunæ insidijs dependeat seysina. Item si bastardo fiat donatio & hæredibus suis, & cum nullum habeat de corpore suo, ingrediatur filius suus bastardus, & vxorem ducat, & hæredes habeat de corpore suo, si tales moriantur in seysina, moriuntur seysiti in dominico suo vt feodo, & ibi accipitur (vt) pro quasi. ¶ 7. Item dicitur die quo obiit, vel die quo habitum religionis assumpsit. Item die quo iter peregrinationis arripuit, in quo itinere obiit, vnde videndum erit de die qualiter dies accipitur. Est enim dies solaris & dies lunaris, secundum quod deus diuisit lumen a tenebris, ex quibus duobus diebus efficitur vnus dies, qui dicitur artificialis ex die præcedente & nocte subsequente, qui constat ex. xxiiij. horis. Hora autem fit ex quadraginta momentis.

¶ 8. Dies autem artificialis diuiditur in quatuor partes. Et est vna pars quæ incipit in crepusculo, & terminatur ad mediam noctem: & alia quæ incipit a media nocte, & terminatur in aurora: & tertia quæ incipit ab aurora, & terminatur in meridie: & quarta quæ incipit a meridie & terminatur ad noctem, & quælibet pars in se continet sex horas. Et vnde siue quis obierit die solari siue lunari, moritur eodem die artificiali, qui pro vno die computatur. Et vnde quacunque hora obierit quis tali die artificiali, siue die siue nocte, moritur semper quasi in die. Et vnde non est necesse apponere in breui nocte qua obiit, quia semper moritur die artificiali. Ad hoc autem quod hæres seysinam antecessoris sui recuperet per assisam qualem habuit antecessor, sufficit (vt quidam dicunt) quod talis antecessor suus aliqua hora diei illius in seysina extiterit, licet ante mortem suam aliqua hora diei tenementum illud ex causa donationis, vel alia qualicunque ad alium transtulerit, tum propter breuem seysinam, tum quia die quo obiit aliqua hora in seysina fuit. Et vnde dicunt, quod hoc satisfactum est breui & assisæ, nec est necesse (vt dicunt) inquirere vtrum talis seysitus obierit necne, ex quo in breui non distinguitur. Sed reuera (quicquid dicatur) videndum erit vtrum seysitus obierit necne, quia cum dicat die quo obiit seysitus, oportet quod seysitus obierit, alioquin cadit assisa, sicut videri poterit manifestè. Quia esto q̄ quis in crepusculo vel aurora seysitus

*die quo obiit
et q̄m.*

Lib.iiii. De Assisa Mortis antecessoris;

tus fuerit de aliquo tenemento vt de libero tenemento suo & in dominico suo vt de feodo, & tenementum illud dederit alicui & transtulerit animo donandi, & ille cui datum fuerit illud recipit animo retinendi & possidendi, & ius coniunctum simul cum seysina in persona donatorij, statim facit liberum tenementum ei qui recipit & dominicum, & nihil remanet cum donatore, nisi tantum nudum dominium cum vno tempore & vna hora transferat quicquid habet ad donatorium, si talis sic feoffatus aliqua hora diei vel noctis fuerit in seysina.

¶ 9. De vsu vero, si donatorius non statim vtatur non est multum curandum, quia potest quis sufficientem habere seysinam, licet non statim vtatur. Nec multum est de substantia, sed aliquando vestimentum probet, & post imaginariam donationem seysinā declarat, quod quidē faciat, & eodē modo captio expletiarum. Et eodem modo quo seysina iuncta iuri liberum facit tenementum vero hæredi, cum descendat hæreditas ad eum statim & sine mora in ipsa coniunctione, ita facit seysina iuncta cum iure statim liberum tenementum, si coniuncta transferatur ad alium per eum qui dare potest, & qui omnia habet, scilicet seysinam & ius & liberum tenementum, & qui hæc omnia habet, omnia statim transferre potest & sine mora si velit, sine aliqua retentione vel exceptione, vel quod ei nihil remaneat præter solum nudum dominium. Et cum ita transtulerit (facta traditione) statim quasi nudus recedit, nihil secum portans præter nudum dominium, & donatorius (facta traditione) sic existens in possessione vacua, nihil possessioni suæ contrariū inueniēs vel rebelle, statim in ipsa hora habet liberum tenementū, secūdū quod videri poterit manifestè. Esto q̄ donatio facta sit mane, & donatori⁹ in seysina vsq; ad horam primam vel tertiam, & donator facta traditione recesserit, & postea poenituerit se fecisse donationē, & statim reuertatur post horam tertiam, volens ingredi non admittatur, violentiam adhibēs violēter repellatur, queritur p̄ assisam q̄ iniustè sine iudicio sit eiect⁹, respōdet donatori⁹ ad assisam q̄ nō, quia gratis dedit, & gratis tradidit & gratis exiuit, & quod non sit ei iniuriatum, quia hoc voluit. Viderur igitur quod assisa nouæ disseysinæ remanere debeat, non obstante aliqua exceptione teneræ seysinæ, cum talis exceptio contra factum proprium donatoris locum habere non debeat, quamuis in suo casu locum habeat cōtra factū alienū. Et vnde videtur, q̄ ea ratione qua cadit assisa in persona donatoris, eadem ratione tenere debet & procedere pro donatorio, ad recuperandum, si forte donator ipsum eiciat sine iudicio in eodem casu. Sequitur ergo ex præmissis, q̄ tā modicū tempus sufficit ad habēdū liberū tenementū, & q̄ de vno & eodē die possunt esse seysiti vt de feodo & diuerso tēpore, & quod de vno dicitur, de duob⁹ vel pluribus dici poterit, si prædicto modo quacūq; hora diei fuerint in seysina & in seysina obierint. Et vnde mortuo donatore eodē die donationis, & donatorio vel plurib⁹ donatorijs, si tenementū successiuè ex causā donationis ad plures de persona in personam translatum fuerit & eodē die moriatur, & vnde si omnes hæredes versus capitalem dominum seysinam antecessorum suorum petie-

De Assisa Mortis antecessoris. c. 9. Fol. 255.

petierint per assisam, videndum erit quis eorum præferatur, si dicatur quod hæres primi donatoris, quia fuit in seysina antecessor suus aliqua hora diei, illud idem dici poterit de hærede primi donatorij & secundi, quia antecessores eorum fuerint in seysina aliqua hora diei, & sic deinceps de alijs. Ad quod responderi poterit, quod re vera ille præferri debeat alijs cuius antecessor fuit in seysina aliqua hora diei & seysitus obiit, hoc etiam videri poterit manifestè de eo cuius antecessor fuit in seysina aliqua hora diei & obiit seysitus, aut iter peregrinationis seysitus assumpsit in quo itinere obiit, quia poterit hodie iter arripere & eodem die de quo profectus fuerit vel in crastino, poterit dare & secundo die mori, & ideo licet aliqua hora diei quo iter assumpserit seysitus fuerit, tamen nullam seysinam transmittit ad hæredes, quia seysitus non moritur. Et hoc dico si donatorius post donationem aliqua hora diei per traditionem in seysina fuerit. Illud etiam dici poterit de eo cuius antecessor habitum religionis assumpsit, & eodem die in seysina extiterit, & eodem die ante assumptionem habitus dederit, hæres eius nihil capiat per assisam, quia antecessor seysitus habitum non assumpsit, & vnde videtur (& verum est) quod nullus per assisam optinebit nisi hæres ille cuius antecessor seysitus obiit. Et sciendum quod ille qui dat & qui dare potest, transfert ius quod habet, siue fuerit ius possessorium siue ius merum, hoc est si dederit proprium statim facit liberum tenementum, si autem alienum, non sic. Quæ autem seysina dici debeat firma & bona & quæ tenera, supra videri poterit in titulo de donationibus, vbi inueniri poterit de hac materia. ¶. 10. Item fit mentio de termino, & tunc fiant ea quæ supra in alijs assisis. Item continetur in breui, (& si talis sit hæres propinquior) ad quod videre oportet de differentia & qualitate hæredis, de legitimo vero & bastardo pertinet ad tractatum de bastardia, vt infra dicitur plenius, vbi apponitur bastardia in modum exceptionis. Item primus siue propinquior hæres dici poterit, quem nemo antecedit, supremus quem nemo sequitur. Item hæredis appellatio non solum ad proximum hæredem sed ad vteriores refertur, nam & hæredis hæres deinceps hæredis appellatione continentur. Sed tamen hic tangendum erit in parte qui sunt filij & hæredes, & qui filij & non hæredes, & qui nec filij nec hæredes. Et vnde sciendum, quod liberorum quidam sunt filij & hæredes, sicut sunt illi qui ex iustis nuptijs procreati sunt & progeniti, a patre & matre vel altero ipsorum hæreditatem habentibus, quia hæres dicitur ab hæreditate & non hæreditas ab hærede. Itē econuerso filij & non hæredes, vt si nulla sit hæreditas descendens, nec ex parte patris nec ex parte matris. Item poterit esse hæres ex parte patris tantum & filius cum hæreditas tantum descendat a patre & non a matre, & sic filius matris & non hæres & econtrario: si hæreditas descendat tantum ex parte matris, si autem ex parte vtriusque, tunc erit filius & hæres vtriusque. Item sicut ab initio poterit quis esse filius & hæres vnius vel vtriusque ipsorum (vt prædictum est) eodem modo desinere possit esse filius & hæres, vt si pater & mater, vel eorum alter

totam

Lib.iiii. De Affisa Mortis antecessoris.

totam dederint hæreditatem, nihil relinquentes hæredi nec in dominico nec in seruiçio, cum is quasi sine causâ hæres dicebatur cum iam non subsistat. Item vbi quis primò genuerit filiam quæ hæres dici possit propinquior, si masculus superuenerit, desinit esse hæres. Item vbi filia hæres fuerit & per se, alijs filiabus superuenientibus non erit hæres per se, sed cum alijs in communi. Item hæredum quidam sunt propinqui cum propinquieribus, sicut frater, vel soror patris vel matris cum eorum filijs vel filiabus. Item propinquieres sunt filij vel filia, confratres vel sorores in linea transuersali, cum sint in linea recta descendente a patre vel matre, quia omnes hæredes in linea recta descendentes excludunt a successione omnes transuersales. Item in linea recta descendente sunt propinqui & propinquieres, vt si plures filij venientes ab eo a quo descendit hæreditas omnes quidem sunt propinqui, sed antenatus propinquior propter etatem. ¶.ii. Item si vnus filius vel plures, vel vnus filius & plures filia, si plures filij & vna filia vel plures, masculi semper erunt propinqui cum primogenito, & filia hæredes remoti. Si autem nullus masculus cum primogenito, sed tantum filia vel filia, tunc erunt filia hæredes propinqui cum masculo, & masculus propinquior antecessori propter sexum. Item si plures sint filij & hæreditas descendens partibilis sit, omnes sunt propinquieres hæredes ratione hæreditatis quæ in se habet participationem, & si filia sint, sunt hæredes propinqui. Si autem nulla, tunc frater vel soror antecessoris, si autem plures sint filia, licet hæreditas ex se non habeat partitionem, tamen partitur ratione filiarum, quæ sunt quasi vnus hæres, & in quo casu, quælibet illarum est hæres propinquior antecessoris, frater vero & soror propinqui. Item sicut sunt propinqui & propinquieres, ita sunt remoti & remotiores. Remoti vero post propinquos scilicet fratres, sorores, auunculos vel amitas sunt eorum filij vel filia nepotes scilicet & neptes, remotiores vero eorum filij vel filia, sicut pronepotes & proneptes, & sic deinceps eorum filij & filia in infinitum. Et sic perpendi poterit quis fit hæres propinquior & qua ratione. Et sciendum quod aut sexus, aut ætas, aut linea, aut hæreditas partibilis, aut pluralitas faminarum facit hæredes propinquieres, quantum ad ius successionis, non autem quantum ad ius sanguinis, secundum quod inferius dicitur. Item sunt propinquieres, quantum ad ius & quantum ad seysinam, quia seysinam semper sequi debet ius. Et eo deficiente qui propinquior est antecessori, siue propinquior sit per se, siue cum alio, sine hærede de corpore suo, & incipit postnatus post eum esse propinquior antecessori qui in seysina est, & a quo descendit ius hæreditatis ad ipsum, & sic deficientibus propinquieribus successiue, cum semel inceperint esse quilibet post alterum viuentem antecessore, semper incipit esse hæres propinquior ei qui est in possessione hæreditatis hæres qui fuit prius antecessori propinquus, siue in linea recta descendente, siue in linea transuersali: ita tamen quod linea recta semper excludat transuersalem, & sicut ex præmissis perpendi poterit manifestè. Item si descendat hæreditas ad primogenitum non habentem hæredem ex se, incipiunt fratres sui postnati vel sorores eius esse hæredes

De Assisa Mortis antecessoris. (a. 9 Fol. 266.

redes sui propinqui, & desinunt esse hæredes patris communis vel alterius antecessoris. Sed tamen primogenitus post eum incipit esse propinquior, quia senior. Et generaliter verum est, quod ille propinquior est hæres in omni casu ad quem ius merum descendit, siue sit verus hæres siue pro hærede, siue loco hæredis, sicut est dominus propter feloniam tenentis sui, quia nullus potuit esse propinquior qui ius merum habuit. Et eodem modo tenendum erit de remotis hæredibus in infinitum, sicut dicitur de propinquis, de quibus infra plenius dicitur de successoribus.

¶. 12. Dicitur etiam in breui, Sumoneas &c. talem vel tales qui terram illam vel redditum tenent. &c. Et vnde videndum an totum teneant sicut antecessor tenuit vel eius partem & non totum, secundum quod antecessor tenuit cuius seysinam ipsi hæredes petunt. Et sciendum quod multipliciter poterit esse illud totum, vel potest peti illud totum sub vno toto, vt si quis petat aliquod manerium cum pertinentijs vel alio modo, vel decem libratas terræ cum pertinentijs, vel vnam carucatam terræ cum pertinentijs vel alio modo, & non refert vtrum hoc faciat, an per simile. Et vnde cum petens visum facere debeat Iuratoribus, oportet quod iuratores videant quid, & quantum posuerit in visu suo, & vtrum totum quod ipse antecessor tenuit, & secundum quod tenuit, vel non, quia totum debet petere per assisam quod antecessor tenuit, & secundum quod tenuit, vel excipere, si aliquid inde alienatum fuerit post seysinam antecessoris, vel translatum, alioquin de iure debet cadere breue. Si autem petat hæres seysinam antecessoris sui versus vnum per plures particulas, siue particulae illae sint diuersi generis siue vni⁹, quaelibet particula per se habet suum totum per se, siue fuerint in vno loco siue in diuersis, & si aliquam particularum istarum non teneat tenens integre, cadit breue quoad illud totum illius particulae, & tenet quoad alias particulas integras, quod licet sit vnica persona quae petat, & vnica quae teneat, tamen diuersae erunt actiones & plures, licet cõsimiles, propter plures particulas, ac si esset si quis peteret vnã rem diuisam inter plures, plures erunt actiones, propter plures particulas, & plures personas. Si autem petat quis versus vnum vnã particulam per plures particulas numero, sicut vnã carucatam ex pluribus, per plures virgatas, vel vnã virgatam per plures acras, si totum non tenuit tenens, cadit breue. Item quod dictum est de parte dici poterit de toto, vel quia nunquam tenuit inde aliquid, vel si tenuit, rem ad alium transtulit, & ita desijt tenere, & quo casu, videndum erit quo tempore desijt tenere, & quando ad alium res translata fuerit, vtrum vtz ante impetrationem breuis, vel post, quia si ante, tunc non erit tenens in dolo, & sic nec in culpa. Si autem post impetrationem diligentem & prosecutionem timens futuram litem & controuersiam motam, ne cum ipso agatur mutandi iudicij causa rem ad alium transtulerit, nihilominus pro possessore iudicabitur, & non solum ille qui transtulit sed ille ad quem transfertur pro voluntate ipsius petentis, vnus scilicet eorum vel vterque. Si autem petens negligens fuerit vel in impetratione vel in prosecutione, hoc erit ei imputandum, de negligentia vero vic. non erit ita quoad

sumoni-

Lib. iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

summonitionem & officiū vic. Si autē sit dominus capitalis qui teneat, licet totam rem non teneat, sed aliquam partem, procedet assisa cōtra ipsum, pro ea parte quam tenet : vt de itinere M. de P. in cōm warf Anno Regis H quinto . Et quōd assisa cadere debeat ratione plus petitionis, vbi petens plus petierit quā tenens tenuerit : habetis in itinere VV. de Raleg. in cōm Leyc. de Humfredo de Leyc. & Iuliana vxore eius, circa finem rotuli. Item esto quōd tenens dicat, q̄ totum tenemētum non teneat, & iuratores quæsi nesciant vtrum teneat vel non, cadit assisa propter incertitudinem, vt de vltimo itinere w. de Ralegh. in cōm North. de wilhelmo de camera.

1 De responsione tenētis ad articulos breuis. 2. Ad hoc quod dicitur in breui si talis antecessor. C. c. & quod non iaceat exceptio. Cap. 10.

PROPOSITA igitur intentione petentis, & fundata sic sup quolibet articulo breuis vt prædictum est : oportebit tenentem cum warrantum non habuerit nec defensores, ad singulos articulos respondere per ordinem, & excipere contra omnes vel quosdam, quare actio vel assisa procedere non debeat, & docere contrariū vel diuersum, & ad exceptionem suam defendendam vel probandam ponere se super assisam, & probare per assisam in modum assisæ, cum nihil valeat excipere, nisi probetur exceptio in modum assisæ vel iuratæ. Ad primum igitur articulū sic erit respondendum. ¶. 2. Dicitur enim, si talis antecessor fuit seysitus sicut pater vel mater & sic deinceps, quōd inter petentē & tenentem non poterit assisa procedere : quia tenementum de quo assisa arramata est descendit a prædicto antecessore quasi de communi stipite ad prædictum tenentem, & ita q̄ assisa non iacet inter eos sicut inter cōiūctas psonas, cum tātundē iuris habeat tenens in terra siue in tenemento petito, quantū & ipse qui petit, & ideo propter paritatem iuris non poterit assisa terminare seysinā, quia si tenens petat, responderi poterit q̄ tantundem iuris habet tenens in tenemento petito, quantum & petens, & ideo q̄ alia actione opus erit scilicet per breue de recto, quod vtrūq; terminat, possessionem scilicet & proprietatem, & q̄ ideo remanere debeat assisa. Ad quam quidem exceptionē, poterit petens sic respondere replicando, q̄ nihil iuris clamat per descensum de communi stipite, immo per seoffamentum factum a communi antecessore & hoc paratus sit pbare per testes, & chartas vel instrumenta, secundum quod magis sibi videtur expedire, & super seoffamento erit procedendum, secundum quod inferius plenius dicitur ad conuincendum dictum replicantis. Triplicari autem poterit super replicationem, quōd donatio illa nulla esse debet, quia talis antecessor qui dedisse debuit, semper fuit in seysina, & nunquam exiit a seysina nec statum mutauit in aliquo quin ipse in seysina remansisset per se vel per suos nomine suo. Et tenens doceat contrarium si possit vel diuersum. Infra de hac materia plenius. Item si soror contra sororem vel particeps contra participem : quia locum habet breue de rationabili portione,

sione, quia quilibet est hæres propinquior propter ius quod communiter descendit omnibus, sicut vni propter vnitatem iuris: Et propinquior esse potest valde remotus quoad ius, licet non quoad seysinā, si nō appareat alius propinquior, licet bastardus, quia filius esse nō potest nec hæres.

¶ Si talis antecessor cui competit affisa mortis antecessoris. Cap. II.

Dicitur autem supra de morte quorum competit affisa. Nunc autem dicendum quibus personis, quia dicitur, talis antecessor talis: quia ex hoc possunt competere exceptiones tenenti & responsiones.

Et sciendū q̄ affisa competit filio vel filiæ vel filiabus si plures nascantur, de morte patris, vel matris sed non cōpetit nepotibus neq; neptibus ex eis de morte prædictorum, Aui vel Auix, s. nisi alijs p̄sonis iungantur, in quibus tenet affisa vt supradictum est. Item competit fratri de morte fratris. Item sorori de morte fratris vel sororis. Itē nepoti vel nepti de morte auunculi vel amixæ, sed non econuerso & ita restringitur affisa ista infra certos gradus & certas personas, & vlteriùs non extenditur. Item locum habet ista affisa inter prædictas p̄sonas & extraneas p̄sonas quaten⁹ se extendit, sed vbi affisa locū non habet vltra certos gradus, locū habebit inter easdem p̄sonas consanguinitas, ascendendo vsq; ad triauum & descendendo vsq; ad trinepotem, quia inter quascunq; p̄sonas locū habebit affisa infra suos limites: inter easdē locum habebit consanguinitas extra. Et vice versa inter quascunq; p̄sonas infra suos limites locum non habet affisa, inter eosdē extra nunquā locum habebit consanguinitas, sed breue de recto tantum, sicut inter p̄sonas prænotatas: & secundum quod inferiùs dicetur. Talibus igitur p̄sonis de morte taliū competit affisa (vt prædictū est) contra extraneas p̄sonas: vt si dñs capitalis in seysina ppria fuerit, vel alia quæuis extranea p̄sona, siue fuerint fratres vterini de alio patre, vel alia matre a quibus hæreditas nō descendit, quia tales sūt quasi extranei, cum non sunt capaces hæreditatis. Itē eodē modo & multò fortius dici possunt extranei illegitimi & bastardi, quia licet sint vterini, tamen inter tales (secundū quosdā) nō iacet affisa cum sint bastardi, nec ad hoc saltē q̄ p̄ affisā p̄cedi possit ad p̄bandā legitimitatē, quia p̄ hoc terminari non poterit negotiū: quia si talis cohæres se pbauerit legitimū, non tamen p̄pter hoc se p̄bat hæredem ppinquirem, licet se pbauerit hæredē. Quia si talis in causa bastardix se pbare possit legitimū, tunc vlteriùs locū non habebit affisa, sed ad breue de recto erit recurrendum, ne sub specie possessionis terminetur pprietas & ius merum, quod esse nō debet. Sed si bastardia contra tales p̄sonas nominatas obijciatur a p̄sonis extraneis, tunc in causa bastardix p̄cedatur sicut inter alias quascunq; p̄sonas. Itē cum inter easdē p̄sonas prænominatas nō habeat locū aliud breue q̄ de recto, non erit ibi duellū neq; magna affisa, sed p̄ narrationē descensus a cōmuni stipite terminabitur tam ius possessoriū q̄ ius merū quia facta computatione, de facili p̄pendi poterit quis primogenitus & hæres ppinquier & hæres iustior, tum p̄pter ius & ætatem, tum propter sexum & consimilē ppinquitatē, tum p̄pter lineam rectā & transuersalē.

YYy.i.

Si

Lib.iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

Si autem nepos prius fuerit in seysina recta linea descendendo, excludit omninò auunculū a successione si petat versus nepotē p assisam, quia nō iacet. Si autē p breue de recto, excludit eū omninò tum ratione iuris qd̄ ei descendit & non auunculo, tum ratione rectæ lineæ, quia omninò excludit transuersalem dum aliquis reperitur in ea, masculus vel foemina, qui erunt propinquiores ratione prædicta, & non solum excludit nepos vel neptis auunculū & alios remotiores ex linea transuersali venientes, cum nepos vel neptis fuerint in possessione: verum etiam excludunt eorundem pnepotēs & pneptes & oēs alios ex illis descendētes. Cum autem auunculus prius fuerit in possessione hæreditatis p intrusionem vel alio modo, & nepos petat versus eum de seysina patris, vel descensu aui, locū non habebit assisa, sed tantum breue de recto, p quod si compertum fuerit p narrationem quod nepos hæres fuerit ppinquior & iustior ppter iuris prærogatiuā, tamen nihil capiat p iudiciū propter casū regis, qui hucusq; se habuit in cōtrariū, & remanebit sēper iudiciū in suspensō, donec cōtentio (si partes voluerint) p concordia terminetur. Et vnde vidēdum si nepos & auunculus sub eadē potestate antecessoris simul fuerint astrarij tēpore mortis, eo quod ambo reperiuntur in atrio siue in astro, & quo casu cum videatur quod vterq; habeat liberū testū, statim cum quilibet eorū sit rectus hæres & propinquus: tamen ille præferri debet qui secum habet iuris & proprietatis prærogatiuā & rectæ lineæ quæ excludit transuersalē. s. nepos, quia in psona eius coniungitur ius & pprietas cum seysina, quod quidē non est in persona auunculi, qui non habet nisi tantū ea quæ sunt possessionis, & non iuris. Et vnde si per nepotē eiciatur, non recuperabit p assisam nouæ disseysinæ, tum propter iuris prærogatiuā in nepote, tum quia vacuam seysinā non habuerit. Si autē auunculus eiecerit nepotem, nepos per assisam recuperabit. Et illud idem erit si nepos in seysina extiterit tempore mortis, & auunculus cum extra fuerit nepotem eiecerit, & vice versa si auunculus in seysina & nepos extra & auunculum eiecerit, auunculus p assisam recuperabit si diu in pacifica seysina extiterit & aliās nō, vt infra, saluo tamen nepoti iure suo super pprietas. Si autem ambo fuerint extra tempore mortis antecessoris, & lic neuter astrarius, & tunc aut possessio vacua, aut capitalis dominus, Rex, vel alius extitit in possessione. Si autem vacua, tunc refert quis eorum se prius posuerit in seysinam. Si autem nepos, statim habet liberum teneamentum ratione prædicta, & si fuerit eiectus per auunculum, recuperabit p assisam. Si autem auunculus se prius posuerit in seysinam, & p nepotē statim eiectus & recenter, p assisā nouæ disseysinæ non recuperabit vers⁹ nepotē, licet versus alios. Sed si tempus habuerit p negligentiam nepotis vel impotentia cum seysina sua substantiam capiat ex tempore, si per nepotem fuerit eiectus, per assisam recuperabit, quia sine iudicio eiecitur licet iustē. Si autem seysina vacua non fuerit cum capitalis dominus extiterit in seysina, sine voluntate ipsius se ponat in assisam. Refert igitur quis eorum prius autoritate domini capitalis fuerit in seysina. Si autem nepos, auunculus nunq̄ recuperabit versus eum, propter priuilegiū iuris quod nepos habet, si autē auunculus, nepos nō recuperabit p assisā mortis

mortis antecessoris, propter paritatem iuris possessorij quod auunculus habet, nisi sibi statim perquisiuerit per assisam, vel alio modo quod seysinam auunculi fecerit contentiosam. Non habebit igitur remedium nepos nisi per breue de recto, & sic remanebit auunculus semper in seysina, quia iudicium remanebit in suspenso propter casum regis super iure. De possessione autem & iure possessorio (vt prædictum est) semper habet auunculus paritatem. Si autem capitalis dominus neutrum illorum admiserit, donec ei constiterit quis eorum sit hæres iustior, si vterq; petat versus eum per assisam, nepos præferri debet propter iuris meri prærogatiuam, licet in vtriusq; persona locum habeat assisa. Item cum neuter ipsorum astrarius fuerit, & dominus capitalis diu tenementum in manu sua tenuerit, & illud postmodum auunculo per finem quem cum eo fecerit restituerit, cum per hoc non sit auunculus astrarius nec in seysina nisi p factum aliorum, tunc videtur quod omisso breui de recto propter casum Regis, in persona nepotis locum habere posset breue de ingressu, cum sit extra seysinam. Cum autem in seysina, non poterit ei prodesse aliud breue quam breue de noua disseysina, propter suspensionem iudicij. Itē extraneus dici poterit quoad assisam mortis antecessoris licet procreatus sit de eadem matre a qua descendit hæreditas, siue masculus siue foemina propter coarctationem hæredum. Vt si terra data fuerit in maritagiū tali cum tali vxore sua & hæredibus ipsorum coniunctim, omnes alij sūt extranei, & sic excludit foemina masculum sicut ius sanguinis

1 ¶ De exceptionibus contra articulos breuis. 2. Dicitur (de tanta terra) vt si error fuerit in impetratione exceptio propter errorem. 3. Item die quo obiit. 4. Casus Roberti de Suche. 5. Propinquior hæres & alius adeo propinquus. 6. Exceptio super id quod dicitur quod talis tenet. Cap. 12.

REdeamus ad exceptiones pponendas contra articulos breuis. Dicitur enim a petente quod talis antecessor fuit seysit^o, ad quod poterit tenens excipere & docere contrarium vel diuersum. Dicere enim poterit quod nunquam fuit inde in seysina aliquo tempore, & inde se ponere super assisam, et petens quod sit vt prius; & simili modo se ponere super assisam, & sic procedat assisa, vel dicere possit tenens quod si antecessor vnquam fuit in seysina, hoc fuit nomine alieno vt procurator, custos, vel curator, vel sic: si in seysina fuit, liberum tenementum habere non potuit, quia non tenuit tenementum illud nisi ad terminū annorum sicut fructuarius, vel in vadium vt creditor. Item si dicatur quod seysinam habuit ex donatione, excipi possit a tenente quod antecessor nunquam seysinam habuit per se nisi simul cum donatore. Et cum multæ possunt esse exceptiones de hac materia, istæ tamen sufficiant ad præsens exempli causa. Item dicere poterit tenens excipiendo quod si talis antecessor seysinam habuit, nullum habuit in dominico nisi ad terminū vt firmarius, vel in vadium vt creditor, vel huiusmodi, & alius habuit inde liberum tenementum. Item dicere poterit quod si talis antecessor liberum tenementum habuerit in dominico, illud non habuit in feodo q

YYy.ij. aliquid

Lib.iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

aliquid ei descendere potuit vt hæredi , quia non nisi ad terminum vitæ quacunquẽ ratione . Item si concedat tenens quòd in feodo, dicere poterit excipiendo quòd nihil potuit descendere tenenti per assisam ex tali tenemento, quia tenemētum illud datum fuit antecessori præfato & certis hæredibus suis & coarctatis , vt si tenementum datum fuerit tali antecessori & in maritagium & hæredibus suis de corpore suo exeuntib^o, vel tali cum tali vxore sua & eorum hæredibus communibus & non seperatis. Et idem dici poterit de eo & hæredibus suis qui feoffatus fuerit p̄ conditionem & per modum vbi coarctantur hæredes. Item respondere poterit tenens & concedere quòd talis antecessor obiit seysitus vt de feodo & in dominico , sed tamen p̄ conditionem & modum suspensa est talis hæredis successio quoad seysinam vsq; ad tempus incertum .s. ad vitam vel vsq; ad certum tempus .s. ad terminum annorum, vel ad certum tempus sub conditione .s. donec conditio extiteret vel non extiteret, quam quidem exceptionem oportet tenentẽ pbare per assisam in modũ iuratę. Antecessor quidem ille tenemētum illud pignori supposuit creditori ad certum diem, sub tali conditione, quòd nisi pecunia tali die solueretur q̄ tenementum illud remaneret creditori in feodo. Et vnde videndum vtrũ dies solutionis præterierit vel nondum aduenerit. Et si præterierit , tunc videndum erit vtrum solutio facta fuerit viuente debitore vel post mortem vel nõ . Si autem facta fuit solutio vel pecunia oblata suo die sub bonorum virorum testimonio, procedet assisa in modum iuratę de solutione facta, & recuperabit hæres per iuratam. Si autem soluta non fuerit nec oblata, tunc cadit assisa, & remanebit tenementum creditori , quia nõ est satisfactum conditioni. Si autem dies nondum præterierit, tunc suspenditur assisa vsq; ad diem , et secundum quod solutio facta fuerit ad diem suum vel non, p̄cedat assisa in crastino vel remanebit. Item remanere poterit assisa propter conditionem & p̄pter modum traditionis, licet antecessor obiit seysitus vt de feodo: verbi gratia. Quidam A. tradidit quandam terram B. in vadium , quousq; idem A. redderet eidem B. Centum marcas cum tali conditione adiecta, quòd nisi idem A. redderet eidẽ B. illas centum quòd terra remaneret prædicto B. nulla facta mentione de hæredibus ipsius A. Moritur A. pecunia non soluta, hæredes ipsius A. petunt per assisam, creditor objicit conuentionem. Et quia prædictus A. nõ soluit in vita sua & obligatio p̄sonalis fuit , nec extenditur ad hæredes licet parati sint soluere, remanebit terra creditori & hæredibus suis . Idem erit si obligatio personalis fuerit quantum ad creditorem cum nulla mentione facta de hæredibus creditoris . Item poterit tenementũ dari ad firmam creditori sub tali conditione, & ad terminũ annorum, quòd si contingat debitorem mori infra terminum, quòd tenemētum remaneat creditori in feodo vel ad vitam, & tenebit conuentio. Itẽ vice versa, si tenentũ datur in feodo vel ad vitam & sic conuenerit quòd si creditor moriatur infra certum terminum, & q̄ id quod fuit in feodo vel ad vitam remaneat ad terminum vel in feodo alicui alteri, bene tenet conuentio. Et si prima facie debitor moriatur vel creditor vel vterquẽ , locum habeat assisa

mortis

De Assisa Mortis antecessoris. C. 12. Fol. 269

mortis antecessoris, quia debitor quodammodo moritur seysitus vt de feodo. Tamen eliditur assisa per exceptionem conuentionis, vt si hæres debitoris pro se habeat assisam in modū assisæ & seysina ei concessa, creditor vel eius hæredes habebunt contra assisam exceptionem conuentionis in modum Iuratæ, in quam quidem si petens per assisam se ponere voluerit, denegabitur ei actio & assisa, et si tenens exceptionem conuentionis a se propositam per iuratum vel alio modo pbare voluerit, sic seysinam amittit, quia indefensus remanebit. Si autem creditor in primo casu ante diem solutionis moriatur, vel debitor, vel vterque, remanebit assisa in suspenso vsquē ad diem solutionis, quo elapso aut procedet assisa secundum quod solutio facta fuerit vel non, aut remanebit assisa per exceptionem conuentionis elisa. Item si sic detur tenementum ad firmam & ad terminum sub tali conditione, quod si infra terminum illum contingat debitorem mori, quod remaneat tenementū creditori ad vitā vel in feodo, vel vice versa, si contingat creditorē mori infra certū terminū, id quod datum fuit in feodo remaneat hæredi creditoris ad vitam, vel id quod datum fuit creditori ad vitam, remaneat ei vel hæredi suo ad terminum, bene valebit conditio, non obstantē assisa, opposita exceptione conuentionis, & probata vt supra. Item excipi poterit, quod licet talis obiit seysitus vt de feodo, tamen nihil potuit descendere ad hæredem, quia bastardus fuit, & in quo casu non est loquela mittenda ad curiam Christianitatis de bastardia conuincenda, quia de eo qui mortuus est cōuinci non potest ad bastardum, quia respondere non potest, nec excipere, licet tamen an talis fuerit inquiri poterit per assisam an talis fuit vel non in modum iuratæ captam, si vtraque pars consenserit in iuratum, quod siquidem non, fiat vt supra de eo qui remaneat indefensus. Eodem modo dici poterit de bastardo qui feoffatus est tenendum sibi & hæredibus suis si absquē hærede moriatur. Itē responderi poterit quod non in feodo sed vt de vadio vel custodia &c. vt supra. Item quod non in feodo sed de vadio, sed de ballio, sed de traditione, sed ad voluntatem concedentis. ¶ 2. Item redeamus ad articulos breuis, scilicet vbi dicitur (de tanta terra cum pertinentijs in tali villa) vt si error fuerit in tali impetratione, vt si quis posuerit in breui tenementum pro redditu vel econuerso. Item si redditum pro seruicijs & consuetudinibus. Item si fuerit error in quantitate tenementi, vt si quis posuerit duas carucas, vbi antecessor non obiit seysitus nisi de vna. Item si quis seruicium petat sub nomine annui redditus qui datur pro homagio, cum & seruicium proueniens ex tenemento aliam habeat causam quā annuus redditus qui datur feoffato. Item videat petens quod plus non petat quā tenet tenens, quod si fecerit, cadit breue & differtur assisa propter plus petitionis. Si autem minus petierit, aliud erit. Item videndum erit de possessione antecessoris, de quantitate, & qualitate, p quos terminos, & qua mensura, & vtrum larga fuerit mensuratio tenementi dati antecessori, vel stricta, secundū quod petitur per carucas, vel libratas, vel virgatas, vel numerum acrarum, vel pro quanto tenemento antecessor tenementum illud tenuit die quo obiit, secundū quod tunc fuit mensuratū, vel stricte, vel

Lib.iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

vel largē, & secundum quod tunc fuit, licet ibi fuerit plus vel minus, quia si plus tunc fuit & tunc sic, non cadit breue propter largam mensurationem, nec eodem modo si minus propter strictam. Si autem non teneat tenens sicut tunc fuit, cadit breue propter defectum, siue tunc ibi plus fuerit siue minus, vt si primò fuit plus quàm vna carucata per largam mensurationem, cadit breue si aliquid inde deficiat, licet ibi sit vna carucata per strictam mensurationem. Nec sufficit si dicat petens quòd tenens teneat vnam carucatam, nisi illam teneat sicut antecessor illam tenuit, strictam vel largam. Item quod dicitur de tenemento, dici debet de pertinentijs, quòd sicut antecessor tenementum illud tenuit cum pertinentijs & quas habuerit quando obiit, tales peti possunt, verbi gratia, si prius ante mortem dedit aduocationem, talis aduocatio non debet nominari inter pertinentias quas habuit quando obiit. Et in hoc casu videndum erit, si tenens non teneat, quod aliquando tenuit post mortem antecessoris, quando desijt possidere, vt ante impetrationem vel post, vel ante litem inceptam vel post, & ita quòd in mora non extiterit, excepto eo quòd si erga dominum capitalem petierit per assisam, siue totum tenuerit siue partem, pcedet assisa quòd cūq; desierit possidere, dum tamen alius in seysina sit per ipsum de hoc quòd desierit, de quo si dubitetur inquiri poterit per assisam, vt de Itinere M. de Pateshull in comitatu Warī anno regis H. quinto. Item si tenuit, & dolo desijt possidere, mutandi iudicij causa propter litem futuram, cum impetratum sit vel inceptum, pro possessore habebitur, et tam iste quam ille ad quem res translata fuerit simul vel eorum alter poterit conueniri pro voluntate petentis. Et ideo cum per talem translationem post impetrationem non desinat possidere, nunquam mutare poterit causam possidendi, nec feodum sibi facere per talem feoffamentum, & semper erit vt custos. Et ideo si post tale feoffamentum obierit herede suo infra ætatem existente qui vocatus fuerit ad warrantum, non expectabitur ætas, quia antecessor suus non mutauit causam possidendi per talem translationem. Sumi poterit exemplum de breui de ingressu post disseysinā, vbi in vita disseysiti assisa arramata est, & visus terræ factus est, vel sine clausulis illis non expectatur ætas hæredis disseysitoris, quod quidem fieret nisi assisa arramata esset cum posset. Et etiam quous assisa mortis antecessoris arramata non esset erga dominum capitalem, tamen si alienauerit, & maxime dum hæres fuerit infra etatē, & inde feoffauerit aliquem, & mortuo domino capitali, hæres domini capitalis vocetur ad warrantum per chartam patris sui, propter hoc non remanebit assisa capienda sed capienda erit tali modo, quòd si petens recuperauerit salua sit tenenti warrantia sua, cum hæres domini capitalis ad ætatem puenierit, vt de vltimo itinere M. de Pateshull in comitatu Norff. anno regis H. decimo secundo Assisa mortis antecessoris si Eudo pater walteri, de 36. acris terræ cum pertinentijs in Esterbergh quam terram Ranulphus de Braham tenuit, qui vocauit inde ad warrantum Rogerum le Bigot qui tunc fuit infra ætatem, & per chartam H. Bigot com̄ Norff. patris ipsius Rogeri, & vbi ideo cōsideratum fuit quòd caperetur assisa, et si iurati dicerent quòd Eudo seysitus obiit vt de feodo & walterus recuperasset seysinam

De Assisa Mortis antecessoris. Ca. 11. Fol. 27d

finam suam; et quod Ranulphus exposcit usque ad ætatem Rogeri, & tunc haberet recuperare suam. verius Rogerum de warrantia. Item dicitur (in tali villa) ad quod respondeatur ut supra, de noua disseysina si error in breui inueniatur. ¶ 3. Item ad hoc quod dicit (die quo obiit) excipi poterit & responderi, quod licet antecessor aliqua hora diei esset in seysina, tamen nõ obiit seysitus, quia cum mane, vel alia hora esset in seysina, eodem die dedit terram illam tali hora tertia, & obiit hora nona. Item longè ante mortem suam dimisit se & terram illam dedit tenenti ei, qui nunc tenet per chartam suam quam profert, & ita quod finis factus fuit in curia domini regis, & cyrographum per breue de warrantia chartæ, & ita quod prædictus antecessor in curia dñi regis recognouit donum & warrantizauit ei terram illam sicut illam quam tenuit & habuit de dono suo. ¶ 4. Ad quod potest petens replicare & dicere, quod quicquid tenens dicat de donatione vel charta, nunquã seysinam habuit per donum nec per chartam illam, sed ille qui donasse debuit, semper in seysina remansit post chartam sicut ante, & nõquã statum mutauit, sed ita obiit seysitus ut de feodo, & inde ponit se super assisam. Dicere etiã poterit quod finis & cyrographum ei nocere non debeant, cum dependant ex dono quod principale esse debuit, quod quidem nullum est, & cum principale non subsistat, ea quæ sequuntur locum habere non debent. Item dicere possit & firmare intentionem suam, quod breue de warrantia chartæ per falsam suggestionem fuit impetratum, per hoc quod dedit curiæ dñi Regis intelligi, quod fuit in seysina & non fuit, & ut de cyrographum quod subsequitur ex tali falsitate & deceptione valere nõ debet. Itẽ nec recognitio facta ab eo qui donasse debuit (quod talis fuit in seysina cum non esset) valere debet, quia non conuenit naturæ confessio nec veritati, & quod talis ita obiit seysitus petit assisam. Ad quod si tenens se tenuerit ad finem & de replicatione petentis se noluerit ponere in assisam, in defensu remanebit, & sic amittet per iudiciũ sine iurata vel assisa, indefensus enim esse poterit petens contra tenentem quoad exceptionem. Eodẽ modo quo & tenens contra petentem quoad actionem, si actioni sive intentioni petentis respondere noluerit, & illud idẽ dici poterit de replicatione & triplicatione, & ulterius. Cum autẽ tenens gratis se posuerit in assisam vel iurata, per hoc terminabitur negotium de seysina. Itẽ dicere possit quod non obiit seysitus antecessor, quia longè ante mortem suã fuit disseysitus & sibi perquirere noluit in vita sua propter suã negligentiam, vel non potuit propter suam impotentiam, & sic cadit in assisam mortis antecessoris finis factus assisæ nouæ disseysinæ. Itẽ dicere poterit quod ille de cuius morte profert assisam viuus est. ¶ 5. Itẽ ad hoc quod dicit (propinquior heres) excipi poterit & responderi quod alius est propinquior licet ipse petens propinquus sit, vel propter etatem vel sexum ut supra. Item dicere potest quod si talis sit propinquior, alius est adeo propinquus, cum terra sit partibilis & qui non nominatur in breui. Itẽ dicere potest quod ille qui petit sicut hæres propinquior nõ potest esse hæres propinquior nec propinquus nec remor, quia villanus, & sic cadit in assisam mortis antecessoris questio status, & qualiter determinari debet illa exceptio perpendi poterit ut supra, in tractatu de noua disseysina.

Item

Lib.iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

Item si quis in actione proprietatis p. breue de recto petierit id quod quis tenuerit in dominico in dominico, et id quod in seruitio in seruitio, id quod semel in seruitio petierit, nonquam postea petere potest in dñico. Secus tamen est in causa possessionis, vt si quis petat p. assisam mortis antecessoris, poterit petens corrigere errorem & non tenet talis replicatio in causa proprietatis. ¶ 6. Item (quam terram talis tenet) ad quod potest excipi & responderi a tenente, quòd totam non teneat cum tota ab eo petatur nec in tenemento nec in eius pertinentijs, sicut illam petit nec sicut antecessor illam tenuit. Item si dicat quòd totum tenementum non teneat, sed alius talis, & ex aduerso respondeatur quòd ille talis villanus sit ipsius tenentis, & de eo teneat in villenagio, nisi ille qui hoc exceperit statim habeat probationes ad manum parentes vel alias, recedet tenens quietus de hoc breui: vt de itinere Abbatis de Rading & M. de. pateshull in com. war, Assisa mortis, si Fredericus.

1. ¶ Exceptio si petens remisit vel confirmauit postquam ius ad eum descendit. 2. Exceptio ubi non iacet assisa mortis antecessoris. 3. Vbi non iacet assisa mortis antecessoris. 4. Vbi cadit assisa. 5. Si felonia obiecta fuerit. 6. Si duo petant per assisam versus unum. 7. Qualis seysina habita tollit assisam. Cap. 13.

PRæter exceptiones & responsiones quæ nascuntur ex articulis breuis, sunt aliæ exceptiones plures quasi extra vagantes quæ proueniunt a casu siue ab euentu, et quarum quædam differunt assisam ad tempus & quædam breue perimunt, & quædam assisam. Si autem breue perimatur propter errorem tunc fiat vt supra in alijs assisis. Videndum est igitur quando & p. quas exceptiones cadit assisa in primis. Et sciendum quòd respondere poterit tenens & excipere, quòd licet omnes articuli supradiçti in breui contenti veri sint, tamen ille qui nunc petit vt hæres propinquior non habet actionem per assisam, quia alius hæres propinquior ante ipsū petentem intercedens, & qui antecessorem communem (de cuius morte nunc petens profert assisam) superuixit, licet seysinam non haberet, totū ius suum in possessione & in proprietate quod ei descendit vel descendere potuit remisit, & quietum clamauit prædicto tali tenenti. Et inde habeat probationem, chartam vel assisam, ad quod habeat petens si possit replicationem. Item potest tenens excipere & respondere, quòd sine dño rege non debet respondere, quia terram illam tenet de dono domini regis vt in seriantia, vel de eschaeta sua, vel alio modo: quo casu, requirenda erit voluntas ipsius domini regis. Item eodem modo si de alio teneat quàm de domino rege, si confirmationem habeat ipsius domini regis, dū tamen per confirmationem talem tenetur dominus Rex ad excambium, sine eo non respondebit. Si autē non teneatur ad excambiū, sine eo respondebit. Item excipere potest & dicere, quòd terram illam tenet de dono alicuius post mortem talis antecessoris sicut alicuius fratris ipsius petentis antenati, si replicetur quòd donare non potuit: triplicetur q. pater eorum communis dedit, & licet donum non valeret quasi imperfectum, quia talis antecessor donator seysitus obiit, ille frater antenatus licet seysinam non haberet, illud donum patris sui confirmauit, et quod ab initio inua-

inualidum fuit quia imperfectum, per confirmationem validum fecit & perfectum, quia confirmatio suppleuit defectum. Item respondere poterit quod terram illam tenet de dono antecessoris de cuius morte petens profert assisam. Quo casu, si replicetur quod in vita talis nunquam seysinam habuit, triplicari poterit a tenente quod ille petens donum patris vel alterius antecessoris, licet non plenum vel non perfectum, tamen sicut aliquod & inceptum confirmavit. Item respondere poterit quod pater petentis per assisam villani fuit, & ideo quod heres esse non possit. Ad quod si replicetur a petente quod licet talis antecessor suus villanus esset, tamen liberatus fuit a villenagio cum tota sequela sua quocumque modo liberationis, & cum patri vel alteri antecessori suo competeret assisa novae disseysinæ si de tenemento illo disseysitus esset & per assisam recuperare posset, eadem ratione competere deberet filio tale & heredi vel filie sicut sequelæ suæ assisa mortis antecessoris de tenemento de quo pater sic obiit seysit ut de feodo. Filij vero siue filie villani sub potestate domini sui sine manumissione in villenagio manentes si perquisitum fecerint extra villenagium, nullum habebunt hereditatem nisi dominum suum, dum tamen in vita villani in manum suam ceperit illud tenentum vel post mortem. ¶ 2. Item si soror contra sororem petat per assisam tenentum quod descendat a communi stipite, excipi poterit a sorore tenente quod assisa non iacet propter paritatem iuris, cum quælibet illarum quoad seysinam & quoad ius sit hæres propinquior, & ideo quod agi oportet de iure per breve de proparte. Item si duæ sorores petant simul per assisam quarum una sit legitima & altera bastarda, & cum iuratores hoc testati fuerint, & quod una illarum ante sponsalia nata fuit & alia post, nihilominus procedet assisa & utraq; per assisam recuperabit, salvo iure cuiuslibet impofterum, & ita quod soror legitima cum voluerit & ad ætatem peruenerit agat contra sororem per breve de recto, & opponat bastardiam sorori tenenti replicando: ut de Itinere M. de P. in com. Suff. assisa mortis antecessoris de quadam Mabilia & Iohanna. Illud etiam dici poterit (ut videtur) de villano partcipe cum liberis, quia eadem ratio & idem ius, secundum quod obseruatur in com. Cornubiæ de consuetudine quæ talis est, quod si liber homo ducat nativam aliquam in uxorem ad liberum tenentum & liberum thorum si ex eis duæ precreantur filie, una erit libera & altera villana, quia ibi partiti sunt pueri inter liberum patrem & dominum uxoris villanæ, sed in hoc casu videtur quod ita debeat obseruari ut supra. Item potest tenens respondere heredi petenti per assisam & concedere quod hæres sit, sed seysinam habere non possit usque ad tempus: ut de itinere w. de Raleigh in com. Buck. assisa mortis antecessoris si Alicia. Ad quod replicari poterit a petente quod tenentum illud retinere non poterit per legem Angliæ, quia prolem non habuit cum uxore, & si pueros habuit, conuicti sunt ad bastardos. Item si pueri mortui sunt in utero, vel nati monstruosi. Item si concedatur quod talis obiit seysitus ut de feodo, tamen hæredes nihil capere poterunt per assisam, quia antecessore mortuo, tenens quod prius tenuit ad terminum statim ex conventionione & pacto incontinenti apposito incepit possidere, ad vitam vel in feodo. Et unde si hæres incepit per assisam petere, obstabit ei imperpetuum vel ad tempus exceptio conventionionis, quia statim & sine mora in morte ipsius antecessoris sine tem-

Lib. iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

pore vel aliqua solemnitate incipit tenens possidere ex ipsa conuentione, quia si in feodo, ius quod descendere deberet hæredi statim descendit possessori. Et eodem modo dici poterit de terra data pignori quod remaneat creditori si pecunia suo die soluta non fuerit vel certæ personæ a certa persona etiam sine die vt supra . Et etiam quòd creditor incipit possidere in feodo in ipsa morte debitoris si sine die vel in crepusculo si ad diem , cùm tota dies cedat soluenti : et ita eodem modo quo priùs statim & sine mora descendit ius merum ipsi creditori . Item si quis petat per assisam versus vxorem quæ tenet nomine dotis , id quod plus teneat quàm ad ipsam pertineat tenere nomine dotis, quia ibi locum habet amensuratio. ¶ 3. Item non iacet assisa si soror petat per assisam versus nepotem filium sororis suæ , cui si replicando obiectum fuerit quòd hæres esse nõ possit eo quòd pater suus villanus fuit, si nepos dicat quòd ipse liber sit & hæres legitimus matris suæ & etiam hæres ipsius amitæ petentis, non iacebit assisa , quia ista responsio spectat ad ius : vt de itinere Martini de Pateshull in comitat Lincolniæ año regis Hærici decimo assisa mortis antecessoris si Agnes filia Euæ de Benyngworth . Item remaneat assisa , si mulieri petenti per assisam obijciatur quòd sororem habuerit de qua sunt pueri superstites qui tantùdem iuris habent quantum habet illa quæ petit . Ad quod si respondeat quòd tales pueri villani sunt & ex villana progeniti , licet hoc aliquo modo constiterit, assisa remanebit, quia hoc totum pertinet ad ius, vt supra de eodem : vt de Itinere Wilhelmi de Ralegh in comitatu Buck. assisa mortis antecessoris si Henricus Russell . Item impeditur assisa si petenti per assisam obijciatur quòd pater suus villanus fuit , & ipse contra , quòd statu liber fuit & statu liber obijt, & extra potestatem domini sui. Et quia petitus in seruitutem perquisiuit sibi breue de pace vsquè ad aduentũ iustitiariorũ & pacem habuerit , sed ante aduentum eorum obijt in statu libero, & sic processit assisa non obstante illa exceptione . Item si frater antenatus filium habuerit vel filiam , nepotem vel neptem , & frater postnatus de morte fratris medij petat per assisam versus extraneam personam , si filius vel alius hæres ex fratre ante nato mortuo producantur , vel aliquo modo constiterit quòd talis extiterint per iuratores cum sacramento vel sine , cadit assisa . Si autem non producantur , vel constare non possit quòd tales extiterint , vel forte iuratores dubitauerint vtrum ita sit vel non , tunc inter partes procedet assisa . Item cadit assisa si tenens excipiat quòd ille qui petit vel alius hæres propinquior alia vice mouit ei litem de eadem terra , & tunc remisit ius, vel si hoc fecerit sine lite non refert , dum tamen hoc probari possit quocunquè modo . Item si per iudiciũ vel concordiam ei remansit tenementum . Item cadit assisa si ordo breuium non seruetur , vt si cùm primò egerit per breue de recto , & postea agere velit per assisam . Item non iacet inter fratrem antenatum & postnatum cùm postnatus in seyfina fuerit nec econtrariò de morte fratris medij & vbi frater antenatus non possit esse hæres & dominus , cùm locum ibi habeat

De Assisa Mortis antecessoris. (4. 13. Fol 272.

beat breue de recto & non assisa mortis antecessoris: vt de itinere episcopi Dunolmen. et M. de Pateshull in comitatu Eborum anno regni regis H. quarto. Assisa mortis antecessoris si Rogerus de Maundeuille. Item non iacet assisa vbi petitur per assisam tenementū in dominico ab eo qui nihil habet in dominico nisi tantum seruicium: Vt de itinere Abbatis de Reding & M. de Pateshull in comitatu Hereford, assisa mortis antecessoris si wilhelmus Nowell. Item cadit assisa propter confirmationem factā ab eo qui irritare posset donum & reuocare nisi ipse petens docere possit manifeste quod antecessor suus, de cuius morte profert assisam, seysitus fuerit de terra illa & inde seysitus obierit. Item cadit assisa propter consuetudinem loci, vt in ciuitatib⁹, burgis, & villis & terris, & tenementis quæ sunt de perquisito, sicut in Ciuitate London & alibi de terris & tenementis quæ vendi possunt sicut catallum. De alijs vero quæ hæreditariè descendunt bene iaceret assisa, quia legari non possunt non magis quàm aliæ terræ forinsecæ in quibus iacere deberet assisa, quia legari non possunt nec videtur ratio quare non. Reuera terminatum est quod potest legari vt catallum tam hæreditas quàm perquisitum p Baroñ Lōdoñ, & Burgenses Oxoñ & ideo verum est quod in Burgis non iacet assisa mortis antecessoris. Item nec in dominicis domini Regis iacet assisa mortis antecessoris nec nouæ disseysinæ, quia ibi non est liberum tenementum sed villenagium priuilegiatum, nec etiam breue de recto magnum, quia loco omnium accipitur paruum breue secundum consuetudinem manerij vel aliud breue formatum, licet aliquando iaceat in membris: vt de Itinere Abbatis de Rading & M. de Pateshul in comitatu Leycest^r assisa mortis antecessoris si Gilbertus. ¶ 4. Item cadit assisa si petatur tenementum vel seruicium per assisam ab eo qui nihil clamat in tenemento. Item si petat tenementum in dominico ab eo qui nihil tenet nisi in seruitio & homagio. Item si partim petat in seruitio de eo qui tenet tenementum in dominico, responderi potest quod nihil clamat in seruitio nisi tantum in tenemento. Si autem petat tenementum vbi tenens nihil habet nisi seruicium, respondere potest quod nihil clamat in tenemento nisi tantum in seruitio & homagio, vel in neutro, & ideo sine die. De hac materia habetis in Itinere Abbatis de Rading & M. de Pateshull in comitatu War^r, assisa mortis si wilhelmus Turpin. Item cadit assisa si dicat petens quod petit id quod tenens tenet in dominico in dominico, & id quod tenet in seruitio in seruitio, non valet, quia oportet petentem ita petere & tali modo per omnia, secundum quod antecessor inde seysitus fuerit die quo obiit, scilicet totum in dominico secundum formam breuis. Item cadit assisa si petens petat per assisam quod per iudicium amisit, quia cadit assisa propter exceptionem rei iudicatæ, & agat si voluerit de falso iudicio. De hac materia inuenitur in rotulo de placitis quæ sequuntur Regem anno regni regis Henrici vicesimo primo in comitatu Eborum, assisa mortis si Stephanus de Pulthorp. Item cadit assisa propter incertitudinem, vt si ille qui petat nesciat Iuratoribus rem petitam ostendere vel designare, nec quid nec quantum petierit, nec

ZZz. ij.

vbi

Lib.iiii. . De Assisa Mortis antecessoris.

vbi nec in quo loco . Item remaneat assisa propter assisam quæ præcessit inter easdem personas de eodem tenemento & de eadem seysina , quia assisa super assisam capi non debet , secundum quod inferius dicitur plenius . Sed si probari possit aliquo modo , vt si talis natus fuerit in aliquo comitatu vbi breue domini regis non currit , mittant iustitiarj de consilio curiæ ad comitatû in quo talis natus fuerit ad inquirendam veritatem super articulo illo tantum , & inquisita veritate procedant iustitiarj pro vel contra . Breue quidem tale est . Vicecom saluem . Scias quòd cum assisa mortis antecessoris summonita esset &c. et sic totum factum de hac materia vt supra de assisa nouæ disseysinæ , & inde sine breui poterit negotium & inquisitio fieri , si iustitiarj venerint personaliter ad comitatû illum . Et sciendum quòd primi iuratores qui ignorât non dant nec auferunt , quia ius merum reuertitur ad dominum capitalem cum sit pro hærede , & ideo nullus poterit esse hæres propinquior licet propinquus quo ad seysinam , quia nulli descendit ius merum . Item cadit assisa ppter plurium hæredum coniunctionem qui sunt quasi vnus hæres & vnum ius habentes , siue sint petentes siue tenentes si omnes in breui non nominentur , secundum quod inferius in breui plenius dicitur in tractatu de exceptionibus . Item petens nihil capiat per assisam vbi iuratores ipsum non cognouerint , vel si cognouerint personam , nesciunt si sit hæres vel non , vel si sciuerint quòd sit hæres , nesciunt tamen vtrum propinquus vel remotus , quia quotienscunque dubitatur an quid sit perinde est ac si non esset illud . Et quia si iuratores nihil sciuerint vel dubitauerint , nihil probant dictum petentis , & sic deficit probatio licet ius non deficiat . Item si dicant iuratores quòd ille qui petit , fratrem habet antenatum in partibus transmarinis (vt credunt) sed nesciant vtrum mortuus fuerit vel non , sed bene dicant quòd si mortuus esset , iste qui petit esset hæres propinquior , tunc per officium iudicis detur seysina petenti sub tali conditione , quòd si frater antenatus viuus redierit , quòd frater postnatus qui petit sine placito restuat ei seysinam suam cum redierit , & sic erit in pendenti seysina fratris postnati donec de morte fratris antenati constiterit . De hac materia habetis de Itinere Wilhelmi de Raleigh in comitatu Buck. assisa mortis si Richardus Faber . Et quid si frater postnatus sic moritur seysitus relictis hæredibus infra ætatem existentibus , & tunc redeat frater antenatus vel si hæredes plenæ sint ætatis , quæritur an sine iudicio possint expelli : videtur quòd bene possunt , quia pater eorum qui inde seysitus obiit nullum habuit feodum in vita fratris antenati nisi conditionale . Item casus . Filius & hæres interficit patrem , descendit ius hæredi non obstante feloniam & cum eo remanet donec conuincatur , & eo conuicto & in seysina existente retrohabitur tempus vsque ad perpetrationem feloniam , & nihil descendet ad hæredes propter seysinam . Si autem nullam seysinam habuerit , & postnatus assisam portauerit de seysina patris communis . ¶ 5 . Item cadit assisa propter feloniam obiectam & conuictam , vt si antecessor de cuius seysina petitur vel ille

De Assisa Mortis antecessoris. (a. 13 Fol. 273.)

vel ille qui petit per assisam vel alius hæres intercedens qui antecessorem superuixerit, vel si vlagatus fuerit propter contumaciam licet de feloniam non conuictus, vel si conuictus fuerit & ad pacem restituatur, cadit assisa: & quamuis quis feloniam fecerit & antequam conuincatur obiecerit forte ante mortem patris vel alterius antecessoris de cuius morte assisam protulit, procedet assisa & non remanebit. ¶ 6. Item differtur assisa, vt si duo petant vnum & idem tenementum versus eundem per assisam, ad vltimam assisam erit recurrendum, & differri debet prima vsque ad captionem secundæ, quia non debet vnus de eodem tenemento duobus simul respondere, & hoc siue petant per assisam de seysina vnus antecessoris vel duorum. Et si de seysina duorum, primò debet procedere assisa de seysina eius qui vltimò obiit seysitus: vt de itinere Abbatis de Radinge in comitatu Hereford año regis Hérici quinto incipienti sexto Assisa mortis antecessoris si Laurentius Galant. Item cadit assisa per seysinam alicuius hæredis habitam post mortem alicuius antecessoris cuius seysina petatur, quia si hæres cum semel seysinam habuerit donationem fecerit, si ad assisas recurrere posset a se rite factas irritare posset.

¶ 7. Videndum est igitur qualis seysina tollit assisam & quæ non. Et sciendum quod si seysina momentanea fuerit quod tenens in tam modico tempore donationes fecisse non potuit & alienationes, vel si forte infra ætatem fuerit quod donationes ab eo factæ tenere non debeant, vel si per modicum tempus post mortem antecessoris sui per intrusionem vel per disseysinam & postea eiectus recenter, vel cum disseysitus recuperauerit versus ipsum per assisam nouæ disseysinæ, non obstante tali seysina ipse hæres habebit assisam mortis antecessoris, quia talis seysina quam prius habuit conuicta est ad nullam, siue iniuriosam, tum quia parua fuit intrusio, tum quia ea durante nulla facta fuit donatio ab hærede, nec alienatio nec possessionis mutatio. Et si aliquis inde eiectus fuerit, recuperat seysinam suam adeo plenè & integrè sicut illam amisit. Sed cum hæres petat post talem disseysinam per assisam mortis antecessoris, & obijciatur ei quod assisam mortis antecessoris demeruit, eo quod sine iudicio propria autoritate sibi usurpauit quod per assisam petere debuit, si obstare debeat talis exceptio? non video quare non. Si quis autem exceptionem seysinæ prius habitæ opposuerit, oportet duo probare, quod in seysina extiterit & quod donationes fecerit dum fuit in seysina, & quod talis ætatis extiterit quod donationes factæ reuocari vel irritari non possunt, alioquin non valebit exceptio. Et vnde si hæres hoc negauerit, per assisam captam in modum iuratæ veritas declarabitur. Si autem obijciatur seysina quam quis habuerit dum fuerit infra ætatem, non nocet: quia non obstante tali seysina, si infra ætatem donationes fecerit, illas reuocare poterit per assisam mortis antecessoris, vel per breue de ingressu, vel per breue de recto: secundum quod elegerit, siue donationes fecerit custodi suo siue alij, nisi cum plenè ætatis extiterit donationes illas confirmauerit. Assisa vero nouæ disseysinæ contra tales non habebit, quauis infra ætatem

Lib.iii. De Assisa Mortis antecessoris.

tatem gratis exiuit. Si autem custos dederit dum hæres fuerit infra ætatem, habebit hæres assisam nouæ disseysinæ & omnia alia remedia supradicta. Et notandum quod seyfina præhabita tollit hæredi assisam mortis antecessoris cuiuscunque fuerit ætatis si fuerit iusta, licet pareat ei assisa nouæ disseysinæ, ea ratione quod cõiuncta est possessio cum ipso iure: & ideo si recenter post mortem antecessoris eiectus fuerit hæres, habebit vtramque secundum electionem suam, quia sese compatiuntur & nulla earum excludit aliam de recenti seyfina, ordine tamen seruato. Si autem fuerit iniuriosa non tollit assisam, quia non facit liberum tenementum hæredi, quia non possunt coniungi iuri, nec valet coniunctio cum possit seyfina reuocari, nec valet iuncta nisi iure iuncta. Igitur cum hæres seyfinam antecessoris sui iniuste sibi vsurpauerit per disseysinam, talis seyfina nulla erit, quia non facit hæredi liberum tenementum, & ideo non tollit assisam mortis, quia iudicatur ad nullam. Item si cum iusta fuerit & hæres donationem fecerit dum fuerit infra ætatem, tunc erit donatio inualida ex quo reuocari poterit ab hærede. Et ideo licet talis donatio reuocari non possit per assisam nouæ disseysinæ propter factum proprium quale quale, non tamen tollitur assisa mortis antecessoris ad seyfinam præhabitam rehabendam. Cum autem hæres plenæ ætatis in seyfina fuerit iusta, quæ reuocari non possit & donationem fecerit, tenet donatio & tollit assisam. Si autem eiectus fuerit iniuste, habebit assisam nouæ disseysinæ & tollitur assisa mortis antecessorum propter seyfinam præhabitam & iustam. Si autem iniuriosa fuerit (vt supra prædictum est) non tollit assisam mortis antecessoris cum sit nulla (vt supra) & si cum iusta fuerit fiant donationes tempore cõgruo & locum habere possit assisa mortis antecessoris, sic posset hæres omnes donationes suas ritè factas per assisam reuocare, quod esse non debet. Et hæc est causa quare seyfina præhabita tollit assisam mortis antecessoris & non alia. Item cadit assisa per exceptionem villenagij, vt si villanus sub potestate domini sui constitutus terram aliquam acquisiuerit pro denarijs suis tenendam liberè & ita obiit seyfitus, si dominus suus (sub cuius potestate moritur) se posuerit in seyfinam post mortem talis, filius villani per assisam mortis antecessoris nõ recuperabit versus dominum suum, hoc recognito quod pater suus villanus & sub potestate domini sui obierit, vt de vltimo Itinere M. de P. in comitatu Suff. assisa mortis si wilhelmus de Carleton, quia vbi nulla assisa nouæ disseysinæ in persona antecessoris, ibi erit nulla assisa mortis antecessoris in persona hæredis sed econtrariò. Sed contra esset si extra potestatem domini sui extiterit, & in statu libero & petitus in seruitutem & perquisiuerit sibi breue de pace & sic obierit ante iter iustitiariorum. Si autem sub potestate constitutus sibi breue de pace perquisiuerit, non valet: nisi procedat petitio per breue de natiuis. Item cadit assisa aliquando propter incertitudinem, vt si tenens dicat quod totam terram non tenet, & iuratores quæsi cum sacramento vel sine, dicant quod nesciant: vt de itinere W. de Raleigh in comitatu North. si Wilhelmus de Camera. Item cadit assisa propter defectum naturæ vel sensus

De Assisa Mortis antecessoris. Ca. 14 Fol. 274.

sensus ipsius tenentis, ut si omninò audire vel loqui non possit, ut si sit surdus vel mutus naturaliter ita quòd omninò audire non possit nequè loqui, quod non est de eo qui tardè audit vel loquitur: ut de Itinere W de Raleigh in com North. Assisa mortis antecessoris inter Radulphum Basset & Thomā de Pictesle. Si autem a casu venerit illa surditas, tunc nò cadit assisa sed erit differenda quousq; status ipsius tenentis melioretur. Et quod dictum est de surdo & muto, dici poterit de furioso, secundum quod gauisus fuerit aliquando dilucidis interuallis. Item cadit assisa ppter cōtinationē seysinæ donatoris, verbi gratia. Pater dedit filio quandā terrā & simul remanserunt in seysina, filius præmoritur viuente patre relicto hærede, si hæres petat per assisam, non valet propter seysinā patris continuatam, quam corpore & animo retinuit: ut de ultimo itinere M. de P. in com Suff. assisa mortis antecessoris si Rogerus Battayl. Si autem pater præmoriatur, hæres ipsius obtinebit per assisam propter seysinā patris continuatam vsq; ad mortē. Item cadit assisa ratione iuris & æfneciæ ut si frater petētis antenatus præmortuus filium reliquerit superstitem & de quo doceri possit quòd superstes sit per iuratores cum sacramento vel sine. Si autem nihil horū doceri possit, vel si iuratores dubitauerint vtrū ita sit vel non, tunc procedet assisa inter eos qui præsentēs sunt. Item cadit assisa si a tenente obijciatur quòd petens vel alius hæres propinquior aliās mouit ei litem de eadem terra, & quòd tunc remansit ei terra per iudicium vel duellum vel magnam assisam, vel finem factum, recognitionē, quietam clamantiam, vel alio quocunq; modo qui probari possit per assisam captam in modum iuratę. Item cadit assisa propter ordinem breuiū non obseruatum, ut si prius implacitauerit petens ipsum tenentem per breue de recto vel de ingressu ita quòd visus petitus sit vel warantus vocatus: ut de Itinere Wilhelmi de Raleigh in comitatu Buck. assisa mortis si Richardus Auenel. Idem erit, si effonium interuenerit, ut de itinere martini de Pateshul in comitatu Kanc. anno duodecimo assisa mortis antecessoris si Manasserus de Hastings. Item cadit assisa si tenens teneat de balliuo domini regis, vel si chartam domini regis habuerit per quam dominus Rex ei teneatur ad warantum et excambium nisi petens docere possit quòd antecessor suus inde obijt seysitus post illius chartæ confectioem.

1 ¶ Exceptio si contra minorē qui est infra aetate petatur per assisā mortis a maiore qui est plena aetatis. 2. Si minor contra minorem. 3. Si minor contra maiorem. 4. Si minor petat cōtra minorem q. distinguendum de seysina mortui tenentis. Cap. 14.

Datur etiam exceptio tenenti propter minorem ætatē suam siue sint ibi plures tenentes siue vnus. Et quandoq; maior petit per assisam mortis antecessoris versus minorē, quādoq; minor cōtra maiore, quādoq; minor cōtra minorē. Et sicut distinguuntur ætates & psonę, ita oportet distinguere tenēta, vtrū. s. tenētum quod petitur per assisam teneatur in focagio, vel Burgagio, vel per seruitium militare. Item vtrum ille

Lib.iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

ille qui tenet fuerit infra ætatem vel ille qui petit. Item videndum erit de quibus tenementis respondebit ante plenam ætatem, & de quibus non & ad quæ breuia & ad quæ non. ¶ 2. Si minor petat contra minorem per assisam mortis antecessoris & qui proximus ætati non fuerit, minor summonitus se effoniare non poterit contra minorem non magis quàm contra maiorem si constiterit ipsum esse minorem, si autem non constiterit, allocatur quandoquæ effonium quasi per ignorantiam, nisi sit qui causatur minorem ætatem, sed contra minorem qui petit in causa possessionis nunquam allocabitur effonium factum a maiore nec a minore. Sed cum ante plenam ætatem viginti & vnus anni peti possit Burgagium & Socagiũ cõtra maiorẽ, quæro an eodem modo possit cõtra minorem ante plenã ætatẽ viginti & vnus anni in causa proprietatis & in causa possessionis? Non possit (vt videtur) de aliquo de quo antecessor seysitus obiit vt de feodo: secus esset si ad terminum vitæ vel annorum, vel in custodia, vel in vadio per finem vel conuentionem & huiusmodi. Cum autem comparuerit, si constiterit ipsum esse minorem nõ respondebit de aliquo tenemento in aliqua causa possessionis vel proprietatis, antequam fuerit plenæ ætatis siue illud tenementum fuerit Socagium, Burgagium, vel feodum militare, licet diuersæ sint ætates ad petendam seysinam antecessoris contra minorem antequam respondebit, secundum quod tenementa sunt diuersa, & secundum quod causa fuerit possessionis vel proprietatis, quia ante plenam ætatem viginti & vnus anni, potest hæres petere seysinam antecessoris sui in causa possessionis per assisam mortis antecessoris contra maiorem. In causa vero proprietatis petere non potest maior nec minor cõtra minorem per breue de recto, qualecunq; fuerit tenementum, antequam minor tenens plenam ætatem habuerit viginti & vnus anni. Et cum sic minor obtinuerit per assisam ante plenam ætatem in causa possessionis, non respondebit ad assisam in eadem causa possessionis si ab eo peteretur per assisam, scilicet in Burgagio, & socagio ante ætatem talium. In feodo vero militari non ante plenam ætatem respondebit, scilicet viginti & vnus annorum non magis quàm ei respondebitur. Si autem petat per assisam feodum militare, nec magis respondebit ad assisam in feodo militari ante plenam ætatem viginti & vnus anni, quàm si peteretur per breue de recto in causa proprietatis. Item quod minor petere non potest per assisam cum effectu antequam fuerit plenæ ætatis secundum diuersitatem tenementorum, hoc verum est si petat contra custodes, quia si ipse prima facie habeat actionem, custos habebit contra eum exceptionem, scilicet quod nõ antequam plenæ ætatis fuerit, & ita ante ætatem non respondebit. Si autem petat per assisam versus extraneas personas & versus capitalem dominum suum qui negauerit ipsum esse hæredem, bene potest petere quolibet tempore per assisam, cuiuscunquæ fuerit ætatis. Sed quicumquæ sit qui petat versus eum & pater suus inde obierit seysitus vt de feodo, ante plenam ætatem non respondebit, secundum quod tenementum fuerit tale vel tale, nec in causa possessionis non magis quàm in causa proprietatis.

Item

De Assisa Mortis antecessoris. @ 14Fol. 275.

Item in assisa habenda est ratio prioritatis & posteritatis, secundum quod supradictum est Si autem capitalis dominus vel alius qui custodiam habuerit per ipsum aliquem feoffauerit de terra minoris dum fuerit infra ætatem, & feoffatus per custodem moriatur relicto hærede infra ætatem existente, cum ad ætatem peruenerit primus hæres petat per assisam versus vltimum hæredem feoffati vel per aliud breue, quod reddat tali qui plenæ ætatis est (vt dicitur) remanebit assisa quousq; vltimus hæres fuerit plenæ ætatis secundum genus tenementi. Si autem ambo fuerint plenæ ætatis & ambo petant versus custodē per assisam vel per aliud breue q̄ reddat tali qui plenæ ætatis est (vt dicitur) vltimus hæres prius obtinebit, & tunc demum cadit assisa primi hæredis versus custodem, & incipiet de nouo competere versus vltimum hæredem qui per assisam obtinuit, & ille tunc vocet ad warantum capitalem dominum feoffatorem suum. Et cum ille warantizauerit, tunc procedet assisa primi hæredis versus eum, & si per assisam obtinuerit hæres, tunc faciat warantus excambium suo feoffato. Item si capitalis dominus feoffauerit & moriatur hærede suo infra ætatem existente & hæres vocatus fuerit ad warantum per eum qui feoffatus fuit per capitalem dominum, remanebit placitum de warantia inter tenentem & hæredem domini capitalis vsq; ad ætatem hæredis, sed capiatur assisa: vt de eodem Itinere eiusdem M. Anno eodem, assisa mortis antecessoris in Eudo pater VValteri, quam terram Rogerus de Braham tenuit qui vocauit ad vvarantū Rogerum le Bygod filium & hæredem com̄ Hugh le Bygod, & qui tunc fuit infra ætatem. Et ibi consideratum fuit quod caperetur assisa non expectata ætate, & ita probatur in pluribus locis. Sed esto quod feoffatus moriatur seysitus & hæres eius fuerit infra ætatem, ætas eius expectabitur, quia antecessor suus obiit inde seysitus vt de feodo, & sic de pluribus dici poterit si terra sic data ad plures deuenierit. Et quod supra dicitur de capitali domino, dici poterit de hæredibus eorum qui moriuntur seysiti vt de feodo sed ad terminum & vt de vadio & huiusmodi. Sed quid dicetur de disseysitore & intrusore qui moriuntur seysiti quasi de feodo propter patientiam vel negligentiam disseysiti. Si autem dominus capitalis præmoriatur hærede suo infra ætatem existente, non propter hoc remanebit assisa in persona sua, scilicet hæredis licet contra assisam respondere non potest: ratio est ad hoc, quia antecessor suus nunquam seysitus fuit de tenemento quod warantizare debet in feodo. Et q̄ ita sit, videri poterit in Itinere M. de P. in com̄ Suff. An. Regis H duodecimo, assisa mortis antecessoris si Rogerus de Gloc. Ad hoc facit in itinere eiusdem anno eodem in com̄ Norff. Item si hæres capitalis domini in seysina fuerit & infra ætatem & venerit assisa super eum immediatè, non remanebit assisa propter ætatē: vt de Itinere M. de P. in com̄ Kanc. Anno Regis H. dccimo assisa mortis antecessoris si Emma mater Rogeri. Illud idem dici poterit de quolibet hærede qui fuerit infra ætatē de omnibus de quibus antecessor suus non obiit seysitus vt de feodo, vbi autem vt de feodo, non respondebit ad assisam ante plenam ætatem in causa possessionis sicut hic, siue illud tenementum fuerit Socagium siue feodum militare: vt de Itinere Abbatis

AAAa.j.

de

Lib. iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

de Radinge & M. de P. in cōitatu Leycester. Assisa mortis antecessoris si VValterus filius VVilhelmi. Et eodem modo dici poterit de Burgagio, secundum diuersitatem Burgagij, nec ad breue de recto in causa proprietatis non tenentur respondere infra ætatem (vt videtur) antequam fuerint plenæ ætatis, scilicet viginti & vnius anni. Cùm autem tales qui tenuerint in Socagio vel Burgagio cùm fuerint plenæ ætatis (secundum Socagium & Burgagium) donationes fecerint, quæritur an illas reuocare possunt cùm ad maiorem ætatem peruenerint, scilicet viginti & vnius anni, ac si illas fecissent de feodo militari? dico quòd non in quibusdam locis, sicut videri poterit in Itinere M. de P. in comitatu VVarri An. Regni Regis H. quinto in fine rotuli. Hæc autem quæ dicta sunt locum habent in hærede masculino. De foemina vero hærede & infra ætatem existente non omnino sic. De quibus autem minor infra ætatem respondere debeat dicitur plenius infra, de exceptionibus. ¶.3. Si vero minor agat contra maiorem nec tunc locum habebit essonium contra minorem in persona maioris qui tenent, nec si defaultam fecerit maior, locum habebit resumonitio magis quàm essonium, in primo die capiatur assisa & ideo, quia si præsens esset minor nihil dicere possit maior quare assisa remaneret. Et cùm minor per assisam recuperauerit vt de feodo, de iure & proprietate, ante plenam ætatem non respondebit ad breue de recto nec maiori nec minori, sicut nec de aliquo alio placito vbi possit sine recuperatione ex hæredari. ¶.4. Si autem minor petat contra minorem per assisam, bene tenebit ibi assisa in persona minoris petentis. De minore autem qui est in seysina videndum est qualiter adeptus est seysinam, vtrum de facto suo proprio quòd disseysinam fecerit, vel infra ætatem sit feoffatus de quibus infra dicitur. Itē si antecessor suus cuius seysinam habuerit obiit seysit vt de feodo vel alio modo. Si autem vt de feodo, non respondebit ante ætatem, secundum quod superius dicitur in principio si maior petat contra minorem. Si autem non in feodo sed alio modo sicut in vadio, vel ad vitam, vel ad terminum, vel si minor inde feoffatus fuit: capiatur assisa eodem die siue venerit siue non, quia neq; essonium habet locum neq; resumonitio. Sed qualiter & per quod breue sumoniri debeat placitum de warantia cùm hæres domini capitalis ad ætatem peruenerit videndum, breue tale erit. Sumoneas per bonos sumonitores. A. filium & hæredem B. qui plenæ ætatis est (vt dicitur) quòd sit &c. ad warantizandum C. tantum terræ cum pertinentijs in tali villa, quam D. de. N. in curia nostra tali apud talem locum recuperauit versus eundem. C. per assisam mortis antecessoris inde ibi inter eos captam. Et vnde idem C. dum fuit in seysina de eadem terra vocauit inde ad waratum prædictum A. & remansit placitum de warantia per iudicium curiæ nostræ vsq; ad ætatem prædicti. A. quia prius respondere non potuit ad warantiam. Teste. &c.

¹ Si plures sint petentes & plures tenentes in assisa mortis antecessoris. Cap. 15.

Cùm

Cum autem plures sint tenentes in assisa mortis antecessoris & plures petentes, aut sunt omnes infra ætatem vel quidam illorum, & tunc videndum si propter ætatem vnus siue fuerit petens siue tenens debeat remanere assisa ac si omnes essent infra ætatem. Et tunc videndum vtrum participes fuerint qui petunt vel qui tenent vel extranei. Item si participes, vtrum diuisa sit hæreditas vel indiuisa, & siue sit ibi vnus hæres ex pluribus petentibus infra ætatem vel plures vel omnes, non propter minorem ætatem petentium remanebit assisa, cum hæreditas fuerit diuisa præterquam contra dominum capitalem, quia assisam deducere non poterit quod quidem non erit in causa proprietatis. Si autem tenens fuerit vnus vel plures & omnes infra ætatem, & teneant in communi & pro indiuiso, remanebit assisa vsque ad ætatem omnium, quia sunt quasi vnus hæres. Si autem teneant pro diuiso & quilibet sciat partem suam, quilibet respondeat pro parte sua, sed ætas omnium ipsorum vel vnus non erit expectanda, siue placitum fuerit super possessione vel super proprietate de reo: & quia sunt quasi vnus hæres ea ratione quod vnum ius habent, nullus sine alio poterit respondere nec debet, si teneant simul & pro indiuiso. Si autem plures sint filia & hæredes & petant per assisam versus capitalem dominum, illæ quæ sunt plenæ ætatis obtinebunt: Illæ vero quæ sunt infra ætatem in custodia remanebunt, & successiue cum ad ætatem peruenerint habeant partem suam per breue de pro parte & non per assisam, versus extraneos autem si petierint, licet infra ætatem fuerint, procedet assisa non obstante ætate. Sunt etiam plures exceptiones & responsiones contra assisam & quæ sunt communes ad omnia placita, de quibus infra plenius dicitur. Si autem contingat quod plures sunt participes qui teneant & plures qui petant, & secundum quod res quæ petitur teneatur pro indiuiso in communi vel pro diuiso, si aliquis eorum in breui non fuerit nominatus siue petens fuerit siue tenens, quid agendum sit in tali casu infra dicitur plenius, de exceptionibus secundum quod hæreditas diuisa fuerit inter participes. Et in quo casu, non oportet in breui nominare nisi tantum illos qui tenent rem petitam, licet sine participibus suis respondere non teneantur, & qui per aliud breue summonendi sunt ad respondendum & sine quibus &c. Et sic dici poterit de pluribus participibus si vnus petat quod sine alijs ei respondere non debeat. Sed in hoc casu, nisi omnes qui sequi debent in breui nominentur, cadit breue & assisa. Et eodem modo si plures tenentes sint qui teneant pro indiuiso, nisi omnes nominentur, cadit breue omnino. Sed quid si cum omnes nominentur in breui cum teneant vel petant in communi, vnus moriatur licet pars morientis per ius accrescendi accrescere debeat superstitibus cum obtinuerint, tamen cadit breue propter partem morientis quam tenuit cum alijs in communi, & cum pars cuiuslibet ipsorum per hoc quasi ex noua successione augmentetur, alia actio & noua opus erit. Breue autem de summonendo participe inferius.

Lib.iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

De exceptionibus extraneis vt de exceptione felonie. 2. De diuersis casibus. 3. Quod si antenatus fuerit in partibus transmarinis & Iuratores dubitauerint vtrum mortuus vel viuus fuerit fiat maiori scyſina sub conditione. Cap. 16.

Dictum est supra de exceptionibus quæ proueniunt ex articulis breuis vbi capitur assisa in modum assisæ: Nunc autem videndum de exceptionibus quæ a casu proueniunt & aliunde, perimit autem omninò assisam mortis antecessoris obiectio felonie, vt si pater, mater, vel alius antecessor, de morte cuius locum haberet assisa, feloniam fecerit, quia tales nihil transmittere possunt ad hæredes suos si fuerit conuicta. Forissaciunt enim suis hæredibus quicquid eis acciderit tempore felonie, tam ius quàm scyſinam simul vel etiam ius merum per se cum acciderit sine assisa. Item non solum quicquid ei accidit sed quicquid accidere potuit ab aliquo antecessore, sicut videri poterit manifestè. Esto q̄ filius & hæres in vita patris sui feloniam fecerit & obierit in vita patris, licet videatur prima facie q̄ alij post eum hæredes patris cõmunis propinqui incipiant post mortem suam esse propinquiores, tum quia nihil iuris vel scyſinæ descendere potuit feloni viuente patre cõmuni, tum quia non expectauit q̄ esset hæres, videt̄ q̄ tales incipiāt esse hæredes propinquiores, qđ est verum. Sed si contingat filium felonis vel aliū hæredem de morte aut vel fratrem felonis de morte patris cõmunis petere cum felo liberos habuerit, vel si patrē superuixerit cum nullus hæredum istorum poterit esse propinquior hæres nisi ratione iuris meri ad ipsum descendens siue petat per assisā mortis antecessoris, siue per breue de recto, cadit ab vtroq̄, cum sic fieri debeat computatio descensus iuris meri ab antecessore saltem. Et vnde talis scyſitus fuit vt de feodo & iure, & de tali descendit vel descendere debuit tali præmortuo, s. qui feloniam cõmisit, quod esse non poterit. Et vnde si hæres qui feloniam fecerit in vita patris vel alterius antecessoris relictis liberis moriatur vel post, cadit omninò assisa in persona aliorum hæredū. Sed contra videtur: vt de itinere VV. de Ralegh in cõm Kanc. Assisa mortis antecessoris si Adhelolphus, vbi dicitur q̄ feloniam antecessoris non impedit scyſinā hæredis nec successiōnē. Sed hoc est speciale in cõm Kanc. de tenemētis quæ tenentur in Gauelkynd, si ille qui feloniam fecerit iudiciū sustinuerit, quod secus est alibi in casu suprascripto: vt de ultimo itinere M. de P. in cõm Kanc. assisa mortis antecessoris si Héricus filius Yaonis de tenemento in Stronby, prædictus Henricus filius VVilhelmi nomine qui forissfecit terram, & vnde fuit in scyſina, quia falsauit sigillū domini M. & sorores tulerunt assisā de morte antecessoris, s. patris cõmunis. ¶ 2. Alius casus. Quidam petijt tenementū quoddā p assisam mortis antecessoris de morte auunculi sui, Responsum fuit ei ex parte aduersa q̄ ipse petere non potuit, quia ipse auunculus suus habuit quēdam fratrem superstitem qui fuit hæres propinquior. Et ipse econtrariò replicando respondit, quod ipse frater auunculi sui ita fuit mente alienatus q̄ quēdam hominem interfecit, ita quod fuit perpetuæ prisonæ deputatus. Et vnde iudiciū petitū fuit ex parte aduersa si in vita auunculi possit petere per assisam, iudicium positum fuit in respectum coram Rege, vbi nihil actum.

De Assisa Mortis antecessoris : Fol. 277.

actum fuit, quia forte mulier non fuit profecta: vt de itinere M. de P. in com Eboram anno Regis H. xij. Assisa mortis antecessoris si Odo filius Thorsin. Item alius casus. Frater postnatus petijt terram per assisam mortis versus fratrem antenatum de seyfina fratris medij, quia frater antenatus non potuit esse hæres & dominus licet hæres propinquior, quia non potuit cum eo tenementum remanere ppter homagium: vt de itinere episcopi Dunolm & M. de P. in com Eboram anno Regis H. iij. Assisa mortis si Rogerus de Amudeuil, vbi dicitur quod assisa non iacet sed habet locum breue de recto. Et notandum quod fratri antenato competit assisa mortis antecessoris versus extraneas personas & nõ coniuñctas siue ipse (quicumq; fuerit in seyfina) feoffator extiterit siue aliquis antecessor communis de quo ei descendit hæreditas, non obstante eo q ipse homagiũ cepit vel antecessor cõmunis cuius hæres ipse fuerit, & ipse semper habebit primam seyfinam quicumq; fuerit in seyfina, coniuñcta persona vel alius, dum tamen si coniuñcta persona, tunc cõpetit ei breue de recto, si extranea, assisa mortis antecessoris. Nec valet exceptio si dicatur quod ipse non possit esse hæres & dominus, quia nulli competit assisa mortis antecessoris nisi primogenito nec breue de recto, quia ille semper habet maius ius. Sed cum ipse seyfinam habuerit, tunc primò locum habebit versus eum breue de recto, pro herede propinquiore filio vel filia, fratre vel sorore, & si excipiat q propinquior hæres sit ppter ius merum, replicari poterit e contrario ab hærede suo propinquiore q ipse nõ potest esse hæres & dominus propter homagiũ. Si autem nullum homagium interuenerit, vt si filio primogenito concedatur tenementum ab antecessore cõmuni ad sustentandũ vel pro seruitio siue homagio, aliud erit. Item eodem modo si hæres & filius primogenitus sequi voluerit versus dominum capitalem vel extraneum cum fuerit in seyfina: Alij hæredes nunquam actionem habebunt in vita primogeniti, quia ille maius ius habet &c. Et notadũ q cum de manu sua & seyfina semel fiat descensus ad propinquiores tunc existentes, nunquam ppter hæredem aliquẽ magis ppinquum superuenientem aufertur. Item casus. Soror petit per assisam mortis antecessoris versus nepotem filiũ sororis suæ de morte sororis, qui respondet ad assisam q fuit filius & hæres legitimus matris suæ sororis petentis per assisam; & cui fuit responsũ quod hæres esse nõ potuit quia pater suus fuit villanus, & quia hoc spectauit ad ius, nõ iacuit assisa mortis antecessoris: vt de itinere M. de P. in com. hinc. año Regis H. x. assisa mortis si Agnes filia Elię de Beningwoorth. Sed quare nõ potuit inquiri p assisam in modum iuratae captam vtrum talis esset vel non, sicut de bastardo, licet de statu alicuius post mortem suam agi non possit, bene potuit de hoc fieri inquisitio: vt de itinere eiusdẽ M. año Regis H. x. assisa mortis antecessoris si Vyilhelm° de Carleton, & hoc sine alia pbatioe. Itẽ casus. Mulieri petenti p assisam obijcit q nepotes habet ex sorore qui tantũ iuris habent quantum ipsa petens, replicatũ fuit ex parte petentis q prædicta soror desponsata fuit cuidam villano, & ita quod pueri villani sunt, si de hoc constiterit per assisam in modum iuratae captam vel confessionem puerorũ, remanebit assisa: vt de vltimo itinere Vy. de Ralegt in com.

Lib. iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

in com Buck. assisa mortis si Henricus Russel. Item alius casus. Petenti per assisam mortis obiectum fuit quod pater eius villanus fuit, ad quod fuit a petente replicatum quod liber fuit quia franchiatus est, quod terra quam petijt descendit ei ex parte matris quæ libera fuit, positum fuit iudicium apud VV. & ibi concordati sunt: vt de vltimo itinere M. de P. in com Linc. Assisa mortis si Leonata de tenemento in VVeston. Si quis se cognouerit in iudicio semel ad villanum, semper in omni casu pro villano iudicabitur: vt de itinere M. de P. de loquela quæ fuit ad iudicium in diuersis com anno Regis H. iij. in com Dorf. de Hamelino filio Radulphi. ¶ 3. Petenti per assisam obiectum fuit quod habuit fratrem in partibus transmarinis antenatum, Iuratores dubitant vtrum mortuus sit vel non, conceditur petenti seysina sub tali conditione, quod si redierit frater antenatus quod sine placito habeat seysinam suam: vt de itinere VV. de Ralegh in com Buck. Assisa mortis si Richardus Faber. Sed esto quod frater postnatus moriatur antequam antenatus redierit (hærede infra ætatem existente) quæro an expectanda sit ætas propter factum Infratariorū. Eodem modo si per dominum capitalem habuerit soror seysinam hæreditatis vbi nihil scitur de fratre vtrum viuus sit an mortuus, & ipsa seysita moriatur (hæredo infra ætate existente) si frater redierit, quæro an sit ætas expectanda, cum iam constitit (sicut in casu superiore) quod antecessores talium, propinquiores hæredes non fuerint antecessorum præcedentium. Et reuera expectanda erit ætas in persona eorum, cū ipsorum antecessores seysiei obierint quasi de feodo. Sed contrarium coram Rege & consilio suo apud Vvest. anno Regis H. xiiij. de hæredibus Iohannis de Munmew, quod ætas non expectabitur si iustior hæres comparuerit, sed hoc non fuit de iure sed de consilio curiæ & ex concessione antecessoris illius minoris.

¶ 1. Quando assisa mortis antecessoris vertitur in iuratum & tenet breue assise & cadit causa donationis in assisam. 2. Si bastardia cadat in assisam. 3. Quæstio de custodia vtrum tenementum de quo assisa iuratur teneatur in sacagio vel per seruitium militare. 4. Exceptio venditionis. Cap. 171.

Vertitur assisa mortis antecessoris multotiens in Iuratum multis de causis, & eodem modo sicut assisa nouæ disseyfinæ, secundum quod superius dictum est. Quædoq; per modum donationis secundum quod poterit casus poni, & vbi per modum donationis scemina præfertur masculo in successione, verbi gratia. A. dedit in maritagium cum B. filia sua quandam terram cuidam C. & hæredibus ipsorum communibus de ipsis duobus exeuntibus, B. habuit quandam filiam ex primo viro D. nomine, & mortuo primo viro postea nupsit alteri, de quo habuit quendam filium E. nomine, mortua B. & D. filia de primo viro in seysina existente, arramauit E. assisam mortis super eandem D. Ex parte cuius responsum fuit, quod prædictus E. nihil iuris inde clamare potuit, quia terra illa data fuit in maritagium C. patri suo cū B. matre sua & hæredibus de ipsis duobus exeuntibus, responsum fuit ex aduerso, quod alio modo datum fuit

fuit in maritadium cum ipsa B. matre communi & hæredibus de ipsa B. exeuntibus. Quo casu, quia fuerint frater & soror de vna eademq; matre quamuis diuerso patre, consideratum fuit vltimo itinere M. de P. in com. Suff. quòd assisa non iacuit inter eos sed quòd fieret inquisitio per patriam, & non per assisam de modo donationis, assisa mortis antecessoris si Philippa de Cokfend matre Roberti. ¶ 2. Cadit etiam in assisam bastardia, per quod vertitur assisa in iuratum, vt si frater antenatus tulerit assisam super fratrem postnatum de altero viro, vel econuerso de morte matris ipsorum cõmunis, & respõdeatur ab antenato q̄ ipse sit primogenitus matris ipsorũ, quãuis ab altero viro, & replicetur a postnato q̄ ipse hæres esse non possit quia pater suus matrem ipsorum cõmunem nõquã desponsauit, hoc per assisam in modum Iuratæ de cõsensu vtriusq; partis captam declarabitur, vt de itinere M. de P. in com. Sallop. ¶ 3. Item vertitur assisa in iuratum si quis assisam arramauerit versus dominũ suũ, & ipse respõdeat q̄ nihil clamat nisi custodiam, & replicetur contra eum q̄ custodia ad ipsum non pertineat, co q̄ tenemẽtũ illud tenetur in socagio. Ad quod si dominus respõdeat q̄ ipse & antecessores sui prius inde custodiam habuerũt, super vtroq; casu fiet inquisitio per assisam in modum Iuratæ, scilicet si terra illa sit socagium vel non, & si sit socagium, tunc de seysina talis & antecessorum fuorũ. ¶ 4. Item vertitur assisa in iuratum propter exceptionem venditionis, vt si quis petat per assisam mortis, & excipiat q̄ petens habuit fratrem antenatum qui habitus fuit pro hærede & seysitus de eadem terra & illam postmodum vendidit ipsi tenenti: vt de vltimo itinere M. de P. i. com. Suff. assisa mortis antecessoris si VValterus Curteys. Si autẽ fiat replicatio a petente q̄ talis qui donationẽ fecisse debuit nõquã fuit inde i seysina de eadẽ terra, vel si fuit i seysina & donationẽ fecit, ipse donatorius nõquã seysinã habuit in vita donatoris, vel quid tale. Item si antecessor recognouerit vel remiserit & quietũ clamauerit. Itẽ si pueri illius qui dicit se tenere per legem Angliæ conuicti fuerint ad bastardos, Itẽ si quæstio ætatis quæstio status, cõuetio siue cõuictio, finis factus, res iudicata, vel quid tale quæ pueniunt extra assisam & fuerit dissentio inter partes, vbi tenens dicit vnum & petens contrariũ, de consensu partium vertitur assisa in Iuratum, & sic terminatur negotium & sufficit exẽpli causa. Item vertitur assisa mortis antecessoris quandoq; in iuratum ppter partum suppositũ, vt si cum verus hæres fuerit in possessione, partus suppositus, scilicet aliquis vel aliqua qui se fecerint hæredem alicuius cũ nõ sint portauerint assisam super verũ hæredẽ. Eodẽ modo propter partum adulterinum, vt si dum maritus fuerit in remotis agens, vel tali infirmitate, detentus quòd generare non possit, sit aliquis qui habeat accessum ad vxorem de quo prægnans extiterit, si maritus talem partum statim amouerit cum æditus fuerit & illum deaduocauerit, ex hoc nascetur vero hæredi exceptio contra assisam. Si autem talem deaduocauerit & aliqua pro eo faciat præsumptio q̄ suus esse possit, licet reuera non sit, vt si simul extiterint, talis pro hærede iudicabitur licet nõ sit. Si autem aduocatio & confessio sua naturæ conuenire non possit, hoc est si per vnum annum vel biennium absens fuerit & reuersus paruulum inuenerit ex vxore, vel reuera

Lib. iiii. De Affisa Mortis antecessoris.

reuera castratus fuerit vel ita infirmus, quòd generare non possit, licet talem aduocauerit, tamen veritas præferri debet confessioni quæ naturæ non conuenit nec rationi, licet quidam dicunt quòd locum habere debeat breue de recto, quod verum est, secundum quosdam.

¶ *Inter quas personas non iacet affisa mortis antecessoris. 2. Casu: q̄ soror de eodem patre & eadem matre præfertur masculo de diuerso patre de perquisito. Cap. 18.*

Dictum est supra inter quas personas iacet affisa mortis antecessoris & de morte quarum: Nunc autem dicendum est inter quas non iacet, ne cõtingat quòd per affisam non terminetur proprietas quæ locum non habet nisi tantum in causa possessionis. Et sciendum q̄ locum non habet inter coniunctas personas sicut cohæredes siue sint participes .i. hæreditatis capaces de aliqua hæreditate descendente ab aliquo cõmuni antecessore siue non capaces. Quo casu, si capaces sint cohæredes, vt si hæreditas partibilis sit ratione plurium personarum sicut filiarum quæ sunt quasi vnus hæres; vel ratione ipsius hæreditatis quæ in se partibilis est, locum non habebit affisa sed breue de proparte. Et si affisa impetretur, cadit opposita exceptione iuris meri, cum quilibet ipsorum sit hæres propinquior quâ tum ad partem suam, respectu eorum qui sunt remotiores in alio gradu. Si autem plures sint cohæredes iusti & propinqui quoad seyfinam, omnes tamen non sunt participes vel capaces sed vnus eorum, propter priuilegium quod habet (vt superius dictum est) & cui ius merum descendit alijs præfertur. Et in quo casu locum non habebit affisa cum non determinet nisi possessionem, sed breue de recto quod vtrûq; determinat, scilicet seyfinam & ius merum, & vnde cum in prædictis casibus incipiat quis agere per affisam, datur tenenti exceptio cõtra affisam: & de hac materia plenius dicitur infra in tractatu de consanguinitate. Item cum non iacet inter cohæredes legitimos & naturales & capaces participes, nec inter tales & non participes, ita nec inter legitimos & naturales tantum, sicut inter legitimos & bastardos si fratri naturali obijciatur q̄ sit bastardus vel etiam villanus, cum sciri non possit vtrum se probare possint legitimos & liberos esse vel non. Et licet se legitimos & liberos esse probauerint, non tamẽ per hoc se probant esse hæredes propinquiores, & sic non poterit affisa mortis antecessoris terminare pprietatẽ, & vnde alio breui. s. de recto opus erit ad terminandam pprietatem. Et cum forte se legitimos & liberos esse probauerint, poterunt vltius se probare hæredes ppinquiores, vt filia de primo viro excipiat contra fratrem legitimum de secundo viro q̄ hæres esse nõ possit, cum sit quasi extraneus quoad successionem in hæreditatem maternam, quãuis filius naturalis & legitimus matris communis: quia hæreditas materna data fuit in maritadium primo viro cum matre cõmuni & hæredibus de patribus duobus puenientibus, & ideo q̄ hæres esse non possit quãuis frater naturalis & legitimus, & vnde si frater petierit versus sororẽ per affisam mortis vel econtrariò vel versus extraneam personam, inter eos nõ iacebit affisa mortis antecessoris cum frater forte docere posset contrarium, & hoc dico

dico nisi cum soror existens in feysina excipiendo statim habeat probationem ad manum, sicut instrumentum donationis vel aliam probationem. Si autem versus extraneam personam, filia præfertur fratri cum probatione tali. Si autem probationem non habuerit, cadit assisa mortis antecessoris & agi oportet per breue de recto, & procedet inter eos magna assisa per hæc verba, scilicet: Vtrum ipsa quæ tenens est maius ius habeat in terra illa sicut in illa quæ data fuerit in maritagium primo viro suo cum tali matre communi & hæredibus de ipsis duobus venientibus, an talis frater de altero viro qui petit sicut in illa quæ data fuit in maritagium cum tali matre communi & hæredibus ipsius matris, & non terminabitur negotium in hoc casu per **Cuntey Cuntey** sicut inter cohæredes. Et eodem modo fiet si obijciatur villenagium, vel quod petens genitus fuit de testiculo felonis quoad hæredem maternam, secundum quod inferius dicitur in tractatu per breue de recto. Inter cohæredes vero non habebit locum assisa mortis nec procedet ubi postnatus talem habuerit feysinam ex tēpore quod a feysina eijci non possit sine breui dñi Regis, & in quo casu cum per talem feysinam paritatem habuerit cum antenato hærede propinquiore quoad possessionem, de iure & proprietate agi non poterit nisi per breue de recto, nec procedet assisa mortis antecessoris cum habeat postnatus tantundem iuris quoad feysinam quantum habet antenatus, & in breui de recto terminabitur negotiū per **cuntey cuntey**. Si autem non habuerit postnatus talem feysinam longam (vt prædictum est) inter præsentem, vel longiorem inter absentes, secundum quod antenatus agens fuit in partibus remotis vel remotioribus, sicut in terra sancta vel alia peregrinatione in partibus transmarinis longè vel longius vel in regno longè vel longius extra com̄ vel in com̄, vel in prifona, vel infirmitate graui derentus, cum venerit & postnatum recenter eijcere non possit, bene iacebit assisa mortis inter tales cohæredes sicut inter extraneas personas. Et quia ex quo postnatus habere non possit liberum tenementum ex tempore & longa & pacifica feysina, nunquam paritatem habebit cum antenato quoad possessionem, sed erit sicut extraneus quoad assisam mortis, quia feysina sua nulla est. Idem erit si cum antenatus ingredi non possit, statim sibi perquisiuerit breue vel statim contentionem apposuerit, & in quibus casibus interrumpitur possessio postnati quod nunquam paritatem habebit cum antenato quoad possessionem. Et eodem modo obseruari poterit inter consanguineos si agatur per breue de consanguinitate inter eos. Item frater antenatus feoffat fratrem suum medium cum sint tres fratres, aut feoffat eum sine homagio tenere sibi & hæredibus suis, si talis frater obierit sine hærede de corpore suo, frater antenatus & feoffator erit hæres propinquior & cum eo poterit tenementum remanere. Item eodem modo si ita feoffauerit tenendi de dominis capitalibus. Item si ita fratrem medium feoffauerit tenendi sibi & hæredibus suis quos habuerit de corpore suo, si sine talibus obierit feysitus, reuertetur terra data fratri antenato sicut eschaeta pro defectu hæredis licet alios habuerit remotiores, & euanescit homagium si forte

Lib. iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

interuenerit, quod non est in primo casu. Si autem fratrem postnatum feoffauerit tenendi sibi & hæredibus suis quibuscunq; pro homagio & seruitio, ille primogenitus & feoffator erit eius hæres propinquior, quia quãdiu fuerit aliquis ex parte antenati, ille semp alijs præfertur qui sunt in linea transuersali & ius semper descendit antenato, & cum eo semper remanebit simul cum seysina, quia primam debet habere seysinam, & de manu sua ad remotiores deueniet terra sic data si sit qui petat, si autem non, semper cum eo remanebit ius & seysina cùm non sit hæres apprens, vel si appareat nihil petat nec a manu sua nec ab eo descendet ius merum per virtutem descensus, sed per necessitatem (si sit qui petat) cùm antenatus non possit esse hæres & dominus, quia sese non compatiuntur homagium & dominiũ, quia homagium expellit rem a manu feoffatoris vsq; ad propinquiorẽ heredem, scilicet ad filios vel filias si fuerint. Si autem non fuerint, vel cùm fuerint defecerint, tunc ad fratrem postnatum, non per assisam mortis sed per breue de recto, & quia frater postnatus, nec filius nec filia esse poterunt propinquiores fratri medio sed frater antenatus, & sic sui erunt hæredes alij inferiores, sed nihil eis descendet iure hæreditario in vita antenati nisi per necessitatem, quia non potest esse dominus & hæres, & cùm inferiores hæredes sui per iudicium recuperauerint, tunc primò descendet eis ius simul cum seysina & non ante, & vnde si antenatus nullum habuerit heredẽ de corpore suo & postnatus incipiat petere, & antequam obtinuerit in iudicio incipiat antenatus habere hæredes, cadit actio fratris postnati. Sed si tunc inceperint esse cùm iudicium redditum sit pro fratre postnato nunquam ab eo auferetur seysina. Eodem modo cùm liberi fratris antenati in seysina extiterint & positi in seysinam & defecerint, vel si nunquã antenatus se dimiserit & pueri defecerint, non competit actio postnato sed antenatus semipse defendet erga postnatum in seysina sua per liberos suos, eo quòd sunt hæredes propinquiores. ¶ 2. Neptis ex sorore auunculi ex eodẽ patre & eadem matre, & nepos ex fratre eiusdem ex eodem patre sed diuersa matre, tulerint assisam mortis antecessoris versus dominũ capitalẽ, neptis. s. ex sorore de morte auunculi, & nepos ex fratre de morte eiusdem petierunt per assisam quandam terram de seysina cuiusdam auunculi Radulphi ipsorũ, nepos vero ex fratre dicebat se esse heredem propinquiorẽ, quia fuit filius fratris ipsius Radulphi, & neptis ex sorore ipsius Radulphi nõ debuit ipsi præferri, & quia ipse masculus & hæres masculi, & ipsa neptis foemina & pueniens ex foemina, & ideo ipse hæres propinquior, ad quod responsum fuit ex parte neptis q̄ nepos nõ potuit esse hæres propinquior, quia idẽ nepos fuit filius fratris prædicti Radulphi, sed pater ipsi neptis & prædictus Radulphus non fuerunt fratres de vno patre & vna matre, sed de vno patre & diuersa matre, & q̄ mater sua ipsius neptis. s. & Radulphus fuerunt de vno patre & vna matre, & terra petita fuit perquisitum ipsius Radulphi, & non hæreditas descendens ab aliquo antecessore: & quia hoc dedici non potuit, consideratum fuit q̄ neptis fuerit hæres propinquior, quia puenit ex sorore ipsius Radulphi de eodem patre
& ea.

& eadem matre, & nepos quamuis ex fratre masculus & ex masculino, hæres remotior, quia ex diuersa matre. Aliud forte dicendum erit de hæreditate descendente, secundum quosdam. Casus iste inueniri poterit in rotulo de termino P. & S. T. anno Regis H. iij. in com̄ Suffex, assisa mortis si Radulphus de Rupe super Gilbertum de Aquila. Idem dici poterit de hæreditate descendente si frater obierit seyfitus, quòd soror de vno patre & eadem matre hæres propinquior sit de seyfina fratris, quàm masculus frater de altera vxore, & hoc ratione ventris.

¶ 1. De exceptione bastardie in assisa mortis antecessoris. 2. De inquisitione bastardie in tali assisa. Cap. 19.

EXceptio bastardie obiecta petenti vel tenenti in assisa mortis antecessoris perimit assisam, & vertit assisam quandoquè in iuratam, quandoquè transmittit cognitionem ad curiam Christianitatis, secundum quod obiecta fuerit sic vel sic, & secundum quod inferius plenius dicitur de exceptionibus, in tractatu de bastardia & ibi plenius, & quis possit eam opponere & cui. Sed refert, inter quas personas locum habere debeat & tenere in assisa mortis antecessoris. Et sciendum quòd vbicumque assisa locum habet, & inter quascunque personas, ibi locum habet exceptio bastardie, & inter easdem personas. Item inter easdem personas vbi locum habet consanguinitas loco assise, & ad quas assisa se non extendit: vbi autem locum non habet assisa nec consanguinitas, ibi nec locum habebit exceptio bastardie, scilicet vbi agi oportet de necessitate per breue de recto, quia exceptio bastardie totum terminat negotium, tam super possessione quàm super proprietate, quod quidem non facit assisa nec consanguinitas, nisi tantum super possessione, et vnde inter coniunctas personas locum non habebit, sed tantum inter extraneas personas, licet videatur in prima facie quòd inter coniunctas personas procedi possit in cognitione bastardie, ad hoc quòd si ille cui obijcitur se legitimum probare non possit cadat ab actione sua & a causa, vel seyfinam amittat: secundum quod obiecta fuerit petenti vel tenenti, & sic terminetur negotium secundum quosdam &c. Sed quia poterit adeo de facili se probare legitimum & facere se coniunctam personam, & sic prouenire possit in casu a quo incipere non possit assisa nec locum habere nisi tantum breue de recto, ideo non tenet exceptio bastardie non magis quàm assisa. Si vero bastardia obijciatur, quandoquè terminatur in foro seculari, quandoquè in foro ecclesiastico: secundum quod inferius dicitur plenius de eodem tractatu. Si autem cum obiecta non fuerit, dicant Iuratores in veredicto suo quòd petens bastardus sit simpliciter, vel cum tali adiectione, quod natus fuit ante matrimonium, tunc non procedet assisa, quia vacua est petitio. & cadit. Eodem modo dici poterit de tenente, vt de ultimo itinere M. de P. in com̄ Eborum circa finem rotuli. Item eodem modo si sic obiecta fuerit quòd petens natus fuit ante matrimoniū per duos annos, vel tres, & partes inde se posuerint in Iuratam, & Iuratores dicant

BBBb.ij. absq;

Lib.iiii. De Assisa Mortis antecessoris.

absq; aliqua mentione bastardia quod talis sit p̄p̄inquirior hæres, & quod antecessor suus obiit seysitus vt de feodo, & post terminum, ita quod omnes articuli breuis concurrant, non esset vltorius inquirendum de bastardia, quia legitimitas sic probatur indirectè: vt de itinere VV. de Ralegh in com̄ Kanc. Assisa mortis antecessoris si Adam le Gardener, nec erit in hac parte locus conuictioni p̄pter partium consensum. Si autem bastardia non obijciatur vt supra, erit cōtrarium. Item videndum erit in p̄sona cuius p̄cedere debeat inquisitio bastardia, quia refert vtrum ille cui obijcitur vel qui obijcit maioris sit ætatis vel minoris. De eo autem qui est infra ætatem & tenēs non procedit inquisitio ante ætatem, vt si custos dicat q̄ nihil tenet nisi in custodia cum tali qui est infra ætatē, & excipiat quod talis bastardus sit: vt de itinere M. de P. in com̄ kanc āno Regis H. xj. de termino s. M. incipiente. xij. Assisa mortis antecessoris si Vvilhelmus de Herst, & sic remansit inquisitio vsq; ad ætatem. In eodem autē itinere videtur contrarium, in assisa mortis antecessoris si Héricus Paynefore, de duobus qui fuerunt infra ætatem, & contra quos processit inquisitio sup̄ bastardia per assisam, & vbi obiectum fuit quod bastardi fuerunt, & Iuratores hoc idem dixerunt, quia nati in adulterio: sed non fuit contrariū, quia hic petētes & ibi tenētes & quod inquisitio p̄cedere debeat de bastardia versus petentem qui fuerit infra ætatē, quod pater suus super hoc nunquam desponsauit matrem suam, vel de hoc quod natus fuit antequā mater sua esset despōsata, procedet super hoc Iurata: vt de vltimo itinere M. de P. in com̄ Salop. ¶ 2. Transmittitur quandoq; ad curiā Christianitatis inquisitio bastardia in suo casu, vbi scilicet matrimoniū siue sponsalia omnino dedita fuerint in assisa mortis antecessoris: secundū quod bastardia obiecta fuerint petenti vel tenenti, & fiat inquisitio per tale breue. Rex tali episcopo salutem. Sciatis quod cum A. in curia nostra corā &c. peteret versus B. & E. vxorē eius tātā terrā cū pertinētis in tali villa per assisam mortis antecessoris inde ibi inter eos sumonitam, & versus talem tantam terram cum pertinentis in eadem villa vt ius suum, & prædicta C. diceret se esse propinquire hæredem A. de cuius morte idem A. tulit assisam suam: Idem A. obijcit eidem C. quod nullum ius habere potuit in terra illa, eo quod bastarda est: & quoniam huiusmodi causæ cognitio ad forum spectat ecclesiasticum, vobis mandamus q̄ conuocatis coram vobis conuocandis, rei veritatem diligenter inquiratis, & inquisitionem quam inde feceritis nobis sciri faciatis per litteras vestras patentes Teste &c. Et quid fieri debeat vltorius, infra de exceptionibus plenius dicetur, eo adiecto, q̄ si tenens petenti obijciat bastardiam, & petens vice versa tenenti, quæritur quis eorum prius pbare debeat legitimitatem? & sciendum quod ille qui perit, quia eo non probante legitimitatem remanebit possessio cum tenente, siue ipse tenēs bastardus sit siue non. Cōtendunt enim multotiēs inter se petens & tenens (& remanebit possessio cum tenente) siue tenens bastardus siue non & cū contendunt inter se dicūt. Si ego sum bastardus & tu similiter, & prius semper inquirendum erit de bastardia petentis q̄ tenentis, quia si petēs ius non habeat petendi, remanebit in suo loco possessio vt prædictum est.

TRACTA-

¶ Tractatus quartus

Libri quarti, in quo tractatur de consanguinitate.

1

¶ Breue de consanguinitate.

Cap. 1.



¶ **C**um assisa mortis antecessoris infra certos gradus limitetur, & locum habeat de morte certarum personarum versus certas personas, & ulterius non extenditur, ne semper ad ipsum ius per breue de recto recurratur de seysina, quæ probari possit de proprio visu & auditu alicuius, in subsidium assisæ mortis antecessoris prouisum est quoddam breue quod dicitur breue de consanguinitate, ut causam possessionis terminet in gradibus & personis, ad quos assisa se non extendit de omnibus de quibus antecessor obiit seysit^o ut de feodo, & non ut de mero iure, quia hoc non agitur nisi tantum de possessione ad euitandum dubium euentum duelli & magnæ assisæ per breue de recto, quatenus tempus assisæ mortis antecessoris permiserit. Et cum loco assisæ mortis antecessoris accipi debeat & teneri de seysina antecessoris: merito sequi debet in magna parte naturam illius assisæ, cuius loco sumitur. s. in tempore, ut tempus siue terminum assisæ non excedat. Item in personis, ut locum habeat breue de consanguinitate extra terminos assisæ inter eadem personas, siue maiores sint siue minores inter quas locum habet assisa infra suos terminos & non inter alias, sicut inter coniunctas personas (ut predictum est) ascendendo ab auo usque, ad triauum & ulterius si tempus permittat, qui omnes sic ascendendo recte dici poterunt antecessores ad modum assisæ mortis antecessoris, vel descendendo a nepote usque, ad trinepotem & ulterius, si tempus permiserit: qui omnes recte dici poterunt consanguinei nisi sit qui dicat sic, quod omnes sunt consanguinei tam ascendentes quam descendentes. Nec obstare debet quod quidam dicunt quod per tale breue de recto quod incipit per precipere, amittunt curiam suam domini curiarum, quod est & esse possit contra communem libertatem (ut dicunt) sed reuera non est ita quod tenentes propter seysinam mortis antecessorum suorum sepe teneatur adire curiam dominorum, quia si plures competant actiones, unam illarum quam uoluerit eligere poterit, & ea experiri. Poterit enim quis habere assisam mortis antecessoris, nouæ disseysinæ, & breue de ingressu, & breue de recto uno & eodem tempore, & quam istarum uoluerit eligere poterit, nec compelli debet magis ad unam quam ad aliam, nec ad breue de recto magis quam ad assisam. Si autem agere uelit per assisam nouæ disseysinæ, sic tollere poterit curiam domini sui sine iniuria alicuius ad breue de recto, & sic de alijs placitis & assisæ, & sic non fit dominis curiarum iniuria, si petens per alia breuia agere uoluerit quam per breue de recto, cum ad tale breue non teneatur nisi uelit. Si autem tempus excedat terminum assisæ mortis antecessoris, locum habebit breue de recto, cum

petens

petens probare non possit seyfinam de visu & auditu alicuius proprio sed alieno, scilicet patris qui vidit, & hoc filio suo iniunxit quod testis esse possit. Breue de consanguinitate tale est. Rex vic. salutē. Precipe A. q̄ iuste & sine dilatione reddat B. tantā terrā cū ptinentijs in tali villa de qua C. consanguine⁹ ipsius B. cuius hæres ipse est vel antecessor talis sine expressione, vel cū expressione. s. nepos vel auus suus fuit seyfit⁹ in dñico suo de feodo, die quo obiit (vt dicit) & nisi fecerit & talis fecerit te securum &c. tunc sumoneas talem &c. q̄ sit ostēsurus quare non fecerit. Teste &c.

2. De intentione petentis & responsione tenentis. 2. Responsio ad tale breue. 3. De exceptione paritatis que est in personas descendentes de eodem stipite. 4. Quid iuris si postnatus & propinquus petat versus remotum sicut versus tertium fratrem. 5. Quid iuris si warantus vocetur frater videlicet postnatus & warantizauerit. Cap. 2.

Post effoñ vero præsentibus in iudicio partibus, proponat petens intentionē suam tali modo. A. petit versus B. tantam terram cum ptinentijs in tali villā vt ius suū, & sic fundat intentionē. Et vnde talis nomine antecessor vel cōsanguineus suus, cuius hæres ipse est (cū expressione vel sine) fuit seyfitus in dominico suo vt de feodo, die quo obiit. Et de ipso tali descendit ius prædictæ terræ cuidam tali filio & hæredi, & sic deinceps per omnia sicut per breue de recto: sicut inferius dicitur vltq; ad illū qui petit, & q̄ tale sit ius suū & q̄ talis antecessor ita fuit seyfitus offert. &c. ¶ 2. Et B. venit & defendit ius suū &c. & dicit q̄ non debet ad hoc breue: respondere q̄ ipse tenens & petens sunt de eodē stipite, a quo descendit hæreditas petita, & ita q̄ non valet breue de consanguinitate non magis inter eos q̄ assisa. Sed videnda est ratio quare. ¶ 3. Poni autē poterit casus in perionis triū fratrum & multis modis: vt si pater cōmunis moriatur seyfitus de aliqua hæreditate vel alius antecessor, & postnatus se posuerit in seyfinam totius hæreditatis cū non sit partibilis, vel si pater vel alius antecessor cōmunis, vel frater antenatus vel extranea quis persona se offauerit fratrem mediū, qui inde obiit seyfitus sine hærede de se, & antenatus vel postnat⁹ se ponat in seyfinā, & primò: sicut E. frater postnatus ponat se in seyfinā, A. frater antenatus petat versus eum per breue de consanguinitate, vel per assisā: Respondere poterit idem C. q̄ ad breue de consanguinitate non tenetur respondere non magis q̄ ad assisam, quia ipsi A. & C. antenatus & postnatus sunt de eodem stipite a quo descendit hæreditas, a patre vel alio antecessore cōmuni vel fratre medio. Et ipse C. tantundē iuris habet in prædicta hæreditate quārum ad seyfinā, cū extiterit in longa & pacifica seyfinā inter præsentēs, & cū sit iustus hæres & propinquus ipsius antecessoris, & adeo propinquus sicut ille A. frater antenat⁹, & vnde cū pares sint in iure possessorio, non vult ei respondere propter iuris paritatem: & vnde si antenatus dicat se esse ppinquirem & nemo poterit esse hæres ppinquirior nisi ratione iuris meri quod ei descendit, & nec assisa nec consanguinitas terminare possunt ius merum nisi tantum breue de recto: ideo de necessitate cadit assisa & consanguinitas, & terminabitur negotiū per breue de recto, vbi nec duellū nec magna assisa, sed per Cuncte tuntey omnino, vel q̄ dicat in fine & ostendat quare hæreditas

hæreditas remanere non possit cum antenato qui est hæres propinquior,
 quoad ius : quia homagiū interuenit, vt sciatur quis propinquior, & p hoc
 hæres rector. (Sine præiudicio sententiæ melioris) videtur, q non pote-
 rit frater postnatus habere exceptionē paritatis contra fratrem antenatū
 quantum ad seysinam nisi possessio sua siue seysina longa fuerit & pacifica
 inter præsentis habita, quia si fuerit breuis vel interrupta, non valet: in-
 ter præsentis dico, quia si quis præsens dissimulauerit ad tempus, sibi præ-
 iudicat propter taciturnitatem, cum vigilantibus iura subueniant. Secus
 autē si inter absentes, vbi tēpus non currit: & ideo nisi talis seysina longa
 fuerit & pacifica inter p̄sentes (vt prædictum est) non potest dicere post-
 natus q habeat tātum iuris quoad seysinā quantum antenatus, cum sey-
 sina sua nulla sit vel non sufficiens cum sit breuis vel longa, tamen inter-
 rupta. Et vnde cum longam habuerit postnatus seysinam & pacificam in-
 ter præsentis, q sine breui eijci non possit quin recuperet per assisam, tūc
 primum liberum habet tenementū & competit ei assisa & exceptio pari-
 tatis versus antenatū, & sic non habebit antenatus actionem nisi per bre-
 ue de recto, & vbi obstabit ei casus Regis, & anteq̄ sic habuerit postnatus
 longam & pacificam possessionē, sed antenatus postnatum recenter eiece-
 rit, non recuperabit ppter seysinā teneram. Si autem ipsum statim eijce-
 re non possit & recenter faciat rem contentiosam per interpellationē vel
 impetrationem diligentem, & sic nunq̄ habebit postnatus pacificam sey-
 sinam & sic nunquam liberum tenementum & per cōsequens nullā sey-
 sinam. Sic ergo non competit ei exceptio paritatis cum non sit in seysina
 nisi nuda pedū positiōe, & vnde in hoc casu bene iacebit inter antenatū
 & postnatū assisa mortis antecessoris, sicut cōtra quēlibet extraneū. Et vn-
 de cum talis postnatus donationem fecerit de cōmuni hæreditate & vo-
 catus fuerit ad warantum per feoffamentum, videndum erit qualem fra-
 ter postnatus ante donationem habuerit seysinam, secundū quod supe-
 rius dictum est, & secundum hoc cum warantizauerit procedet assisa ver-
 sus postnatum qui warantizauit, vel remanebit q locum habeat breue de
 recto, quia peruenit in eum casū &c. nec poterit aliquis dare nisi ille qui
 seysinam habuerit. Cum frater postnatus in possessione fuerit hæredita-
 ris paternæ & in pacifica seysina, & ita q sine iudicio eijci non possit & fe-
 offauerit inde aliquem, & cum frater antenatus assisā mortis antecessoris
 inde portauerit super feoffatum qui feoffatorem suū vz fratrem postnatum
 inde vocauerit ad warantum, & qui ei warantizauerit, & postea respōdeat
 ad assisam q assisa mortis antecessoris non iacet inter ipsum fratrem ante-
 natum propter paritatē iuris possessorij, sed dicat q non iaceat inter eos
 assisa nisi tantū breue de recto, contentio est inter maiores vtrū pcedere
 debeat assisa vel non, dicūt enim quidam quod assisa pcedere non debet
 ppter paritatē iuris non magis q̄ procederet si aliū nūquā feoffarent, cū
 ipse postnatus iam per warantiam effectus sit quasi dñus & tenens rei, &
 quod pcedendū est per breue de recto, vbi nec duellum nec magna assisa
 nisi tantū narratio super descensu & ipso iure maiore. Et sunt qui dicunt
 quod per assisā pcedendū erit, quia reuera licet frater postnatus waran-
 tizauerit, & licet teneatur defendere possidentem in seysina, tamen ipse
 non

L

non possidet: quod quidem probari poterit multis rationibus. Quia tenens qui warantum vocauit licet ei warantizatum fuerit, tamen a seysina non recedit sed expectabit euentum placiti inter warantum suum & petentem, & si warantus suus eum defendere possit, remanebit in seysina, & si non, tunc primò cum warantus suus contra se iudicium habuerit, eijcietur a seysina, & incontinenti de terra waranti consequetur excābium. Et ideo videtur quod frater postnatus non est in seysina, & hac ratione quod versus eum procedat assisa. Sed (sine præiudicio melioris sententiæ) videtur, secundum vltimū casum, quod procedet assisa: maximè quia frater postnatus non est tenens sed defensor tenentis, & licet faciat verba defensionis pro tenente, quod videri poterit manifestiùs ex hoc quod dicitur, quod assisa non iacet inter eos sed breue de recto, quia ex hoc sequitur, quod si assisa cadere debet in persona postnati eo quod tenens sit secundum quosdam, per eandem viam resurgere deberet per breue de recto inter eos, per hoc quod dicitur, quod non iacet assisa inter eos sed breue de recto. Sed si breue de recto contra ipsum sit impetratū, non potest procedere, quia ipse reuera non tenet, vnde si cadat assisa & similiter breue de recto, sic cadit actio & versus warantum & versus tenentem: quod esse non debet. Procedat igitur assisa & non breue de recto in hoc casu. Item si cadere debeat assisa inter eos & de necessitate impetretur breue de recto super tenentem, in electione tenentis erit vtrum warantum vocare voluerit vel non, nec ad hoc compelli poterit contra volūtatē, & sic procedere debet breue de recto inter fratrem antenatum petentem & tenentem, sequetur ex hoc quod tenens se defendere poterit per duellum vel magnam assisam, secundum quod voluerit, quod graue esset petenti de tam recenti seysina. Si autem frater antenatus priùs se posuerit in seysinam, & postnatus petat versus eum per assisam vel consanguinitatem, ad quod respondere poterit antenatus, quod ad hoc breue respondere non debet ratione supradicta, quia cum per tale breue nihil petatur nisi seysina tantū & coniuncta sit seysina cum ipso iure in sua persona, & seysina in hoc casu a iure per se separari non possit, cum sequi debeat ius in descensu, oportet quod postnatus vtrūque petat tam ius quàm seysinam, quod quidem per tale breue facere non potest. Recurrendum est igitur ad breue de recto quod vtrumque determinat & amplectitur. Quod autem dictum est de fratre postnato petente & antenato tenente, dici debet de auunculo petente versus nepotem, & de nepote petente versus auunculū & alios remotiores hæredes fratris antenati vel postnati in linea recta descendente vel ascendente vel transuersali, quod contra ipsum non habet locum consanguinitas, cum assisa mortis antecessoris locum non habeat infra suos terminos inter fratres vel sorores, auunculum vel nepotem, quia ius non determinat. ¶.4. Dicitur est quod non iacet assisa inter hæredem propinquiorem & propinquum, quicumque eorum tenens fuerit vel petens: videndum erit quid iuris, si propinquus hæres petat versus propinquum, vbi pares sunt in iure possessorio cum hærede propinquiore, scilicet vbi duo fratres postnati viuentē primogenito vnus petat versus aliū per assisā. Et sciendum quod assisa non procedit inter eos duplici ratione, tum quia quilibet eorum habet paritatem iuris in

in possessione, tum quia frater antenatus (qui habet ius merum) propinquior est hæres, nec potest aliquis esse hæres propinquior nisi ille ad quem ius merum descendit, siue sit vnus siue plures. Nec erit in personis hæredum propinquorum recurrendum ad breue de recto, quia ad nullum ipsorum descendit ius merum, et cum in personis eorum non habeat locum assisa, ita nec consanguinitas, nec in personis hæredum ex illis prouenientium. Item cum locum non habeat inter propinquos, locum non habebit inter propinquum & remotum, siue remotissimum, nec est igitur consanguinitas. Contra extraneas vero personas possunt consanguinei petere per assisam de seysina antecessorum suorum, & in gradibus ad quos assisa mortis antecessoris se non extendit, petere possunt per breue de consanguinitate, quatenus tempus permiserit & probatio, vt prædictum est. ¶ 5. Sed esto quod cum coniuncta persona frater medius vel postnatus in seysina fuerit hæreditatis a communi stipite descendens, & totam vel eius partem transferat ad extraneum, et frater antenatus & propinquior assisam portauerit super tenentem, & ille warrantum vocauerit fratrem postnatum & ipse warrantizauerit, videtur prima facie quod cadere debeat assisa, quasi peruenerit ad eum casum sicut inter fratrem antenatum hæredem propinquiorem & postnatum hæredem propinquum, & quod procedi debeat per breue de recto, ac si assisa venisset super fratrem postnatum & qui inuentus esset in seysina. Sed esto quod cum frater postnatus vel consanguineus vocetur ad warrantum defaultam faciat, nonne erit assisa capienda per defaultam in persona tenentis? immo. Et eodem modo cum warrantizatum fuerit, si tenens defendi non possit in seysina, petens de seysina tenentis recuperabit, & tenens excambium de warranto. Sed reuera non cadit assisa secundum quosdam, quia tenens licet ei warrantizatum sit, non recedet a seysina, sed warrantus eum defendere tenetur in seysina sua, & ideo a tenente non est translata seysina, & ideo procedit assisa, nisi warrantus respondere possit ad assisam & docere quare procedere non debeat, sit tamen contrarium quandoq;

¶ De exceptionibus contra breue. Cap. 3.

Contra breue de consanguinitate in suo casu responderi poterit & excipi, sicut contra assisam mortis antecessoris: vt si excipiatuꝝ breue de consanguinitate non iacet, quia sunt cohæredes & quæ hæreditas descendat ab vno stipite, et quæ sanguinitas non iaceat magis quam assisa, responderi poterit ad hoc a petente, quod tenens non est in seysina vt hæres communis antecessoris, sed ex causa donationis a communi antecessore vel ab alio, & quod donatio minus sufficiens est, quia talis nunquam seysinam habuit in vita donatoris, sed quod donator inde obiit seysitus vt de feodo, et per hoc tenebit breue & cadet assisa, sed vertetur in iuratum ad inquirendum de feoffamento & seysina. Item responderi poterit quod ille qui in seysina est, non est cohæres sed extraneus, licet filius legitimus propter coarctationem hæredum, quia terra data fuit in maritadium cum matre petentis cum tali viro & hæredibus eorum communi.

CCCCi.

muni

Lib.iiii. Breue de consanguinitate.

munibus, et ille qui tenet est de altero viro, licet de eadem matre, & cohæres esse non poterit nec propinquus nec remotus, propter coarctationem hæredum. Sed si dicatur quod tenens bastardus sit vel villanus, ita quod hæres esse non possit, ibi cadit consanguinitas, sicut caderet assisa: quia talis obiectio pertinet ad ins. Et vnde si ille cui obijcitur bastardia se probare possit legitimum, vel ille cui seruitus obijcitur probare se possit esse liberum, per hoc terminabitur negotium tam super iure quam super proprietate, quod quidem fieri non poterit per breue de consanguinitate, non magis quam per assisam, quod non est in casibus præcedentibus, quia sicut in causa possessionis se probauerit legitimum vel liberum, nõ propter hoc se probat hæredem propinquiorem, & ideo recurrendum erit ad breue de recto cum hoc tangat ius merum. Item dicere possit quod antecessor non obijt seysitus vt de feodo, vel si obijt seysitus vt de feodo, tamen ille qui petit per breue de consanguinitate non est in tali gradu vel linea, quod aliquid ei descendere possit ratione alicuius propinquitatis, quia ex fratre talis antecessoris postnato. Et vt breuiter concludatur, oes ferè exceptiones quæ competunt contra assisam mortis antecessoris, competunt contra breue de consanguinitate, cum sapiat naturam assisæ. Item per breue de consanguinitate possunt plures petere sicut vnus, & contra plures sicut contra vnum, sicut in assisa. Item poterit assisa coniungi cum consanguinitate & per vnicum breue terminari, vt si soror petat de morte vel seysina patris vel matris, & nepos & neptis ex sorore vel vlteriùs. Vt si dicatur s. A. pater vel mater B. et auus vel auia, proauus vel proauia C. cuius hæredes ipsi B. & C. sūt, fuit seysitus in dominico suo vt de feodo. &c. Et forma breuis vt superius in principio, & qualiter per hoc breue procedendum sit, & qualiter contra breue excipiendum, satis ex præmissis sumi poterit exemplum.

¶ *An Breue de consanguinitate verti possit in breue de recto. Cap. 4.*

Item videndum est an breue de consanguinitate verti possit per narrationem in breue de recto, sicut potest breue de ingressu in breue de recto, vel econtrario. Vt si dicat petens per breue de consanguinitate in narratione descensus: Et vnde talis antecessor suus obijt seysitus in dnico suo vt de feodo, & postea adijciat, & de iure. Videtur (et verum est) quod sic trãseat de possessione in proprietatem, per hoc enim quod dicit quod talis obijt seysitus in dominico suo vt de feodo, deducit in iudicium totum ius possessionis. Et de hoc quod addit de iure, deducit in iudicium ius proprietatis, & sic per consequens duo iura, possessionis vz & proprietatis. s. ius duplicatum, quod dicitur *Dreit Dreit*. Sed quia breue de consanguinitate nihil determinare potest nisi ius possessoriũ, & petens in narratione sua vlteriùs procedit ad ius merum, ad quod consanguinitas se non extendit non magis quam assisa mortis antecessoris, per hoc recedit de breui suo, & cadit breue et non erit recurrendum postea nisi ad breue de recto. Nunquam enim vertitur causa possessionis in causam proprietatis per narrationem ex parte petentis vt hic, nec econuerso. Poterit enim quis habere liberum tenementum sine vsu & expletijs. Et vnde si quis eiectus fuerit

fuerit de tali seysina & per assisam nouæ disseysinæ petat restitui, nihil aliud dicit in intentione sua nisi quòd disseysitus est de libero tenemento suo. Eodem modo si seysinam petat antecessoris per assisam mortis, nihil aliud dicit nisi quòd antecessor suus seysitus fuit in dominico suo vt de feodo, die quo obiit. Et vnde si mentionem faceret de expletijs captis & de iure mero, sic dicendo per assisam nouæ disseysinæ, de libero tenemento meo vnde fui seysitus vt de libero tenemento vt de iure, capiendo expletia ad valentiam &c. vel in assisa mortis antecessoris sic dicendo, in dominico suo vt de feodo & iure, capiendo expletia ad valentiam &c. sic caderet breue propter ius merum, vt supra dictum est. Et vnde videtur manifestè quòd ius possessoriū satis stare possit sine vsu & expletijs, quæ tamen si interuenerint prodesse poterint & non nocere, cum præbeant vestimenta possessioni & ius possessorium declarent. Et vice versa breue de recto nunquam vertitur per narrationem ad breue prædictum super possessione, in hoc enim proprietatis & possessio nihil habent commune. Si quis enim semel cum effectu agere inceperit per breue de recto super ipso iure, nunquam redire poterit ad aliquam actionem super ipsa possessione, vel si in narratione sua aliquem articulū omittat qui locum habeat super ipso iure, & si dicat tantum in narratione sua: Et vnde talis antecessor suus seysitus fuit in dominico, vel si loquatur de seysina propria, & dicat: Et vnde seysitus fui vt de libero tenemento vel in dominico vt de libero tenemento: nisi mentionem faciat de iure & de tempore regis, & de expletijs captis, non valebit: & vnde videtur manifestè quòd ius proprietatis stare nō possit sine vsu & expletijs, sicut poterit ius possessionis, vt prædictum est. Relinquitur igitur quòd nulla istarum actionum verti possit in aliam per narrationem. In iure autem proprietatis vertitur quandoq; breue de ingressu in breue de recto (propter longissimum ingressū) de necessitate, quia non poterit quis probare ingressum de visu proprio & auditu, & vice versa vertitur quandoq; breue de ingressu in breue de recto sed non nisi de voluntate tenentis, cum tempus hoc pmiserit quòd probari possit ingressus de visu alicuius & auditu, secundum quod inferius dicetur plenius de ingressibus.

1 ¶ Breue de seysina antecessoris qui obiit de cōmunia pastura seysitus. 2. Forma breuis vbi quis moritur seysitus de cōmunia pastura si seysina deforciatur hæredi & de consanguinitate. 3. Forma breuis de recto. Cap. 5.

SI quis moriatur seysitus de aliqua communia pasturæ vt de feodo, & pertinentem ad liberum tenementum suum ex fundo alieno, seysinam suam quam habuit die quo obiit transmittit ad hæredes suos. Et si hæres cum in seysina fuerit vti prohibeatur, non cōpetit ei assisa mortis antecessoris cum sit quasi in iure possessionis, licet vti prohibeatur, & pro eo quòd vti prohibitus est, de beneficio principis subuenitur ei p breue quod tale est, per iuratam & non per modum assisæ. Forma breuis talis est. ¶ 2. Rex vic. salutem. Præcipe tali quòd iuste & sine dilatione permittat talem habere communiam pasturæ suæ in terra sua de tali villa,

CCCc.ij.

villa,

Lib.iiii. Breue de consanguinitate.

villa, de qua talis pater vel mater, auunculus vel amita, frater vel soror vel etiam antecessor auus vel proauus &c. vel consanguineus vel consanguinea, qui omnes dici possunt antecessores merito, eo quod hæredem antecedunt in iure possessorio. Et vnde cum prædictus talis (cuius hæres ipse vel ipsa est) fuit seysitus vel seysita vt de feodo tanquam pertinente ad liberum tenementum suum in eadem villa vel in alia, die quo obiit vt dicit. Et nisi fecerit, & idem talis fecerit te securum &c. tunc summonneas per bonos summonitores prædictum talem quod sit coram iusticiarijs nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, ostensurus quare non fecit, & habeas ibi summonitores & hoc breue. Quod autem dictum est de hærede, dici poterit de successore alicuius, sicut de rectore alicuius ecclesiæ cuius prædecessor obiit seysitus de aliqua communia pasturæ tanquam pertinente ad ecclesiam suam. Forma breuis talis est. ¶ 3. Rex vicecomiti salutem. Præcipe A. quod iuste & sine dilatione permittat A. rectorem talis ecclesiæ habere comuniam pasturæ suæ in terra sua de tali villa, de qua B. prædecessor suus quondam rector eiusdem ecclesiæ fuit seysitus tanquam pertinente ad ecclesiam suam talem die quo obiit vt dicit, & nisi fecerit, sumiñ &c. vt supra. Illud idem breue locum habere possit (vt videtur) in personis omnium aliorum qui petere possunt terras, tenementa, & iura nomine ecclesiæ suæ, de quibus possessores sui obierint seysiti vt de iure ecclesiæ suæ, Vt Archiepiscopi, episcopi, Abbates, Priores, Canonici de ecclesijs præbendatis & alij ecclesiarum rectores, nec scio rationem quare non, cum vbiquè sit eadè ratio. Ad diè vero sumonitionis poterit se deforcians effoniare si voluerit, si autem defaltam fecerit (secundum quosdam) procedendum erit propter defaltam, vt capiatur pastura in manum domini Regis, ac si actio esset realis, quod quidem esse non deberet (vt videtur) cum actio potius sit personalis quàm realis, & ita potius locum habeat attachiamētum quàm captio. Sed siue sic siue non sic, qualiter procedi debeat, inferius satis apparebit. Sed qualitercunque procedatur, per hoc breue non peruenitur ad causam proprietatis, cum tantum locum habeat in causa possessionis, sicut superius videri poterit paulò ante. Et ad hoc breue responderi poterit multipliciter, sicut de assisa mortis antecessoris, & terminari poterit per iuratum vel inquisitionem secundum proposita & obiecta.

i ¶ De breui Quo warranto. Cap. 6.

EST etiam aliud breue formatum ad querelam, quod aliquantulum & in parte sapit naturam breuis mortis antecessoris, & in parte noue disseysinæ, & quod extra com terminari poterit sine præiudicio comunis libertatis, quod tale est. Si A. filius B. fecerit te securum &c. tunc summe per bonos summonitores C. quod sit &c. ad ostendendum quo warranto se teneat in tanta terra cum pertinentijs in tali villa, quam prædictus B. pater ipsius A. (cuius hæres ipse est) in curia nostra &c. nuper recuperauerit versus eundem C. per assisam nouæ disseysinæ inde ibi inter eos captam, & de qua prædictus B. fuit seysitus vt de feodo, die quo obiit

obiit, vt dicitur, Et illud idem esse poterit sic communia pasturæ sic: ad ostendendum quare non permittit talem habere communiam pasturæ suæ in terra sua in tali villa, quam talis antecessor suus (cuius hæres ipse est) nuper in curia nostra &c. recuperatit versus talem per assisam nouę disseysinę tanquam pertinentem ad tenementum suum de tali villa, & de qua prædictus talis antecessor suus fuit seysitus vt de feodo, die quo obiit vt dicitur. Et idem dici poterit de quolibet rectore & de quolibet successore, et habeas ibi &c. Teste &c.

¶ Si damna veniant in iudicium in assisa mortis antecessoris. Cap. 7.

Cum autem petens per assisam recuperauerit, videndum erit an damna veniant in iudicium in assisa mortis antecessoris. Reuera huc usque venire non cosueuerunt, sed ad reprimendam malitiam dominorum capitalium, bonum est quod veniat propter vastum & destructionem. Sed videndum vtrum dominus capitalis vastum fecerit vel destructionem vel alius qui se intruserit vel titulum habuerit & warrantum. Si autem dominus capitalis, tunc refert vtrum tempore quo tenens suus & hæres fuerit infra ætatem & in custodia sua vel plenæ ætatis, cum dominus suus se in seysinam posuerit vt habeat primam assisam. Si autem nondum fuerit infra ætatem & sit aliquis parens vel amicus qui de vasto sequatur pro minore, & de vasto constiterit per inquisitionem vel per visum, dominus vastum emendabit sic quod damna restituet, siue vastum fecerit ante prohibitionem siue post, & custodiam amittet per iudicium ad minus ea vice: vt inter placita quæ sequebantur Regem coram W. de Raleigh in comitatu Hunt de Iohãne de Daco & filio Radulphi de Bray. Si autem hæres sit plenæ ætatis & in seysina, & dominus capitalis se ponat in seysinam cum eo ratione primę seysinæ, si tunc faciat vastum & destructionem, competit hæredi assisa nouę disseysinæ, licet a tenemento non expellatur, saltem vt pacem habeat & liberè teneat, recuperare possit per assisam cum restitutione dānorum: simplex enim seysina conceditur domino vt ad dominum recognoscatur & nullum vastum nec destructio. Si autem dominus capitalis vacuam inuenerit possessionem, & cum se posuerit in seysinam verum hæredem non cognoscat ad hæredem per malitiam, vt destructionis & vasti faciendi liberiores habeat facultatem, si vastum fecerit, & hæres sibi per assisam perquisiuerit, dominus capitalis damna restituet cum ipsa re, cum magis deliquerit quàm si vastum fecerit, dum hæres esset infra ætatem. Si autem cum dominus capitalis in seysina fuerit nomine hæredis aliquo modorum prædictorum alium feoffauerit, siue hæres sibi perquisiuerit per assisam mortis antecessoris siue nouę disseysinę, semper venient damna in restitutionem cum ipsa re, prædictis rationibus.

(. .)

Tractatus quintus

Libri quarti, in quo tractatur de Assisa vtrum.

(. .)

1 ¶ *Vtrum tenementum sit liber a eleemosina. Cap. 1.*



ST autem inter alias assisas quedam assisa que multum habet possessionis & iuris, que vtrumque terminat, possessionem .s. & ius, nec ulterius queritur de iure post talem assisam, siue faciat pro tenente siue pro petente, quamuis aliquando (si iuratores male iurauerint) agi possit de perjury & de conuictione inter eos inter quos capitur assisa. Ius autem aliorum qui maius ius habent non determinat, quia agi poterit iterum de iure mero quamuis prius actum sit de iure simulato, sicut fuit coram rege apud woodstocke de rectore ecclesie beate Marie Otoni successore wilhelmi Hardel, vt infra dicitur et ponetur casus. Per assisam istam recognoscitur, vtrum tenementum de quo agitur laicum sit feodum tenentis vel libera eleemosina pertinens ad ecclesiam alicuius rectoris, siue petens laycus sit siue clericus, quia in vtriusque persona locum habere debeat sicut primo fuit obseruatum tempore M. de Pateshull & postea ab eodem prohibitum, & quod locum non haberet nisi tantum in persona rectoris, cui nullum aliud competit remedium nec breue, nisi agere posset de seysina sua propria. Laico vero competere possent omnia alia remedia .s. breue de noua disseysina, mortis antecessoris, de ingressu, & de rectoro. Sed cum restringenda sunt lites potius quam laxanda, vt vitentur duella & magna assisa, & placitum maturius terminetur, oportet hodie quod breue istud & assisa locum teneat in persona vtriusque, tam layci quam rectoris, secundum quod olim fuit obseruatum: vt de itinere Abbatis de Rading & M. de Pateshull in comitatu wygoron, Assisa vtrum vnus mesuagium, & quod locum non haberet postea nisi tantum in persona rectoris, secundum quod inueniri poterit in ultimo Itinere M. de Pateshull in comitatu Suff. anno regni regis H. decimo secundo de Roberto de Bedentone & wilhelmo de Valle, & vbi Robertus cognouit quod nunquam fuit in seysina terre petite. Et videndum est in primis quibus rectoribus, & quarum ecclesiarum, & de quibus tenementis locum habeat assisa, & de qua libera eleemosina. Quia ecclesiarum alia cathedralis, sicut episcoporum, alia regularis sicut Abbatum & Priorum, alia parochialis sicut ecclesiarum rectorum, et ideo videndum quibus ex predictis competit assisa. Et sciendum quod tantum rectoribus ecclesiarum parochialium, qui instituti sunt per episcopos & ordinarios vt persone. Item dici possunt rectores, sicut sunt canonici de ecclesijs prebendatis. Item dici possunt rectores vel quasi, Abbates, priores & alij qui habent ecclesias ad proprios vsus. Et hoc intelligendum est tam de illis

illis qui medietatem habent alicuius ecclesie quæ diuiditur in duas partes, ratione duorum feodorum & ratione duorum patronorum, quia quilibet per se si iura & res habeant seperatas, per se & sine alio placitare poterit & implacitari. Si autem sit aliqua res quæ sit vel esse debeat inter eos, aliud erit, vt de Itinere Wilhelm de Ralegh in comitatu Leycestre circa medium Rotuli, et de termino sancte Trinitatis anno regni Regis Henrici quinto de Gerardo de Huwell & Richardo rectore medietatis ecclesie de Claypoll. Vicario autem nunquam competit assisa per se. Sed refert qualiter quis sit vicarius, vt si quis aliquam paruam pensionem soluerit annuatim alicui domui religiose, siue hoc faciat nomine pensionis vel nomine simplicis beneficii, non propter hoc remanebit assisa in persona vicarij. Sed si hoc soluat priuate persone nomine pensionis, non competit assisa vicario sed persone, aliquando tamen competit assisa vtrique tam vicario quam persone simul, vt de vltimo Itinere M. de Pateshull in comitatu Suff. Assisa vtrum vna acra terre &c. Item licet aliquando ecclesia diuisa sit inter duos siue bona habeant communia siue separata, dum tamen vnicum habeant aduocatum, nullus ipsorum sine alio placitare poterit vel implacitari: vt de eodem itinere M. de Pateshull in comitatu Suff. anno regni Regis H. decimosecundo de libertate Eliens. inter Thomam personam ecclesie de Framesdon & Robertum filium Alrici. Forma breuis talis est. Rex vicecom saluam. Si talis persona ecclesie talis fecerit te securum &c. tunc summonneas per bonos summonitores xii. liberos & legales homines de visineto tali, quod sint coram iustitiarijs nostris ad primam assisam &c. parati sacramento recognoscere, vtrum tantum terre cum pertinentijs in tali villa sit libera elemosina pertinens ad ecclesiam ipsius talis de tali villa, an laycum feodum talis. Et hoc si pro Rectore, si autem pro layco, tunc sic: Si talis laicus scilicet &c. vt supra. Vtrum tantum terre cum pertinentijs in tali villa sit laycum feodum ipsius talis in tali villa, an libera elemosina pertinens ad ecclesiam talis de tali villa. Et interim terram illam videant & nomina eorum imbreuiari facias, & summonneas per bonos summonitores predictum talem qui terram illam tenet, quod tunc sit ibi auditorus illam recognitionem, & habeas ibi summum & hoc breue Teste &c.

1 ¶ De modo procedendi & respondendi. 2. Vbi iacet hec assisa vbi non. 3. Qualiter proceditur ad assisam. 4. Alia forma in modum Iurata. Cap. 2.

Summonitus autem si ad diem sibi datum non venerit, nec se effonsauerit, tunc resummonetur quod sit ad alium diem, vt supra in assisa mortis antecessoris plenius. Si vero comparuerit, multipliciter respondere poterit contra assisam. In primis si error fuerit in impetratione vt supra. Item quod ecclesia talis nunquam fuit inde in seysina aliqua si clericus petat. Eodem modo respondere poterit clericus contra laycum, si laycus petat de disseysina sua propria vel alicuius antecessoris sui, cum sine seysina petere non possit. Item dicere poterit quod nunquam fuit in seysina in dominico nisi tantum de seruitio.

¶ 2. Item

¶ 2. Item ad hoc quod dicit (libera eleemosina) videndum erit quæ & qualis sit ad hoc quod procedat assisa, & vtrum terra data sit ecclesijs parochialibus vel alijs supradictis, & si ecclesijs parochialibus, vtrum sit libera vel magis libera, secundum quod data fuerit in dotem tempore dedicationis vel alio tempore, et in quibus casibus locum habebit assisa. Et vocari poterit warrantus tam a clerico quam a layco, & fiat per omnia vt supradictum est de warranto vocato, vt supra de assisa mortis antecessoris. Si autem terra data fuerit ecclesijs cathedralibus vel cõuentualibus, nõ iacebit assisa quamuis in liberam, puram & perpetuam eleemosinam: vt de termino P. anno regni regis H. decimoquinto de correctione erroris R. de Leylton in itinere suo in com. Suffex de Priore de Lewes & Gylberto de Aquila. Et quamuis huiusmodi terræ dentur in liberam eleemosinam, non solum dantur ecclesijs sed & personis tenendæ in baronia, secundum quod videri poterit per modum donationis, cum dicitur. Talis dedit & concessit deo & ecclesiæ tali, & tali priori & monachis ibidem deo seruiantibus, vel tali episcopo vel successoribus suis talem terram in liberam, puram, & perpetuam eleemosinam &c. talibus quidẽ competunt omnia remedia quæ layco competere, vt si fuerint in possessione & eiekti fuerint a seysina sua ppria, assisa nouæ disseysinæ, de seysina vero prædecessorum suorum breue de ingressu, & breue de recto. Et cum habeant tales personæ omnia remedia generalia, quæ quidem laycus haberet, non habebunt recursum ad singulare beneficium, quod introductum est in fauore alicuius singularis psonæ terræ petentis nomine ecclesiæ suæ, & quæ nihil clamare poterit nisi nomine ecclesiæ suæ, quia in ecclesijs parochialibus non fit donatio personæ sed ecclesiæ, secundum quod perpendi poterit per modum donationis. Item videndum erit de seysina cuius personæ petatur terra in dominico per assisam, & refert qualiter fuit seysitus, vtrum. s. in dominico vel seruicio. Item qualiter, vtrum videlicet terra data fuerit ecclesiæ parochiali in liberam eleemosinam tenenda in dominico, vel tantum per seruicium. Item vtrum sic data fuerit feoffato quod omnino tenere de ecclesia, vel quod data sit ecclesiæ sub tali conditione, quod ecclesia faciat feoffamentum tenendi de ecclesia, et secundum hoc peti poterit seruitium tantum vel tenementum in dominico. Si autem cum quis ita feoffatus fuerit sibi & hæredibus suis tenendum de suo feoffatore, & pro habenda warrantia & tuitione de ecclesia aliquem annuum redditum dederit ecclesiæ, hoc non debet dici seruitium, immo quædam præstatio nomine eleemosinæ. In quo casu, nihil amplius peti poterit nec nomine eschaetæ nec alia ratione, & secundum prædictam distinctionem de facili perpendi poterit, vtrum persona iustam causam habeat petendi in dominico tenementum vel tantum seruitium. Item videndum erit a quo terra sic data fuit ecclesiæ. s. an ab eo qui ius habet, an ab alio qui ius non habet: in quo casu vocari poterit warrantus, secundum quod fit in alijs placitis & assis, & si warrantus default fecerit, procedatur vt supra de warranto vocato in assisa mortis antecessoris.

¶ 3. Inter alias autem exceptiones & respõsiones ex præmissis elici possunt exceptiones & replicationes si partes voluerint. Si autem non sit warrantus

warantus nec exceptio quæ præponitur, præsentibus in iudicio partibus & iuratoribus, procedat assisa in modum assisæ (secundum quosdam) facta tamé expressione tenementi petiti propter visum quæ iuratores inde faciunt, secundum quod fit in alijs assisib; supradictis. Forma sacramenti in assisa ista est secundum modum istum. Hoc auditis iustitiarj quod veritatem dicam de assisa ista, & de vna virgata terræ cum pertinentijs vnde visum feci per præceptum domini regis, vtrum videlicet prædicta terra cum pertinentijs sit libera eleemosina pertinens ad ecclesiam talé vnde talis est persona, an laicum feodum talis: vel vice versa secundum quod persona assisam arramauerit, vel laicus: & pro nihilo omittam &c. Et secundum istam formam sacramenti cum assisa capta fuerit in modum assisæ, sequatur irrotulatio talis. Assisa venit recognitura vtrum &c. ¶ 4. Si autem capiatur in modum iuratæ cum assisa ista contineat in se possessionem & ius, vel cum partes se posuerint in iuratam de consensu cõmuni propter aliquam exceptionem incidentem extra assisam, tunc fiat sacramentum sic in modum iuratæ, nulla facta mentione de visu facto. Hoc auditis iustitiarj quod veritatem dicam de hoc quod a me requiretis ex parte domini regis, & pro nihilo omittam &c. In quo casu, oportet instruere iuratores super quibus dicere debeant veritatem ita: dicetis super sacramentum vestrum, vtrum tantum terræ cum pertinentijs in tali villa sit libera eleemosina &c. et secundum hoc fiat irrotulatio ita. Iurata venit recogn, si &c. & secundum veredictum iuratorum procedit iudicium, secundum quod sciuerint, vel ignorauerint, vel dubitauerint.

1. ¶ De remedijs quæ cõpetunt personæ sicut laico. 2. Si tenementum possit accidere vt eschaeta.
3. Breue q; terra reddatur rectori vt eschaeta. Cap. 3.

Sunt etiam plura remedia quæ competunt personæ sicut & laico, scilicet assisa nouæ disseysinæ de propria seysina, si persona fuerit disseysita. Item breue de ingressu de seysina sua propria vel alicuius prædecessoris sui. Item assisa ad recognoscendum vtrum &c. hæc omnia competunt personæ sicut & layco. Sunt quædam quæ competunt layco & nõ personæ, sicut in causa successionis, vbi fit descensus ab antecessore ad hæredem, quod quidem esse non poterit in persona, vt si laycus petat versus personam seysinam antecessoris sui, quò casu procedendum erit sicut inter alias quascunquæ personas. Item si petat per breue de recto, & tunc aut habet warrantum, aut non habet. Si autem warrantum habeat & ei warrantizauerit, procedatur inter warrantum & petentem sicut inter alias personas, & ad duellum & ad magnam assisam. Si autem warrantum non habuerit, & in propria persona videre voluerit, duo habebit remedia per breue de recto & vnum habere poterit quod elegerit si tempus probationis permiserit quòd quis testificari poterit de suo proprio visu & auditu, & tunc ponere se poterit in iuratam (si voluerit) vtrum terra petita sit libera eleemosina &c. an laycum feodum &c. ac si ipse laycus ab initio peteret per assisam. Et propter hoc non vertitur causa proprietatis

DDDD.i.

prietatis in causam possessionis, licet vtramque determinat. Si autem elegerit se defendere per duellum, vel per magnam assisam (de necessitate) cum non possit aliquis loqui de proprio visu & auditu, propter tempus longissimum, bene licebit ei propter necessitatem, cum per assisam non possit, si potestas ordinaria & consensus patronorum permiserint. ¶2. Si quis autem tenuerit de ecclesia aliquam terram in liberam eleemosinam pro seruitio, si contingat talem feloniam facere, vel mori sine hærede, tenementum illud erit eschaeta ecclesie, sicut cuiuslibet alterius priuatæ personæ, propter seruitium & ius merum, quod non poterit ad alium descendere, & sic euanescit homagiū sicut inter alios quoscunque. Si autem ecclesia vel persona nomine ecclesie nihil perceperit nisi nomine eleemosinæ, nihil petere poterunt nomine eschaetæ, sed ad eos pertinebit eschaeta qui in seysina fuerint de seruitio. Sed esto quod persona qui nomine eleemosinæ aliquid perceperit se posuerit in eschaetam, & per negligentiam veri domini, sic tenementum illud sibi ipsi appropriauerit, vel ad alium ex quacunque causa transfulerit, tenendum de ecclesia & pro certo seruitio simul cum eleemosina, quæritur an successor eius personæ tenementum illud petere poterit in dominico? videtur quod sic, propter talem ingressum prædecessoris, quamuis iniuriosum, quoad verum dominum, donec ille verus dominus qui ius habet, docuerit tenementum illud esse eschaetam suam. Et quid si vterque petat vno & eodem tempore? quæritur quis eorum alteri præferri debeat? Et reuera recurrendum erit prius ad vltimam seysinam prædecessoris (quamuis iniuriosam) per assisam, & postea cum persona obtinuerit per assisam, locum habebit breue de ingressu versus eum. Et quid si cum tenens primò implacitatus fuerit per breue de recto, personam successorem vocauerit ad warantum? quæritur an warrantizare debeat: & tunc primò videndum est an sit in seysina de homagio & seruitio tenentis illius, an non: si autem sit, tunc tenetur ad warrantiam, saltem vita sua perpetuò quoad vixerit, & post mortem suam successor suus habebit actionem, non obstante homagio & seruitio facto suo prædecessori. Si autem homagium & seruitium non accepit, non tenetur warrantizare (nisi gratis velit) ex quo petiturus est tenementum in dominico. Si autem bastardus aliq̄s quicunque clericus vel laicus feoffatus fuerit tenendi de ecclesia, & hæredem non habuerit de corpore suo, nec terram nec tenementum suum alicui assignauerit in vita sua per modum donationis, & rector ecclesie qui post eum fuerit cum tenementum petierit in dominico, nihil per assisam acquisuerit nisi tantum seruitium, poterit terram illam petere in dominico versus quemlibet possidentem vt eschaetam suam nomine ecclesie suæ per tale breue. ¶3. Præcipe tali quod iuste &c. reddat tali rectori tantam terram cum pertinentijs &c. quæ clamat esse ius ecclesie suæ, & quæ ad prædictam ecclesiam suam reuerti debet tanquam eschaeta sua, eo quod talis quondam rector ecclesie suæ prædictæ per quæ prædictus talis ingressum habuit in terram illam bastardus fuit & tenuit de prædicta ecclesia sua & obiit sine hærede de se, vt dicit, & nisi fecerit &c.

De Assisa vtrum. Ca. 3. Fol. 288.

rit &c. Item in omnibus assisis & iuratis generaliter, si cum partes presentes fuerint in iudicio, detur alius dies ante captionem sine suo essonio, & concedatur forte a tenente, quod siue venerit siue non, capiatur assisa vel iurata per defaultam, si assisa vel iurata per defaultam faciat pro petente, non precise procedatur ad iudicium eodem die, sed detur alius dies, ad quem si non venerit tenens, tunc capiatur terra in manum domini regis pro secunda defaulta, & ipse summoneatur quod sit ad alium diem auditurus iudicium suum de defaulta: Ad quem diem siue venerit siue non, petens recuperabit seysinam suam, & reddatur iudicium suum. Si autem ulterius conuenerit quod primo die, & per primam defaultam capiatur assisa & reddatur iudicium: tunc primo die fiet ut conuenit, nec expectabitur alius dies. Cum autem huiusmodi assisa seysinam importet & ius, ita quod si tenementum ad laicum feodum conuincatur, ad liberam elemosinam trahi non possit imposterum, nec econuerso, quare an locum habere debeat conuictio si duodecim iuratores male iurauerint: & quod locum habere debeat si in modum assise capiatur, probatur in rotulo de itinere Abbatis de Radinge & Martini de Pateshul anno regni regis Henrici quinto in comitatu Gloc. assisa vtrum vna hyda terrae circa principium. Ad hoc etiam facit de termino sancti Hillarij anno regis Henrici duodecimo in comitatu Buck. assisa vtrum duae virgatae terrae, & hoc verum est nisi petatur conuictio per longum interuallum post captionem assise: ut in eodem itinere in comitatu Gloc. quia post longum interuallum transit iudicium in autoritatem rei iudicatae, tempus tamen non est definitum. Sed in eodem itinere petebatur conuictio post lapsum sexdecim annorum, quod tamen non fuit concessum. Cum vero aliqua predictarum assisarum capiatur in modum assise, videndum erit a iustitiariis & diligenter examinandum quid & quantum querens posuerit in visu suo, quia ultra id quod in iudicium deducitur, potestas iustitiariorum non extenditur, nec etiam sacramentum iuratorum, quia licet querens de maiori quantitate disseysitus fuerit, & totum in visu suo non posuerit, in eo quod excedit non potest iustitiarius iudicare nec iurator iurare, quia non iurat nisi de eo quod ei ostenditur a querente. Et ideo si ulterius extendant sacramentum, non erit locus conuictioni, cum sacramentum sit nullum, sed locus erit assise nouae disseysinae contra iuratores tantum, & non contra illum qui iudicatum recepit. Si autem id quod querens in visu suo proposuerit totum dederit querenti, & ipse querens ea occasione plus occupauerit, ad querelam eius qui amisit recentem locus erit certificationi per officium iustitiariorum, vel locus erit assise nouae disseysinae contra eum qui occupauerit: & hinc inde post captionem assisarum locus erit conuictioni, si partes voluerint. Item de eo de quo iuratores visum fecerint, videndum erit vtrum totum dederit tenenti vel abstulerit, & tunc refert vtrum iuste vel iniuste ad hoc quod sequatur conuictio vel non. Item vtrum totum vel eius partem iuste vel iniuste, ut secundum hoc remaneat vnus in misericordia vel ambo.

Lib.iiii. ε De Assisa vtrum.

1 ¶ De cōuictione siue attincta iuratorum qui male iurauerint. 2. Quando locus est cōuictioni & quando non. 3. Ad quem pertinet capere cōuictionem & certificationem. 4. Breue ad summonendū. 24. 5. Aliud breue de assisa mortis antecessoris. 6. Breue de assisa vltima presentationis. 7. Qualiter accipi debet cōuictio. 8. De sacramento. 24. Cap.4.

CVm vero in aliqua prædictarum assisarum contigerit quòd iuratores falsum fecerint sacramentum & ita commiserint periurium, ad que-
relam eius qui per assisam amiserit conuinci poterunt de periurio
multis modis, quandoquè per sacramentum viginti quatuor, quandoq;
ex ore proprio per examinationē iudicis, & sine iurata viginti quatuor,
& quandoquè ex propria confessione & propria voluntate, vt si propri-
um delictum cognoscant & se ponāt in misericordia domini regis vt dic-
tum suum possit emendare. Sed in omnibus casibus prædictis non erit
par pœna infligenda vel eadem, secundum quod inferius dicitur. Si au-
tem conuincendi sint iuratores per viginti quatuor, videndum erit quot
iuratores fuerunt in assisa, vt quilibet ad minus duos habeat conuictor-
es, & si plures habeat non nocet, etiam ita quòd omnes sint eiusdem
conditionis ad minus cuiusmodi sunt duodecem iuratores, si melioris
conditionis esse non possunt. Et cùm de cōuictione agatur, possit esse in
causa tam iustitiariorum quàm iuratorum, & standum erit recordo iustitiariorum
donec per conuictionem mutetur vel teneat. Igitur ante omnia, & eti-
am antequam iurata summonetur, videndum erit recordum & exami-
nandum, vt si iudex fuerit in culpa, hoc iuratoribus non imputetur nec
econuerso, & quòd pœnam non sentiat quia culpa imunis extiterit. Iu-
dex enim siue iustitiariorum ad quem pertinet examinatio si minus diligenter
examinauerit occasionem præbet periurij iuratoribus, nec iuratores a
culpa liberat nec seipsum. Audito igitur recordo, perpendi poterit (et
non prius) vtrum assisa capta fuerit in modum assisæ vel in modum iura-
tæ, & secundum hoc adiudicare conuictionem vel non adiudicare. Et
si in modum assisæ capiatur assisa per iuratam conuincatur vtrum duo-
decem verum fecerunt sacramentum vel falsum, si autem verum, tene-
bit eorum veredictum, si autem falsum conuincendi sunt propter periur-
ium. Poterit etiam sacramentum esse falsum & fatuum. Et eodem mo-
do iudicium siue iustitiariorum siue iuratorum. Committit enim iurator peri-
urium propter falsum sacramentum, vt si ex certa scientia aliter iurauerit,
quàm res in veritate se habuerit. Si autem sacramentum fatuum fuerit
licet falsum, tamen non committit periurium licet re vera res aliter se
habeat quàm iurauerat, & quia iurat secundum conscientiam, eo quòd
non vadit contra mentem. Sunt quidem qui falsum dicunt mentiendo
sed se peierant, quia contra mentem vadunt. Sunt etiam quidam qui
falsum dicunt iurando sed non se peierant, eo quòd non mentiuntur
nec contra mentem vadunt, cùm credunt ita esse secundum conscientiam,
quamuis res se habeat aliter in veritate. Vt si quis interrogat quis fu-
it ad consilium London, & respondeat quis quòd rex & comes Richardus

dus (vt credit) licet aliter sit in veritate quòd comes ibi non fuerit, talis non mentitur, & licet iurauerit quòd ita sit (vt credit) periurium non committit. Item vice versa, dicunt quidam verum & mentiuntur & peierant eo quòd contra mentem vadunt, quia non credunt ita esse sicut dicunt, vt si Iudeus dicat Christum natum ex virgine, mentitur: quia contra mentem vadit & non credit ita esse, cum ita sit in veritate, & si iurauerit, periurium committit. Eodem modo potest iurator falsum facere iudicium & fatuum cum iudicare teneatur per verba in sacramento contenta, quæ talia sunt: quòd dicet veritatem si talis disseysuit talem, & tunc videndum vtrum simpliciter dicat sine aliqua ratione dicti sui quòd talis disseysuit talé, vel quòd non disseysuit, quo casu, si reuera res aliter se habeat, falsum sequi poterit iudicium si contra mentem ierit fatua pronuntiatio iustitiarum licet non falsa, quia non examinavit. Item eodem modo fatuum poterit iudicium esse iuratorum, si non contra mentem ierint, & similiter fatua pronuntiatio iudicis. Item si dicat quòd talis disseysuit talem vel non disseysuit & rationem dicti sui assignauerit narrando veritatem per ordinem, licet expresse non iudicent, faciunt tamen quòd tantundem valet. Et licet narratio forte contraria sit sacramento & dicto præcedenti, tamen falsum non faciunt sacramentum licet faciunt fatuum iudicium, quia loquitur secundum conscientiam, quia falli possunt in iudicijs suis sicut ipse iustitarius. Et si iustitarius secundum eorum iudicium pronunciauerit, falsum faciet pronuntiationem. Si autem aliter quam res se habuerit narrauerint, aut hæc faciunt ex certa scientia aut iusto errore ducti sunt. Et si examinati, cum iusto deducantur errore dictum suum emendauerint hoc bene facere possunt ante iudicium & impunè, sed post iudicium non sine poena. Si autem in falsitate permanserint & ex certa scientia sua falsum dixerint, sed non ante iudicium, ore tenus conuinci possint, post iudicium conuinci poterunt per iuratum. Item in culpa poterit esse iudex siue iustitarius & non iurator, vt si cum iurator veritatem dixerit & rationem dicti sui assignauerit & iustitarius pronunciauerit in contrarium, & hoc facit ex certa scientia. In hoc casu tenebitur ex malefitio male pronuntiando & peruertendo scienter iustum iudicium iuratorum, & sic non erunt iuratores in culpa sed iustitarius. Si autem hoc fecerit per ignoratiam vel per imperitiam, tenebitur ex quasi malefitio, sed cum eo propter imperitiam, mitius erit agendum quoad poenam. Examinato igitur (vt prædictum est) recordo, aut statim concedatur conuictio aut poenitus denegetur. Esto etiam quòd iuratores minus bene examinati obscurum dixerint, vel ad interrogata non responderint plenè vel dubiè, vel iusto errore ducti veritatem non dixerint in parte vel in toto, tunc examinato recordo (vt prædictum est) locus erit potius certificationi quam conuictioni ex tali causa, vt de incerto faciant certum, & de dubio verum, & de errore reuocentur ad veritatem. Cum igitur petatur certificatio, non debet de facili concedi coram alio quam coram ipso qui ceperit assisam & hoc nisi ex aliqua causa suspicionis: Et si coram alio capi debeat, non prius concedatur quam videatur

tur

tur recordum & examinetur : vt superius obseruatur de conuictione , & si recordum fuerit sufficiens & planum , non erit necesse quòd fiat certificatio cùm iuratores recordum suum siue dictum mutare non possit nec in dicto suo variare contra recordum iustitiariorum , quod si ita esset, sic præferetur eorundem dictum & in nullo valeret recordum. Et si contingat quòd dicant contra recordum , sic se ipsos oretenus conuincunt. Supplere autem possunt in certificatione defectum , vt si minus dixerint vel obscurum , vel si iusto errore ducti fatuum fecerint sacramentum , vel in narratione facti vel in iudicio , dictum suum emendare poterunt ante iudicium & impunè , sed post iudicium non sine pœna, cùm se inde posuerint in misericordia domini regis & pœnam periurij non euadent quoad redemptionem , dum tamen infames nō efficiantur secundum quod de illis obseruatur qui iurant saluo visu . Si autem omnia plana fuerint in recordo & plena , non est locus certificationi sed querens agat de conuictione si voluerit. ¶ 3. Vt plenius autem sciatur quando sit locus conuictioni & quando non , videndum erit per recordum vtrum assisa capta fuerit in modum assisæ vel in modum iuratæ opposita exceptione vel non opposita. Item vtrum assisa capta fuerit in præsentia tenentis vel eo absente. Si autè fuerit ibi exceptio pposita, aut est peremptoria tantum breuis & non actionis, propter errorem qui prouenit ex ipso nomine vel loco, sicut comitat vel villæ, & qui non tangit assisam : hîc cùm assisa & actio integra remaneat, non erit locus conuictioni licet iuratores falsum dixerint vel errauerint, quia non cadit nisi tantum breue durante assisa in suo statu , & de huiusmodi veritate inquiritur ita bene quandoquè sine sacramento, quandoquè cum sacramento. Si autem exceptio fuerit peremptoria tam assisæ quàm breuis propter errorem rei , vt si quis petat per assisam tenementum sibi vbi petere deberet redditum, si iuratores dicant pro petente, locus erit conuictioni , si assisa capiatur in modum assisæ secus si in modum iuratæ, & sic per assisam vel iuratam terminabitur actio . Si autem breue competens fuerit, & cùm querens vel petens intentionem suam proposuerit & articulos breuis , excipiat tenens contra articulos breuis & contra intentionem, & illos in toto vel in parte negauerint, tunc oportebit querentem vel petentem intentionem suam probare per assisam, quo casu , si iuratores malè iurauerint, locus erit conuictioni, quia capitur assisa de articulis supradictis in modum assisæ . Si autem talis sit exceptio quæ non tangat aliquem articulum breuis , & si ex toto concedatur intentio querentis & querela iusta videatur, tamen elidi poterit per exceptionem : vt si incidat alia actio opposita in modum exceptionis , vt si tenens dicat se esse in possessione & iuste, per conuentionem siue conditionem, & hoc probare paratus sit, sic eliditur actio & assisa præcedens , cùm denegari non possit . Oportet igitur probare conuentionem quæ est alia actio & extra assisam , & quæ multas habet probationes: probatur enim quandoquè per instrumentum & per testes , quandoq; per assisam in defectu instrumentorum captam in modum iuratæ & non assisæ, de consensu & voluntate vtriusquè

De Assisa vtrum. Ca. 4. Fol. 290.

vtriusquè partis , quia oportet de necessitate quòd consentiant , & si proponens probare voluerit quòd dicit , exceptio erit nulla , & querens obtinebit . Si autem querens se ponere voluerit in iurata , denegabitur ei actio , in quo casu , propter consensum non erit locus omnino conuictioni . Illud idem erit si status opponatur in modum exceptionis . Et stat assisa si querens personam habeat standi in iudicio & quòd petere non possit per assisam , oportet quòd tenens probet illum esse talem , & quia ex toto conceditur intentio querentis si personam habeat in iudicio standi , quo probato vel non probato , terminabitur actio . Probare enim poterit tenens exceptionem suam multis modis per parentes , si illos statim habuerit ad manum , & si non , ad alium diem . Sed admitti non deberet talis probatio per parentes si contigerit postmodum quòd de statu ageretur , nisi opposita esset a domino contra seruum existentem sub potestate sua , & in quo casu , vno iudicio terminaretur status & assisa , quod quidem non esset si esset extra potestatem domini & iudicium peteret si ponere se deberet in assisam de statu ante restitutionem , ad quod quidem compelli non deberet nisi hoc de voluntate sua procederet , cum alia actione opus esset . Si autem nullos parentes habuerit , tunc per instrumentum exceptionis & cum nullam aliam habuerit , tunc in fine per assisam , contra quam querens replicare poterit multis modis de libertate , & probare se liberum per parentes , vel per instrumentum manumissionis , vel per priuilegium , vel quòd sit in statu libero extra potestatem dominorum , in quibus casibus , se defendere poterit si replicationem probauerit . Si autem nullam habuerit , vel cum habuerit illam non proposuerit , tunc ad vltimum per assisam in modum iurate captam iudicabitur , nec per hoc ei præiudicabitur impostero quoad statum , siue iurata faciat pro eo siue contra ipsum , nec erit locus conuictioni , quia non capitur in modum assisæ , nec seruitus opposita tangit assisam magis quàm conuentio , sed assisa semper manet integra , licet per exceptionem elisa . Si autem capta fuerit assisa in absentia tenentis , vel si cum præsens fuerit non exceperit sed statim se posuerit in assisam , siue iuratores dicant pro vno siue pro alio in articulis breuis & falso , vel dicant forte conuentionem interuenisse , vel quòd querens seruus sit vel bastardus , cum non sit , vel aliud quid tale quòd posset esse exceptio si proponeretur a tenente , locus erit conuictioni , quia capta est ista assisa , in modum assisæ & non iurate , quasi consensu querentis siue parentis non interueniente . Si autem cum tenens absens sit nihil dicatur contra assisam , ex prouidentia boni & discreti iustitiarum , tenentur iuratores reddere rationem dicti sui , & si postmodum de conuictione agatur , excusare poterit iuratores iusta ignorantia , & iustus error . In assisis autem omnibus præter magnam assisam locus erit conuictioni generalitèr , nisi vertatur assisa in iurata propter aliquam questionem incidentem que

quæ probari debeat per instrumenta & per testes vel per iuratores (vt prædictum est.) Et in magna assisa ideo non iacet conuictio, quia cum petens offerat se disrationare dictum suum, oportet quod tenens se defendat vel per duellum vel per magnam assisam per quod istorum duorum elegerit, & cum de voluntate sua se capiat ad assisam, illam recusare non poterit, quod si fecerit, videtur quod defensionem suam reprobauerit sicut in assisibus obseruatur, vbi quis se ponat in iurata aliqua ratione (vt prædictum est) non poterit iuratorum dictum postmodum reprobari, nisi si faceret, nihil aliud esset quam facere probationem suam nullam, & ideo non admittitur conuictio. Et sciendum quod sunt assisæ siue iuratæ siue inquisitiones de transgressionibus & alijs. Item sunt purgationes, vt si crimen imponatur vel delictum, purgatio erit probatio innocentia. Item est defensio contra præsumptionem, quæ nec dicitur iurata siue inquisitio nec purgatio, scilicet vbi quis dicit aliquid esse & inde producit sectam, exinde sequitur defensio contra sectam quasi probatio contra præsumptionem, & quandoquæ admittuntur plures defensiones quandoquæ pauciores contra sectam, secundum quod alibi dicitur. Est tamen quædam iurata quæ aliquando admittit conuictionem, vt si fiat iurata de aliquo quod tangat dominum regem & facit contra dominum regem, conuicti poterunt iuratores per alios: vt coram Martino de pateshul de Henry de Mouewedene, qui aliquando fuit in custodia domini regis tempore Huberti de Burgo. Iurata vero siue inquisitio non admittit conuictionem, & si calumpnientur certa ratione, sequitur emendatio & mutatio iuratorum vel aforciamento. Si autem in iuramento vel iudicio aliquando erratum sit: videndum erit si error sit excusabilis vel crassa ignorantia ad hoc quod mitigetur poena, vt si factum de facili sciri non possit nisi per præsumptionem, vt si coherentio vel contractus aliquis factus sit in occulto ita quod pauci præsentis extiterint, talis error excusabilis est: Si autem in publico & palam & hoc ita quod omnes de patria hoc sciuerint, & soli iuratores hoc ignorauerint vel inde dubitauerint, non excusantur a periurio, quia talis crassa est ignorantia. Si autem iuratores factum narrauerint sicut veritas se habuerit, & postea factum secundum narrationem suam iudicauerint & in iudicio errauerint, iudicium potius erit fatuum quam falsum, cum credant tale iudicium sequi tale factum. Et si iustitiarj secundum eorum dictum iudicium pronunciauerint, falsam faciunt pronunciationem, & ideo sequi non deberent eorum dictum sed illud emendare tenerentur per diligentem examinationem. Si autem diiudicare nesciant, recurrendum erit ad maius consilium. Item est quoddam sacramentum quod deferretur a parte parti in iudicio vela iudice parti in quo nulla sequitur conuictio. Satis est enim quod deum expectent vltorem. Item de damnis nulla erit conuictio sed potius locum habet certificatio, vt si iuratores nimis grauauerint disseysitorem in damnis, & in quo casu possunt certificare iustitiarjos in quibus & de quibus tot damna prouenerint, & tale sacramentum deferretur a iudice iuratoribus ac si dubia dicerent vel obscura.

De Assisa vtrum. Ca. 4. Fol. 291.

¶.3. Videndum est etiam cui cōpetat querela super conuictione : & sciendū q̄ ei competit cui competit assisa, v̄z qui in seysina fuit nomine proprio & non alicno, vt procurator vel familia. Item competit ei contra quē præfertur assisa. Item videndum ad quem pertinet capere conuictionem & certificationem, & sciendum quod ei qui cepit assisam, quia ipse magis nouerit veritatem, & hoc nisi aliqua certa ratione suspectus habeatur, & etiam sine alio breui cum potestatem habeat terminandi negotiū, quia ad ipsum pertinet plenaria potestas iudicandi in vna assisa sicut in pluribus, nisi aliquid excipiat specialiter in breui de waranto, quia etsi aliqua causa licet simpliciter alicui delegetur, omnia videntur ei cōcessa sine quibus causa explicari non possit : Cū igitur conuictio & certificatio dependeat ex assisa, nec sine conuictione vel certificatione plene terminari possit assisa, merito pertinebit ad ipsum capere conuictionem & certificationem cui competit plena iurisdictio capiendi assisam. Item videndum, infra quod tempus capi debeat, & sciendū, quod statim & recenter post captionem assisæ ab eo qui cepit assisam, alioquin trāsibit iudiciū assisæ in rē iudicatam, ita q̄ sine speciali præcepto domini Regis post tēpus capi non possit. Item vbi capi debeat, in com̄ vel extra, secundū quod fieri debet de assisis. Et sciendū q̄ pro voluntate domini Regis vel iusticiarij in com̄ vel extra, vbicunq; assisa capta fuerit in com̄ vel extra, cūm dependeat ex assisa sicut facit certificatio. Et si ad hoc se habeat cōmunis libertas q̄ assisæ extra com̄ capi non debeant, non sequitur quod propter hoc remaneant iuratae in com̄ capiendæ, aliad enim habet priuilegium assisæ & aliud iurata. Breue siquidem de sumonendo viginti quatuor ad conuincendum duodecem tale est. ¶.4. Rex vic. salutem. Si talis fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc sumoneas per bonos sumonitores. xxiiii. legales milites de visneto de tali villa quod sint corā iusticiarijs nostris ad primam assisam cūm in partes illas venerint, parati sacramento recognoscere si talis iniuste & sine iudicio disseysit predictum talem de libero tenemento suo in tali villa post primam coronationem nostram apud VVestminster, vnde talis queritur quod iuratores assisæ nouæ disseysinæ quæ inde sumonita fuit & capta inter eos coram iusticiarijs nostris vltimo itinerantibus in com̄ tali falsum fecerunt sacramentum. Et interim diligenter inquiras qui fuerunt iuratores illius assisæ, & eos habeas ad præfatam assisam coram præfatis iusticiarijs. Et sumoneas per bonos sumonitores præfatum talem quod tunc sit ibi auditurus illam recognitionem. Et habeas ibi sumonitores & hoc breue & nomina militum. T. & c. ¶.5. Aliquando fit hoc breue pro disseysitore, aliquando pro disseysito, aliquando pro communia pasturæ, & turbariæ, & fossato leuato, & hijs similibus. Rex vic. salutem. Si talis fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc sumoneas per bonos sumonitores. xxiiii. legales milites de visneto de tali villa, q̄ sint corā iusticiarijs nostris ad primam assisam cūm in partes illas venerint, parati sacramento recognoscere si talis pater, mater, auūculus vel amita, frater vel soror predicti talis fuit seysit vel seysita in dominico suo vt de feodo de tanto terræ cum pertinētijs in tali villa die quo obiit, & si obiit post primam coronationem

EEEc. j.

nationem

nationem R. Regis auūculi nostri, & si idē talis pprius eius hæres sit, vnde ipse talis querit q̄ iuratores assise mortis atecessoris, quę inde sūmonita fuit & capta inter ipsū talē & talē corā iusticiarijs nostris vltimō itineratib⁹ in com̄ tali, falsū fecerūt sacramētū. Et interim diligēter inquiras qui fuerunt Iuratores illius assise, & eos habeas ad prefatā assisā corā præfatis iusticiarijs, & sūmoneas per bonos sūmonitores prædictum talem q̄ tunc sit ibi auditorus illā recognitionē, & habeas ibi sūmonitores, & hoc breue & nomina militū. T. & c. ¶. 6. De assisa vero vltimæ plētationis sic: Si talis fecerit te securum & c. Summoneas & c. quòd sint parati sacramēto recognoscere quis aduocatus tempore pacis præfetauit vltimam personam & c. Et sic totam formam breuis originalis, vt supra de alijs assisis. Si autem super assisam ad recognoscendum vtrum: eodem modo. Et per hoc q̄ forma breuis originalis inferi debet in breui de conuictione, videtur aperte quòd conuictio tantum locum habeat de articulis in breuib⁹ assisarum contentis, vbi nulla obijcitur exceptio, sed capitur in modum assisæ. Et quòd vbi excipitur de conuentione vel opponatur causa status vel huiusmodi, locū non habeat conuictio, quia si opponitur, tūc vertitur assisa in iurata ad inquirendum de exceptione si dedicatur, vel non fiat secundum conuentionem, & eo q̄ necessitas iuris partes ad hoc compellit. Ad diem sūmonitionis bene se poterit effoniare ille qui sūmonitus est ad audiendam illam recognitionem, quia omnes quos recognitio tangit interesse debent, poterit enim sūmonitus multa dicere quare non debeat conuictio procedere, vel si procedere debeat, dicere possit contra Iuratores & alia plura proponere quare conuictio remanere debeat ad tempus vel imperpetuum. Et excipi poterit per eum qui recuperauerit per assisam, vt si damna fuerint restituta in parte vel in toto, quia ante statum eius plenē restitutum non procedet conuictio sicut nec placitum aliquod motum per eum qui amisit per assisam super proprietate. Item cadit conuictio si ille qui de falso sacramento queritur, autoritate propria & sine iudicio se posuerit in seysnam de tota re vel eius parte aliqua. Præsentibus itaq; partibus, si viginti quatuor non venerint, dabitur alius dies, & viginti quatuor attachietur q̄ sint ad illum diem. Præsentibus autē iuratoribus & querente si sūmoniti non venerint, attachientur, si autem querens non venerit, præsentibus iuratorib⁹ & illo de quo queritur, recedet Iurata sine die (expectato tamen quarto die) & sūmonitores similiter, & querens & plegij sui de proseguendo in misericordia Regis. ¶. 7. Cū autem partes in iudicio comparuerint, in præfeta. xii. & viginti quatuor in primis audiatur recordū assisæ secundū quod capta fuerit, & inquiretur a querēte in quo vel in quibus. xii. iuratores falsū fecerint sacramētū, in vno articulo breuis, vel in plurib⁹, vel etiā in quæstionib⁹ & exceptionib⁹ incidētib⁹, si assisa capta fuerit in modū assise, & vbi nulla pposita fuit exceptio a tenente secundū dicta. Et sacramētum a iuratorib⁹, & in quo casu loc⁹ erit cōuictioni si iuratores malē iurauerint, in exceptionib⁹, sicut in articulis principalibus in breui contentis: & secundum quod ita fuit, sicut querens dicit vel non, præcedat iurata per sacramentum. xxiiii. Iurare autem debet in modum iurata, & non in modum assisæ hoc modo.

¶.8. Hoc auditis iusticiarij q̄ veritatem dicam de hoc quod a me requireris ex parte domini Regis, & pro nihilo omittam &c. Et alij post eum iurabunt sicut in alijs iuratis. Et cum iurauerint, iusticiarius ostendat eis formam querelæ, & super quibus dicere debeât veritatem, scilicet vtrum ille qui queritur iniuste fuerit disseysitus vel non, & rationem dicti sui (si necesse fuerit) tenentur assignare, & secundum quod dixerint pro vna parte vel pro alia, sequetur absolutio vel condemnatio. Forma vero irrotulationis talis esse debet. Iurata viginti quatuor ad conuincendum. xii. venit recognitura, si A. iniuste & sine iudicio &c. vel alio modo, secundum diuersitatem assisarum & formam breuis de conuictione. Et vnde talis queritur quod iuratores talis assisæ nuper captæ coram iusticiarijs talibus falsum inde fecerunt sacramentum, eo quod dixerunt quod prædictus talis disseysit talē iniuste & sine iudicio, & non disseysit eum sicut alius talis dicit. Et vnde idem talis dicit quod ita fuit vel ita, & sic tota irrotulanda erit narratio respondentis & excipientis contra iuratores. Et cum. xxiiii. veredictum suum dixerint, dictum suum affirmant rationibus & præsumptionibus, & diligenter sunt a iusticiarijs examinandi, & sæpius interrogandi de veritate, eo quod nulla sequitur conuictio, & quia sæpius decipiuntur. xxiiii. sicut. xii. & falsum quandoq; faciunt sacramentum, vel fatuum sicut ipsi. xii. & quandoq;. xxiiii. falsum dicunt vbi. xii. verum dixerunt. In dicendo vero veredictum suum, aut omnes concordēs sunt, aut quidam concordēs & quidam discordēs, si autem discordēs, associantur eis alij pro afforcamento, vt supra dictum est de assisis. Si autem nihil sciuerint nec scire possint de veritate, per interrogationes siue examinationes, siue. xii. verum dixerint siue non, remanebit suo loco possessio, quia querens nihil probat. Idem erit si dubitauerint, vtrum ita sit sicut querens proponit vel non, quia querens non probat: Quoties enim dubitatur an quid sit, perinde est ac si non esset illud. Si autem concordēs veritatem dixerint & idem quod. xii. Iuratores, vel idem & plura quàm. xii. dixerunt, considerandum erit quod. xii. bene iurauerunt & quod tenens remaneat in seysina, & querens custodiatur in prisona graui pœna pecuniaria redimendus. Si autem contraria dixerint xii. scilicet quod talis fuit disseysitus, vel non disseysitus, per hoc remanebunt conuicti, & considerandum erit quod prædicti duodecem iuratores malè iurauerint, & quod querens recuperet seysinam suam, & ille tenens in misericordia, & iuratores si præsentēs fuerint custodiantur, & si absentes, capiantur. Si autem viginti quatuor iuratores varia dixerint & diuersa, dum tamen in principali conueniant, secundum quod pro vna parte dixerint vel pro alia, validum erit eorum veredictum. Si forte duodecem concordēs non fuerint in assisa capienda sed discordēs, poterunt viginti quatuor quosdam liberare, & quosdam damnare, sicut accidit de Alberto Comite Somers.

1. Qua sit pœna conuictorum. 2. Qualiter excusantur. 3. Breue si cum. xxiiii. acquietauerint. xii. de periurio dicant disseysiti quod plenè non habent seysinam suam. 4. Breue cum xii. emendauerint. Cap. 5.

Pœna autem conuictorū in prædictis assis talis erit, q̄ in primis capi-
antur & in prisonam detrudantur & omnes terræ suæ & catalla in ma-
num domini Regis capiantur, donec ad voluntatē domini Regis re-
dimantur, ita q̄ nihil remaneat eis nisi tenementa sua nuda, & perpetuam
infamiam incurrant, & legem terræ amittant, & ita q̄ nunq̄ postea ad sa-
cramentum admittantur, quia de cætero non erunt *Othesworth*, nec ad
testimonium recipientur, quia qui semel conuictus est de periurio, præsu-
mitur q̄ iterum velit peierare. ¶.2. Excusantur tamen quoad infamiam
sed non quoad pœnam redemptionis, illi qui iurauerint saluo visu, & qui
de nouo assumpti sunt in ipsa captione assisæ, quia tales possunt non im-
meritò veritatem ignorare, quod quidem non est intelligendum de eis,
qui primò electi sunt & sūmoniti ad recognitionem faciendam, visum fa-
cere cōtempserint, quia si hoc eis concedetur, sic possent lucrum depor-
tare de contemptu, quod esse non debet. Item mitiùs agendum est cum
eis quantum ad famam, licet non quantum ad pœnam redemptionis il-
lius, scilicet qui post captiōnem assisæ ante conuictionem (quasi decepti)
dictum suum emendare curauerint, vt inter placita quæ sequuntur Regem
An. Regni sui vicesimo primo de assisā captā corā S. de Ropelay & focijs
suis in com̄ Lync. de Lāberto filio Lamberti, & vnde Iurata viginti qua-
tuor ad conuincendum. xii. summonita fuit coram Rege extra com̄, &
vbi ante conuictionem se posuerint Iuratores in misericordiam domini
Regis, & vbi grauitèr redempti fuerunt. Item mitiùs agi poterit quàm
cum prædictis Iuratoribus, cum illis v̄z qui sponte sine querela vel con-
uictione læsam habent conscientiam de sacramento, cū ducti fuerint
iusto errore, dictum suum correxerint, & in misericordiam se posuerint.
Cū autem capta fuerit Iurata viginti quatuor extra com̄ & illud idem
dixerint viginti quatuor quod. xii. vel si cū Iurata capta fuerit in com̄,
dicat querens q̄ seysinam suam plenè non habuerit, tunc fiat ei breue de
habenda seysina in hac forma. ¶.3. Rex vicecomiti salutem. Scias quòd
cū Iurata viginti quatuor militum summonita esset in curia nostra. &c.
ad conuincendum. xii. Iuratores assisæ nouæ disseysinæ nuper summoni-
tæ & captæ coram Iusticiarijs nostris talibus apud talem locum, inter A.
querentem & B. tenentē de tanto tenemēto vel tanto terræ cum pertinē-
tijs in tali villa, prædicti viginti quatuor venerint in eadem curia & super
sacramentum suum illud idem dixerunt quod prædicti. xii. Iuratores. s. q̄
prædictus B. disseysiuit prædictum A. de tali tenemēto, tanta terra vel red-
ditu. Et quia idem. A. questus fuit q̄ non habuit plenè seysinam suam de
omnibus quæ prædicti. xii. Iuratores ei dederunt per assisam, tibi præci-
pimus q̄ eidem tali A. plenariam seysinam de omnibus terris & tenemē-
tis & seruicijs quæ prædicti. xii. Iuratores ei dederunt per assisam, sine di-
latione habere facias. Vel sic: Et ideo tibi præcipimus quòd eidem
tali. A. plenariam seysinam de omnibus terris, tenementis, & ser-
uicijs quæ prædicti duodecem Iuratores ei dederunt per assisam illam
sine dilatione. &c. Et ipsum in seysina sua. &c. Item si post captio-
nem assisæ ante conuictionem se posuerint duodecem Iuratores in mi-
sericordia domini Regis & dictum suum emendauerint, tunc fiat tale
breue

breue de feysina habenda. ¶ 4. Rex vicecomiti salutem. Scias quòd cùm Iurata xxiiij. sūmonita esset ad couincendum xij. coram Iustitiarijs nostris apud talem locū, ad recognoscendum vtrum tantum terræ cū pertinentijs in tali villa esset laycum feodum talis de tali villa vel libera ecclesiosina pertinens ad ecclesiam vel capellam talem de tali villa, vnde prædictus talis questus fuit, quòd Iuratores assisæ quæ inde summonita fuit & capta apud talem locum coram Iustitiarijs ibidem itineratibus, falsum fecerunt sacramentum, prædicti xij. Iuratores venerunt coram eisdē Iustitiarijs nostris, & cognouerunt quòd male inde iurauerunt, & qui p transgressione sacramenti sui finem nobiscum fecerunt. Et super hoc venit idem pro quo fecit assisa. s. & recognouit eidem querenti totam prædictam terram cum pertinentijs tenendam per idem scrutium quod inde fecerat ante captionem assisæ. Ideo tibi præcipimus quòd prædicto tali sine dilatione plenariam feysinam inde habere facias Teste &c. Si autem plures sunt querentes, tunc fiat cuilibet eorum feysina de certa parte, Et tunc dicatur quòd prædictis A. B. & C. sine dilatione plenariam feysinam inde habere facias, scilicet prædicto A. de tanto terræ & B. de tanto terræ & C. de tanto terræ Teste &c. Item possunt fieri breuia, vbiq; , & diuersi modè, secundum diuersitatem iudiciorum & concordiar.

1. ¶ De remedijs & exceptionibus per quas differtur cōuictio. 2. De remedio per certificationem. 3. Breue si xij. summonendi sunt ad certificandum & similiter de assis q̄ quibuscunque. Cap. 6.

INter cætera vero vidēdū an differri possit cōuictio ad tēpus ope alicui⁹ exceptionis, & est verū q̄ sic. s. si obiecerit tenēs su p quē venit cōuictio cōtra Iuratores q̄ certis rationibus suspecti sūt, vel minus idonei. Itē si feysinā suā plenè nō habuerit sicut illā recuperauerit corā Iustitiarijs suis in parte vel in toto. Itē si nō sit eis satisfactū de dānis suis in parte vel i toto, & multas alias habere poterit exceptiones cōtra cōuictionē si voluerit. Itē ipedit cōuictionē redisseysina, vt si ille qui p assisā amiserit iterū fecerit disseysinā versus eundem in toto vel in parte, quia sine iudicio ius sibi vsurpauit & ante cōuictionem, & ille qui sic sibi ius vsurpauit de falso cōuincēdo, querelā suā amittit. Item si quis in misericordiam inciderit pro disseysina, non remanebit misericordia exigenda si ille qui amiserit questus fuerit cōuictionē. Differri autem non debet: quia certū est p assisam de disseysina facta, & de sequēti misericordia: Incertū tamē est si xij. cōuincti possunt p iuratā vel nō, vnde tenendū est certum & non incertum. Multa enim cōuictionē & certificationē requirunt, non vt per cōuictionem feysinā suam rehabeāt, sed vt exactiōnē misericordiarū extinguant, vel saltē differant per cautelam. Item videndū si subsequatur remedium post verdictū xxiiij. Iuratorum & post iuditiū inde factum. Ad quod vidēdum vtrū ille de quo queritur & xij. Iuratores cōuincendi in omnes Iuratores cōsenserit vel nō, vel docuerint plures certa ratiōe esse amouēdos, q̄ si eis fuerit denegatū, & sub tali suspitiōe pcedat, Iurata erit oīno reuocāda, quia nō fit sine iuris iniuria, & amoucantur suspecti, & alij loco ipsorū substituuntur, qui veritatē rei deponāt ex integro. Et si in tales ab initio con-

cōsensum fuerit, sed per Iustitiariorum male examinati & male instructi, erit eis subueniendum; vt errorem suum corrigant & emendant, secundum quod factum fuit coram ipso domino Rege in præsencia Simonis de Segraue apud Vvoostoke in Iurata xxiiij. ad conuincendū xij. in com̄ Buck. inter Galfridum de Maundeuill & Adam de bono fossato. Et vnde cōuictio prius capta fuit apud Vvindelore coram Egelardo de Cygony & socijs suis. ¶ 2. Item sub specie certificationis, poterit aliquando adhiberi medium post cōuictionē, ppter insufficientem examinationem Iustitiariorū in cōuictione, vt p̄dictū est. Vt si Iurata xxiiij. dubiè dixerint, vel obscure, vel variè, & in quo casu, possunt xxiiij. sūmoniri ad certificandū de sacramēto quod inde fecerunt sicut in quacunq; assisa. Sed primò videndū qualiter sūmonendi fuerint Iuratores ad certificandum in assisis quibuscūq;, & postea in iuratis xxiiij. ad cōuincendū. Forma breuis de sūmonendo Iuratores in assisis ad certificandum talis est. ¶ 3. Rex vic. salutem, præcipimus tibi quòd habeas coram nobis vel Iustitiarijs nostris &c. corpora A. B. C. recognitorum nouæ disseysinæ sūmonitæ & captæ coram talibus Iustitiarijs vltimò itinerantibus in com̄ tuo inter B. querentē & C. tenentem de tenemēto in tali villa, vel sic: præcipimus tibi q̄ diligenter inquiras qui fuerunt recognitores assisæ nouæ disseysinæ &c. (vbi scilicet non cōstitit curiæ de nominibus) & tunc totum vt supra: ad certificandum præfatos Iustitiariorum nostros apud Vvestū de sacramēto quod inde fecerunt, vel sic: plenius de assisa illa, & interim prædictum tenementum in manu nostram capias, & illud in manu nostra saluo custodias quousq; aliud inde præceptum nostrum habueris. Præcipimus etiam tibi quòd habeas coram præfatis Iustitiarijs &c. corpus talis ad audiendum inde considerationem curiæ nostræ, & similiter iudicium suum de pluribus defaultis, & habeas ibi nomina recognitorum, & hoc breuē Teste &c. Breuius tamen poterit fieri breue in eadem forma. In eadem forma fieri poterit de omnibus alijs assisis sicut mortis antecessoris, & in alijs in quibus iacet cōuictio per xxiiij. Et tunc si sūmoneantur primò Iustitiarij ad faciendum recordum, in fine sūmoniri poterunt recognitores ad audiendum recordum illud, & si plures fecerint defaultas, tunc ad audiendum iudicium de pluribus defaultis. Et semper ante omnia videndum erit recordum, vt sciri possit an Iuratores male iurauerint, vt tunc veniat Iurata xxiiij. ad conuincendum. Si autem dubiè vel obscure, quòd tunc veniat eadem assisa ad certificandum & hoc propter culpam Iuratorum. Si autem fiat querela de processu Iustitiariorū, tūc sūmoneatur recordum. Si autem perueniat querela post cōuictionem de sacramēto xxiiij. Iuratorum, vel quòd malè iurauerint, vel pro certa ratione suspecti & non amoti, vel minus sufficienter examinati, sub specie certificationis cum non sit locus cōuictioni, sunt iterum ad certificandum conuocandi, & res ad debitum statum reuocetur, secundum quod superius paulo ante tactum est per tale breue in forma supradicta. ¶ 4. Præcipimus tibi quòd diligenter inquiras qui fuerunt recognitores Iurata xxiiij. ad conuincendū xij. quæ nuper sūmonita fuit & capta coram talibus Iustitiarijs de tanto tenemēto vel terræ cū pertinētis in tali villa, & illos habeas

habeas coram nobis vel talibus Iustitarijs, ad certificadū præfatos Iustitarios nostros de sacramento quod inde fecerunt, & de quibusdā articulis conuictionem illam tangentibus. Et vnde talis queritur q̄ prædicti xxiiij. Iuratores, pro magna parte certa ratione suspecti nō erant amoti, vel sic: Et vnde idem talis dicit q̄ prædicti xxiiij. minū plenè examinati fuerunt, & etiam poterit plures causas sufficientes prætere per quas corrigi poterunt dicta Iuratorū. Et interim diligenter inquiras qui fuerunt recognitores eiusdem assisæ &c. vt supra.

1. ¶ Breue de nouo formatū si post conuictionem arramata contingat mori aliquē partem inter quas assisa capta fuit. 2. Aliud de assisa mortis antecessoris ad conuincendum. xij. Cap. 7.

Contingit multotiēs q̄ cū post captionem assisæ arramata fuerit Iurata xxiiij. ad conuincendū xij. in quacunq; assisa, q̄ ante captionē assisæ moriatur aliqua partium. Quo casū, durū esset querenti si conuictio ppter hoc remaneret: vnde de consilio prouisum est, q̄ cū nihil sit quod querenti imputari debeat propter negligentiam, vel alio modo, prouideatur ei per breue quod tale est. Rex vic. salutem. Si A. fecerit te securum de clamore suo &c. tunc summonneas per bonos sūmonitores xxiiij. legales milites de com̄ tuo de tali visneto, q̄ sint coram iustitarijs &c. parati sacramento recognoscere, si B. pater, vel mater, vel alius antecessor C. cuius hæres idem C. est. iniuste & sine iudicio disseysit ipsum A. vel D. de N. filiū & hæredem ipsius A. vel non, & vnde assisa nouæ disseysinæ aliās vel nuper summonita fuit & capta coram dilecto & fideli nostro tali, & per quam assisam idem B. recuperavit scysinā suam de prædicto tenemēto versus prædictū A. cuius hæres idem D. est, si hæres queratur. Et vnde idem A. questus fuit quod Iuratores prædictæ assisæ falsum fecerunt sacramētum, ita quod Iurata xxiiij. ad cōuincendum xij. arramata fuit coram fideli & dilecto nostro tali, & remansit capienda eo q̄ prædictus B. obiit ante captionem illius Iuratæ, & interim diligenter inquiras qui fuerunt iuratores siue recognitores illius assisæ, & illos habeas ad præfatum assisam coram præfatis Iustitarijs. Et sūmoneas per bonos sūmonitores prædictū C. filium, vel fratrem vel sororem, vel nepotem, vel nepotem prædicti B. s. si hæres teneat, vel si ille qui disseysinā fecit, vel hæredes eius rem disseysitam ad aliū transtulerint, tunc sūmoneatur tenens sic. Et sūmoneas &c. qui tenemētū illud tenet de dono ipsius B. vel de dono talis filij & hæredis ipsius B. quod tunc sit ibi; auditorus illam recognitionem, & habeas ibi nomina militum, & hoc breue Teste &c. Si autem xij. Iuratores malè iurauerint in assisa mortis antecessoris, & cū arramata fuerit Iurata xxiiij. moriatur vna partium. ¶ 2. Rex vic. salutem. Si A. fecerit te securum de clamore &c. tunc summonneas &c. xxiiij. legales milites de visneto tali quod sint coram Iustitarijs &c. parati sacramento recognoscere si B. pater C. de N. fuit scysitus in dominico suo vt de feodo, de tanto terræ, &c. die quo obiit. Et si obiit post &c. Et si prædictus C. propinquior hæres eius fuit. Et vnde assisa mortis antecessoris

foris nuper vel aliquando sumonita fuit & capta & c. Et secundum formam istam formentur breuia de omnibus assis de quibus locum habeat conuictio, vbi vna partium moriatur ante captionem illius Iuratae, & inferatur semper tota vis breuis originalis, secundum quod superius videri poterit.

¶ 1. *Quod non est assisa capienda super assisam nec conuictio super conuictionem.* 2. *Vbi capi debet assisa super assisam & vbi non & vbi in assisa noua disseysina.* 3. *Vbi in assisa mortis antecessoris.* 4. *Vbi in assisa vltima presentationis.* 5. *Vbi in assisa vltima.* 6. *Quod non capitur conuictio super conuictionem.* Cap. 8.

Non est assisa capienda super assisam, non magis quam conuictio super conuictionem. Assisa vero nouae disseysinae cum semel capta fuerit inter certas personas, de certa re, siue tenemento, siue pastura, inter easdem personas de eadem re, & eodem facto, & eodem modo disseysinae cum petens semel recuperauerit per assisam, si iterum fiat disseysina recenter vel post longum interuallum, locus erit redisseysinae & non assisae nouae disseysinae, si iterum disseysitus conqueri voluerit de redisseysina, si autem assisam impetrauerit de secunda disseysina, & dicat quod aliam tenementum illud recuperauit per assisam, non erit ulterius assisa capienda, sed remanebit, si factum Iusticiariorum & rotulos vocauerit ad warantum, quod si nihil horum fecerit, procedet assisa, secundum quod fuerit impetrata, & sibi imputet, qui exceptionem de assisa capta prius non apposuit. Et quid si opposuerit, & Iusticiarij exceptionem illam non admiserint, tunc iniuriatum erit querenti, & ad querelam eius factam Iusticiarijs retribitur. Sed cum non opposuerit talem exceptionem, & postea inueniatur quod alia assisa inde prius capta fuit, quae quidem contraria fuit vltimae assisae, vt si in assisa nouae disseysinae dicant Iuratores primi quod non disseysiuit, & vltimi contrarium, prima per vltimam non conuincitur, quia assisa non conuincit assisam, nec agitur de conuictione. Sed si ille qui amisit per vltimam velit agere de periurio & conuictione, bene licebit ei, & si ille qui amisit per primam velit agere de periurio de prima, non licebit, quia assisa illa per lapsum temporis transijt in autoritatem rei iudicatae. Item dicitur (si inter easdem personas) hoc verum est siue assisa nouae disseysinae vel mortis antecessorum, siue alia quaecunque, vt si assisa nouae disseysinae de tenemento, vel communia pasturae proferatur, & vnus ex pluribus cohæredibus vel participibus qui ius habuerint in communi in tenemento de quo disseysina facta est, versus vnum recuperauerit per assisam, & alius particeps postmodum eundem disseysiuit de eodem tenemento, & disseysitus cum impetrauerit sibi per assisam, vel cum querelam fecerit de redisseysina, non erit altera assisa ulterius capienda de eadem re, licet ibi sint diuersa capita, quia eadem persona censentur propter vnicum ius quod habent, sicut videri poterit de pluribus cohæredibus participibus, & vnde sicut versus vnum recuperauerit ita recuperabit versus omnes. Idem vero dici poterit de assisa nouae disseysinae de communia pasturae, vbi plures cohæredes, siue participes siue alij, tenuerint in communi aliquod tenementum, in quo vnus vel plures habere debeant communiam, si vnus particeps disseysinam fecerit sine suis participibus,

cipibus, vel sine consensu suorum participum, disseysitus versus illum tantum habet actionem, & non versus alios participes & cum semel recuperauerit versus vnum per assisam, si alij participes eundem postmodum disseysuerint de eodem tenemento, non erit assisa capienda super assisam, sed sine assisa recuperabit per assisam præcedentē, quia omnes participes sunt quasi vnica psona propter ius vnum, licet diuersa capita. Et si assisa capta esset super assisam ita & de eadē re, & de eodem iure, & quasi inter easdem personas dicere posset secunda assisa contrarium primæ, & sic esset prima captio friuola siue nulla. ¶ 2. Poterit tamen capi assisa post assisam de eadem re, sed tamen inter diuersas personas, quia ratione diuersarum personarum non erit actio vna sed diuersa, vt contingit sæpius in assisa nouæ disseysinæ, vbi plures disseysinæ factæ sint de eadem re, cum ad plures manus deuenerint per plures disseysinas. Vt si A. fecerit primam disseysinam, & B. disseysuerit A. & C. disseysuerit B. & sic vltiùs vbi plures erunt disseysinæ & disseysitores & plures assisæ propter diuersas personas, & plura placita facta quâuis de eadem re. Item capi poterit assisa super assisam inter easdē personas de eodem facto, propter diuersitatē rei, vt si quis fuerit disseysitus & p assisam recuperauerit, si occasione illius seysinæ plus occupauerit quàm ad illum pertineat & quàm recuperaret per assisam, post interuallū capi poterit assisa, quia alia est res, & idē diuersa assisa. Si autem inde fiat querela recentior, locus erit certificationi per assisam & Iuratam, vt sciatur quid & quantum ille qui recuperauit posuerit in visu suo & quantum ei dederūt. Item capi poterit assisa post aliam inter easdem personas & de eadem re, propter diuersum factum, sed tamen post longum temporis interuallum, quia post primam disseysinam & vltimam medio tēpore fieri poterit possessionis permutatio, & ille qui priùs fuerit disseysitor, per translationem fieri poterit verus possessor. Item inter easdem personas & de eadē re capi possit assisa super assisam, ppter diuersum modum disseysinæ, vt si quis primò omninò eiectus a possessione per assisam recuperauerit, & postea ab eodem post interuallum impeditus, quo minùs vti possit vel commodè, per eundem capi possit assisa super assisam propter diuersum modum disseysinæ. Et eodem modo si primus disseysitor vti voluerit in tenemēto, quod tenens per assisam recuperauerit, carucatam imponendo contra voluntatem tenentis, vel aucria immittendo ad pasturā, vel aliam seruitutem imponendo tenemento quod liberum esse debet, de tali modò disseysinæ post interuallum capi poterit assisa super assisam. ¶ 3. In assisa vero mortis antecessoris non est assisa capienda super assisam de eadem re inter easdem personas, licet benè possit inter diuersas. Duo enim hæredes portare poterunt diuersas assisas de eadem re, de morte duorum antecessorum simul & semel. Et quo casu, de vltima seysina erit iudicandū, de seysina vero duorū antecessorū nō erit capienda assisa super assisam inter easdem psonas de eadē re, vt si aliqua terra data fuerit A. & B. vxori suæ, si A. prius moriatur seysitus, adhuc non cōpetit hæredi assisa de morte A. in vita ipsius B. nec econtrariò. Sed cum vterq; moriatur, de seysinā eius qui vltimò moritur seysitus, competit hæredi assisa mortis antecesso-

ris : sed si assisa fecerit cōtra heredem propter donationem ipsius qui vltimò obiit seyfitus, non erit recurrendum ad aliam assisam de morte illius qui primò obiit. Item si terra data fuerit ita alicui in maritagium cū vxore sua, non erit assisa mortis antecessoris capienda nisi tantum de morte matris. & vnde si per assisam de morte matris nihil ceperit, ad seyfinam de morte patris recurrere non poterit per assisam. ¶ 4. Item in assisa vltimæ præsentationis nō erit assisa capienda super assisam, si de alia captione excipiatur. Si autem per errorem capiatur cū nulla facta sit mentio de prima, locus erit conuictioni de secunda. non de prima: cū nulli eorum sit de iure fides adhibenda. ¶ 5. In assisīs vero ad recognoscendū vtrum, nūquā erit assisa capienda super assisam, licet aliquando locum habeat conuictio, quia ius determinat & possessionē, & dat exceptionem, & statim transit in autoritatem rei iudicatæ. ¶ 6. Itē nō erit capienda cōuictio super cōuictionē, nō magis q̄ assisa super assisam. Et vnde videndū erit si cōuictio sequatur cōuictionē, vtrū eadē sit assisa de qua prius capta fuit conuictio, & eadem res vel diuersa, & vtrū illæ & eadem personæ vel diuersæ. Si autem vna & eadem persona & eadem res, & eadem assisa, nunquā capietur conuictio super conuictionē, licet alio modo sequatur emendatio sub specie certificationis p̄ examinationem, secundū quod in captione assisarum obseruatur. Si autem diuersæ sint personæ, & res diuersæ, & assisæ diuersæ (secundum quod videri poterit multotiens per recorda) bene sequitur conuictio super conuictionem. Ex captione autem vnus assisæ quandoque sequitur vna conuictio quandoq; duæ (vt videtur) secundum quod Iuratores totam rem quam querens posuerit in visu suo parti vni dederint vel abstulerint, vel secundū quod eius partem quod quis posuerit in visu suo parti vni dederint, vel abstulerint, & quo casu, duæ sequuntur conuictiōes (vt videtur) vt si Iuratores totum dedisse debuerunt vel abstulisse, vbi dederunt partem vel abstulerunt, secundum quod videri poterit per exemplum. A. posuit in visu suo duas carucatas terræ & Iuratores dicunt quod non fuit disseysitus nisi de vna tantum, A. recuperat per assisam vnā tantum versus B. & vterq; in misericordia B. propter iniustam detentionem de vna carucata, & A. pro falso clamore de alia, A. postea dicit quod Iuratores male iurauerint, eo quod non dederunt ei duas carucatas terræ, & querit conuictionem, & B. similiter, eo quod ei abstulerunt vnam carucatam, cū nullam disseysinam fecerit vt dicit, & sic videtur prima facie quod duæ conuictiones sequi debeant vnicam assisam & vnicum veredictum, & si duæ conuictiones sequi debeant, tunc videndum erit vtrum expediri debeant per vnicam Iuratam, vel per duas. Sed si per duas, ex hoc sequi posset quod quilibet illarū alteri posset esse cōtraria, & sic nūquā p̄duci posset negotium ad effectum. Et si examinatio interueniret, vix aut nunquā possent iuratæ conuenire, quia difficile est pluralitatem conuenire, sicut vniuersitatem. Melius est igitur quod per vnicam Iuratam procedat conuictio, q̄ per duas, propter vnicā assisam. Item esto q̄ A. portet assisam super B. de vna carucata terræ. A. recuperat p̄ assisam vnā carucatam versus B. Item A. occasione vnus caruca-

carucatę quā recuperauit, occupat aliā quā in visu suo nō posuerat, de vna carucata autem competit conuictio B. de qua iuratores iurauerunt, de alia vero occupata competit ei assisa nouę disseyfinę: & si procedat assisa nouę disseyfinę de carucata occupata, & Iuratores malę iurauerit de ea, cōpetit B. alia conuictio: quo casu sequuntur duę Iuratę & duę conuictiones, quia diuersę sunt assisę, & diuersa tenementa, & diuersi Iurati: & bene procedunt duę, si diuersis temporibus capiantur. Et sic poterunt inter easdem personas duę sequi conuictiones, dum tamę diuersę sint res, & diuersę assisę, & diuersi Iurati, si autem vno tempore capi debeant, bene poterit vterq; per Iuratam vnicā expediri. Cōtingit multotiens quod cū Iuratores senserint & perceperint se malę iurasse in toto vel in parte, si pœnitentia ducti veniant & velint emendare dictum suum, quæritur an possint: Ad quod erit distinguēdū, vtrū hoc fecerint āte iuditiū reddiditū, vel post: si ante, bene poterūt: vt de itinere M. de P. i. cōm Lincoln. assisa mortis si Petr^o filius Vyvmund de terra ī Hoggestorp, dicebāt ibi q̄ decepti fuerūt, sed redēpti fuerunt: & hęc fuit ante iuditiū, quia dictū fuit q̄ illi qui amisisse debuerunt per primum dictū suum, tenerent in pace. Si autem post iuditiū, non erit locus pœnitentię, quia stabitur iudicio, & ille cōtra quę iudicatū fuerit pquirat sibi (si voluerit) per cōuictionē, & ille qui p iuditiū obtinuit, vtatur seysina sua donec amiserit p cōuictionē. Si autem se abstinuerit ex secundo iudicio, & perquisiuerit sibi per certificationem, tunc si Iuratores tenuerint se ad primū dictum suum, ille qui amisit per primum iudicium agat de conuictione. Si autem se nō tenuerint ad primum dictum suum, sed ad secundum: tunc ille qui amisit per secundum iudicium perquirat conuictionem.

¶ Tractatus sextus

Libri quarti, in quo tractatur de actione dotis.

1. ¶ Vbi actio dotis potest terminari. 2. Breue de dote rationabiliter constituta.



Dictum est supra de acquirendo rerū dominio, & causis acquirendi rerū dominia: & qualiter acquiruntur res ex causa dotis, & qualiter dos constituitur, & qualiter assignetur mulieri post mortem viri, & de quibus rebus, & de quibus nō, cū fuerit dos deliberata & sine contentione: Nuncautem dicendū est si contentiosa fuerit & nō deliberata, qualiter recuperanda sit dos per actionem dotis, Ideo de actione dotis videndum, vbi debeat intentari & terminari. Et sciendum, quod actio dotis vbi mulier nihil habet, non potest alibi terminari q̄ in curia domini Regis, & ideo, quia si mulieri, dotem petenti obijciatur q̄ nunquā

FFFF.ij.

fuit

fuit viro (cuius nomine dotem petit) legitimum matrimonio copulata, vel si duæ mulieres contendant inter se in dotis petitione quæ illarum sit vxor legitima, demandari debet inquisitio facienda episcopo loci vel alio ordinario, a Rege & a nullo alio, & plures possunt esse causæ aliæ. Si autem aliquam partem habuerit de dote, tunc locum non habet istud breue de recto de dote, vbi nec duellum, nec magna assisa, nec essonium de malo lecti locum habet. Si autem de dote sua nihil fuerit ei assignatum, tunc competit ei actio dotis versus quoslibet possidentes, quæ ei restituatur dos sua cum fructibus medio tempore perceptis, & percipiendis, a tempore mortis viri sui nisi ipse qui in possessione exiterit iustam habeat causam litigandi & resistendi: vt si warantum habuerit, & cum illum vocauerit & per iudicium amiserit, escambium suum consequetur. Et si vnus vel plures deforciates fuerint in vno comitatu, omnes simul in vno breui poterunt comprehendendi, si autem in diuersis comitatibus, tunc fiant breuia diuersa propter diuersitatem comitatum. Forma breuius talis est: ¶ 2. Rex vic. salutem, præcipe A. quod iuste &c. reddat B. quæ fuit vxor C. rationabilem dotem suam quæ eam contingit de libero tenemento quod fuit ipsius C, quodam viri sui in tali villa: & si plures fuerint tenentes, tunc sic. Præcipe &c. tali, quod iuste &c. vt supra, & ita deinceps, vt omnes qui tenentes sunt & manentes in eodem comitatu comprehendantur in breui, & tunc dicatur: Et vnde nihil habet vt dicit, & ita quod hæc dictio (nihil) referatur ad dotem, & non ad villam nominatam, in qua dos est quæ petitur, & tunc sic: & vnde queritur quod prædictus talis ei deforciat. Et nisi fecerit, & prædicta B. fecerit te securum de clamore &c. tunc summonneas per bonos summonitores præfatum A. vel præfatos tales (si plures sint) quod sint coram Iustitiarijs nostris apud Vvest. tali die, vel ad primam assisam cum in partes illas venerint, ostensuri quare non fecerint, & habeas ibi summonitores & hoc breue Teste &c. Et notandum quod breue istud locum habet, tam ad dotem nominatam recuperandam quam non nominatam, quauis non exprimat in breui, quod nominatim inde dotata fuerit: quia hoc in narratione supplebitur. Si autem ad diem summonitionis non venerit nec se essoniauerit, capiatur terra in manum domini Regis per defaultam. secundum quod obseruatur de defaultis per breue de recto. Si autem se essoniauerit ad primum diem, dabitur ei alius dies per essonium suum, ad quem diem si defaultam fecerit, fiat vt supra. Et quo casu, recuperabit mulier dotem per defaultam, siue defaultam fecerit antequam comparuerit, siue post, per magnum cape vel perparuum. Item recuperabit mulier dotem pro defectu waranti, vbi tenens petit auxilium curiæ, & non est secutus versus warantum: vt coram M. anno decimo de Alex. de Vualepole & Gracia vxore eius versus Iohannem filium Roberti.

1. ¶ Qualiter mulier proponere debet intentionem. 2. De visu petendo. 3. De vacatione waranti Cap. 2.

Cum autem partes in iudicio comparuerint, proponat mulier per se vel per attornatum suum intentionem suam in hunc modum, cum dotem petierit non nominatam. Hoc vobis ostendit B. quæ fuit vxor C. ¶

C. q. **A.** iniuste deforceat ei tertiam partem tantæ terræ cum pertinentijs in tali villa, & idè iniuste, quia prædictus **C.** quondam vir suus inde eam dotauit ad ostium ecclesiæ, quando eam desponsauit, & qui inde eam dotare potuit, & si hoc cognoscere voluerit hoc gratum ei erit, et si non, habet sufficientem dilationem vel inde producat sectam sufficientem. Formatur etiam aliter intentio mulieris in dote nominata hoc modo, scilicet. **B.** quæ fuit vxor **C.** de **N.** petit versus **A.** tale manerium vel tantam terram cum pertinentijs in tali villa vt dotem suam, vnde prædictus **C.** quondam vir suus eam nominatim dotauit ad ostiū ecclesiæ die quo eam desponsauit, & sicut ille qui eam inde dotare potuit. Et. **f.** & c. vt supra. Et ita variatur intentio & petitio dotis, licet non varietur breue, Exceptio contra mulierem quod petere non possit per se, vel quia virum habet non sine viro, vel si cum viro petat, non habet probationem. Item quod non sine waranto de dote sua. ¶. 2. Et ostensa taliter mulieris petentis intentione, poterit bene tenens visum petere, si velit, sic dicendo simpliciter. Peto visum, vel dicendo sic, peto visum de tota terra vnde talis petit tertiam partem in dote. Si autem dicat, peto visum de tertia parte quam talis petit in dote denegabitur ei visus. Et post visum petitum, iacebit esson sicut in alijs placitis. ¶. 3. Et post esson & dilationes legitimas, poterit tenens vwarantum vocare si vwarantum habuerit, vel respondere in propria persona sua, & exceptiones proponere si quas habuerit. Si autem warantum vocauerit, tunc fiat breue de summonendo warantum in hac forma. Sed si nesciuerint warantum nominare, mulier statim recuperabit dotem suam, & tenens in misericordia: vt de Itinere **M.** in com. Suff. Anno. xii de Agneta quæ fuit vxor **Rufi** & **Rogero** de **Berners.** Rex vic salutem. Summoneas per bonos summonitores. **C.** de **N.** quod sit coram iusticiarijs nostris & c. tali die ad warantizandum **A.** tertiam partem vel tantam terram cum pertinentijs in tali villa quam **B.** quæ fuit vxor **C.** in curia nostra coram iusticiarijs nostris & c. clamat in dote versus prædictum **A.** Et vnde idem **A.** in eadem curia nostra coram eisdem iusticiarijs nostris vocauit eundem **A.** ad warantum versus prædictum **B.** Et habeas ibi summonitores & hoc breue. Teste & c. Ad quem diem se poterit vterq; esson, sicut alibi de warantis.

1 De exceptionibus generalibus contra breue si warantum non habuerit.

Cap. 4.

SI autem tenens warantum non habuerit, tunc aut mulieri petenti restituat dotem, aut proponat exceptiones si quas sibi viderit esse competentes. Et in primis proponat exceptiones contra breue, quæ sunt generales ad omnia placita, vt si error inueniatur & huiusmodi. Et tunc proponatur (si aliqua fuerit) specialis ad hoc breue, vt si partem dotis habuerit, cadit breue: vt de Itinere **M.** de **P.** in comitatu **Eborum** Anno Regni Regis **Henrici** tercio de **Alicia** quæ fuit vxor **Adæ** filia **Petri.** Ad hoc facit quod habetis in eodem Itinere de **Alicia** quæ fuit vxor **Hugonis** de **Alencester** & alibi per totum, ex quo continetur in breui quod

quod nihil habet, quia mendax preceptor carere debet impetratis, nec valere debet mulieri petenti talis replicatio si dicat, quod nihil dotis habeat in tali villa, licet in alia, cum hec dicto (nihil) respiciat tantum dotem in quibuscunq; villis, & non unquam partem in una villa, secundum quod probatur in ultimo Itinere M. de P. in com Lync. de Helewiza, quæ fuit uxor wafæ. Sed refert utrum aliquid habuerit ante breuis impetrationem vel post. Si post impetrationem, licite recipere poterit partem quando voluerit. Si autem ante impetrationem partem receperit ad cautelam, poterit illum qui restituerit in breui exprimere, ac si non restituisset, & sic dicere & respondere ad exceptionem, quod talis ei satisfecit. Si autem illum in breui non nominauerit, obstabit exceptio & cadit breue.

Quod mulieri petenti dotem non tenetur quis respondere sine waranto de dote sua, non magis quam ipsa mulier debet respondere sine waranto suo. Si warantus fuerit ad fidem Regis Francie. 3. Breue ad producendum heredem ad warrantum de dote. 4. Si alium produxeris quam verum. 5. De quibus mulieribus contententibus de dote. Cap. 5.

Proposita igitur intentione mulieris, si nihil sit quod excipi poterit contra breue, tunc in prius petatur a tenente quod mulier dotem petens ostendat warrantum suum per quem dotem petit, ut sciri possit quid iuris habeat in duabus partibus, quia quicumq; mulieri dotem deforciamerit alius ab hærede, nunquam mulieri respondebit nisi voluerit sine waranto de dote sua, non magis quam ipsa mulier si implacitata esset de dote sua alijs sine waranto suo responderet, & inde aliquando datur custodi exceptio contra mulierem petentem dotem, quod prius dotem non habeat antequam heredem producat: ut si illum fraudulenter subtraxerit & occultauerit vel alienauerit, si hoc probari possit quod per eam subtractus fuerit vel amotus & si inde dubitetur, veritas per patriam poterit declarari, & medio tempore actio dotis remanebit in suspensio. Et quod warrantus exigere debet, ut sciri possit quid iuris habuerit in duabus partibus: probatur de termino sancti M. Anno Regis H. xiiii. incipiente. xv. in com VVar de Iohanne filio Elfridi, ubi dicitur quod quædam mulier petijt dotem versus aliam mulierem de tenemento de quo vir suus feoffatus fuit per virum mulieris tenentis, cui ipsa in vita sua contradicere non potuit: & vnde ipsa tenens recuperauerat seysinam suam erga virum mulieris petentis. Et vnde ubi manifestum fuit quod mulier petens habere non potuit dotem, quia hæres viri sui nihil iuris habuit in duabus partibus. Idem (ut videtur) dici poterit de muliere cuius vir feloniam fecerit, quia hæres felonis nihil iuris habet in duabus partibus. Et quod talis amittere debet dotem, probatur de termino sancti Michaelis Anno Regis H. xiiii. incipiente. xv. de Ernaldo de Cameris in com Kanc. in placito dotis, nec mulier regressum habebit de warrantia versus capitale dominum, cuius eschaeta terra illa fuerit: nec ad dotem recuperandam, quia ipse non est hæres nec tenet ut hæres, sed ut eschaetam suam pro defectu hæredis. Quod quidem dici non poterit de eschaeta de bastardo, quia ibi est capitalis dominus loco hæredis quantum ad dotem restituendam, quia si ibi sit hæredis defectus, tamen non est ibi delictum. Idem
crit

erit de terra data in maritagio, licet reuertatur pro defectu hæredis, vxor dotem obtinebit. ¶.2. Item si warantus fuerit ad fidem domini Regis Franciæ, & excipiat de waranto, remanebit dotis exactio in suspenso imperpetuum, vel ad tempus saltem, donec terræ fuerint communes. Et quod dotem habere non debeat, inueniri poterit de termino sancti H. Anno Regis. H. xvij. in com̄ Lync. & North. de Eudone de Calethorp, quia vir suus ad idem iudicabitur quantum ad duas partes, licet ius habeat. Et sicut dominus capitalis haberi debet loco hæredis & loco waranti ad quem terra reuertitur pro defectu hæredis, eodem modo habere debet assignatus per modum donationis. Si mulier dotem suam habere non possit quia est in partibus transmarinis in terra sancta, expectandum erit in causa dotis, donec venerit: vt de Itinere M. de P. in com̄ Eborum Anno Regis. H. tertio de Matylda quæ fuit vxor Roberti de Haywarde & Alexandro filio Radulphi. Item si tenens sine waranto respondere noluerit, ita nec eius warantus eum warantizabit, quia habet illud idem remedium: vt de Itinere M. de P. in com̄ Lync. anno Regis H. quarto de Derna que fuit vxor Roberti Bryton. Cùm autem huiusmodi exceptio proponatur contra mulierem, non erit omni tempore in potestate sua producendi hæredem & warantum de dote sua, & ideo fiat breue vic. in hac forma. ¶.3. Rex vic. salutem. Summoneas per bonos summonitores A. de N. q̄ sit coram Iusticiarijs. &c. ad warantizandum B. quæ fuit vxor C. de N. dotem ipsius B. quã in eadem curia nostra &c. clamat versus D. & vnde idem D. dicit, q̄ non vult ei inde respondere sine waranto suo de dote sua &c. & habeas &c. Teste. &c. Item notandum, q̄ si aliquando competat domino capitali huiusmodi exceptio contra mulierem, q̄ warantum ostendat de dote sua, non tamen competit ei cui ille dominus capitalis custodiam alicuius terræ dimiserit, vt de termino s. M. An. Regis. H. octauo incipiente ix. in com̄ war̄ de Iohanne de Mar̄ & Eua vxore eius & VV. de Cantulupo. ¶.4. Cùm autem obijciatur huiusmodi exceptio mulieri, & contentio habeatur inter cohæredes quis eorum rectior hæres, pendente litigio remanebit dotis actio: & eodem modo si mulier prægnans petens vel alia (vt videtur) donec de partu constiterit, quia si falsum warantum nominauerit vel produxerit, scilicet alium quàm verum hæredem, amittit dotem: vt de Ultimo Itinere M. de P. in com̄ Eborum anno Regis H. x. de quadam Iuliana quæ dotem petijt. Et quid si contentio habeatur inter cohæredes quis eorum hæres legitimus sit, remanere debet loquela de muliere dotem petente, donec discutiatur quis hæres rectior, secundum quod inueniri poterit inter placita quæ sequuntur Regem Anno Regis H. xxi. Assisa mortis Antecessoris in com̄ Bark. de Galfrido filio Iohannis & Gunora de Bendenger. Item de hac materia de termino Paschæ An. Regis. H. viii. in com̄ Bark. de Gunora quæ fuit vxor I. filij H. & Matilda de B. Et vnde Matylda respōdit q̄ Gunora dotem habere non debuit, quia prædictus I. fuit vir suus & non ipsius G. & vnde Galfridus filius ipsius Matyldæ & ipsius Iohannis, qui fuit in custodia talis, fuit warantus suus de dote sua, & vocauit ipsum ad vvarantum versus prædictam Gunoram, & vnde prædicta G. dixit quod prædicta Matylda vvarantum habere non

non debuit, quia ipsa nunquam fuit sponsa ipsius Iohannis, per quod ipse Galfridus debet esse warantus suus, sed dixit ipsa Gunora quod ipsa fuit sponsa ipsius Iohannis. & de eo habuit prole talem .s. Et Matilda dixit quod ipsa fuit sponsa ipsius Iohannis & in seysina de eo tempore mortis suae, & q̄ in vita ipsius Iohannis nunquam fuit matrimoniū inter eos accusatum vel solutū. Item filius alicuius mulieris poterit esse warātus alterius mulieris de dote sua, sed mulier nullā dotē habebit, vt si diuorciū faci fuerit inter aliquos propter consanguinitatem, compaternitatem, vel aliam affinitatem, vel aliam causam quācunq; : & quæ multiplex est, si vir aliam postmodum duxerit vxorem, filius primæ mulieris hæres remanēbit, sed mater dotem suam non habebit, quia duæ mulieres de eadem hæreditate ratione vnus viri, dotem non habebunt : nec debet hæres aliquis duabus mulieribus dotem petentibus respondere, secundum quod inferius dicitur, quia vbi nullum matrimonium ibi nulla dos, & sic a contrario sensu vbi matrimonium ibi dos. Et ideo in prima vxore quādiu durauit matrimonium durauit dotis constitutio & exactio. Et eodem modo (vt videtur) dici poterit si mulier serua copulata sit libero & ducta in libero tenemento q̄ locata sit libero thoro quod partus habebit hæreditatem, & mater nullā dotem, quia mortuo viro suo libero redit in pristinū statum seruitutis, nisi hæres ei dotem fecerit de gratia: Quia dotis natura est vt durante matrimonio duret dotis exactio, soluto matrimonio soluat, quia sine eo esse non potest, sed est diuortiū & seperatio thori, quia non potest quis habere duas vxores simul & semel legitimas, licet aliquando plures habeat de facto, non tamen de iure habere poterit nisi vnam, cum matrimonium sit coniunctio viri & mulieris indiuiduam retinens consuetudinem vitæ, non dicit virorum & mulieris nec viri & mulierum, quia nec vnus vir plures mulieres, nec vna mulier plures viros habere potest de iure, potest tamen de facto habere plures, & vnam tantum de iure, & ita quod aliquando nulla illarum quæ petit poterit esse legitima, quia illa quæ legitima est non est præsens vel præmorta, & vnde quæ semel illegittima est nunquam legitima fieri potest, & ita quod nulla illarum quæ petit dotem optinebit. ¶.5. De duabus mulieribus de dote sua ratione vnus viri contendentibus, tenens neutri earum respondebit, donec in foro ecclesiastico discussum fuerit quæ illarum vxor legitima dici debeat, & quæ in petitione dotis debeat præualere: vt inferius plenius dicitur in fine. Cum igitur dicat tenens quod non debeat duabus mulieribus vel pluribus respondere, in primis videndum an sit contentio de hæreditate inter duos vel plures, qui dicunt se esse hæredes legitimos. Cum igitur de successione & de dote simul & semel quæstio habeatur, semper præiudicialis erit actio hæreditatis, & prius terminari debet : ne si contingat mulieres ad curiam Christianitatis transmitti ad probandum quæ illarum sit legitima, & vna illarum se probet esse legitimam in foro ecclesiastico, & hæres alterius mulieris in foro seculari se probauerit hæredem legitimum, sic contingeret alium esse vvarantum alterius mulieris de dote sua, quod esse non potest. Igitur cum quælibet illarum ab initio dicat filium suum esse vvarantum

tum de dote sua, ad vitandum illud inconueniens, oportet vt prius discutatur quis hæres legitimus & cuius mulieris debeat esse warrantus de dote sua, & per hoc terminabitur questio dotis. Cùm autem vnus heredum fuerit in possessione hæreditatis, iuste vel iniuste, & mater sua in possessione dotis, & mulier quæ nihil habuerit dixerit se esse legitimam & petat dotem, ostendat primò warrantum de dote sua. Et si filium vel filiam nominauerit, suspendatur dotis petitio & filius vel filia petat totam hæreditatem, s. duas partes super filium alterius mulieris, & si ipse hæreditatem obtinuerit, per consequens mater dotem obtinebit sine alia probatione. Et poterit quandòquæ vtraq; nominare vnum warrantum, eùm vna habuerit filium & alia nullum, vt si quis primò contraxerit eũ aliqua consanguinea, vel alia affinitate coniuncta, secundum quod inferrius dicitur, & inter eos celebrato diuortio contraxerit cum alia, nihilominus de prima erit proles legitima, non obstante diuortio. Et si prolem non habeat de secunda, vel si habuerit, semper erit warrantus de dote secundæ vxori, ille qui exiuit de prima, cum sit hæres legitimus defuncto patri quoad successionem, propter ignorantiam vtriusquæ parentum vel alterius, & infra plus de hac materia. Et vbi sunt plures mulieres dotem petentes & plures hæredes de hæreditate contententes, prius terminari debet quis rectus hæres, ratione supradicta, & p consequens iuste warrantus de dote. Et siue sit iustus hæres siue non, semper iudicabitur ille p warranto ad quem tertia pars reuerti debet post mortem mulieris, siue sint hæredes apparentes siue non, vt si debeat hæreditas ad dominũ capitalem reuerti sicut eschaeta. Fallit tamen, vt si a viro feoffatus fuerit quis qui terram amiserit versus mulierem dotem petentem, & vbi excambium consequi non poterit versus hæredem, & ideo dos reuertitur, quia ab eo proficiscitur, & sicut hæres legitimus dici poterit quia ex iustis nuptijs procreatus est: Ita legitima vxor dici poterit vbi interuenerit legitimum matrimonium, & sic in dote præferenda.

- 1 ¶ Cùm proposita fuerit intentio mulieris aut tenens statim restituat & ostendat quòd dotem habere non debeat vel warrantum vocet. 2. Si warrantus vocatus non venerit, cape per tale breue. 3. Quòd vxor recuperabit super tenentem vel super hæredem secundum quòd fuerit dotata nominatim vel non nominatim. 4. Quòd non remanet actio mulieri de dote propter minorem ætatem warranti. 5. Breue de disseysina facienda mulieri cùm recuperauerit dotem. 6. Breue si de tertia parte dotis non nominata recuperauerit & inde feoffatus teneat in pace & hæres faciat dotem mulieri petenti. 7. Breue vbi mulier recuperauit dotem suam vt de dote nominata super hæredem, quòd ipsa recuperat & hæres faciat excambium feoffato ad valentiam. 8. Ratio quare mulier recuperat dotem nominatam si alienata fuerit & de dote non nominata nisi excambium. Item expectatur quandoquæ ætas in petitione dotis speciali ratione. 9. Cùm autem mulier recuperat feysinam suam siue de dote nominata siue non nominata & versus eum qui warrantizat & warrantus non habeat terram in comitatu illo in quo petitur vnde possit warrantizare sed in alio comitatu, vbi terram habuerit fiat tale breue. 10. Breue vbi mulier recuperat feysinam suam de dote nominata. 11. De modo assignandi dotem. 12. Quòd finis factus in curia domini regis non auferi dotem nominatam. Cap. 6.

Proposita intentione mulieris, & habito visu (vt prædictum est) tenēs cum comparuerit aut statim dotem restituat, vel excipiat, & ostēdat quòd mulier dotem habere non debeat, vel vocet warrantum, si viderit expedire, & sic fiat irrotulatio. A. quæ fuit vxor B. petit versus C. tertiam partem tantæ terræ cū ptinentijs in tali villa, vel tantum terræ si dos fuerit nominata vt dotem suam, vnde prædictus B. quondam vir suus eā inde dotauit vel nominatim dotauit &c. et tunc summonneas warrantum p breue supradictum quòd sit ad certum diē, ad quē diem se poterit essoniare sicut in alijs placitis. Si autem non venerit nec se essoniauerit, testata summonitione, capiatur de terra ipsius warranti ad valentiam terræ petita, in manum domini regis p tale breue. ¶ 2. Rex vic. salutem. Cape in manum nostram p visum legalium hominum de com tuo de terra tali p defectu talis ad valentiā tantæ terræ cum ptinentijs in tali villa, quā A. quæ fuit vxor B. in curia nostra &c. clamat in dotem versus C. & vnde idem C. in eadem curia &c. vocauit ipsum talem ad warrantū versus prædictum C. & diem captionis &c. vt supra. Et summonneas &c. prædictum talem q sit ad talem diem &c. vt supra. Teste &c. Ad quem diē si nō venerit, mulier recuperabit seysinam suam, & tenens escambiū de terra warranti. Et licet venerit, si defaltam sanare non poterit, amittet eodē modo. Sed si cum venerit statim warrantizauerit, extunc pcedat placitum inter ipsum warrantum & mulierem petentē, & tenens domi remaneat cū seysina sua, donec constiterit de placito principali, & secundum hoc retinebit tenens vel amittet. ¶ 3. Et si iustam causam resistendi non habuerit, tunc necesse habebit recognoscere terram petitam esse dotem mulieris, & si mulier inde nominatim dotata fuerit, tenebitur ille qui amisit dotē illam deliberare de manu tenentis de cuiuscunq; feodo fuerit, & tenens escambiū ad valentiam habebit. Si autē non fuerit nominata, tūc teneat tenens in pace, & mulier de terra warranti habebit ad valentiam, siue sit hæres siue alius, & si contentio fiat vtrum dos nominata fuerit vel nō nominata, fiat inde inquisitio: & secundum inquisitionē inde factā iudicet. ¶ 4. Et sciendū q raro expectatur ætas in petitione dotis. Et vnde si hæres infra ætatē existens vocatus fuerit ad warrantū, & p chartarū ostensionē vel alio modo constare possit q ille contra quē dos petitur, seoffatus fuerit ab antecessorib⁹ ipsius minoris, siue mulier dotata fuerit nominatim vel nō nominatim, statim pcedet iudiciū, nō obstante ætate, sicut pcederet versus maiorē quēcunq;. Et cum mulier sic recuperauerit, fiat ei breue de seysina habenda in hac forma de dote nominanda. ¶ 5. H. dei gratia &c. Scias q cum A. quæ fuit vxor B. in curia nostra &c. peteret versus C. tantum terræ cum ptinentijs in tali villa, vt dotē suā nominatā: Idē C. venit in eadē curia, & vocauit inde ad warrantū D. filiū & heredē prædicti B. viri ipsi⁹ A. qui est infra ætatē, & qui venit & warrantizauit, & nihil ostendit quare dotē suā habere non debuit. Et vnde cōsideratū est in eadem curia nostra, q prædicta A. recuperaret seysinā suā versus eundē B. de prædicta terra cū ptinentijs, vt de dote sua nominata, et q prædicta C. habeat de terra ipsius D. ad valentiā. Et ideò tibi præcipim⁹ quòd eidē A. de prædicta terra cum ptinentijs sine dilatione plenariam seysinam habere facias

De actione Dotis. Ca. 6. Fol. 300

facias & eidem C. de terra ipsius D. excambiū ad valentiam, p̄ visum legalium hominum & per rationabilem extensionem sine dilatione assignari facias. Si autem hæres non fuerit infra ætatem sed plenæ ætatis, tunc variatur breue in parte ista. s. Scias quòd cum A. quæ fuit vxor B. in curia nostra &c. peteret in dotem versus C. tantam terram cum pertinentijs in tali villa, & vnde prædictus B. eam nominatim dotauit. Idem C. venit in eadem curia nostra, & vocauit inde ad warrantum D. filium, vel fratrem, vel alium hæredem prædicti B. per quem ipse clamat dotem suam, vel sic: D. filium & hæredem, vel fratrem, vel alium hæredem ipsius B. ad warrantum ipsius A. de dote sua, qui venit in eadem curia, & eidem C. terram illam warrantizauit, & nihil ostendit quare prædicta A. terram illam non haberet vt dotem suam nominatam, & vnde consideratum est in eadem curia nostra &c. Per omnia vt supra. Et ita in primo casu remanebit quilibet eorum taliter in seysina, quousq; idem minor ad ætatem peruenit, & ipse tunc deliberet si possit ipsi tenenti terram suam quam mulier recuperauit, & si illam deliberauit, rohaveat terram suam quam dedit in excambium: sin autem, remaneat quilibet eorum in tali seysina tota vita ipsius mulieris. Si vero de tertia parte (dote nō nominata) seysinā recuperauerit mulier versus minorem cum vocatus fuerit ad warrantum, tenens tenebit in pace terram petitam, & mulier habebit ad valentiam de terra minoris per tale breue. ¶ 6. Rex vicecom̄ salutem. Scias quòd cum A. quæ fuit vxor B. in curia nostra &c. peteret versus C. tertiam partē tantæ terræ cum pertinentijs in tali villa vt dotem suam, Idē C. venit in eadem curia nostra coram &c. et vocauit inde ad warrantum D. filium & hæredem prædicti B. quondam viri ipsius A. qui est infra ætatem, & qui venit & ei warrantizauit, & qui nihil ostendit quare dotem suam inde habere non debuit. Et vnde consideratum est in eadem curia nostra coram &c. quòd prædictus C. terram petitam teneat in pace, & quòd prædicta A. habeat de terra ipsius D. (nomine dotis) ad valentiam prædictæ tertie partis. Et ideo tibi præcipimus quòd (facta prius extensione de prædicta tertia parte) eidem A. de terra ipsius B. in loco competenti, ad valentiam prædictæ tertie partis, per visum legalium hominum (& secundum quòd prædictum est) sine dilatione habere facias & assignari Teste &c. Et eodē modo variat̄ bre, cum hæres fuerit plenæ ætatis, quo variat̄ supra de dote nominata. Et additur quandoq; huic breui clausula ista. Et vnde consideratum est in eadem curia nostra quòd prædicta A. habeat de terra ipsius B. ad valentiam prædictæ tertie partis, si terra ipsius D. sufficiat ad valentiā prædictæ tertie partis. Sin autem, hoc quòd defecerit habeat de terra ipsius C. secundum quantitatem quæ ei defuerit, vsq; ad quantitatem illius tertie partis quam prædicta A. clamat in dotem versus prædictum C. Et ideo præcipimus tibi quòd prius facta extensione eidem A. &c. vt supra ad valentiam tertie partis, & eodē modo (quò prædictum est) de terra ipsius D. &c. Et norandum quòd quamuis ipse tenens principalis fuit infra ætatem, non remanebit propter hoc exactio dotis (vt prædictum est) siue dos nominata fuerit siue non nominata, & sic remanebit quilibet in seysina (secundum quòd prædictum est) vsque ad ætatem warranti minoris.

GGGg.ij.

Et

Lib.iiii. De actione Dotis.

Et cum ad ætatem peruenerit, tunc deliberet terram quam warrantizauit si possit, & rehebeat excambium suum, vel aliter breue de seysina de eodem. ¶ 7. Rex vicecom̄ salutem. Scias quod cum A. quæ fuit vxor B. in curia peteret versus C. tantum terræ cum pertinentijs in tali villa vt dotem suam vnde fuit nominatim dotata, Idem C. venit in eadem curia & vocauit inde ad warantum D. filium & hæredem prædicti B. per chartam ipsius B. patris sui quam protulit. Qui quidem B. cum præsens esset & infra ætatem constitutus, consideratum fuit quod eadē A. recuperaret seysinam suam de prædicta terra cum pertinentijs versus prædictum D. vt de dote sua nominata. Et quod idem C. habeat de terra quæ fuit eiusdem B. (quæ est in custodia ipsius A. in tali villa) excambium ad valentiam prædictæ terræ cum pertinentijs vsq; ad legitimam ætatem D. & idem D. tunc deliberet prædictā terram eidem C. in prædicta tali villa, & recipiat prædictum excambium si possit. Sin autem, prædicta A. teneat prædictam terram tota vita sua. Et ideò tibi præcipimus q̄ assumptis tecum xij. &c. in propria p̄sona tua &c. et per eorum sacramentum &c. et per visum eorundē de terra ipsius D. in N. quæ est in custodia ipsius A. excambium ad valentiam prædictæ terræ eidem C. (secundum quod prædictum est) facias assignari, saluo eidem A. blado suo de hoc instanti autumpno de prædicto excambio, similiter & sæno si falcatum fuerit ante susceptionem literarum istarum, & a solo separatum, alioquin remaneat ipsi C. Teste &c. Et notandum quod quicumq; fuerit ad warrantum vocatus, cum warrantizauerit nihil habeat vnde faciat excambium, siue in dote nominata siue non nominata, p̄pter hoc non amittet mulier dotem suam, sed post mortem mulieris reuertatur dos ad tenentes, nisi prius fuerit eis satisfactum de excambio per hæredem. Notandum etiam quod vbicumq; petitur dos versus minorem mediatè vel immediatè, semper summonendus est custos quod sit & habeat hæredem per tale breue. Sed quid si custos alienauerit, ita q̄ non sit in seysina & custodia de terra minoris die quo summonitus fuerit, sed ille cui custodiam dimiserit, hoc non nocebit ei, quia minorè vocauit ad warrantum, quia cum custode nullam habet actionem, sed cum hærede quicumq; illum tenuerit, & custos semper illum habeat, & hæres vera sunt, siue vnus hæres siue plures, vel vnus ex pluribus hæredibus fuerit infra ætatem. Forma breuis de summotione. Rex vicecom̄ salutem. ¶ 8. Expectatur quandoquē ætas minoris in dotis petitione in casu speciali, vt supra de exceptionibus. Item ratio quare mulier dotem nominatam recuperat ad quemcunq; peruenerit talis esse poterit. s. quod ex quo dos certa cōstituta fuerit, mulier statim incipit habere ius & dominium, & ideò ad quemcunq; peruenerit, recuperabit: vir enim dotem dat & constituit, hæres autem tantum dotem assignat. Sed si dos in tertia parte fuerit constituta, non statim incipit mulier ius habere propter incertitudinem, quia nescit quam tertiam partem habere debeat donec fuerit ei assignata, & non nisi illam quæ ei per sortem acciderit. Et ideò non statim incipit habere ius in ipsa dotis constitutione de tertia parte, sicut in dote nominata. Et ideò in vno casu recuperabit mulier terram petitā, & in alio casu non nisi excambium. Si vero mulier dotem recuperauerit
versus

versus aliquem warrantum qui warrantizavit, & warrantus nihil habeat in comitatu vnde warrantizare possit sed in alio comitatu, tunc fiat extē-
sio terræ quam amisit, secundum quod superius dictum est. Si autem ma-
nens sit infra aliquam libertatem & tenens qui amisit queratur quod es-
cambium non habuerit, tunc fiat tale breue episcopo vel Comiti cuius
libertas illa fuerit. ¶ 9. Rex tali episcopo salutem. Sciatis quod cum A
quæ fuit vxor B. in curia nostra &c. (vt supra) & vnde prædictus C queri-
tur quod idem D. nullum adhuc escambium ei inde fecit. Et quia præ-
dictus D. nullum tenementum habet extra libertatem nostram (vt audi-
uimus) vobis mandamus quod distringatis prædictum D. quod sit corā
Iustitiarijs &c. ad faciendum eidem C. escambium ad valētiam prædic-
tæ tertiæ partis vel ad ostendendum quare escambium facere non debe-
at Teste &c. Item cum mulier dotem recuperauerit nominatā in aliquo
certo manerio per constitutionem dotis sub tali conditione, vt si suffici-
at pro tertia parte quod mulieri remaneat integrè, & si minus ibi fuerit:
quod defectus ei perficiatur alibi in loco competenti, & si plus ibi fue-
rit, quod surplusagium reddatur hæredi: secundum quod inueniri pote-
rit de termino sanctæ Trinitatis anno regni regis Henrici decimoquar-
to in comitatu Norff. de Letitia de Eggefend, tunc (facta prius extensio-
ne manerij de valore) fiat mulieri seysina per tale breue. ¶ 10. Rex vi-
cecom salutem. Scias quod A. quæ fuit vxor B. in curia nostra &c. per cō-
siderationem eiusdem curiæ nostræ recuperavit seysinam suam versus C.
de toto manerio tali cum pertinentijs vt de dote sua, vnde fuit dotata
nominatim, ita tamen quod si manerium illud sufficiat ad tertiam par-
tem omnium terrarū & tenementorum quæ prædictus B. quondam vir
ipsius A. habuit die quo eandem A. desponsauit, tūc manerium illud in-
tegrè remaneat ipsi A. in dotem (secundum quod prædictum est) si autē
manerium illud excedat valorem tertiæ partis omnium prædictarū ter-
rarū & tenementorū, tunc illud surplusagiū quod excedit reddatur ei-
dem C. & si minus tertia parte ibi fuerit, illud quod defuerit pficiatur ei-
dem A. alibi loco competenti de terris & tenentis prædicti C. Et ideo tibi
præcipimus q̄ eidem A. de prædicto manerio (secundum quod prædictū
est) cum ptinentijs sine dilatione plenariam seysinā habere facias, & p̄ sa-
cramentū liberorū & legalium hominū de com̄ tuo extendi facias & ap-
preciari omnes terras, & omnia tenementa quæ fuerunt p̄dicti D. in com̄
tuo, die quo eandem A. desponsauit, in dominicis, villenagijs, & seruitijs
liberorum hominum, & in omnibus alijs rebus quicunq; illa teneat. Et
si p̄ prædictam extensionem & appreciationem inueneris q̄ prædictum
manerium plus valeat q̄ tertia pars omnium prædictarū terrarū & tenentorū,
tunc surplusagiū quod excedit valorem illius tertiæ partis habere facias
& assignari prædicto C. saluo tamē eidem A. mesuagio capitali illius ma-
nerij. ¶ 11. Et si minus ibi fuerit q̄ prædicta tertia pars (secundum ratio-
nabilem extensionem) tunc quod defuit habere facias eidem A. de hære-
ditate ipsius C. alibi in loco competenti. Si autem nec plus nec minus,
tunc de prædicto manerio cum pertinentijs se teneat contentam T. &c.
¶ 12. Queritur inter alia an finis factus in cuius regis auferre possit dotem
nomi

nominatam? vt si vir vel alius de dote nominata fecerit alienationē quocunq; modo, & finis & cyrographum in curia domini regis interuenerit: et verum est quod non, vt probatur de termino sanctæ Trinitatis anno regni regis H. tertio in comitatu Buck. de Alicia quæ fuit vxor Symō de Stentenham, et quendam hæredem qui dotem incumbrauerit (qui etiã deliberare debuit eam si posset) & feoffato per finem illum fecit escambium ad valentiam, & mulier teneat tota vita terram illam & post mortē suam reuertatur ad feoffatum & non ad hæredem nisi tantum excambiū.

¶ *Exceptiones contra mulierem petentem dotem. Cap. 7.*

SI contra mulierem petentem dotem tenens warrantum vocare noluerit, cum extraneus tenens, vel hæres ipse in possessione extiterit, excipere poterit multis modis contra mulierem quare dotem habere non debeat peremptoriè, vel quare ad tēpus differri debet actio & dotis exactio dilatoriè. Dicit enim mulier in intēsiōne sua & fundatione intēsiōnis, quo iure ptineat ad ipsum actio dotis. Dicitur enim sic. Talis mulier N. Et vnde in primis erit videndū, quod nō sit error in nomine &c. vt supra. Quia pro cognomine satis sufficit quod dicitur, Talis quæ fuit vxor talis &c. De hoc autē quod dicitur (fuit) excipi poterit q̄ fuit vxor & est vxor talis, & quod dotem petere nō poterit quia vir suus adhuc viuit, quo casu si hoc dedici non possit, cadit mulier a casu: quia constitutio dotis & donatio ppter nuptias morte viri confirmatur. Est enim mors ciuilis & mors naturalis. Si autem dicatur quod ciuilitate mortuus sit, eo quod contulit se religioni, ex aduerso responderi poterit quod vir redire poterit ad seculum, quia non assumpsit nisi habitum probationis. Si autem ex parte mulieris dicatur quod vir assumpsit habitum professionis, suspenditur actio dotis quousq; p̄ ordinariū loci, vz episcopum, Abbatem, vel alium de veritate confiterit. Si autem dicatur a muliere q̄ morte naturali, & ex aduerso dicatur quod viuus sit, vidēdum cui incumbat p̄batio. Et sciendum est quod quandōq; mulieri, quæ dicit quod mortuus sit, quia qui dicit p̄bare debet, & quandōq; tenenti qui excipit quod viuus est, quia excipiēdo est quasi actor, & probare debet exceptionem suam sicut mulier actionem suam. Et quod quandōq; mulieri quæ dicit induc̄ta est probatio de morte viri, habetis de termino sancti Michaelis añ regni regis H. nono incipiente decimo in comitatu Essex de Asselina quæ fuit vxor Alani filij Iuſ. Et vbi datus fuit dies mulieri ad p̄bandum, & tenens qui excipit de vita non fuit oneratus p̄batione. Quandōq; vero inducitur p̄batio vtriq; tam mulieri petenti quã tenenti, & dabitur vtriq; dies quod mulier p̄bet mortem & tenens vitam. Et si mulier petēs ad diem sibi datum sectam sufficientem p̄duxerit quod vir suus mortuus sit. s. qui interfuerit vbi mortuus fuerit apud talem locum & sepultus est apud talem ecclesiã. Et secta examinata si in omnibus bene cōueniat, tūc primò respondeat tenens mulieri petenti de dote sua, nisi ita sit quod tenens p̄ se sectam p̄ducat validiorem quod vitus, & quo casu præferēda est illa p̄batio quæ fuerit magis valida. Et si p̄batio mulieris magis valida, tunc

de mor.



Et tunc primo respondeat tenens actioni mulieris. Sed quare non statim recuperat. videtur quod ideo, quia bene potest esse quod vir suus mortuus sit, et quod ipsa nihil iuris habeat in petitione sua, & ideo tunc necesse habet docere de iure suo. Et quod ita sit, habetis in secundo rotulo post guerram de termino sancte Trinitatis in comitatu Suffex de Maria de Cromestham. Sed quid si ad diem eis datum vnus habuerit probationem sufficientem & alius nullam, pro eo indicabitur qui probationem habuerit. Si autem ex neutra parte nisi tantum presumptio, ex semiplena probatione, tunc recuperabit mulier dotem petitam nisi alia obtulerit exceptio. Sed tamen sub tali conditione, quod si vir redierit, restituat dotem tenenti sine placito cum fructibus medio tempore perceptis, prestata sufficienti firmitate fide iussoria, alioquin remaneat tenens in seysina sua. Et quod ita sit, videri poterit de termino sancti Hillarij anno regni regis decimo quinto in comitatu Derby de Agnete quæ fuit vxor Nicholai. Et quod in hac exceptione dari debeat dies rationalis ad sectam producendam si partes primo die sectam non habuerint, probatur de termino P. an. regis H. decimo quinto in comitatu Surrey de Ioctra de la Strode.

¶ Exceptio quod nunquam fuit desponsata ipsi viro. 1. De exceptione contra matrimonium. 2. Breue de mittendo inquisitionem ad curiam christianitatis. 3. De officio ordinarij. 4. Facta probatione in curia christianitatis & inquisitione, breue per quod summonetur pars. 5. Breue de seysina facienda mulieri si inquisitio fecerit pro ea. 6. Si summoneus non venerit nec se effoniauerit. 7. Si probatur in curia christianitatis & damna mulier sit in veniendo versus curiam moriatur tenens. Capitulum.

Item dicitur. Talis quæ fuit vxor talis, ad quod poterit tenens excipere quod nunquam fuit vxor eius, quia nunquam fuit ei desponsata, nec rem habuit eam illa. Item si rem habuit cum illa, non tenuit illam nisi ut concubinam suam. Item si desponsata, non legitimo matrimonio, quia prius aliam duxerat de iure & istam de facto, vel si nullam prius habuerit de iure, tamen si ista petere dotem non potest, quia celebratum fuit diuortium inter eos propter consanguinitatem, compaternitatem, vel aliam affinitatem. ¶ 2. Itē si matrimonium legitimum, mulier tamen tunc temporis ita tenella fuit quod virum sustinere non posset, ita quod posset dotē deseruire. Itē si aliquando fuit ibi matrimonium, tamen desijt esse propter diuortium, et vbi ab initio nullum erat matrimonium, nulla est dos, et vbi ab initio est matrimonium, ibi erit dos quoad steterit matrimonium, sed facto diuortio quacumque occasione, desinit dos & dotis petitio. Itē si matrimonium legitimum quantum ad hæredē & hæreditatis successionē, tamen illegittimum erit quoad dotis exactionē, cum dos constituta fuerit alibi quam ad ostium ecclesiæ, propter verba in intentione mulieris contenta, & vnde dotata fuit ad ostium ecclesiæ. Cum autē talis proponatur exceptio quod dotē habere non debeat, eo quod non fuit tali viro (pro quem petit) matrimonialiter desponsata vel legitimo matrimonio copulata, huiusmodi inquisitio fieri non potest nec debet in foro seculari, cum sit spiritalis. Et ideo demandet inquisitio faciendā ordinario loci, sicut Archiepiscopo, episcopo, vel alijs priuilegiatis, quibus papa huiusmodi concesserit recognitionē, sed rex nunquam scribit nisi

nisi archiepiscopo vel Episcopo. Forma brevis talis est. ¶ 3. Rex tali archiepiscopo vel episcopo salutem. Sciatis quod cum A. quæ fuit vxor B. in curia nostra &c. peteret versus C. tantam terram vel tertiam partem tantæ terræ cum pertinentijs in tali villa vt dotem suam, vnde prædictus B. quondam vir suus eam dotauit ad ostium ecclesiæ: Idem C. venit in eadem curia & obiecit ei quod inde dotem habere non debuit, quia nunquam fuit prædicto B. matrimonialiter desponsata, vel legitimo matrimonio copulata. Et quoniam huiusmodi causæ cognitio ad forum spectat ecclesiasticum, vobis mandamus (quatenus vocatis coram vobis conuocandis) rei veritatem diligenter inquiratis, & inquisitionem quam inde feceritis sciri faciatis Iustitiarijs nostris apud w. per litteras nostras patentes. T. &c. ¶ 4. Ordinarius vero cum litteras domini Regis acceperit (secundum considerationem Martini) procedere debet ad inquisitionem faciendam hoc modo. Et vnde P. de Rupe tunc Winton episcopus consuluit eundem Martinum in hoc casu. Qui ei rescripsit quod in quacunque dyoces. ille qui exceptionem opposuerit domicilium habuerit, fiat ei talis denuntiatio per ordinarium, quod si voluerit veniat contra matrimonium dicturus, secundum quod ei viderit melius expedire, ad diem quæ ordinarius ei præfixerit. Et siue tunc venerit siue non, testes quos tunc mulier (quæ voluerit matrimonium pbare) et qui certa ratione recusari non possit, produxerit, pro se admittantur. Et præstito sacramento, dicta eorum recitentur in publico, et veritate absque magna iuris solennitate (quasi summatim) inquisita, remittatur domino Regi inquisitio vel iustitiarijs suis, secundum formam mandati, nec audietur quis appellans in hoc casu non magis quam in inquisitione de bastardia, quia si talis audiretur appellans, protrahi posset negotium in infinitum. Et sic mulier desperans in suo negotio, recederet de lite sua. Et quia solummodo ad personas & ordinarios in litteris domini Regis comprehensos mandatur inquisitio, non extenditur iurisdictio ad alias personas & maxime extra regnum, quia si episcopus ad appellationem alicuius partis ad dominum papam interpositam subsisteret nec ulterius inquireret, pro hoc posset domino regi præiudicium generari, quia sic posset papa in huiusmodi casibus indistincte & quasi indirecte de Layco feodo iudicare ratione matrimonij, quia incidens est & non principale, sed laycum feodum. Sed quoniam dicit vbi nullum matrimonium, ibi nulla dos, & econuerso vbi matrimonium ibi dos & si ab initio matrimonium ibi dos durante matrimonio, & deficiente matrimonio deficiat dotis actio. Ideo de matrimonio videndum de quo sequitur dotis exactio. Et ad hoc sciendum, quod habet quis legitimum concubinam, & ex ea prolem in concubinato, & postmodum contrahit cum eodem clandestinum matrimonium, & post contractum clandestinum suscitatur ab ea prolem. Item postmodum contrahit cum eadem publice & in facie ecclesiæ & dotat eam ad ostium ecclesiæ: In hoc casu erit ille legitimus qui ex clandestino matrimonio natus fuerit, dum tamen hoc probetur, & hereditatem obtinebit. Et ille qui post solennitatem progenitus fuerit (quamuis legitimus) non erit heres propinquior quoad successionem, sed mulier propter solennitatem & dotis constitutionem

tutionem in facie ecclesie dotem obtinebit, secundum quod inferius dicitur de exceptione, quod non ad ostium ecclesie. Item sciendum quod matrimonium aliud de iure, aliud de facto, & potest quis plures habere uxores de iure non tamen simul & semel, sed successive: videlicet quamlibet post alteram, & ultima que fuerit in possessione viri mortis tempore dotem optinebit, maxime si fuerit ad ostium ecclesie tempore desponsationis dotata, siue proles suscitata fuerit ab omnibus vxoribus vel quibusdam. Itē plures poterit qs habere uxores simul & semel, sed necesse est quod vnam tantum habeat de iure, & omnes alie erunt uxores de facto, & siue vnam habuerit siue plures de facto, prima tamen precipua cum qua legitime contraxerit ad ostium ecclesie vel alibi (dum tamen sponsalia probentur siue per verba de presenti siue per verba de futuro) dū tamen carnalis subsequuta fuerit commixio, erit vxor legitima quantum ad successionem & comodum heredū & quantum ad dotis exactionem, dū tamen ad ostiū ecclesie fuerit dos constituta. In clandestino vero matrimonio nunquam dotem consequetur, si non ad ostiū ecclesie si cōtra ipsam dotem petentem fuerit conceptum, secundum quod inferius dicitur plenius in exceptione, Si ad ostium ecclesie. ¶ 5. Probato igitur in curia Christianitatis matrimonio legitimo, cum per litteras ordinarij confiterit regi vel iustitiarijs suis matrimonium esse probatum, statim ad instantiam mulieris fiat resumonitio loquela ad curiam domini regis, per tale breue: & summonetur tenens ita. Rex vic. salutem. Summoneas p bonos summonitores C. quod sit coram iustic. nostris apud westmonasterium auditurus recordum & iudicium suum de loquela que fuit in eadem curia nostra, coram iustitiarijs nostris &c. inter A. petentem & eundem C. tenentem de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa, quam predicta A. in curia nostra coram &c. clamavit in dotem versus eundem C. & inde loquela transmissa fuit ad curiam Christianitatis, eo quod predictus C. obiecit eidem A. quod nunquam fuit B. legitimo matrimonio nec matrimonialiter copulata. Et habeas ibi summonitores, & hoc breue Teste &c. Ad quem diem bene poterit C. se effoniare (si voluerit) & si nō venerit nec se effoniauerit, statim capietur terra in manū domini regis per paruum cape, & ipse summonetur quod sit ibi audiurus iudiciū suum. Et siue tunc venerit siue non, recuperabit statim A. dotem suam sine aliqua vltiori dilatione, quia de cetero nullam poterit tenens opponere exceptionem vltiorem per quam differatur iudicium, quia nihil sequitur nisi iudicium, siue faciat pro petente, siue pro tenente, sicut probatur de termino sancti M. anno regis Henrici decimoquinto incipiente decimosexto in com South, de quadam Aldithia. Si autem pro muliere faciat inquisitio, tunc fiat ei seylina per tale breue. ¶ 6. Rex vic. salutem. Scias quod A. que fuit vxor B. in curia nostra corā iustitiarijs nostris &c. per iudicium eiusdem curie recuperavit seysinam suam versus C. de tanta terra cum pertinentijs in tali villa ut de dote sua. Et ideo tibi precipimus quod eidem A. de predicta terra cum pertinentijs (nomine dotis) sine dilatione plenariam seysinam habere facias ¶ 7. Si autem vir cui postea nupserit, & vxor debeant nominari, tunc sic. Scias q A. de N. & B.

HHHh.i.

vxor

vxor eius &c. (vt supra) de tanta terra cum pertinentijs in tali villa vt de dote ipsius B. feysinam suā recuperauerint, & ideo tibi præcipim⁹ quòd eidem A. & B. de prædicta terra cum pertinentijs nomine dotis ipsius B. plenariam feysinam habere facias Teste &c. Si autem summonitus ad diem suum non venerit nec se effoniauerit, tunc capiatur terra in manū domini regis per defaultam, & ipse summonetur quòd sit inde auditurus iudicium suū ad alium diem per paruū cape &c. vt supra. Et si tenens ad diem non venerit, mulier recuperabit feysinam suam per defaultam, & fiat ei feysina sua per tale breue. Rex vic. salutem. Scias quòd A. quæ fuit vxor B. in curia nostra &c. recuperauit feysinam suam de tanta terra cum pertinentijs in N. vt de dote sua versus C. de N. per defaultam ipsius C. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem A. &c. vt supra. Si autem recognita ei fuerit dos sine placito per licentiam, tunc sic. Scias quòd cum A. in curia nostra &c. peteret versus C. tantam terram cum pertinentijs in N. vt dotem suam, idem C. venit in eadem curia & recognouit & reconcessit eidem A. totam prædictam terram cum pertinentijs in dorem ipsius A. & ideo tibi præcipimus &c. vt supra. ¶ 8. Cū huiusmodi inquisitio ad curiā Christianitatis transmissa fuerit faciendā, probato sufficienter matrimonio, & cū mulier in veniendo sit cū inquisitione versus curiā, superuenit impedimentum sicut guerra, vel huiusmodi, quòd iudiciū non poterit executioni demandari, et antequam ad curiam venerit moritur tenens in guerra fortè, & post guerram impetrat mulier super heredem vel alium tenentem nouum breue, vbi si tunc testatum fuerit quòd sic sponsalia probauit tempore illius qui obiit, & quòd sic impedita fuit per guerram, sine aliqua alia probatione recuperabit feysinam suam: vt de itinere episcopi de dunelm & Martini de Pateshul in comitatu Eborum anno regis tertio de Muriella quæ fuit vxor Hugonis de Hauertō. Per simile videtur, quòd si mulier petat aliquem in virum, & sententia lata fuerit pro muliere, & ab ea non sit appellatum, si vir moriatur ante executionem iudicij, ipsa sine alia probatione dotem obtinebit.

¶ Si dicat vbi cumq; fuerit desponsata nunquam fuit ei dos constituta vel q; nō ad ostiū ecclesie. Item vbi conceditur matrimonium et excipitur contra dotē. Itē dicere potest q; aliter desponsata fuit vt si dicit q; non nominatim, responderi poterit de tertia parte vel huiusmodi. Quid inquiratur per patriā vbi secta defecerit & alia probatio. Cap. 9.

Concedere vero poterit tenēs excipiendo, q; desponsata fuit ad ostiū ecclesie vel alibi, sed nūquā fuit dos ei constituta. Quo casu, nō erit inquisitio faciendā in foro ecclesiastico, sed in curia regis, cū mulier dicat contrariū. Itē concedere potest q; desponsata fuit, & dos constituta, sed non ad ostium ecclesie die quo desponsata fuit: quo casu, eodē modo fiat inquisitio in curia regis, quia non erit magis demandanda iudici ecclesiastico, q̄ inquisitio de bastardia, vbi sic obiecta fuerit, yz vtrū qs nat. fuerit ante matrimoniū vel post. Et q; mulier dotē petere nō poterit, nisi dotata fuerit ad ostiū ecclesie (si hoc ei fuerit obiectū in impetratiōe dotis) probatur

probatum in itinere w. de Ralegh in comitatū Buck. de Alicia quę fuit vxor Baldwyn, quia si mulier in petitione dotis omiserit ista verba (et vnde talis vir meus me dotauit ad ostium ecclesię) amittet dotem sine aliqua recuperatione. Et ad hoc facit quod habetis de termino sancti Michaelis anno regis Henrici octauo incipiente nono in comitatu Hertford de Alicia quę fuit vxor Rogeri de Camera. Item ad hoc facit quod habetis in eodem comitatu Buck. de Isabella quę fuit vxor Roberti. Item ad hoc facit de termino sancti Michaelis año regis Henrici nono incipiente decimo in comitatu Oxon de Alicia quę fuit vxor Iacobi de Cardeuile, vbi iudicium redditū fuit quòd mulier dotem petere non potuit, quia nō fuit desponsata ad ostium ecclesię. Et in eisdem concordantijs reperitur quòd inquisitio de huiusmodi faciēda erit in curia domini regis, & non in foro ecclesiastico. Et vnde inquirēdum est a muliere vbi, & quando, & in qua ecclesia fuit desponsata. Et de inquisitione faciēda fiat tale breue. Rex vic. salutem. Pręcipimus tibi quòd venire facias coram te & coram custodibus placitorum coronę nostrę in pleno comitatū duodecem tam milites quàm alios liberos & legales homines de visineto tali, & per sacramentum eorum diligenter inquiras si A. de N. die quo desponsauit B vxorem suam apud talem ecclesiam dotauit eam de tanto terrę cum pertinentijs in tali villa solēniter & ad ostium ecclesię, sicut prędicta B. dicit, vel si illam desponsauit in lecto suo mortali absquē aliqua solennitate, & ibi eam dotauit sicut prędictus talis dicit. Et inquisitionem quam inde feceris scire facias iustitiarijs nostris per litteras &c. & per duos &c. Et ita poterit esse matrimonium legitimum, quoad hęreditatis successionem, vbicunquē contractum fuerit, dum tamen probatum: & illegitimum quoad dotis exactionē, nisi fuerit in facie ecclesię contractum, & ibi dos constituta cum solennitate, quę tunc adhiberi potest tam tēpore interdicti quàm alio tempore. Cum autem vir dotem ad ostium ecclesię nominauerit (vt prędictum est) certam & nominatam, vel incertam & non nominatam, quęritur an vir postmodum mutare potest modum & constitutionem dotis, dotem augendo vel minuendo: & videtur quòd non, quia sicut nominata est ad ostium ecclesię vel non nominata, ita peti potest & non aliter, propter verba: & vnde dotata fuit ad ostium ecclesię. Quia istę dictiones (vt prędictum est) semper exprimi debent in petitione dotis, & quia inde oritur exceptio tenenti quòd aliter dotata fuit ad ostium ecclesię. Concedere etiam poterit tenens quòd mulier fuit desponsata & ad ostium ecclesię dos constituta. Sed excipere potest quòd postmodum fuit matrimonium solutum, & diuortium celebratum inter ipsam & virum suum propter consanguinitatem, compaternitatem, & aliam affmitatem, & quamdiu durauit matrimonium durauit dotis ex actio, ea deficiente deficit dotis petitio, quod si probatum fuerit, etiam in curia regis amittit dotem. Poterit tamen replicare contra exceptionem illam, quòd si aliquando fuit matrimonium inter eos accusatum, nunquam tamē fuit in vita viri sui solutū, nec diuortium celebratum: vel si aliquando fuit contra ipsum iudicatum, tamen a sententia illa fuit appellatū, & in causa appellationis fuit pro ea iudicatum, ita quòd

HHHh.ij.

fuit

fuit in possessione viri sui die quo obiit, vel dicere poterit quod vir suus obiit antequam in causa appellationis fuit conclusum. ¶ 2. Poterit etiam tenens dicere siue sit hæres siue sit alius & cōcedere mulierē esse desponsatam & dotatam ad ostium ecclesiæ, sed aliter quā in intensione sua pponit: vt si dicat quod dos fuit ei nominatim constituta, & certo loco, excipi poterit a tenente quod cōstituta fuit ei per totum, & in tertia parte, quo casu mulier necesse habet probare intensionem suam, & dictum suum, per audientes & videntes, qui desponsationi interfuerint, qui presentes incontinenti parati sint hoc per sacramentum confirmare: & eorum stabitur probationi (si examinati concordent) nisi hæres vel alius tenens probationem habuerit validiorem ad probandum contrarium. Si autem mulier nullam habuerit probationem pro se, nec sectam sufficientem, nec etiam instrumentum, tunc pro tenente iudicabitur, si probationem habuerit sufficientem & plenam siue semiplenam, propter præsumptionem: si autem omninò nullam, pro eo iudicabitur propter commodum possessionis: vel si mulier habuerit sectam sufficientem, & tenens non nisi simplicem vocem suam, licet paratus sit se ponere super patriam, non audietur, sed mulier recuperabit: vt de termino sancti Hillarij anno regis Henrici nono in comitatu Deuon de Alicia quæ fuit vxor W. de Thoraton & Matheo de Thornton. Item cum ex vtraquē parte producti sunt testes & vna pars dicat quod nesciat vtrum ita sit vel non sit, & alia pars dicat præcisè quod ita sit sicut ille dicit ex cuius parte producitur, iudicabitur pro illa parte quæ scit veritatem: vt de eodem termino sancti. H anno eodem eiusdem regis in comitatu North. de wilhelmo de Dauêtre quia semper oportebit mulierem producere sectam, alioquin vacua erit in omni casu petitio sua. Item si testes producti nihil pbauerint, vel cognoscant quod desponsationi interfuerunt, vel dicat quod nihil sciant de dote, vel eius constitutione: tunc non valet quod agitur, quasi deficiente mulieris probatione, & tenens quietus recedat, sicut videri poterit in itinere M. de P. anno regis Henrici decimo in com Eborum de Emma quæ fuit vxor Raymeri le Franceys. Item si testes qui producti fuerint ex parte mulieris plene probauerint dictum suum, & quod desponsationi interfuerint, & quod sic dotata fuit sicut ipsa dicit, recuperabit mulier petens, secūdm quod inueniri poterit in itinere M. de P. in comitatu Suff. anno Regis Henrici decimo de comitissa de Oxon, & wilhelmo Blundo & Cecilia vxore eius, vbi ex vtraq; parte producta fuit secta. Si autē neutra pars sectam habuerit, nec probationem, nec saltem præsumptionem, nec instrumentum, & vtraquē pars de veritate ponat se super patriam p defectu sectæ vel alterius probationis quam ad manum non habuerit, tunc fiat inquisitio de veritate per tale breue. ¶ 3. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi quod diligenter inquiras qui interfuerunt apud talem ecclesiam vbi A. desponsauit B. vxorem suam, & tam ex ipsis quā ex alijs de proximo visneto talis villæ per quos &c. venire facias coram iustitiarijs &c. ad talem diem duodecem liberos & legales homines, ad recognoscendum (super sacramentum suum) si prædictus A. die quo ipsam B. desponsauit dotauit eam nominatim de tali manerio cum pertinētis, quod prædicta

prædicta B. in eadē curia nostra clamat vt dotem suam versus C. & sicut prædicta B. dicit, vel si eam dotauit de tertia parte omnium terrarum & tenementorum vnde fuit in scyflina die quo eandem B. desponsauit, vt idem E. dicit, quia tam prædictus B. quàm prædictus C. posuerunt se &c. vt supra. Item variari poterit breue inquisitionis multipliciter, secundū varietatē recordorum ita. Si prædictus A. die quo ipsam B. despōsavit dotauit eam de viginti acris terræ cum pertinentijs in N. &c. (vt supra) vel si eam dotauit de tertia parte tantæ terræ cum pertinentijs in N. &c. vel aliter: si eam dotauit de tertia parte totius hæreditatis quam tunc tenuit hæreditarie & in dominico: vel de tertia parte totius quæstus sui quem postmodum ea viuente posset acquirere, vel: si eum dotauit de tanto terræ vel tanto de hæreditate sua quam habuit die quo prædictam B. desponsauit, vt idem C. dicit, & vnde prædicta B. ad ostium ecclesiæ quando desponsata fuit, tenuit se contentam, quia tam prædicta B. quàm prædictus C. posuerunt se in inquisitionem illam, & inquisitionem illam venire facias &c. T. &c. & ad hanc inquisitionem inducere poteritis omnia genera constitutionis dotis, cōtra quæ aliquo modo excipi possit. Fit autem quandoq; de constitutione dotis & modo constituendi pbatio per instrumenta, quæ quidem si non fuerint recognita, fides eorum multipliciter probari poterit, vel per collationem signorum, vel per testes, vel per patriam, & alijs multis modis, vt supra de fide instrumentorū pleni⁹.

1. ¶ Si de modo constitutionis dotis proferatur instrumentū in re aliena. 2. De cuius assensu fit talis cōstitutio dotis. 3. Si de consensu patris vel matris vel alterius amici dotata fuit. 4. De exceptione contra mulierē sic dotata. 5. Inquirendum si dotata fuit per assensum. Cap. 17.

Sed quid si instrumentum dicat qd alius a viro dotauerit vxorem? non valebit talis constitutio, nec dotis petitio, propter verba contenta in intensione, & vnde talis vir suus eam dotauit &c. sed hoc verum est si tenementum illud fuerit viri sui, secūs si alienum: vt si quis vxorem suam dotauerit ad ostium ecclesiæ de re patris vel matris vel alterius patris vel amici, quorum consensus erit requirendus, vt si dicatur: & vnde talis vir suus eam dotauit per assensum patris vel matris, vel alterius amici. Et vnde incongruē conficitur instrumentum quod pater vel alius dotauit vxorem filij. Sed si quis diligenter vim constitutionis prospexerit, non erit ibi incongruitas, quia ad hoc quod valeat constitutio dotis de re aliena, oportet quod duo conueniant in constitutione, videlicet nominatio & consensus, quia neutrum illorum sufficit sine alio, quia si filius nominat & pater non cōsentit, non valet sine consensu: Si autem filius non nominat, licet pater consentiat, non valet consensus sine nominatione filij. Coniunctis igitur nomine & consensu fit valida constitutio. Non est igitur instrumentum reprobandum cū yterquē dotat, videlicet filius ex nominatione, & pater ex consensu. Et si donatio patris plenē non sufficiat per se, valeat tamen ad consensum cum nominatione. Sed videndum si consensus fieri possit ante constitutionē dotis, p̄ literas, vel alio modo in absentia cōsentientis, vel si in cōstitutione

tutione dicatur in absentia sua quòd assenserit cùm non consenserit, & si valere debeat per ratihabitionem videtur quòd valeat, facta relatione de consensu ad ostium ecclesiæ. Quòd valere nõ debeat videtur cùm absēs non sit, si autem ad dotem bene valet. Sed quia nominatio per se nõ valet, nec per se sine consensu, nec alicubi quàm ad ostium ecclesiæ, & personaliter, ita non valet consensus nisi personaliter. ¶2. Cùm de consensu patris, vel matris, vel parentis, vel alterius amici, posset filius dotare vxorem: videndum qualiter fiat huiusmodi dotis cõstitutio, & cuius consensus fuerit inquirendus. Et sciendum, quòd cuiuslibet de cuius assensu fuerit constituta, & tam de assensu & voluntate matris, quàm patris: vt de termino sancti M. anno regis Henrici decimosextimo in comitatu Salop de quadam Emma quæ petijt dotem, & eodem modo cuiuslibet alterius cuius assensus requiritur. Et si dos taliter constituta non restituatur, consultitur ei per tale breue. ¶3. Rex vic. salutem. Præcipe A. quòd iuste & sine dilatione reddat B. quæ fuit vxor C. tantum terræ cum pertinentijs in tali villa vnde idem C. quondam vir suus & hæres ipsius talis eam dotauit de volũtate prædicti talis patris sui vel matris suæ vel huiusmodi quòdo eam desponsauit ad ostium ecclesiæ, & vnde nihil habet, vt dicit, & vade queritur, quòd prædictus A. ei de forceat & nisi fecerit, & prædicta B. fecerit te securum &c. vt supra. Sũmonitus autem antequam comparuerit vnicum habebit essonium (sicut superius) & de defalta, & alijs fiat, vt supra, donec comparuerit. Cùm autem comparuerit, satis p̄pendi poterit qualiter mulier proponere debeat intentionem ex præmissis. Et p̄posita intentione, oportet quòd habeat sectam ad probandam, vel aliam probationem vt supra probatur: & ita fiat probatio hic sicut ibi. Sed si iuratores dubiè respondeant in parte, & in parte dicant quòd bene sciũt quòd talis mulier fuit desponsata, sed nesciunt si dotata fuit per assensum necne, non recuperabit, nisi ita sit forte quòd vir suus seysinam habuerit de eadem terra aliquo tempore in vita sua, quia tunc sufficit mulieri seysina viri quoad dotis exactionem, licet assensus parentum non valeat: vt de termino sancti Hillarij anno regis Henrici decimotertio in fine rotuli. ¶4. Cùm vero contra mulierem excipiatur quòd nunquàm dotata fuit per assensum & voluntatem talis antecessoris, & mulier dicat quòd sic, fiat inquisitio per breue in hac forma. ¶5. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi quòd diligentèr inquiras qui interfuerunt vbi A. desponsauit B. & tam ex illis quàm ex alijs legalibus & discretis hominibus de com̄ tuo venire facias coram iustic. nostris tali die duodecem, ad recognoscendum si idem A. die quo eandem B. desponsauit, dotauit eam per assensum & voluntatem talis vel non. De hac materia inueniri poterit in rotulo de termino sancte Trinitatis anno regis Henrici quarto in comitatu Suff. de quadam Alexandria.

1 ¶ Quòd competit exceptio heredi ex pluralitate mulierũ dotem petentiũ. 2. Quòd mulieri petenti dotem obiectũ fuit quòd alia mulier ratione eiusdẽ viri habuit dotẽ &c. quòd duabus mulieribus non fuit cõcedenda. 3. Breue ad hoc. s. duabus mulieribus. 4. Consulti fuerũt iustic. qualiter procedendum esset in tali inquisitione facienda. Cap. 11

Competit etiam tenenti hæredi vel non hæredi exceptio ex pluralitate mulierum dotem petentium de morte vnus viri, vt si duæ sint petentes, excipere potest quòd non debet duabus respondere, non magis (vt videtur) quàm si duo vnum implacitent de eadem terra, de tota vel de aliqua eius parte, siue placitum sit super possessione, siue super proprietate. Et vnde in primis videndum, vtrum duæ cum nullam dotem habuerint dotem petierint versus tenentem, vel cum vna dotem habuerit & alia nihil, & illa quæ nihil habet dotem petierit versus eum qui habet duas partes, & similiter versus mulierem quæ tertiam partem tenet nomine dotis, quæ postmodum vocauerit ad warrantum hæredem, vel alium de dote sua, vt sciri possit ad quem pertineat exceptio contra mulierem petentem, quia cum warrantum warrantizauerit, necesse habet defendere mulierem quæ in possessione fuerit, & sic competit ei exceptio, cum defensionem susceperit per warrantiam. Excipere enim poterit sic nomine proprio, quòd mulier petens dotem habere non debeat hac ratione, quia A. cuius nomine dotem petit, habuit quandam vxorem B. nomine, quæ fuit cum A. viro suo per decem annos, tam in Anglia quàm in Hybernia & sic in seysina fuit de prædicto A. viro suo quando obiit, & ideo assignata fuit ei dos sicut vxori legitimæ. Ad quod vero mulier petens respondit quòd tenens iniuste hoc dicit, quia prædicta B. quæ se fecit vxorem prædicti A. non fuit vxor eius, & hoc bene patuit, quia ipsa quæ nunc dotem petit aliquando petijt ipsum A. vt virum in curia Christianitatis apud talem locum, coram talibus iudicibus, & per iudicium in eadem curia disrationauit ipsum A. vt virum suum, præsentem ipsa B. Et hoc offert se probare, & tenens e contra dicit (vt prius) quòd prædicta B. semper fuit cum eodem A. sicut vxor sua, & in vita & in morte, sine aliquo clamore vel questione mota a muliere quæ nunc petit. Et mulier petens quæ sita vbi, & quando desponsata fuit ipsi A. & si probationem habeat de dicto suo probando, & respondit quòd sic, & vnde eadem diem habuit ad probandum. Sed quia ad diem illum nullam probationem habuit, nihil recuperauit. Et de hac materia inueniri poterit anno Regis Henrici decimo in banco, de Alicia & Iuliana quæ fuit vxor Thomæ de Fughelstone petentem dotem, & cui a tenente obiectum fuit quòd dotem habere non debuit, quia quædam Isabella Decursum fuit vxor prædicti Thomæ, & idem Thomas de ea obiit seysitus sicut de vxore sua. Et post mortem dicti Thomæ secundum legem Kanc. plenius habuit dotem suam de toto tenemento quod fuit ipsius Thomæ, & petit iudicium si debeat duabus fæminis de vno tenemento, & morte vnus viri sui dotem facere. Ad quod respondit ipsa A. quòd ipsa fuit vxor prædicti Thomæ & non ipsa Isabella; Sed reuera dicit quod prædicta Isabella fuit cum prædicto Thoma sicut adultera & non sicut vxor legitima. Quibus auditis, consideratum fuit ibi quòd Alicia (si vellet) implacitaret ipsam Isabellam, & si posset ostendere quòd ipsa

ipsa Isabella non fuit vxor ipsius Thomę, tunc recuperaret totam terram quam ipsa Isabella tenuit nomine dotis, & tenens sine die: & sic erit placitum inter duas mulieres petentes in curia Christianitatis, vt ipsa obtineat quę docuerit se esse vxorem legitimam. Item de eadem materia anno septimo regis Henrici coram Martino in banco de Gunora quę fuit vxor Iohannis filij Hugonis quę petijt dotem versus Matildam de Berneres tertiam partem tertię partis duarum carucatarum terrę cum pertinentijs in Cidermerse vt dotem suam vnde prædictus Iohannes eam dotauit &c. Et matilda respondet quòd tenet terram illam in dotem de dono prædicti Iohannis qui fuit vir suus, & non ipsius Gunorę, & vnde dicit quòd Galfridus filius & hæres prædicti Iohannis, & qui est in custodia talis per dominum regem, est warantus suus de dote sua, & vnde vocat eum ad warrantum. Et Gunora dicit quòd non debet inde warrantum habere, quia ipsa Matilda nunquam fuit sponsa prædicti Iohannis, per quod idem Galfridus filius & hæres suus deberet esse warantus ipsius Matildę de dote sua, sed dicit Gunora quòd ipsa fuit sponsa sua, & de ea habuerit prolem, scilicet quandam Iulianam quę præsens est &c. Et hoc parata est probare sicut curia considerauerit. Et Matilda econtra dicit quòd ipsa fuit sponsa sua & non Gunora, & quòd ipsa Matylda fuit cum prædicto Iohanne quando obiit, & si eadem Gunora vnquam fuit cum eo, hoc fuit in adulterio, quia non fuit ei dispensata, & hoc parata est verificare &c. et ideo sine die & Gunora habeat breue ad episcopum winton in cuius diocef. fuit desponsata. Forma breuis inferius. ¶ 2. Eadem Gunora petijt versus custodem tertiam partem duarum partium duarum carucatarum terrę cum pertinentijs in eadem villa vt dotem suam, vnde prædictus Iohannes quondam vir suus eam dotauit &c. Et Petrus respondit (qui custos fuit) & dicit quòd Matilda prædicta habet inde dotem suam plenè per præceptum domini Regis, & petijt iudicium si debuit duabus fœminis dotem facere. Et quia eadem Gunora petit dotem suam versus eandem Matyldam, remaneat loquela sine die versus Petrum custodem, donec sciatur quid fiat inter Gunoram & Matyldam. Item de eadem materia coram Martino in banco, anno regis Henrici octauo de Agnete quę fuit vxor Roberti de Hactone quę petijt dotem versus Isabellam quę fuit vxor Aluredi de Berkings, & Isabella respondit quòd non debuit inde dotem habere, sed benè cõcedit quòd aliquando desponsata fuit eidem Roberto, sed postea per censuram ecclesiasticam partita fuit ab eo per parentelam, & facta partitione, idem Robertus postea solenniter duxit in vxorem prædictam Isabellam sine clamore vel contradictione ipsius Agnetis, & postea fuit cum prædicto Roberto viro suo vsquè ad mortem Roberti viri sui, & quòd de ea obiit seyfitus, vt de vxore sua, ad quod respondit prædicta Agnes quòd nunquam partita fuit de prædicto Roberto. Et si ipsa Isabella ei desponsata fuit, hoc fuit iniustè, & Agnetes quę sita vbi morã fecit toto tẽpore Roberti, quo Isabella fuit cū eo, dicit quod alibi vir suus eam posuerat, & dum vir suus alibi moram fecit: postea mandatum fuit episcopo

De actione Dotis. Ca. 11. Fol. 307.

episcopo totū factū q̄ ide veritatē īquiret, & inquisitionē mādaret Iustic. Forma vero brevis de faciendā inquisitione talis erit. ¶ 3. Rex tali episcopo salutē. Sciatis quōd cūm A. quæ fuit vxor B. in curia nostra & c. peteret dotē suā versus C. de libero tenemēto prædicti B. quondā viri sui in tali villa D. de N. q̄ similiter dotē suā petijt verfuseūdē C. sub noīe eiūdē B. obiecit eidē A. q̄ nō debuit inde dotē habere quia nō fuit eidē B. (cui nomine dotē petijt) legitimo matrimonio copulata. Sed dicebat p̄dicta D. q̄ ipsā fuit vxor legitima p̄dicti B. & eidē B. legitimē desponsata, & quoniam huiusmodi cognitio ad forum spectat ecclesiasticum, vobis mādamus q̄ conuocatis coram vobis conuocandis, rei veritatem diligenter inquiratis, & de matrimonio ita diligenter discutiatis, vt sciri possit quæ illarū sit vxor ipsius B. legitima, & quæ illarum præferri debeat in dotis exactione. Et inquisitionem quā inde feceritis scire faciatis eisdem Iustitiarijs nostris, p̄ literas vestras patentes. Et facta inquisitione, mulieri contra quā lata fuit sententia super petitione illius dotis p̄petuum imponatur silentiū, cūm non sit post testalem inquisitionem in foro ecclesiastico locus appellationi. Cūm autem Iustitiarijs ad inquisitionem episcopi de veritate constiterit, resūmoneatur tenens q̄ sit ad certū diem eidem A. in petitione dotis responsurus. Quia cūm contentio sit inter mulieres quæ sit vxor legitima, discussio inter eas quæ sit legitima, extunc procedat actio inter mulierem petentem & tenentem quæ mulier nihil habuerit, quia tunc primò personam habet standi in iudicio. Et hoc secundum quosdam, sed secundū alios, quicunq; exceptionem apposerit, ipsā quæ se legitimam probauerit sinē vltiori dilatione obtinebit. Qualiter em̄ procedendum sit ad huiusmodi inquisitionem faciendam ad considerationem episcopi Vvigorum de consilio Martini ex parte Regis tale datum fuit responsum. ¶ 4. Rex tali episcopo salutem. Cūm inter A. petentem & B. tenentem coram Iustic. nostris de banco contentio dotis vertetur, & post multas altercationes ipsius ex parte ipsius B. eidem A. obijceretur, quōd tali viro (cuius nomine dotem petijt) non fuisset legitimo matrimonio copulata. Et tandem ad episcopum Vvigorū (in cuius diocef. dicebatur matrimonium inter tales fuisse contractum) esset demandata inquisitio faciendā. Idem episcopus nos postmodū consuluit qualiter in dicta inquisitione faciendā esset procedendum: Cuius cōsultationi secundū consuetudinem regni Angliæ sic duximus respondendum, q̄ cūm sic fuerit ei inquisitio demandata, q̄ conuocatis conuocandis & c. vt supra, sic procedat, quōd in primis denūciare faciat tenenti quōd sit ad certum diem certo loco contra matrimonium dictura si voluerit. Et siue tunc venerit siue non, testes quos mulier (quæ voluerit matrimoniū probare) p̄duxerit, admittat ob contumaciam mulieris alterius quæ non venisset. Et veritatē absq; iuris magna solennitate quasi summatim inquisita, mandatur inquisitio domino Regi, & non obstante aliqua appellatione a parte aduersa interposita (si forte p̄sens fuerit) quia si aliqua parte in hoc casu audiretur appellans, & dilatum esset appellationi, sic nunquam causa finem caperet, & posset negotium protrahi in infinitum; nec debet aliqua partium per appellationem ad alios iudices recurrere, & maxime

mè extra regnū ad papā, vel ad alios ne sic cognoscerent de layco feodo

- 1 ¶ Exceptio contra mulierem si aliquando contra mulierem petentem dotem fuerit sententiatum causa matrimonij. 2. Competit exceptio contra mulierem ex taciturnitate. 3. Si duæ mulieres dotem petant non multum refert de prioritate. 4. De duabus mulieribus dotem petentibus ratione vnius viri, quæ illarum in possessione fuerit tempore mortis obtinebit.

Cap.12.

Obstabit etiam exceptio mulieri dotē petenti, si aliquādo illū, cuius nomine dotem petijt, petijt in virū dum vixit & matrimonium legitimum accusauit, & contra ipsam tunc fuerit sententiatū, vt si mulier dicat q̄ dotem petere non possit, eo q̄ cū talem in virum peteret in curia Christianitatis coram talibus iudicibus & contra ipsum iudicatum esset, responderi posset ex aduerso quòd talis vir a tali sententia appellauit ad alios iudices, & ita quòd prima sententia reuocata esset quasi nulla, & per hoc stetit ipsa cum viro suo vsque ad mortem, & scysitus fuit de ea sicut de vxore sua. Et hoc probato mulier petens nihil recuperabit, nisi ostendere posset quòd in causa appellationis nihil actum fuerit, vel appellatio non profecuta, & sententiatum pro appellante, sententia tamen in causa appellationis fuit ab alijs iudicibus reuocata, & si mulier de hoc in curia Regia probationē habuerit, pro ea iudicabitur, vel propter difficultatem discussionis transmittatur inquisitio ad curiam Christianitatis. ¶ 2. Poterit etiam exceptio dari mulieri tenenti vel hæredi ex taciturnitate mulieris petentis, vt si mulier cū præsens fuerit in ecclesia, vel alibi, vbi ignorare non possit, cū Bānum & tertia denuntiatio fiat ante desponsationem tunc tacuerit, licet re vera desponsata sit, præiudicabitur ei si talem in virum petierit, quia si in virum petendo tenere non possit, multo fortius nec in dote, quasi nullo matrimonio. ¶ 3. Si autem duæ dotem petierint, non multum refert de prioritate impetrationis, sed tamen restat videre quæ illarum actrix dici debeat versus aliam. Et secundum quod actrix dici poterit illa quæ prius ad iudicium prouocauit .i. illa quæ prius vsa fuerit licet non prius impetrauerit, nisi alia forte excipiendo actrix efficiatur, quia sicut ille qui dicit, tenetur probare actionem, ita ille qui excipit exceptionem, siue afirmando siue negando, dum tamen negatiua habeat in se affirmatiuam implicitam, & qui excipit quodammodo actor dicitur. Et de hac materia inueniri poterit de Itinere Abbatis de Rading et M. de P. in com̄ Gloc. anno Regis Henrici quinto de Clementia de Dodewell. Et cū transmissæ fuerint ad curiā Christianitatis, tenens semper teneat in pace, donec constiterit de illegittimitate illarum, quæ illarum legitima fuerit, & quæ non. Et vtraque teneatur ad probationem. Et cum perueniatur ad probationem, vna earum, licet re vera legitima sit, tamen deficere potest in probatione, cū probatio deficere possit licet ius non deficiat, vt si quis primò vnā desponsauerit in Francia vel in terra sancta, vel alibi extra regnum, & postea aliam de facto in Anglia, ipsa quæ est in Anglia obtinebit, ppter defectū alterius quæ probare non

non poterit. Item si quis in regno vxorem quandam duxerit de iure, & aliam de facto cum qua steterit, & legitima cum in regno fuerit matrimonium non accusauerit petendo talem in virum, præiudicabitur ei imperpetuum si post mortem viri sui dotem petierit, & ipsa quæ in possessione viri sui mortis tempore fuerit obtinebit. ¶ 4. Sed esto quod talem in virum petierit cum illegittima fuerit in possessione. Si mulier petens in vita viri moriatur, illa quæ in possessione fuerit obtinebit. Si autem vir antequam difracionetur moriatur, per accusationem matrimonij perpetuatur sua actio, quantum ad dotem obtinendam, maximè cum pueri sui fuerint legitimi, & obtinuerint in successione hæreditatis. Et eodem modo etiam si matrimonium nõ fuerit in vita viri accusatum, quia si pueri sui hæreditatem acquisierint, ipsa per hoc dotem obtinebit. Itẽ si cum matrimoniũ accusauerit, & postmodũ per sententiã obtinuerit, & a sententiã per virum fuerit appellatum, & pendente causa appellationis moriatur vir, extinguitur sua actio quantum ad virum petendum, sed si hæredes hæreditatem obtinuerint, & ipsa per hoc dotem obtinebit, vt supra. Si autem in causa appellationis, sententia tum sit pro appellante, & ipsa petens a tali sententia appellauerit, vel ad primos, & ipse antequam discussum fuerit in appellatione mulieris moriatur, cadit actio versus virum, sed per hæredes dotẽ obtinebit, vel non vt supra. Si autem a sententia appellationis appellauerit, nunquã dotem obtinebit nisi in causa successione hæredes obtinuerint. Si autem pro muliere iudicatum fuerit, nec a viro appellatum, sed cum illam recipere recusauerit post sententiam, nolens parere sententiã moriatur, hoc mulieri sufficiat ad dotem obtinendam, si hæredes sui postmodum legitimi censeantur, sed tamen petitio dotis semper remanebit in suspenso, donec confiterit de hæredum legitimitate.

- ¶ Itẽ cõpetit exceptio ex eo quod dicitur mulier petit respondere poterit q̄ petitio nulla est, quia vir suus die quo eam desponsauit nec postea aliquid iuris habuit in terra illa per quod dotare possit. 2. Cum contra mulierem proponatur exceptio de consuetudine ciuitatis vel burgi, tunc fiat breue balliuus ciuitatis. 3. Si summonitus ad respondendum in placito dotis excipiat q̄ nihil teneat, vel nisi ad terminum vel in villenagium, docetur warantus. 4. Exceptio contra mulierem si petat medietatem de feodo militari & q̄ non nisi de tertia. 5. Exceptio quod vir suus nunquã fuit inde feoffatus q̄ inde eam possit dotare. 6. Breue ad hoc q̄ inde nunquam fuit seysitus q̄ &c. 7. Exceptio si tenuit in villenagio, vel hoc fuit ius alterius vxoris, vel nisi ad terminũ anorũ vel ad vitã vel huiusmodi. 8. Quod potest cognoscere q̄ seysitus fuit vt de feodo sed antequã illã desponsaret, illã dederat ita &c. 9. Ad hoc responsio & replicatio. 10. Replicatio vxoris si ex dolo vel negligentia viri seysitus amitteret, vt vxorem defraudaret de dote habenda post mortẽ. 11. Si vir alienauerit terrã suã antequã desponsaret. 12. Exceptio contra mulierẽ q̄ vir suus feloniam fecerit. 13. Responsio mulieris. 14. Si filius alicuius & hæres ante dotis assignationẽ feloniam fecerit. 15. Contra mulierem unde nihil habet. 16. De replicatione mulieris. 17. Si terra de qua dotem petit cõmissa fuit ad firmam & ad terminum. 18. Si dos qua petitur in confinio duorũ comitatuum de qua facienda fuerit inquisitio. Cap. 13.

Dicitur etiam in breui, talis petit versus talem tantam terram vt dotem. De hoc hoc quod dicit (petit) habet tenens exceptionem, quod peterẽ non potest tali ratione, quia vir suus nihil iuris habuit in terra illa, quia terra illa fuit ius alterius. s. primæ vxoris suæ, sicut hæreditas

vel maritagium suum, quod quidem si mulier petens dedicere non possit, amittet dotem: si autem replicauerit in contrarium, hoc per inquisitionem declarabitur. Item quia dotem suam remisit & quietam clamauit, quo probato cadit actio sua, nisi replicare possit quod hoc fuit per virum suum, cui in vita sua contradicere non potuit, vel coacta a quocunque per vim aut metum, & hoc per inquisitionem terminari possit. Item quod villana est & eodem modo fiat vt supra, vel quod docere possit contrarium, & quod maritata fuerit libero, & libero thoro, & in libero feodo dotata, & hoc similiter per inquisitionem terminabitur. Item quod ei satisfactum fuit per quod tenuit se contentam, quo probato cadat a causa sua. Item quia machinata fuit in mortem viri sui, vel quia tale quid fecit ad exhæredationem hæredis versus quem petit. Item quod petere non potest propter consuetudinem ciuitatum. Item quod vir suus amisit per iudicium, & tenens recuperauit vt ius suum vel vt villenagium suum. Item quia vir suus feloniam fecit pro qua suspensus fuit, vel vrlagatus. Item quia terra illa nunquam accidit viro suo in vita sua ita quod eam dotare non posset. Item quia tenens alias recessit quietus versus eam in eodem placito per iudicium vel alio modo coram tali Iustitiario: quæ quidem si dedicere non possit, cadit a causa nisi replicare possit & ad exceptionem respondere. Ad hoc autem quod dicit quod fuit terra primæ vxoris suæ, replicare poterit vxor quod non vxoris suæ, sed proprium tenementum ex causa successionis vel alia quacunque, quod quidem terminari poterit per inquisitionem. Item ad hoc quod dicit quod satisfactum est ei, tunc refert qualiter, vel per escambium alterius terræ, vel per aliquam sumam pecuniæ vel alio modo. Et si replicauerit quod nunquam fuit ei de conuentione satisfactum, adhuc dotem amittet, & agat de conuentione. Item ad hoc quod dicit quod machinata fuit in mortem viri sui, ad hoc replicare poterit, quod cum alias de hoc accusata fuerit, petens quietam per iudicium recessit de huiusmodi. Item ad hoc quod dicit quod ad exhæredationem hæredis fecit, replicare poterit, quod hoc fecit ad comodum suum, quod probari poterit per inquisitionem. Item de hoc quod dicit de consuetudine ciuitatum, replicare poterit quod alia est consuetudo quam ipsa proponit, scilicet talis vel talis, & ideo de breui dotis quod dirigi debet ad balliuos ciuitatis aliquid tangendum est, & quæ sit diuersa consuetudo ciuitatum, & breue tale est de iustitiado deforciante. ¶ 2. Rex vic. London, vel maiori alicuius ciuitatis salutem. Præcipimus vobis quod iusticies A. quæ iuste & sine dilatione & secundum consuetudinē ciuitatis nostræ London (vel Eborum) reddat B. quæ fuit vxor C. rationabilē dotem suā quæ eam cōtingit de libero tenemento quod fuit ipse C. quondā viri sui in Lōdon (vel in alia tali ciuitate, vel in suburbio Lōdon) & vnde nihil habet vt dicit. Et vnde queritur quod prædictus A. ei deforciat, ne amplius inde clamorē audiamus per defectu iustitiæ. Et tunc procedat loquela in curia ciuū secundū eorū consuetudinē. Et quod in dotis petitione tenenda sit consuetudo, probatur anno Regis H. ij. corā Martino, in hæc, de Isabella de Grauenel quæ petijt dotē versus Thomā de Vvederhal quæ dotē petijt de morte Vvalteri viri sui.

qui respondit: q̄ dotem habere non potuit nec debuit, quia ipsa post mortem prædicti VValteri (cuius nomine dotem clamat) cepit alium virum, & consuetudo est in partibus illis q̄ vxores maritorum defunctorum habeant francū Bancū suum de terris sockmannorū, & teneant nomine dotis ad vitam suam: sed si post mortem virorum suorum nupserint alicui, consuetudo est in com̄. illo q̄ dotes amittant quas habuerūt nomine primi viri. Ad quod respondit Isabella q̄ nunquam fuit in seysina illa non magis tempore primi viri q̄ secundi, secūdi viri q̄ primi, & vnde petit iudicium si possit amittere illud quod nunquam habuit. Et ad quod respōsum fuit & testatum, q̄ siue in seysina fuerit siue non, si post mortē viri sui alium capiat, q̄ amittere debet dotem si in seysina fuerit: si autem extra seysinam, debet amittere clameum. Et fiat inquisitio in com̄ si talis sit cōsuetudo vel non. Est enim talis consuetudo in ciuitate Lyncoln̄: q̄ si vir vendiderit hæreditatem suam pro necessitate sua, vxor dotem inde habere non debet, vt de vltimo Itinere M. de P. in com̄ Lync. Si autem inuadiauerit vel ad terminum posuerit, dotem habebit, & de omnibus terris & alijs vnde vir suus seysitus obiit vt de feodo. Et ita euenit inter Basiliam quæ fuit vxor Henrici filij VVareni petentis, & Basiliam vxorem Michaelis de MuntPELLERS. Et ad hoc facit quod habetis eodem Itinere, de Roberto de Arundel & Katherina vxore eius, & magistrum Robertum de Craueleghe. Item est consuetudo Lyncoln̄ quod nullā mulier post mortem viri sui infra ciuitatem Lyncoln̄ dotem petere poterit, nisi tantummodo de tenemēris de quibus vir seysitus fuerit vt de feodo die quo obiit. Item cons. est in com̄ Eborum, quod mulier infra annum a die mortis viri sui petere debet dotem suam, alioquin post modum non audiretur, vt de quadam Helena quæ fuit vxor VVilhelmi de Halstone & Hugonis de Selsby. ¶.3. Continentur etiam in breui: talis mulier petit versus talem. Ad quod respondere poterit ille qui vocatus est in iudicium, quod inde nihil tenet nec vnquam aliquid inde tenuit, & poterit veritas per patriam declarari. Item cognoscere poterit quod tenet, sed non nomine pprio sed alieno, ita quod nihil de terra illa lucrari potest nec perdere: quia non tenet aliam nisi ad terminum annorum, vel nisi ad voluntatem talis, vel in villenagio, quo casu cadit breue, & impetretur super eos quorum nomine fuerit in possessione. Si autem tenuerit ad vitam vel per legem Angliæ, vel donec prouisum fuerit, vel huiusmodi, quod liberum habeat tenementum, non cadit breue, sed vocare debet warantum sicut in alijs casibus vt supra. ¶.4. Item si petat versus talem tantam terram cum pertinentijs, sicut medietatem tantæ terræ, vel tertiam partem, vt si medietatem, excipere poterit tenens quod aliter dotata fuerit ad ostium ecclesiæ, scilicet de tertia parte, quia tenementum de quo dotem petit est feodum militare. Ad quod poterit mulier asserere contrarium si voluerit, vt fiat inquisitio de modo constitutionis. Itē si petat tertiam partē, excipi poterit q̄ de minori pte dotata fuit, & tenuit se inde contentā & hoc similiter declarandū est per inquisitionē & per patriā. Item in tali villa, tūc fiat vt supra, si erratū fuerit in noib⁹ villarum.

rum. ¶.5. Item, & vnde vir suus eam dotauit de quo eam desponsauit, & qui illam inde dotare potuit. Ad quod excipere poterit tenens contra mulierem, q̄ talis quondam vir suus nunquã fuit inde seysitus aliquo modo. Item q̄ nunq̄ fuit ita seysitus q̄ eam dotare posset, quia non nisi ad voluntatem talis, vel vt de vadio, vel in custodia, vel ad terminum annorum, & sic nomine alieno. Item si nomine proprio, non nisi ad terminum vitæ quacunq̄, ratione, vt de libero tenemento, & non in feodo. Item si in feodo, non tamen ita in feodo q̄ eam dotare posset, quia de iure alieno, & ita quod vir suus terram illam versus cum amisit per iudicium. Item non nisi per disseysinam vel intrusionem, & vnde vir suus terram illam amisit per intrusionem vel per assisam, & infiniti sunt casus de huiusmodi, de quibus similiter petens dicat contrarium, si vterq̄ se inde posuerit super patriam, fiat inquisitio per hoc breue. ¶.6. Rex vicecomiti salutē. Precipimus tibi, quod venire facias coram te, & coram custodibus placitorum coronæ nostræ in pleno com̄ tuo. xii. tam liberos quam legales homines de visneto tali, per quos rei veritas melius sciri poterit, & per eorū sacramentum diligenter inquiras, si B. quondam vir. A. die quo eandem A. desponsauit, vel vnquam postea, fuit seysitus in dominico suo vt de feodo de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa, ita quod prædictam. A. inde dotare posset vel non, quia tam prædicta A. quam C. de N. versus quã prædicta A. petit tertiam partem in dote, posuerunt se inde in Iuratam illam, & inquisitionem quam inde feceris &c. vt supra. Et obseruetur ordo inquisitionum vt supra, secundum quod fieri debear, vel coram Iustic. vel in com̄, & multæ possunt esse causæ quare illam inde dotare non potuit, vt si forte nunquam fuit in seysina inde, vel forte fuit in seysina, sed illam dedit alicui antequam vxorem suam desponsasset, vel forte non tenuit illam nisi ad vitam suam tantum, vel ad terminum sicut rem alienam, vel in custodia cum aliquo qui fuerit infra ætatem, vel sicut maritragium vel hæreditatem primæ vxoris suæ, vel in villenagio sicut villanus, in quibus casibus nullus vxorem suam dotare poterit in tali seysina constitutus, vnde generalis potest fieri constitutio secundum formam prædictam, quæ se habet ad omnes istas species, si quis in narratione sua ad aliquam istarum specierum descēdat. ¶.7. Sed si quis in narratione sua ad aliquam istarum specierum descēdat, vt si dicat & exprimat causam suam quare talem vxorem suam dotare non potuit, vt si tenuit in villenagio, vel vt maritragium, vel de hæreditate primæ vxoris suæ, vel in custodia, vel alio modo (secundum quod prædictum est) tunc in forma inquisitionis fiat mentio de specialitate hoc modo, scilicet. Ad recognoscendum super sacramentum suum si B. quondam vir A. eodem die quo eandem A. desponsauit, vel vnquam postea, fuit seysitus in dominico suo vt de feodo de tanto terræ cū pertinentijs in tali villa, ita quod eam inde dotare potuit, vel si prædictus B. antequam eadem A. desponsasset dedit terram illam C. de N. & chartam suam ei inde fecit vel sic: si B. quondam vir A. die quo eandem A. desponsauit tenuit ita liberè & in feodo tantam terram &c. ita quod eadem A. inde dotare posset sicut ipsa dicit, vel si terram illam tenuit in villenagio & vt villanus, sicut C. versus quem prædicta A. clamat tertiam partē in do-

in dotem, dicit: vel aliter: vtrum illam tenuit vt ius suum & in feodo & c: vel si illam tenuit in custodia, vel vt ius primæ vxoris suæ, vel ad terminum annorum, vel ad terminum vitæ suæ tantum: quia tam prædictus B. quam prædicta A. posuerunt se inde in Iuratam illam, & interim terram illam videant, & vnde ita interim se certificent, q̄ præfatos iusticiarios nostros, & c. ad præfatum diem plenius inde certificare possint: (si milites Iuratores venire debent coram Rege) Si autem fieri debeant coram vic. & coronatoribus, tunc sic. Et inquisitionē quam inde feceris scire facias Iusticiarijs nostris tali die per literas vestras sigillatas, sigillo tuo & sigillis prædictorum Iuratorum & per duos ex illis per quorum sacramētum inquisitionem illam feceris. Et infiniti sunt casus qui redigi possunt in inquisitionem istam. ¶ 8. Item contra vxorem petentem excipere poterit, quòd si in seysina fuit vt de feodo, tamen terram illam dederit antequam eam desponsaret, ita quòd die quo vir suus eam desponsauit non fuit in seysina, nec vnquam postea, ita quòd eam inde dotare posset, quia alius illam tenuit in feodo, vel ad vitam quacunq; ratione, & nunquam deliberata fuit in vita viri. Ad quòd respondere poterit mulier replicando, quia licet nunquam seysinam habuerit vir suus postquam eam desponsauit, tamen dotata fuit sub tali conditione quòd terra illa assignaretur ei in dotem cum esset deliberata, & super hoc procedendum est ad inquisitionem. ¶ 9. Item excipere poterit contra mulierem, quòd si vir suus inde seysinam habuerit vt de feodo, tamē non ita inde vt de feodo, quòd eam dotare posset, quia terra illa fuit ius alienum, & illam amisit per iudicium. Ad hoc autem poterit respondere mulier, quòd seysitus fuit vt de feodo, ita quòd eam dotare potuit, & si illam amisit per iudicium, hoc fuit per fraudem, quod esse poterit: vt si vxor ad ostium ecclesie dotata fuerit nominatim, & vir postmodum dotem nominatam alienauerit aliquo titulo alienationis, & postmodum seysinam sibi resumpsit quocunq; modo, & implacitatus fuerit ratione primæ alienationis, & sic per iudicium amisit: licet postmodum mulieri dotem petenti opponatur quòd vir suus per iudicium amisit, hoc non nocebit, quia ante alienationē dotata fuit & incepit ius habere, quod quidē per factū viri sui mutari nõ debuit. Et q̄ mulier amittit dotem vbi vir per iudicium amisit, & de eo cõstiterit, inueniri poterit in Itinerē M. de P. in cõm Lync. anno regis. H. x. de Alicia quæ fuit vxor Ric. filij Dinæ. ¶ 10. Item replicare poterit mulier, q̄ si per iudicium recuperauit, hoc fuit per dolum, vel per negligentiam viri: vt si vir sciēter & in odiū vxoris suæ defalta faceret, & ita amitteret, vel alio quocunq; modo, hoc mulieri non nocebit, si ita esse p̄batū fuerit. Et de hac materia habetis de termino s. M. anno Regis H. iiii. incipiente. iiii. in cõm Surrey de Margeria de Bollandie: quia dolum vel negligentiam viri non præiudicat mulieri. Et si talis petens versus virū recuperasset, tamē non fuit discussum de iure, vtrū vir suus ius haberet vel non, non magis q̄ si petenti restitueret per concordiam. Item replicare poterit mulier contra tenentem, q̄ non per iudicium sed per concordiam, quo casu distinguēdū erit, quia concordia in foro seculari idem est quod tractatio. Et est tractatio de re dubia & lite incerta, aliquo dato vel promissio vel re-

vel retēto, a lite transactiō. Et vnde cū vir mulieris petentis per amicabilem compositionem recognouerit rem petita esse petentis, refert vtrū res petita sit propria vel aliena, vtz ius alienum vel ius proprium, vel dubium vtrum proprium vel alienum: sed si constare possit, quod res propria & ius proprium, & forte in fraudem vel odium mulieris, vt prædictum est, vel propter lucrū habendum, recognouerit esse ius alienum, hoc non obstante mulier dotem recuperabit, ad quemcūq; res petita vel recognita peruenerit. Sed refert vtrum hoc fiat ante desponsationem vel post. Si autem res fuerit aliena & ius alienum, licet antecessor suus seysitus vt de feodo obierit, quia per disseysinam vel intrusionem ingressum habuit, tamen non fuit ita seysitus in feodo, quod vxorem dotare posset, & vxor contra proprietarium ageret, dotem non recuperaret, quia aliū maius ius habuit quā vir suus. Et quia si ad iudicium procederetur certū esse posset quod petens per iudicium recuperaret si iudicium procederet. Et hoc verum est de proprietario: secus autem si alteri recognitum esset qui ius in re recognita non haberet. Sed si vir p concordia aliquid retinuerit de concordia, & iure alieno, siue vir illud retinuerit vel alienauerit siue non, mulier inde dotem habebit, ad quēcūq; res retenta postmodum peruenerit, vt videri poterit inter duos fratres, quorum pater moritur seysitus de tota hæreditate, & postnatus se ponat in totam hæreditatem, & postea concordati fuerint quod frater postnatus tenens recognoscat totam hæreditatem esse ius fratris antenati petētis, & ipse postmodum scilicet frater antenatus recognoscat & concedat postnato medietatem vnam illius terræ, tenendam de eo vel alio: si postnatus postmodum moriatur, vxor dotem habebit de illa medietate quæ viro suo recognita fuerit & concessa. Et de alia medietate nihil, quia vir suus nunquam terram illam habuerit ita in feodo quod vxorē dotare posset, quia seysina sua fuit de iure alieno. Sed quid si frater suus antenatus præmoriatur superstitē postnato? vxor sua non recuperabit dotem, nisi de medietate illa quā vir suus retinuit, quia quamuis de iure totius hæreditatis facta esset recognitio, tamen de medietate rei petite vir suus nunquam fuit in seysina nisi tantū de seruitio. Et si a mulieribus petentibus (sicut prædictū est) petatur quod ostendat warantum de dote sua, alium ostendere non possunt nisi hæredes defuncti, qui eis warantizare tenentur dotes suas. Si autem post natus cū implacitatus esset de toto, recognosceret medietatem esse ius petentis, & remitteret: vxor sua dotem non recuperabit, quia recognitio illa ex dolo, vel odio, vel cupiditate non pcessit, sed quasi de iure alieno. Et iste casus similis esse poterit casui inter V Vilhelmum de Breuse filio Iohannis de Bruse fratris antenati, & Reginaldum de Breuse fratrem postnatū, verus quem V Valdebusa quæ fuit vxor V Vilhelmi dotem petijt de medietate quæ remansit prædicto Reginaldo fratri postnato per concordiam factam inter ipsum & V Vilhelmum nepotem suum. Item quod dicitur de re dubia, verum est quod dotem suam recuperabit in hoc dubio propter incertitudinem, quia cū dubium sit, poterit vir recognoscere & remittere adeo bene ius suum proprium sicut alienum, quod non est in casu supradicto, quia ibi remittitur, & recognoscitur certū, & hec est causa quare

quare mulier dotem petere poterit de re recognita per concordiam, quia vir suus adeo bene remittere poterit ius proprium sicut alienū, sed quod ibi dicitur intelligendum est non de re certa sed incerta. ¶. 11. Concedere etiam poterit tenens q̄ talis vir suus seysitus fuit vt de feodo & iure & in dominico, & ita q̄ eam dotare posset, sed rem illam de qua dos petitur alienauit vir suus antequam eam desponsauit, ita q̄ die desponsationis sue nō fuit vir seysitus quōd eam inde dotare posset, cō quōd illam prius dederat alicui in feodo sibi & hæredibus suis, vel alicui ad vitam quacūq; ratione, vel in feodo, sicut in liberum maritagium sub conditione tacita vel expressa, quōd res data reuertatur pro defectu hæredum, vel sub alia conditione tacita vel expressa, qua existente remaneret, & ea deficiente res data reuerteretur. Item quōd res data de qua dotem petit prius assignata fuit alteri mulieri quæ adhuc viuit, & si mortua fuerit, non fuit in vita viri mulieris petentis deliberata, secundum quod inueniri poterit in Itinere VV. de Ralegh in cōm Leyc. circa finē, & expressius in Itinere Abbat̄is de Radinge & M. de P. in cōm Hertford Anno Regni Regis Henrici quinto incipiente. vi. de Ascelma Pickednese. Item quōd tempore viri sui non euenit conditio, licet postmodum euenierit. Ad quod mulier replicare poterit quōd licet conditio non euenierit tempore viri sui, nec dos deliberata fuerit suo tempore, tamen ipsa fuit dotata sub tali conditione, quōd res talis ei assignata esset pro dote sua quādoquē existeret cōditio, vel quādocūq; dos esset deliberata, & si dicat tenens contrarium, de veritate inquirenda procedatur ad inquisitionem. Sed hoc intelligendum est quōd mulier dotem de terra quam tenet in Guelkynde & hæres hæreditatis, sed de feodo militari, vt de termino sancti Michaelis Anno Regni Regis Henrici septimo incipiente. viij. de quodam Thoma de Nassendene. ¶. 12. Poterit etiam tenens concedere quōd vir mulieris seysitus fuit vt de feodo & iure et in dominico, & ita q̄ eam dotare potuit, & dotauit eam ad ostium ecclesiæ, sed postea feloniam fecit, de qua conuictus fuit & suspensus vel vtlagatus, vel q̄ regnum abiurauit, & licet dos rite constituta fuit ad ostium ecclesiæ, tamen peti non poterit superueniente feloniam cōuicta, & licet iusta videatur ab initio, tamen eliditur petitio propter exceptionem feloniam. Et licet dos ante feloniam perpetratam rite fuerit constituta, tamen propter feloniam peti non poterit, propter exceptionem feloniam: non magis quā seysina alicuius terræ data post mortem donatoris, de qua nullam seysinam haberet in vita donatoris, quamuis alia omnia concurrerent quæ faciunt donationem, scilicet recognitio donationis facta cum solennitate in comitatibus, hūdreis & cūrijs cum charta & homagio, & omnibus alijs, quia seysina in vita donatoris habita totum operatur. Et eodem modo licet donatio facta sit a felone ante feloniam sine seysina, non valebit donatio, licet postmodum post feloniam seysinam habuerit: dum tamē feloniam aliquo modo conuincatur, secūs si ante feloniam omnia rite acta fuerint, non reuocantur, nec post feloniam, vbi feloniam non fuerit conuicta: vt supra de donationibus de hac materia. ¶. 13. Et ita licet dos ante feloniam rite fuerit constituta, tamen post feloniam peti non potest a muliere quōd

KKKk.j.

sit

Lib. iiii. De actione Dotis.

fit ei assignata non magis quam feyfina data (vt supra) nisi in casu speciali, sicut in Kancia, vt supra dictum est plenius inter placita coronæ, ad quod poterit mulier replicare, vel quod vir suus nullam feloniam fecerit, vel si fecit, non fuit rite & secundum legem terræ vtlagatus, & postea hoc probato, fuit per Regem ad omnia restitutus, quia quasi vtlagaria nulla, & sic fuit hæreditas sua sibi restituta. Item quod per voluntatem Regis & non debito modo fuit vtlagatus. Item vel quod nunquam fuit vtlagatus vel conuictus, per quod hæreditas sua posset esse eschaeta dominorum. Item si conuictus, tamen post conuictionem de licentia Regis se contulit religioni: sed ista replicatio non sufficit, cum perfectum sit iudicium licet non executum, quia de gratia Regis est quod huiusmodi conuicti habere possunt vitam, ira tamen quod se conferant religioni, vel abiurent regnum, quia in regno remanere non possunt post conuictionem, sicut contigit de Iohanne de Herlezim de London, qui de gratia Regis se reddidit hospitali. Sed iam videamus, quid iuris si filius alicuius & hæres ante dotis assignationem feloniam fecerit, & si mulier propter hoc dotem amittere debet.

¶ 14. Item esto quod hæres alicuius, & vvarantus de dote mulieris, post mortem antecessoris ante dotis assignationem feloniam fecerit, queritur, an propter hoc dotem amittere debeat? videtur prima facie quod sic, quasi ei deficiat vvarantus de dote sua, & valent (vt videtur) quæ rite facta sunt ante feloniam, sed ea quæ agenda sunt post feloniam non conualescunt. Sed reuera propter hoc dotem non amittit, quia etsi talis desinat esse vvarantus, ille incipit esse loco hæredis & vvaranti ad quam hæreditas peruenerit ratione eschaetæ, & quia vir vxoris feloniam non fecit, aliud tamen dicendum est de vxore felonis. Iam videamus quid sit agendum, si cum mulier dicat se nihil habere, constiterit quod habeat partem dotis. ¶ 15. Ad hoc autem quod dicit mulier in intentione sua. Et vnde nihil habet: si quidem partem dotis habuerit quamuis minimam, si hoc dedicere non possit, vel cum hoc probatum fuerit, cadit breue nec de residuo quod ei defuerit poterit sibi prospicere, nisi per breue de recto de dote, de quo inferius dicitur suo loco. Nihil igitur recipiat de dote sua ante breuis impetrationem, ita quod breue contineat omnes deforciantes, ubicunque fuerint, in vno comitatu, vel in diuersis. Et cum omnes contineantur, tunc primò recipiat, et si recipiat ante iudicium etiam sine iudicio, non obstabit ei exceptio quod aliquid habuerit, quia respondere poterit, quod satisfactum est ei ante iudicium. Et si forte partem dotis receperit ante impetrationem a quocunque, faciat eum nominari in breui sicut alios, & conuenire sicut alios, & tunc primò dicere poterit (si obiecta fuerit exceptio) quod talis satisfecit, nec erit multum disputandum vtrum ante impetrationem vel post. Si autem talem in breui non nominauerit, & obiecta exceptione, dicat quod exceptio ei nocere non debeat, quia nihil habet in tali villa, licet in alia tali villa, non valebit sua talis replicatio, quia id quod dicitur (vnde nihil habet) nõ debet refer-

referri ad villas, sed ad dotem. Et vnde non valet si dicat quod nihil habet in tali villa, nisi ostendere poterit quod nihil habeat nomine dotis ubicunque. Et cum mulier replicando negauerit quod nihil habuerit, non habebit defensionem per legem, sed veritas inquiratur per patriam de replicatione mulieris vt de Itinere .¶. 16. Item replicare poterit, quod si aliquid habuerit, nihil tamen habet nomine dotis sed alio modo, sicut ratione custodiae & huiusmodi, & si opus fuerit fiat inde inquisitio in comitatu, vbi dicitur aliquid nomine dotis recepisse, sub ijs verbis, vz. Si aliquid tenuerit nomine dotis de tenemento quod fuit talis viri sui: & si aliquid habuerit, & modo non habeat, quid inde fecit, & vic. mittat inquisitione: vt de termino sancte Trinitatis Anno Regis Henrici quarto in comitatu Norff. de Isolda qua fuit vxor. VV. ¶. 17. Si autem terra de qua mulier dotem petit data fuerit ad firmam & ad terminum annorum, cum mulier tertiam partem nomine dotis recuperauerit, per officium Iudicis, retinebit firmarius duas partes vltra terminum suum, quousque inde perceperit ad valentiam illius tertiae partis quam amisit, vt de termino sancti Michaelis anno Regis Henrici. xiiii. incipiente. xv. in com. Suffolk & Essex de Emma qua fuit vxor Rogeri filij Swani. Et ad hoc facit de termino sancti Michaelis anno. ix. incipiente. x. in com. Northampton de Margeria qua fuit vxor Henry de Northon. Et in hoc casu semper oportet scire, quantum valeat tertia pars per rationabilem extensionem. Et ita fiat, nisi de tota terra illa nominatim dotata fuerit, quia tunc ipsa recuperabit totam terram illam vt dotem suam nominatam, & ipse firmarius (si charta de termino dedici non poterit) recuperabit ad valentiam terrae petita de terra waranti vsque ad terminum suum completum, & hoc per officium Iudicis, & vsque ad aetatem waranti si warantus fuerit infra aetate, vel si plenae aetatis, donec deliberare possit terram quam mulier recuperavit, vt de Itinere VV. de Raleghe in comitatu Bedf. de quadam Emma Bouastra. Et quid si warantus nihil habuerit, tunc expectet firmarius quousque dos deliberata fuerit. Et quo casu reuersura erit dos ad firmarium cum deliberata fuerit, tenenda vsque ad terminum suum, & tunc demum ad haeredem, & hoc per iudicium: licet regulariter verum sit, quod semper reuerti debeat ad haeredem, quia warantus de dote, vel ad eum qui est loco waranti qui habet duas partes sicut eschaetam, tamen ad alium quandocumque reuerti debeat, licet warantus non fuerit per iudicium, vt hic propter defectum waranti, qui escambium facere non potest de termino vel feoffamento & huiusmodi, quia mulier indotata remanere non debet, & de tali reuersione non semper fiat mentio in iudicio & in rotulatione. Et quod indotata non remanebit licet warantus nihil habeat vnde escambium faciat tenenti suo, siue nominatim dotata fuerit siue non, inueniri poterit in com. Lync. de Alicia vidua qua petit dotem versus T. de f. Licyo. ¶. 18. Cum autem de constitutione dotis dubitetur, & terra de qua dos petitur fuerit in confinio duorum com., cum inquisitio inde fieri debeat, assumantur octo milites de vno comitatu, & octo de alio vt per tales procedat inquisitio, Et cum iuratores requisiti nihil

ominino probent pro muliere, nihil capiet, & idem erit si dubie, quasi ea nihil probante.

De seysina faciēda mulieri si non sit quod opponi possit quare dotem non habeat. 2. Si dos ei recognita fuerit & reddita in curia. Cap. 14.

Cum autem nulla sit exceptio quæ opponi possit mulieri dotem petenti, nec dedici potest aliquo modo quin ita dotata sit sicut ipsa dicit, fiat ei seysina per tale breue. Rex vicecomiti salutem. Scias quod cum A. quæ fuit vxor B. in curia nostra coram. &c. per eiusdem curiæ nostræ iudiciū (vel per defaultam talis) recuperauit seysinam suam versus C. de tanta terra cum pertinentijs in tali villa vt de dote sua. Et ideo tibi præcipimus quod eidem. A. sine dilatione de prædicta terra cum pertinentijs plenariam seysinam habere facias, & similiter ei sine dilatione habere facias tot marcas quæ ei in eadem curia nostra adiudicatæ sunt pro damnis suis, quæ habuit pro iniusta detentione quam prædictus. C. ei fecit de prædicta terra & dote sua. Vel aliter: & de terris vel catallis prædicti B. fieri facias tot denarios, & illos sine dilatione haberi facias &c. vt supra. Teste. &c. Et vnde de noua constitutione protulsum est quod mulier damna recuperet cum dote sua versus quemcunque possidentem: Et maximè de terris & tenementis de quibus vir suus moritur seysitus vt de feodo, nisi ita sit quod defortians iustam causam habeat differendi dotis exactionem, quod esse poterit, si vir forte aliquem in vita sua feoffauerit, & post mortem suam mulier petat dotem suam versus eum qui tenet, non erit mulieri iniuriōsa dilatio si vvarantum vocauerit vnum vel plures, quousque perueniatur ad hæredem warantum mulieris de dote sua, quam quidem si vvarantizauerit, & incontinenti restituerit, & excambium faciet tenenti, cum sit sine culpa nulla debet refundere damna, nec tenens multo fortius. Si autem friuolas dilationes quæserit, quia fraudulentus est in mora, refarcire debet damna: & eodem modo si cum antecessor suus seysitus obierit, hæres statim alios feoffauerit per fraudem, vterque tam hæres quam feoffatus propter fraudem damna refundet, vnus propter fraudulentam alienationem, & alius propter fraudulentam detentionem. Et ideo considerandum est qualiter, & quando facta fuit alienatio siue donatio, in vita viri vel post mortem, & vtrum ille qui tenetur restituere, in mora fuerit iusta causa vel iniusta: quia qui sine culpa est, pœnam sentire non debet. Est etiam alia forma breuis de seysina ei faciēda vbi in iudicio recognita est ei dos sua quæ talis est. ¶. 2. Rex vicecomiti salutem. Scias quod cum. A. quæ fuit vxor. B. in curia nostra, &c. peteret versus. C. tantam terram cum pertinentijs in tali villa vt dotem suam, idem. C. venit in eadem curia nostra coram eisdem Iusticiarijs nostris, &c. & recognouit & reddidit eidem. A. prædictam terram cum pertinentijs vt dotem suam, & ideo tibi præcipimus &c. vt supra.

vt supra. Et sciendum quod in omni casu tenetur deforcians mulieri ad damna sua de terris & tenementis, de quibus vir suus moritur seysitus, si pro dote sua oportet eum placitare, nisi ipse hæres iustam causam habeat resistendi, eum statim & sine placito post mortem viri sui, & ad minus infra xl. dies fuerit ei dos assignanda, quæ die desponsationis fuit ei constituta.

¶ *Qualiter mulier poterit suam dotem amittere cum fuerit in possessione & ex quibus causis. 2. Qualiter dotem amittit mulier. Cap. 15.*

Cum vero mulier sic dotem suam obtinuerit, poterit illam amittere multis modis, vel per consuetudinem quæ in diuersis locis pro lege obseruatur, vt si cum fuerit ei dos assignata, vel in com. ante assignationem nupserit alicui, statim amittit terram quam tenet nomine dotis de Guelkynd. Idem obseruatur in ciuitate London de terris & tenementis in ciuitate, & alibi in pluribus locis. Et de hac materia inueniri poterit de termino L.M. anno Regis H. ij. post guerram in com. kac. Et siue seysinam habuerit siue non, si post mortem viri inuenta fuerit habens in utero conceptum ab alio quam a viro suo, si nupserit, & licet nupta non sit, si vir inueniatur, vel puer, vel, vterque, dotem amittet. Eodem modo dotem amittit propter feloniam vel huiusmodi. ¶ 2. Item antequam fuerit assignata amittit dotem per factum & feloniam viri sui vt supra, quia si petat, obstat ei exceptio, quia deficit ei warantus. Item amittit dotem suam cum fuerit ei assignata, vt si hæres implacitatus fuerit ab eo qui ius habet de duabus partibus, & mulier de tertia & mulier hæredem vocauerit ad warantum & cum warantizauerit amiserit totum, per hoc amittit dotem nec habebit escambium, quia ex quo conuictum est quod hæres warantus suus de dote sua ius non habet in duabus partibus, nec illa per consequens in tertia parte. Item amittere poterit dotem per negligentiam, & tacurnitatem, vt si cum fuerit disseysita iniuste, tacuerit per tantum tempus quod excedit terminum disseysinæ, vel cum fuerit disseysita iniuste, tacuerit per longum tempus, & postea sine iudicio seysinam suam vsurpauerit, & disseysitor per hoc seysinam suam rehabuerit, & ipsa nunquam ad seysinam suam restituitur, sed postea oportet agere de proprietate per breue de recto, quod prædictum est de dote super seysina sua propria.

¶ *De recto de dote ad terram petendam qua persiuet ad dotem cum cessauerit breue de dote. 2. De formanda & proponenda insentione mulieris. 3. De intentione proposita. Cap. 16.*

Si autem aliquid sit quod ad dotem pertineat quod per breue de dote non acquiesuerit, succurritur ei per breue quod vocatur breue de recto de dote, quod clausum esse debet, & dirigi ad warantum mulieris de dote sua, in forma supradicta inter breuia de recto. Et refert vtrum ipsa aliquando in seysina fuerit, & postea disseysita fuerit, vt supra paulò

paulò antedictum est, vel si nunquam fuit in feysina. Et placitum istud
 deberet deduci in curia waranti, donec curia illa probetur defecisse de
 recto, quo probato, ponetur loquela vsque ad comitatum sicut de alijs
 placitis de recto, & sic inde ad magnam curiam pluribus de causis præ-
 notatis. De absentia vero vtriusque si non venerint, vel si se effoniaue-
 rint, qualiter procedendum erit perpendi poterit ex præmissis. Cum
 vero ambo comparuerint, & mulier nunquã feysinam prius habuerit de
 terra petita, proponat intentionem suam per hæc verba. Peto versus talẽ
 tantam terram cum pertinentijs in tali villa, vt pertinentem ad dotem
 quæ me contingit de hereditate B. quondam viri mei. Et vnde me dota-
 uit ad ostium ecclesie die quo me desponsauit. Et vnde idem eodẽ die
 fuit feysitus & vestitus, ita quòd me inde dotare potuit. Et si hoc vellent
 cognoscere &c. vt supra. Et si noluerit, habet sufficientem probationem,
 sectam & huiusmodi. Si autem aliquando extiterit in feysina, tunc pro-
 ponat intentionem suam per hæc verba. Peto versus talem tantum terræ
 cum pertinentijs in tali villa vt dotem meam, & vt pertinentem ad ter-
 ram quam teneo in eadem villa nomine dotis, vel in alia, & vnde B. quon-
 dam vir meus die quo me desponsauit tenuit rotã terram illam in feodo
 & in dominico suo, & me inde dotauit, & ita quòd post mortem prædicti
 B. quondam viri mei, fui inde in feysina nomine dotis, quousque præ-
 dictus talis me iniuste & sine iudicio disseysuit. Et quòd ita fui inde do-
 tata & feysita, habeo sufficientem dilfrationem & probationem, vi-
 delicet talem sectam & talem ¶ 3. Proposita sic intentione mulieris,
 poterit tenens warantum vocare si warantum habuerit, secundum quòd
 supradictum est de waranti vocations, vel si warantum non habuerit ex-
 cipere poterit contra mulierem, scilicet quòd terram illam ei sponte red-
 didit, vel si disseysita fuit, postea ius suum reniuit & quietum clamauit, vel
 si disseysita fuit, postea de breui suo se retraxit. Et vnde producat sectam
 si habuerit, & si opus fuerit ponat se super patriam, & poterit veritas
 per patriam declarari. Non autem inter eos erit magna assisa vel duel-
 lum, nec per consequens effonim de malo lecti. Et cum recurrendum
 ita sit ad patriam, & loquela fuerit in comitatu, videndum si cum te-
 nens posuerit se in inquisitionem & petens simpliciter, an comitatus ha-
 beat potestatem procedendi ad inquisitionem vel Iuratas nisi hoc fuerit
 ei specialiter demandatum. Videtur quòd bene potest, quia cum dica-
 tur in breui quòd nisi warantus hoc fecerit quòd vicecomes hoc faciat,
 videntur omnia esse ei concessa sine quibus loquela illa terminari non
 possit, & secundum quòd in comã procedi possit ad duellum in alio breui
 de recto, ita poterit in hoc breui ad inquisitionem, sicut procedi poterit
 ad Iuratas vbi vicecomiti demandatur quòd iusticiet. Sed contra cum
 in magno breui de recto contineatur quòd nisi dominus Rex hoc fece-
 rit vic. hoc faciat, tamen ad magnam assisam capiendam non procedit,
 sed pacem habebit tenens vsque ad aduentum Iustitiariorum, si breue
 de pace sibi perquisiuerit, & si non, in defalta esse poterit, vt supra de
 hac materia per breue de recto.

1. ¶ De exceptionibus contra mulierem petentem & de amensuratione dotis. 2. Responderi poterit quod plene habet dotem suam & ideo oportet quod fiat extensio & inquisitio. 3. Breue de amensuratione dotis in diuersis comitatibus. 4. De officio vic. & de modo procedendi. 5. Cum partes presentes sint, modus per quem proponat querens intentionem suam. Cap. 17.

SI autem warantus vocetur vnus vel plures, cum peruentum fuerit ad hæredem warantum de dote, si hæres statim recognoscat rem illam ad dotem mulieris pertinere, mulier seysinam habeat cum damnis vel sine, secundum quod superius dictum est. Si autem exceptiones habeat, per exceptiones si possit se defendat. Poterit enim excipere multis modis. s. quod terra illa ad dotem suam non pertineat, vel si mulier inde in seysina fuit, hoc non fuit nomine dotis sed alia ratione, vel quod nunquam inde dotata fuit, sed nominati de alia vel minore quantitate quam parte tertia, & inde tenuit se contentam, & de hoc sectam producat, & probationem. Item siue in seysina fuerit siue non, & siue terra pertinens esset ad dotem siue non, ipsa ius suum de terra illa remisit & quietum clamauit. ¶ 2. Item quod terra non pertineat ad dotem suam quia habet plenam dotem suam, secundum quod ei fuit constituta, & plus habet in dotem quam ad ipsum pertinet habendum secundum legem & consuetudinem regni. Et unde ipse hæres tulit breue ad comitatum de amensuratione quod tale est. Et quod de facili in comitatu terminari non poterit, si mulier dotem habuerit in diuersis comitatibus, quia licet sciatur quantum tenuerit in vno comitatu, & quantum valeat tertia pars, & quantum duæ partes, tamen per hoc constare non poterit de valore omnium terrarum que sunt in alijs comitatibus, & nisi constiterit de valore omnium terrarum, sciri non poterit vtrum plus habuerit vel minus: ideo non poterit fieri amensuratio nisi sciatur quod plus habeat quam ad ipsum pertinet habendum. Igitur vbi plures habuerit terras in diuersis comitatibus, oportet quod procedat amensuratio in curia domini Regis, & quod omnes terræ extendantur & apprecientur tam duæ partes quam tertia, & mittantur extensio & appreciatio iustitiarijs: secundum formam supra de extensionibus & appreciationibus faciendis, & sic fiat amensuratio in curia domini Regis. Si autem dotem non habuerit nisi in vno comitatu, vicecomes facere poterit amensurationem, dum tamen iustum & per hoc breue. ¶ 3. Rex vic. salutem. Questus est nobis A. filius vel filia, frater vel soror, nepos vel neptis, consanguineus vel consanguinea & hæres B. & C. quæ fuit uxor B. plus habet in dotem de libero tenemento quod fuit ipsius B. quondam viri sui, in tali villa (vel in talibus villis) quam habere debet vel ad ipsam pertinet habendam. Et ideo tibi precipimus quod iuste & sine dilatione amensurari facias totam dotem illam, ita quod predicta C. non habeat plus in dotem de hereditate predicti A. quam habere debet, & ad ipsum pertinet habendum secundum rationabilem dotem, & quod predictus A. habeat de dote illa id quod habere debet, & ad ipsum pertinet habendum, ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu iustitiæ Teste &c. Et notandum quod amensuratio debet esse tam de indebito, quam superfluo: ut si per dominum capitalem mulieri assignatum fuerit capitale mesuagium, vel aliquid quod sit caput baroniæ, si aliud sit de quo dotem possit habere rationabilem, auferatur

feratur ei indebitum, & assignetur ei debitum, quia licet indebitum assignatum sit & superfluum, tamen sine iudicio ei non poterit, ab hærede, nec ab alio. ¶4. Cùm igitur vic. breue susceperit, summonere faciat mulierem quòd sit super terram illam de qua fieri debet amensuratio coram vic. & coronatoribus si interesse possunt, & coram alijs liberis & legalibus hominibus quos vic. secum assumere voluerit. Et mulier summonita aut venit aut non venit. Si autem non venerit, non statim procedatur ad amensurationem, sed capiatur terra in manum domini Regis de qua fieri debet amensuratio, & ipsa interim summonetur cum viro suo (si virum habuerit). Et quòd terra capi debeat in manum domini Regis, probatur in itinere M. de P. in com. Lync. anno decimo Regis H. circa medium rotuli. Omnes enim de quorum iure agitur, presentes esse debent in amensuratione facienda. Et si presentes non fuerint, quicquid actum fuerit in eorum absentia reuocabitur: nisi forte per malitiam se absentauerint, vt de termino s. T. anno Regis H. secundo post guerram in com. Dorset. de Hamone de Halmodoston. Si autem per malitiam se absentauerint, nec venierint, nec se essoniauerint legitimo modo, post secundam summonitionem & terræ captiõnem in manum domini Regis, nõ erit ulterius sustinendum, sed statim procedat vicecomes ad amensurationem faciendam in odium secundæ defaltæ, & facta extentione & appreatione adiudicet unicuique quod habere debet. ¶5. Cùm autem partes presentes fuerint, proponat querens intentionem suam versus mulierem hoc modo, secundum formam breuis. A. queritur quòd B. quæ fuit vxor C. plus habet in dotem de tenemento quod fuit ipsius C. patris vel alterius antecessoris (vt supra) ipsius A. cuius hæres ipse est, quàm ad ipsam pertinet habendum. Et vnde dicit quòd habet in tali villa medietatem vnus earucatæ terræ, deficit non fuit dotata nisi de tertia parte, vel quòd habet fere totum manerium, vbi non fuit dotata nisi de quadam minima parte. Et de qua tenuit se contentam vel multo plus habet in dotem quàm habere debet, vltra tertiam partem, vel medietatem, vel vltra partem, vnde fuit nominatim dotata, & quòd ita fuit dotata sicut querens dicit & non aliter, si mulier negauerit, producere poterit scētam vel instrumentum, vel aliud per quod probare possit intentionem suam, cùm mulier negauerit, Et quo casu, oportebit aliquando de necessitate recurrere ad constitutionem dotis qualiter fuerit constituta, vt probato qualiter fuit constituta, procedatur in amensuratione facienda, nisi mulier exceptiones habeat & responsiones contra amensurationem quare non sit in amensuratione procedendum. Tollit enim amensurationem aliquando diurnitas temporis imperpetuum, cùm omnis querela & omnis actio iniuriarum limitata sit infra certa tempora. Tollit etiam amensurationem voluntas & consensus hæredis, qui cùm plenæ ætatis esset dotem mulieri assignauit, quia scienti & volenti non fit iniuria, & sufficit semel voluisse, & sciuit aut scire debuit. Item cùm dominus capitalis vel alius dotem assignauerit, hæres maior factus assignationem illam ratam habuerit per consensum, tacitum vel expressum: Dum tamen hoc

hoc probari possit. Tacitum, per dissimulationem per lógum tempus: expressum, si expresse consenserit instrumento vel alio modo. Item si de amensuratione agatur, non erit estimanda melioratio mulieris quam fecit in dote sua post assignationem, tempus enim assignationis dotis erit spectandum. Item poterit dicere quòd hæres iniuste hoc dicit quòd habet plus quàm habere debeat in dotem, quia nihil plus habet quàm rationabilem dotem suam secundū legem terræ, & non plus quàm ei fuit constituta, licet in meliori quantitate quàm in dote rationabili, & hoc p̄bet p̄fectā, vel alio modo si possit: vt de termino sancti Michaelis anno regni Regis H. decimotertio incipiente decimoquarto circa medium rotuli. Nota quòd habenda est ratio meliorationis in amensuratione facienda. Item dicere possit habita ratione ad meliorationem, quòd anno & die quo vir suus obiit, non sufficiebat terra illa quam nunc tenet in dotem plenè ad tertiā partem totius hæreditatis quæ fuit ipsius viri sui, & si postea dotem suam meliorauit, non debet venire in estimationem sua melioratio. Et si hoc probari possit, remanebit mulieri dos sua secundum quod fuerit ei constituta.

- ¶ *¶ Quid pertineat ad mulierem facta constitutione dotis & assignatione & de vasto in dote. 2. Cum mulier in dote vastum fecerit & destructionem de probibendo ne vastum faciat. 3. Si non omittat quin vastum faciat, forma breuis quod fiat de attachiādo mulierem. 4. De modo procedendi in huiusmodi placito cum post dilaciones comparuerit. 5. Responso mulieris contra querelam. 6. Fiat visus de vasto & fiat inde inquisitio. 7. Idem respondere potest ad vastum mulieris. 8. Vterquē ponere se possit in inquisitionem. 9. Breue de videndo vastum per vic. & patriam & remittat inquisitionem iustic. 10. Si mulier de vasto cōuincatur qua pena sequatur. 11. Breue de apponendo forestario. 12. Refert virum quis vastum fecerit in proprio vel alieno. 13. Quid est vastum & quid exilium. Cap. 18.*

FACTA autem dotis constitutione & assignatione, nihil p̄prietatis pertinet ad mulierem, nisi tantum seyfina & liberum tenementum ad vitam suam, & nihil facere potest quòd aliquam habeat p̄prietatem, nisi quādiu ipsam warrantizare potest, quia ius p̄prietatis remanet cum ipso hærede, quia warrantus de sua dote, vel cum alio ad quem ius puenerit, sicut nomine eschaetę, & ratione alienationis & venditionis. Et vnde nihil clamare poterit mulier in dotem suam, nisi quòd vti & frui possit de rebus dotalib⁹, sine vasto, destructione, vel exilio. Rationabile vero esto uerium capere possit in boscis ad ædificandum, ardendum, claudendum, dum tamen in dote sua & non extra, vt si vastum, destructionē vel exiliū fecerit vltra rationabile esto uerium, hæres p̄prietatis, vel alius p̄prietarius, sine alicuius iniuria poterit eum impedire. Nec competit mulieri assisa nouæ disseysinæ si queratur quòd p̄ hoc disseysita sit de libero teñto suo, quia tantū conceditur ei rationabile esto uerium, quod non extendit ad vastū. Et si forte talis impediri non possit, recurrentum erit ad superiorē. s. ad regem, qui p̄cipiet vic. quòd nō permittet talē mulierē vastū facere. Et si propter hoc non omiserit, tūc attachietur mulier quòd sit coram Rege ad ostendendū quare vastū fecerit. Breue vic. dirigēdum quòd non permittat, tale erit. ¶ 2. Rex vic. salutē. P̄cipimus tibi quòd non

LLL.i.

per-

permittas quòd talis mulier faciat vastum vel venditionem vel exiliū de terris, hominibus, redditibus, domibus, boscis, vel gardinis quæ tenet in dotē de hæreditate talis in tali villa, ad exhæredationem ipsius talis, ne amplius &c. Teste &c. Et hoc faciat tempestiuè, ne p negligentiam damnum incurrat, quia melius est in tempore occurrere &c. Et si per hoc non omiserit, attachianda erit per tale breue. ¶ 3. Rex vic. salutē. Si talis fecerit te securum de clamore &c. tunc pone p vadiū & saluos plegios talē mulierē &c. quòd sit coram nobis vel iustitiarijs nostris tali die apud talē locum, ostensura quare fecit vastum, venditionem, & exiliū, de terris, hominibus, redditibus, boscis, vel gardinis quæ tenet in dotem de hæreditate talis, in tali villa, contra prohibitionē nostram, & habeas ibi nomina pleg. & hoc breue T. &c. Et ita si ad alium diem non venerit, obseruet ordo attachiamentorū donec venerit, dum tamē vnicum habeat essoniū de malo veniendi post primū attachiamentū si voluerit. ¶ 4. Cū autem post dilationes comparuerit querens, pponat intencionem suā hoc modo. Quòd talis queritur vt pārens vel āmicus talis minoris, q̄ cū talis mulier teneat in tali villa tantam terram nomine dotis, tale facit vastū & talem destructionem, quòd terram talem vèdiderit, vel seruos: domos prostrauerit, tot, & boscum vendidit, gardinū extirpauit in prædicta terra ad exhæredationem talis hæredis ad valentiā tanti, et inde producit sectam &c. ¶ 5. Ad quòd poterit mulier multipliciter respondere sic: Et talis mulier venit & defendit vastum, venditionem & exiliū contra talem, et sectam suam. Et quòd nihil inde vendidit nec aliquid tale fecit ad exhæredationem talis hæredis, & cognoscere poterit quòd domus ob vetustatem corruerit, et ipsa ibi construxit meliores, vel si de bosco cepit aliquid, non cepit ibi nisi rationabile estouerium suum ad ardendum, ædificandum, & claudendum in terra illa quam tenet nomine dotis, & nō extra. Et quòd nihil amplius cepit, nec alio modo, poterit se ponere super inquisitionem patriæ, licet sunt quidam qui dicunt quòd contra sectam querentis poterit se defendere per legem, & sic euadere poenā: quod esse non debet, quia cū damnum ita factū sit in re corporali quòd manifestum erit aspectibus oculorum, non poterit p legem defendere quòd non sit ita, quia sic esset visus contrarius sacramento Iuratorum. Melius igitur est quòd cū mulier vastum defendat, quòd fiat visus de re vastata contra prohibitionem, & qualitate facti, & quantitate. ¶ 6. Et cū per visum & sacramentum proborum hominū & legaliū de vasto constiterit, emendetur vastum. Sed in omnibus obligationibus, & cōtractibus, & stipulationibus, quæ consensu & animo contrahuntur, sicut in conuentionibus, promissionibus, donationibus, venditionibus, & hñodi, si tamen secta producat, & secta examinata fuerit, & tantū præsupcionē inducat, poterit ille de quo queritur contra sectam talis se defendere per legem, duplicatis ad minus psonis iuratorū, quia cū plures sint in defensione, dicta eorum maiorem faciunt præsupcionem. Et sic maior præsupptio vincit minorē. Si autē querens probationem habuerit, sicut instrumenta et chartas sigillatas, contra huiusmodi probationes non erit defensio per legem, Sed si in instrumento contradicatur, fides instrumēti probabitur per

per patriam & per testes. ¶ 7. Poterit etiam mulier respondere, quod si vastum ibi factum sit, non fuit factum tempore suo, sed tempore alterius s. viri sui, custodis, vel hæredis ante assignationem dotis, quod si querens negauerit, veritas inquiratur per patriam. ¶ 8. Cùm igitur necesse sit visum facere de vasto, cùm querens sectam habuerit, & mulier vastum defenderit, et vterq; se posuerit super patriam, præcipietur vic. quod assumptis secum militibus fieri faciat visum de vasto illo per tale breue, & quod xij. milites veniant ad certum diē ad certificandū de vasto illo. ¶ 9. Rex vicecom̄ salutem. Præcipimus tibi quod assumptis tecum tam militibus quam alijs liberis libere tenentibus, legalibus, & discretis hominibus de visneto tali, in propria persona tua accedas ad maneriū tale, quod A. quæ fuit vxor B. tenet in dotem de hæreditate ipsius B. et eisdem hominibus habere facias visum, de domibus, boscis, & gardinis eiusdem manerij, tā interiūs, quam exteriūs. Et vnde prædictus talis queritur, quod prædicta A. contra consuetudinem regni nostri vastum ibi fecit, destructionem & exilium. s. quod in vno bosco tot quercus prostravit & vendidit, & etiā domos prostravit, & extra terram quam tenet in dotem domum ædificauit, & præterea quod villanos manumisit, & terras & redditus vendidit & alienauit, & vnde prædicta A. dicit quod de prædicto bosco nihil cepit nisi rationabile estoueriū suum, ad ardendū & claudendum, & tot quercus de quibus talia ædificia & talia reparauit. Et per sacramenta xij. ex prædictis hominibus, qui melius sciunt & velint veritatem dicere, diligenter inquiras, quod vastum & quod exilium ibi factum fuerit, & in quibus rebus, & quid, & quantum captum fuit in bosco illo, et ad quid, & p̄ quæ, & vtrum prædicta A. vastum ibi fecit postquam boscus ille deuenit in manus suas, vel si alius inde vastum fecit ante tempus suum. Et inquisitionē quam inde feceris scire facies iustitiarijs nostris, etiam tali die euidēter, distinctē, & aperte, secundum quod per sacramenta prædictorum xij. hominum facta fuerit, per litteras tuas sigillatas, & per quatuor legales & discretos homines, ex illis per quorum sacramenta inquisitionem illā feceris, & habeas ibi &c. Teste &c. ¶ 10. Si autem in bosco aliquo factum fuerit vastum & destructio, & mulier inde p̄ inquisitionem conuincatur, talis erit ei poena infligenda, & in tantum erit coarctanda, quod de cætero nihil capiat in bosco illo nisi (per visum forestariorum hæredis) rationabile estoueriū suum, & talis seruitus illæ imponetur ad poenam, secundū quod probatur in rotulo de termino sancti Michaelis an̄ regni regis H. tertio incipiente quarto in comitatu Norff. de Thoma de le Enueyse & Matilda vxore eius, & similiter de termino P. anno regni Regis H. nono in comitatu Norff. de Margeria de Raylie, vbi de consilio curiæ propter vastum appositus fuit forestarius. Et quod forestarius apponi debet propter vastum & transgressionē mulieris, probatur in rotulo prædicto, & de forestario apponendo fiat tale breue. ¶ 11. Rex vicecom̄ salutem. Scias quod propter destructionem quæ facta est in bosco & in terra quam A. de N. tenet in dotem in tali villa de hæreditate B. de N. prouisum est in curia nostra coram Iustic. nostris, quod idem B. apponat forestarium suum ad prædictum boscum custodiendum, ita quod prædicta

LLL.ij.

A.

A. non habeat in eodē bosco nisi rationabile estoueriū suū ad ardendū, ædificandū, & claudendū, tantum super eandem terram quam ipsa tenet in dotem de hæreditate ipsius B. in eadem villa, & hoc nullo modo nisi p̄ visum & liberationem forestariorū ipsius B. Si autem in terris, domibus, gardinis vel pasturis incorrigibilis existat, tunc addatur clausula ista: p̄uisum est etiam in eadem curia nostra quod prædictus B. apponat sibi seruientē suam ad curam capiendā, ne eadē A. destructionē faciat in domib⁹, gardinis, & pasturis, & quod non capiat de hominibus eiusdē terræ nisi rationabiles exitus, & seruitia, quæ facere debent & solent. Et ideo tibi p̄cipim⁹ q̄ non impedias prædictū B. quin possit ibi apponere forestarium, suum, & seruientē suū, secundū quod prædictū est, ne pro defectu tui inde clamorē audiamus Teste & c. ¶ 12. Et refert vtrū quis vastū faciat in proprio aut alieno, & est propriū & magis propriū, & est alienū & magis alienū. Magis propriū, vt si quis habeat in fundo suo ius possessionis & proprietatis, in quo si vastum faciat non erit tale vastū alicui iniuriosum, licet sibi damnosum, nisi seruitus cōstituatur p̄ modum donationis ne possit. Item est proprium, vt si quis teneat ad vitam suam tantum, vbi tenens habuerit liberum tenementum tantūm, & alius proprietatē, & sic vtitur tenens quodammodo in proprio quoad rationabile estoueriū propter liberum tenētum, & sic non facit vastum, nec iniuriam vtendo per mensuram. Sed si mensuram excedat vtendo, & capiendo vltra rationabile estoueriū suum, vtitur quasi in alieno, & sic erit vastum iniuriosum, nisi vastum ita modicum fuerit, propter quod non sit inquisitio facienda, vt de termino s. T. añ regni regis H. decimoquinto in comitatu Bed. de Petro Peyiure. Et quid debeat adiudicari ad vastum, & quid non, propter magnitudinē & paruitatē, habet quælibet patria suum modū, constitutionē, & cōsuetudinem. Est etiam quasi alienū, vt si quis fundum habuerit in manu sua, ratione custodiæ, in qua quidem non habet nec ius proprietatis, nec ius possessionis, nisi tantum nudum dominium cū possessione, si vastum fecerit, facit vastū quasi in alieno. Et ideo si de vasto conuincatur, amittit custodiam & restituet dāna, & det domino regi misericordiam, quod non est in muliere si de dote sua fecerit vastum, quia dotem non amittit, sed custos vel curator ei adiungatur, qui impediatur ne faciat, & damna debet refundere. Et est magis alienum, vbi quis cū nihil horum habuerit, vastum fecerit in alieno, sine licentia & voluntate eorum quorum res fuerit. Et tale vastum cū sit ita iniuriosum, cū sit quasi Roberia, vertitur in nouam disseysinam, vel in transgressionem, secundum quod præsumptor dixerit tenementum illud esse suum vel non. ¶ 13. Item de hoc quod dicit vastum & exilium, sciendum quod non sunt referenda ad eundem intellectum, sed vastum & destructio fere idem sunt, quia conuertibiliter se habent vastum & destructio, & vastum idem est quod destructio & ecōuerso, & se habent ad omnem destructionem generaliter. Exilium vero dici poterit generaliter, vbi quid sit ad magnam deformitatem curiæ & capitalis mesuagij, vt si quis domos prostrauerit & vendiderit, hoc erit ad magnam deformitatem, vt si inhabitatores mansionē habuerint derelictam. Item si arbores & pomaria crescentia in curia, vel circa domos pro-

prostrauerit, & extirpauerit, quod erit ad graue damnum & maximam deformitatem.

1. ¶ Si custos vastum fecerit in alieno, sicut in terra quam tenuit nomine custodia, breue ne faciat. 2. Si custos de vasto conuincatur que pena sequatur. Cap. 19.

Cum autem custos vastum fecerit in custodia sua quasi in alieno, precipiatur vicecomiti quod non permittat talem vastum facere vel exiliū &c. per tale breue. Rex vic. salutē. Precipimus tibi quod non permittas quod talis vastum faciat, venditionem, vel exiliū, de terris &c. (vt supra) quæ habet in custodia de hereditate talis in tali villa ad exhæredationē &c. et sic fiat attachiamētum vt superius. Vel sic: Si talis fecerit te securum &c. pone per vadium &c. D. quod sit tali die ad respondendum B. quæ fuit vxor C. matri B. filie & hæredi ipsius C. quare fecit vastum &c. vt supra. Et ita obseruetur ordo attachiamētorum, vt supra, in actione personali. Et notandum quod ad vastum iudicari debet si mulier in dotē sua, vel custos in custodia sua, terras, redditus, seruos, vel alias res hereditarias vendiderit, vel alienauerit, vel si seruos manumiserit, vel plus equo talliauerit, per quod destruantur. Item si domos prostrauerit & alibi inædificauerit, vel si eas combufferit, & non casu fortuito. Item si boscū vel gardinum, in toto vel in parte extirpauerit. Item quicquid inde captum, fuerit, datum, venditum, vel abductum, & alibi ædificatum, & quicquid extra terram asportatum fuerit, sed refert vtrum magnum fuerit vel modicum, secundum quod supradictum est. Non autem debet ad vastū iudicari quod captum fuerit ad reparatiōem domorum vtilem & necessariam, cum per hoc melioretur heredis conditio. Et si quid fiat consimile. ¶ 2. Cum autem custos vastum faciat in custodia sua & inde conuincatur (non refert vtrum ante prohibitionem vel post) talem poenam incurret. s. in primis amittet custodiam & in misericordia domini Regis remanebit, & damna restaurabit. Et quod ita sit, inueniri poterit inter placita quæ sequuntur Regem anno regni sui vicésimo de Iohanne de Daco & filia & hærede Iohannis de Bray coram I. de Lacy in comitatu Lync. & w. de Ralegh.

1. ¶ Mortua muliere ad quem reuertitur dos. 2. Si hæres donationem fecerit in vita mulieris & attornauerit mulierem donatorio. 3. De dote data viuente vxore qua dotem tenuit, et cuius seruiciū attornatum fuit donatorio & sic non ad hæredem. Cap. 20.

Mortua muliere seysita de dote sua, statim reuertatur dos sua ad hæredem proprietarium, vel ad aliū qui fuerit loco hæredis, nisi forte hæres dotem in vita mulieris alienauerit, vel donationem fecerit, vel venditionem de duabus partibus, & postea attornauerit emptori, vel donatorio seruiciū mulieris, & attornauerit eā quod sit intēdens donatorio, vel emptori sicut warrāto de dote sua, quo casu si attornauerit se, & seruiciū suū, sequuntur dos & seysina sua post mortē ei⁹ ius & proprietatē quæ sūt in donatorio vel emptore. Itē non reuertit ad hæredē (vt supra dictū est) in parte.

parte, dos post mortem mulieris vbi mulier dotem nominatam vel non nominatam recuperauerit versus hæredem, qui terram warrantizauit versus mulierem, & mulier recuperauerit, & hæres nihil habeat de quo escambium facere possit ante mortem mulieris. Et ideo per iudicium reuertetur dos ad donatorium vel ad emptorem, & non ad hæredem, propter ius merum quod ipsi habent. Si autem cum hæres donationem fecerit de duobus partibus, & seruicium mulieris attornauerit, & hæres qui dedit & vendidit se intruserit in terram illam contra chartam & donum & factum proprium, consulitur emptori siue donatorio per tale breue de ingressu. ¶ 2. Rex vicecom salutem, præcipe A. quod iuste & sine dilatione reddat B. tantam terram cum pertinentijs in tali villa, quam clamat esse ius suum ratione doni quod idem A. ei fecit p chartam suam, vt idem B. dicit, in quam idem A. non habet ingressum nisi p hoc quod se intrusit in terram illam contra chartam & donum suum, post mortem talis mulieris qui terram illam tenuit in dotem de prædicto B. & seruicium ei inde fecit tota vita sua, & quod ad prædictum B. reuerti debuit post mortem prædictæ mulieris ratione doni ipsius A. vt idem B. dicit, vel aliter si donator obierit & donatorius, & extraneus se intruserit, & hæres donatorij petierit fiat ei tale breue. ¶ 3. Rex vicecom salutem. Præcipe A. q. iuste & sine dilatione reddat B. tantam terram cum pertinentijs in tali villa, quã clamat esse ius suum ratione doni quod C. pater D. fecit E. patri prædicti B. cuius hæres ipse est, & in quam idem A. non habet ingressum nisi p talem mulierem, quæ se intruserit in terram illam post mortem talis alterius mulieris, quæ terram illam tenuit in dotem de E. patre ipsius B. cuius hæres ipse est, & seruicium suum ei inde fecit tota vita sua, & quæ ad prædictum B. reuerti debet post mortem prædictæ mulieris ratione doni quod prædictus C. ei inde fecit vt idem A. dicit. Et nisi fecerit &c. et sic reuertitur dos.

¶ Tractatus septimus

Libri quarti, in quo tractatur

De Ingressu.

(. .)

1. ¶ Vbi locum habet ista actio. 2. Breue si quis dimiserit ad terminum qui præterijt. 3. De modo procedendi in huiusmodi placito. 4. Si respondeat tenens q. non per talem nominatum in breui sed per alium talem. 5. Breue si Iuratores venire debeant coram Iustitiarijs. Cap. i.



Dictum est supra de causa possessionis, quæ per assisas & recognitiones terminantur: nunc autem dicendum de causa proprietatis, quæ terminatur per Iuratam ex testimonio & probatione eorum, qui probare possunt de visu suo proprio & auditu. s. vbi quis seysinam suam propriam petierit, vel alicuius antecessoris sui, quam de voluntate sua de aliqua re ad terminum annorum vel ad

ad terminum vitæ alijs dimisit, & quæ post terminum præteritum ad ipsū reuerti debeat, & vbi locum non habeat assisa nouæ disseysiuæ, quia contra voluntatem suam & iniuste non est disseysitus, nec etiam assisa mortis antecessoris, quia antecessor suus non obiit seyfitus vt de feodo in domino suo, quia alius inde habuit liberum tenementū qui rem illam tenuit ad vitam, quod quidem aliter esset si ad terminū annorum, quamuis centum quæ vitam hominum excederet. Et non solum locum habet ista actio versus cum qui rem ita receperit ad terminū, verum etiam contra omnes qui talem habent ingressum, quatenus gradus & tempus pmiserint. Non enim excedit tertiam gradum, nec tempus quod excedit testimonium de visu & auditu. Item non solum locum habet versus eos qui per tales habent ingressum, sed locum habet versus alios qui ingrediuntur per tales, & qui rem transferre non possunt sine consensu aliorum, licet aliquod ius habet transferendi: vt canonicus sine assensu episcopi & capituli. Item si vxor sine consensu viri, & econuerso si vir sine consensu vxoris, si Abbas sine consensu capituli. Item si Celerarius, clericus, vel alius procurator sine consensu Abbatis vel Prioris, vel aliorum quorum cōsensus requiri debet in translatione faciendā. Item locum habet hæc actio versus omnes qui ingressum habent per tales qui transferunt & qui liberum tenementum non habent nec ius transferendi, nisi q̄ sunt in nuda possessione & nomine aliorum, & transferunt contra voluntatem dominorum, vt custos, vel balliuus, dum aliquis fuerit infra etatem, vel absens, vel in prisona, vel non sanæ memoriæ, vel alio modo, secundum quod inferius plenius dicitur. Et notandū quod hæc dictio (terminus) large se habet, & ad terminum vitæ, & ad terminum annorum qui præterijt. Et sciendum quod ille qui ad terminum annorum dimittit, quamuis longissimū, dum tamen pbari possit ingressus ex testimonio visus & auditus, retinet sibi dominium, proprietatem, feodum, & liberum tenementū, si hæc omnia prius habuerit, vel quædam eorum, secundum quod prius habuerit. Nihil enim transfert ad firmarium, ad firmam nisi quod vti possit & frui s. habere vsu & percipere fructum. Et vnde bene poterit proprietarius hæc omnia ad aliū transferre, quæ sibi retinuit, sine iniuria firmarij, quod si non fecerit, hæc omnia transfert ad hæredes suos. Item notandum quod istæ dictiones (ad terminum qui præterijt) generales sunt, & terminare possunt plures casus speciales, & in narratione facti suppleri poterit quod minus dictum est in breui, & cum generale sit, prius dicatur de eo. Forma breuis talis est. ¶ 2. Rex vicecomiti salutem. Præcipe A. quod iuste & sine dilatione reddat B. tantum terræ cum pertinentijs in tali villa, quod idem B. ei dimisit ad terminum qui præterijt (vt dicit) et nisi fecerit & B. fecerit te securum de clamore suo prosequendo tunc summonneas per bonos summonitores præfatum A. quod sit coram iusticiarijs nostris &c. ad primam assisam cum in partes illas venerint, ostensus quare non fecerit. Et habeas ibi summonitores & hoc breue Teste &c. ¶ 3. Qualiter autem tenens summoniri debeat, infra dicit plenius in actionib' realibus. Poterit autem se essoniare si voluerit de malo veniendi,

et

et non de malo lecti, quia nūquam locum habebit effoniū de malo lecti, nisi breue de ingressu per narrationem vertatur in breue de recto, propter longissimum ingressum, qui probari non poterit per visum proprium alicuius & auditum sed alicuius, & vbi agi oportet de necessitate de mero iure per magnam assisam vel per duellum. Et cū breue de ingressu incipiat esse alterius naturæ quā primò fuit. s. breue de recto, merito debet habere omnia quæ breue habet cuius naturam sequitur in narratione, & vice versa, si contingat quòd per narrationem vertatur breue de recto in breue de ingressu, definit habere naturam breuis de recto, & sic amittet effonium de malo lecti ratione præmissa. Sed si cū breue de recto per narrationem incipiat esse breue de ingressu, & petens narrationem suam proposuerit & fundauerit, & paratus sit pbare eam per patriam, tamen in voluntate tenentis est vtrum ponere se voluerit in iuratā de ingressu tali vel non, cū tria habeat remedia. s. defendendi se per duellum, vel ponendi se in magnam assisam de iure, vel in iuratam de ingressu. Sed cum in voluntate tenentis sit eligendi quam istarum viarum voluerit, nō prius fiet breue de recto breue de ingressu, quā tenens elegerit defendere se per iuratam cōtra ingressum: vt si Abbas, prior, vel alius petierit versus aliquem per breue de recto aliquam terram vt ius ecclesiæ suæ, vel alius vt ius suum per verba de recto & vt de iure mero, et adijciat in fine clausulam istam. Et in quam non habet ingressum nisi per talem prædecessorem vel antecessorem suum qui terram illam ei dimisit ad certum terminum &c. vel si aliquis dicat. Et in quam non habet ingressum nisi p talem quæ fuit vxor talis, quæ terram illam tenuit in dotem de dono talis, cuius hæres ipse petens est, & quamuis tempus breuis de ingressu hoc permiserit, non tamen ppter hoc vertitur breue de recto ad breue de ingressu, sed in suo statu durabit per omnia, nisi tenens gratis se posuerit in iuratā de ingressu. Vertitur quandoq; econuerso, per narrationem breue de ingressu ad breue de recto, de necessitate & non de voluntate: quandoque propter longissimum ingressum, quandoq; propter donum & feoffamentum. Propter longissimum ingressum, qui probari non possit de alicuius visu pprio vel auditu sed alieno, sicut de visu patris & auditu qui iniūxit filio: quo casu propter necessitatem, & alterius probationis defectum, oportet quòd tenens se ponat in magnam assisam, vel defendat per duellū. Vt si ingressus longinquus sit de tempore H. regis aui vel infra vsq; ad tempus assisæ mortis antecessoris, vt si dicatur. Et vnde A, non habet ingressū nisi p B. qui non nisi custodiam inde habuit cum C. cuius hæreditas terra illa fuit, & quæ fuit ius prædictæ C. matris B. vxoris eius qui petit, & p quam prædictus talis & vxor eius qui petunt clamant terram illā & postea sic. Et vnde prædicta talis auia fuit seysita in dominico suo vt de feodo & iure tempore talis Regis capiendo inde expletia &c. et de tali descendit ius &c. sicut p breue de recto. Et quo casu oportet quòd tenens se ponat in magnam assisam vel defendat se per duellum in defectu alterius probationis, nisi sit qui dicat quòd breue cadere debeat propter tempus & longissimum ingressum. Si autem in tempus permiserit, tenens habebit electionem ponendi se in iuratam de ingressu, quousque se posuerit in magnam

magnam assisam vel se defendet per duellum. Ponere autem se poterit in iuratum per hæc verba. Defendere enim poterit talem ingressum, & quod nullum habet ingressum per talem, quia antequam talis aliquid inde habuerit, fuit ipse tenens seysinus per alium talem, & ita quod per prædictam auiam nullum ingressum habuit sicut ipse petens dicit, & peruenire poterit ad inquisitionem si tempus permiserit de ingressu, per hæc verba, scilicet si prædictus talis tenens aliud ius vel alium ingressum habuit in prædictam terram, quam per ipsum talem &c. qui terram illam dimisit uxori de hereditate Al. &c. vel qui terram illam ei dimisit de hereditate talis uxoris sue, vel alio quocumque modo &c. Item quod breue de ingressu vertitur ad breue de recto, ubi contra ingressum de termino, opponitur feoffamentum sicut propter tempus longissimum, videri poterit in itinere w. de Ralegh in comitatu North. de Petro de Galdington, qui petijt terram versus w. de Breton per breue de ingressu, & ubi w. defendit talem ingressum, & dixit quod habuit ingressum per antecessorem illum de cuius seysina idem Petrus petijt terram illam, qui de terra illa feoffauit eum tenendum pro homagio & seruitio suo, & quod tale fuit ius suum per feoffamentum & non per talem ingressum, posuit se in magnam assisam, & processit assisa, quia clamauit tenere per feoffamentum per hæc verba, scilicet: vtrum ipse maius ius habeat in terra illa vt in illa quam talis antecessor prædicti Petri ei dedit pro homagio & seruitio suo, an idem Petrus tenendi eam in dominico. Ad idem facit de termino P. anno regis H. decimo quarto in comitatu Wilton de Radulpho de Moigne, quia tenens locus fuit de feoffamento antecessorum petentis de tempore L. annorum, ubi excedit tempus assisa mortis antecessoris, statim desinit esse breue de ingressu, propter longissimum temporis ingressum nisi ex necessitate vt infra. Item de hac materia inueniri poterit in rotulo de termino sancte T. anno regis Henrici quarto in comitatu Eborum de Petro de malo lacu & Isabella uxore eius petentibus, & de priore de .f. Oswaldo tenente. Si autem tenens omnino non venerit, nec per se, nec per attornatum suum, tunc capiatur terra in manum domini regis per magnum Cape, quod tale est, vt infra de actionibus realibus, & ibi breue. Et si ulterius aliam fecerit defaultam, tunc procedatur contra ipsum postquam comparuerit per paruum cape, & tunc fiat vt ibi. In fine autem cum tenens comparuerit: vel excipere poterit contra breue, vel contra personam petentis, vel alio modo multis de causis & multis rationibus, vt infra de exceptionibus plenius, cum petens intentionem suam proposuerit, fundauerit, & probauerit, secundum quosdam. Non enim sufficiat dicere quod tenens talem habuit ingressum sicut ipse dicit, nisi docere possit quod ad ipsum pertineat actio, & quod ad ipsum debeat res reuerti post terminum, ratione seysinæ antecessoris sui, de cuius seysina fecerit mentionem, non tamen narrare debet sicut per breue de recto, nisi ita sit quod breue de ingressu versus sit in breue de recto. Sufficit enim si dicat, peto tantam terram vt ius meum possessoriū si ad vitam tenuerit, vel vt hereditatem si teneat in feodo, & in quam talis non habet ingressum nisi per talem &c. quia sufficit ista narratio tantum ad seysinam in iudicio possessorio: vt si ille dederit ad terminum, vel in feodo, qui non

Lib.iiii. De Ingressu

tenuerit nisi ad vitam quatenus ratione. Si autem mentionem fecerit de usu & expletis, & in dñico suo ut de feodo, responderi possit sicut ad breue de recto, & possit tenens se defendere per duellum vel magnam affisam quod in hoc breue locum non habet. Potest etiam tenens defendere ius petentis & talem ingressum per talē, & dicere quod non habet ingressum per talem de quō breue loquitur, immo per aliū talem, & inde se ponat in inquisitionem, & fiat tale breue de inquirendo veritatē, nisi tenens ita esse cognoverit sine inquisitione. Forma brevis talis erit, si fieri debeat inquisitione in comitatu. ¶ 4. Rex vice salutē. Præcipimus tibi quod venire facias coram te & coram custodibus placitorum coronæ nostræ in pleno comitatu tuo duodecem tam milites quam alios liberos, legales, & discretos homines de visneto tali, per quos rei veritas melius sciri poterit, & qui A. de N. nulla affinitate attingant, & etiā qui nullo modo fut effoniabiles, ad recognoscendum super sacramentum suum, si prædictus A. aliud ius vel alium ingressum habuerit in talem terram cum pertinentijs in tali villa, quam per B. fratrem C. cuius hæres ipse est, qui terram illam ei dimisit ad terminum qui præterijt, vel si A. ingressum habuit p D. qui terram illam dedit in feodo (ut idem A. dicit) quia tam prædictus A. quam prædictus C. posuerunt se inde in iurata illam. Et inquisitionem quam inde feceris scire facias iustic. nostris apud w. ad talem terminum euidenter, distincte, & aperte per literas tuas sigillatas sigillo tuo, & sigillis prædictorum custodum placitorum coronæ nostræ, & per duos vel quatuor ex illis per quorum sacramentum inquisitionem illam feceris, & habeas ibi hoc breue & nomina eorum per quorum sacramentum inquisitionem illam feceris. Et ita per affirmationem petentis & contradictionem tenentis fit discussio per patriam de veritate, & secundum hoc aut remanebit tenens in seysina quousq; petens sibi perquisiuerit per breue de recto, vel petens recuperabit seysinam suam per inquisitionem. Si autem fieri debeat inquisitio coram iustitiarijs & non in comitatu, tunc fiat hoc modo. ¶ 5. Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod venire facias coram nobis vel coram iustitiarijs nostris apud westmonasterium duodecē &c. ad recognoscendū &c. si &c. quia tā &c. & interim terram illam videant, & se inde interim certificent, quod nos vel iustitios nostros ad præfatum terminum plenius inde certificare possunt, & habeas ibi nomina recognitorū, & hoc breue T. &c.

1 ¶ De responsione & exceptionibus tenentis contra petentem. 2. Cum partes in iudicio cōparuerint. 3. De exceptione contra ingressum & q tenens poterit renuntiare exceptioni si per alium quam per eū qui in Breui nominatur & uarentū licet hoc sit seipsum Cap. 2.

Dictum est supra cum petens intentionē suam simpliciter proposuerit, & tenens contra intentionē suā excipere noluerit, sed simpliciter posuerit se in iurata de ingressu. Nūc autē dicēdū est si tenēs excipere voluerit contra intentionē, in primis necesse est q petens intentioni suæ fundamentū imponat. s. q doceat ad ipsū pertinere actionē, quia ipse tradiderit ad terminū, vel aliquis antecessor suus cuius hæres ipse sit. Et

Et non sufficit quòd doceat rem ita esse traditam p̄ ipsum, vel antecessores suos, nisi ostendat quòd tenēs talē habuerit ingressū, & p̄ tales, sicut ipse dicit. Itē non sufficit ita p̄ponere & fundare intentionē suā, nisi propositā & fundatā p̄bauerit, cum simplici voci alicuius non sit fides adhibenda, secundū quod p̄batur in itinere episcopi dunholm̄ & M. de P. in com̄ Eborū anno regni regis H. 3. de Agheilda Murdac. ¶ 2. Constitutis igitur partibus in iudicio, aut habet petens p̄bationē aut nō habet vel non nisi factam tantū, quæ non inducit nisi tantum præsup̄tionē, & quæ nō sufficit, quia in cōtrariū admittit defēsiōnē p̄ legē. Si autē nullā omnino habuerit p̄bationē p̄ se, videtur quòd tenens non habet necesse ei in aliquo respondere p̄pter defectum p̄bationis, quia possit deficere p̄batio licet nunquam deficiat ius, secundum quod probatur in itinere episcopi Dunholm̄ & Mar̄ de Pateshul in comitatu Eborum anno regis. H. 3. de Reginaldo Murdaker. Et quòd cadit breue videtur, nisi sit qui sustineat, quòd de gratia iustic. possit & debeat ei subueniri p̄ iuratam patriæ, sed cum causæ cognitione, vel quia forte instrumenta probationis deperdita sunt, vel quia illa ad probationem suam faciendam ad manum non habuerit, vel sine difficultate habere non poterit. Quo casu dabitur alius dies, vt de termino Pasche anno regis Hērici decimo quarto in comitatu Dor̄. de Matilda quæ fuit vxor Stephani de Bosco &c. Si autem instrumentum probationis protulerit de termino & de dimissione, & ei cōtradicator, probetur veritas instrumenti per testes & per patriam, qua probata, adhuc erit necesse probare ingressum & terminum præteritum, sed contra excipiat, alioquin inuutilis erit actio. Si autem instrumentum ab initio concedatur, & tenens excipiat de feoffamento, vt si cōcedat quòd primò receperit ad terminum, & quòd infra terminum datum sit ei tenementum in feodo. Si petens feoffamento contradicat & chartę, procedet inquisitio de feoffamento per testes & per patriam. Et quo casu si feoffamentum sufficiens sit & bonum, retinebit tenens, & sic terminabitur negotium. Si autem feoffamentum nullum, sic recuperabit. petens sine aliquo regressu quem tenens habere possit ad terminū, quia in eo quòd se tenuerit ad feodum, tacite termino renuntiavit. Si autem petens pro se nullam habeat probationem nisi simplex dictum, & simplicem vocem de dimissione & termino, & tenens ex abundantia (licet ad hoc non teneretur) proferat chartam de feoffamento quæ dedici non potest, tenens in feysina sua remanebit: vt de vltimo itinere M. de P. in comitatu Suff. de wilhelmo de wanham & Matilda vxore eius, nec etiam tenens siue petens audiendus esset, si se ponere vellet super patriam de ingressu suo, cū nullam habeat pro se præsup̄tionem, nec contra chartam (vt videtur) respondere poterit, quæ proponitur in modum exceptionis, cū actio sua non teneat super principali. Item esto quòd petens dicat quòd tenēs non habeat ingressum nisi per A. & tenens respondeat & dicat quòd ingressum habeat per ipsum petentem, vel aliquem antecessorē suū qui dederint, recognouerint, vel remiserint per chartam suam, quæ probata hoc testetur. Si petens cū ad chartam responderit illam concedat, & q̄ facta fuit, sed tali tempore quòd valere non debet, quia cognoscit chartam

tam quocunque modo, & qualitercunque chartam concesserit, per consequens ingressum per talem petentem. s. seipsum vel antecessorem suum qualitercunque, & non per eum quem petens nominat in breui suo, & ideo cadit actio, & tenens sine die, & petens sibi perquirat per aliud breue: vt de itinere w. de Ralegh in com. war. de Hugone de Cayel Maresthorp. Et cum obiectum fuerit feoffamentum, & excipiat contra chartam a petente, ubi probationem habuerit de ingressu, vel saltim presumptionem, & uterque se posuerit in iuratum, tunc fiat recognitio per hæc verba. Ad recognoscendum videlicet si prædictus A. aliud ius, vel alium ingressum habuit in prædictam terram quam per prædictum B. qui terram illam ei dimisit ad terminum qui præterijt, vel si idem A. ingressum habuit in prædictam terram per eundem B. qui terram illam ei vendidit vel dedit in feodo per chartam suam vt idem A. dicit. Et vnde etiam cognoscit quod prædictus B. terram illam primò ei dimisit ad terminum, & durante termino illam ei dedit in feodo per chartam suam. Et ferè per eadem verba fieri poterit recognitio, si partes absque probatione vel instrumentorum exhibitione se gratis posuerint in iuratum. Item excipi poterit contra petentem quod alius maior ius habet quam ille qui petit. Item quod alius dimisit & non ille de quo fit mentio in breui per errorem. Item quod terminus non præterierit & si terminus præterierit quantum ad primum instrumentum & primam conventionem, prorogatus fuit terminus per aliam conventionem & per aliud instrumentum, quod quidem statim exhibeat. Item excipere poterit contra petentem quod terminus excedit tempus assise mortis antecessoris, & ideo quod deficit probatio. Et infinitæ sunt exceptiones de quibus non est necesse hic facere mentionem, quia de illis inferius plenius dicendum erit. ¶ 3. Cum autem tenens excipiat, & dicat quod non habet ingressum per talem de quo breue loquitur, immo per alium talem, si petens hoc deducere non possit, vel si negauerit & recognitum sit per iuratum quod sic, cadit breue, quia non conuenit veritati. Sed re vera bene poterit tenens (si voluerit) renuntiare illi exceptioni contra breue, & sustinere breue (& hoc erit potius ad damnum suum quam ad commodum) & warrantum vocare alium quam illum qui in breui nominatur. Sed ad hoc arctari non poterit nisi velit gratis renuntiare exceptioni. Et quod ita facere possit si velit, probatur in rotulo de termino. Volunt tamen quidam arctare tenentem quod ipse alium talem quem nominauit, vocet ad warrantum, quod non est concedendum, quia si teneretur talem vocare ad warrantum præcisè & warrantizaret, ita posset ille alium vocare, & ille alius tertium, & sic in infinitum vsque ad mille. Et si sic, non limitaretur breue de ingressu infra suos limites & suos gradus: nec habet tenens necesse vocare talem ad warrantum, cum cadit breue per exceptionem, eo quod ingressum non habuit per talem in breui nominatum, nec eget quod alius non defendat in sua possessione, cum sufficiat ei sua propria exceptio ad defensionem. Et quod cadere debet in hoc casu breue: inueniri poterit de termino Pasche anno regis Henrici septimo in comitatu Buck. de Guidone de Wyndesore. Et ad hoc facit de termino eodem in comitatu Kanc. de Alicia quæ fuit vxor Richardi & in alijs multis locis. Sed

Sed cum ingressus sit talis, sicut petens dicit, bene poterit tenens (cum cognouerit ingressum) vocare warantum suum per quem ipse ingressum habuerit; & quilibet suum vsque ad quartum gradum, & non ultra, dum tamen tenens ipse tenuerit ad vitam vel liberum tenementum, vel in feodo sibi & heredibus suis, vel ad feodi firmam, vel huiusmodi. Reuera si impetratum fuerit super firmarium, non cadit breue, quia ipse poterit vocare warantum, quasi non, sic amitteret usufructuarius usum fructum, quod esset iniquum, cum tantum iuris habet in usufructu quantum proprietarius in libero tenemento, & cum veniat breue, super eum vocet warantum, & si fuerit defensus retinebit usum fructum. Si autem non, habebit regressum versus suum warantum de usufructu, & warantus suus si ulterius vocauerit & fuerit ei warantizatum de libero tenemento, & de excambio. Si autem ad terminum annorum, credo aliud est dicendum, cum ipse non teneat in dominico tenementum, & secundum quod, petitur nisi tantum usum fructum, & multo minus si teneat de anno in annum. Item queritur si petatur versus Abbatem aliquem vel priorem vel alium religiosum expresso, proprio nomine vel non expresso, & ubi dicatur & in quam non habuit ingressum nisi per talem Abbatem predecessorem suum, & cadat breue si plures Abbates medij interuenerint; & an faciunt gradum de Abbate in Abbatem sicut de herede in heredem? & videtur quod non, magis quam in computatione descensus, quia etsi alternetur persona, non propter hoc alternatur dignitas, sed semper manet.

¶ Breue si haeres petat quod antecessor dimisit ad terminum.

Cap. 5

DICTUM est supra, si ille petat qui dimisit, nunc autem dicetur si haeres petat quod antecessor dimisit ad terminum. Forma breuis talis est. Rex vicecomiti salutem. Praecepte tali, quod iuste & sine dilatione reddat tali, tantum terram cum pertinentijs in tali villa quod clamat esse ius & hereditatem suam; & in quod praedictus talis non habet ingressum nisi per talem, cui talis pater vel mater, frater vel soror, auus vel auia, auunculus vel amita, consanguineus vel consanguinea, siue praedecessor praedicti talis (cuius haeres ipse est) illud dimisit ad terminum qui praeterijt (vt dicit) Et nisi fecerit, & idem talis fecerit te securum de clamore suo prosequendo; tunc summonecas per bonos summonitores praefatum talem, quod sit coram iustitiarijs nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, ostensurus quare non fecerit, et habeas ibi summonitores & hoc breue Teste &c.

¶ Breue si vir donationem fecerit de hereditate uxoris, cui ipsa in vita sua contradicere non potuit. 2. Breue si haeres fuerit ex alio viro & si vir heredem habuerit ex alia uxore. Cap. 4.

¶ Si quis

SI quis donationē fecerit de hæreditate vxoris quæ ei in vita sua contradicere nõ potuit, tunc post mortē viri cõsulitur ei p tale breue. Rex vic. salutē. Præcipe tali quòd iuste &c. reddat tali quæ fuit vxor talis, tātū terrę cū ptinentijs in tali villa, quod clamat esse ius & hæreditatē suā vel maritagiū suū, & in quod prædictus talis non habet ingressum nisi p prædictū talē quoadā virum suum, qui illud ei dimisit, cui ipsa in vita sua cõtradicere nõ potuit (vt dicit) & nisi fecerit, & idē talis fecerit te securū &c. vt supra. Ad quem ingressum tenens poterit multipliciter respondere, secundum quod superius dictum est. Et etiam poterit defendere ingressum per prædictum virum, & dicere quòd habuit ingressum per prædictam mulierem antequam esset desponsata tali viro, vel post mortē viri sui, & hoc probare per instrumenta, & per testes simul cum patria, vel ex toto se ponere in iuratum, & secundum talia verba formari poterit inquisitio. Item concedere possit quòd habuit ingressum per talem virum suum, & dicere quòd prædicta talis postea in legia viduitate sua confirmavit donum viri sui, vel quòd in legia viduitate sua remisit ei totum ius & clamorem suum. Item ad hoc quòd dicit (cui in vita contradicere non potuit) respondere poterit quòd prædicta mulier personaliter fuit in curia domini regis cum viro suo, & donum illud liberaliter & bona voluntate sua sine aliqua coactione concessit, & ratum habuit, quod quidē terminari poterit per inspectionem rotulorum, quod quidem non esset si hoc fieret extra curiam regiam, quia ibi fieri possunt coactiones contra voluntatem, quod quidem non fieret in curia domini regis. Ibi enim nulla violentia infertur, nec metus incutitur, nec est verisimile aliquem in curia domini regis per violentiā cõpulsū esse ad aliquid contra voluntatem faciendum, vel non faciendum cū ibi tutum inuocari possit auxilium. Item distinguendum est in hoc casu, vtrum donatio facta fuerit per virum ad hoc quòd reuocetur, vel tenet ex causa honesta & necessaria, & communi vtilitate tam viri quā vxoris, vel ex causa voluntaria tantum. Si autem ex causa honesta vt si cõmmuni filio fiat donatio, vel in maritagiū cum filia, hoc erat in causa honesta, & ideo tenenda vbicunquē facta. Si autem tantūm ex causa voluntaria, & non vtili, tunc aut interuenerit coactio vel non. Si autem coactio interuenerit, quod de facili perpendi poterit per vultum & per gestum mulieris, quamuis in curia domini regis nunquam fiat inde cyrographum, sed vix inrotulatio concedatur. Et notandum quòd inrotulatio per se sine cyrographo nunquā tollet actionem vxoris post mortem viri sui, & si vxor præmoriatur, hæres eorum communis nunquā recuperabit per aliquam actionem, cūm warantizare teneatur vt hæres patris, propter homagium & seruiciū quod ei accidit ex feoffamento patris, contra donum patris quod mater in vita sua reuocauit, ne sit eiusdem tenementi dominus & tenens. Si autem cūm mater peteret vocaretur ad warantum & amitteret, ita irritum, esset donum patris & dissolueretur homagium inter ipsum & feoffatum a patre suo, & ipse teneretur ad eschambium de hæreditate patris, & cūm mater obtinuerit, & descendat materna hæreditas ad ipsum, nunquam reuiuiscit homagium, quod per matrē, quæ per iudiciū obtinuit, semel est ex-

est ex nullo. Si autem sit facta uxor in tenendum de dominis capitalibus, vel si aliam habuerit ampenatum de alia uxore aliud erit, quia si non erit filius domini habes patris, sed tantum matris: & sic habebit repetitionem, quia ad uxoratum non tenetur, sicut de itinere in comitatu Eborum. Si autem coactio non interuenit sed mulier hoc affectauerit, quod de facili perpendi poterit per gestum & per uultum, concedatur fieri cyrographum. Mulier enim aliquando plus amat donatorium quam se ipsam uel puerum suum, & bona cautela est in annotatione facere mentionem de uoluntate mulieris, secundum quod sit in gratuita uel coacta. Sed ad hoc quod tale breue competat, uel non de donatione uiri, refertur utrum uir praemoriatur uel uxor: si autem uxor praemoriatur, tale breue non competit communibus heredibus uxoris & uiri, quia & eis competeret tale breue, ita posset impugnare & reuocare factum patris, quod teneretur defendere, cum in heres patris ex tali donatione. Sed uidetur quod hoc non sufficit dicens, quia factum patris non tenetur defendere de hereditate matris, cum ex parte patris nulla hereditas ei descendat, & cum non sit heres patris sed filius tantum, & heres matris propter hereditatem descendentem ex parte matris, & cum heres dicatur ab hereditate & non reuocatio. Si autem aliqua hereditas descendat a patre, factum patris tenetur uariantiare & defendere, quatenus hereditas patris se extendat & non ultra, si mater obtinuerit, siue talis progsaitus fuerit ex primo uiro uel secundo. Et unde uidetur quod tale breue competat heredi, & secundum quod uideri poterit in Itinere episcopi Dunholm & Martini de Parshulanno Regis Henrici tertio in comitatu Eborum, in fine rotuli, ubi continentur uerba ista: & in quam talis non habet ingressum nisi per talem quondam uirum ipsius talis uxoris matris ipsius talis cuius heres ipse est, qui illam ei vendidit in uita sua, cui praedicta talis in uita sua contradicere non potuit.

¶ 2. Sed uidetur e contra, quod ad ipsum non pertineat tale breue, ex quo mater in uita sua donum non reuocauit, & ideo dissimulando iniuriam concessit, nec uidetur heredi iniuriatum, ex quo antecessor iniuriam dissimulando sustinuit: secundum illud quod non potest nocere heredi quod antecessori non nocuit. Et unde uidendum utrum uxor diu uixit post mortem uiri uel cito obiit, uel in uita uiri. Sed reuera (quicquid dicatur) non competit heredi tale breue, sed nec breue ad terminum qui praeterierit, quia replicatio quae competeret mulieri si uiueret, non competit heredi, sicut uideri poterit aperte: ut si ipsa dum uiueret peteret, excipi poterit contra ipsam de donatione, contra quam replicare posset quod uiro suo contradicere non potuit, & ista replicatio non iacet in ore heredis, quia cum dicat, mater mea contradicere non potuit, per hoc ostendit quod replicatio illa competit matri & non ei, nec congrue dicere posset heres quod oportuit matrem facere uoluntatem domini sui, nec constare poterit heredi de uoluntate matris, quae forte si uiueret nunquam donum illud reuocaret. Reuera licet nullam habeat hereditatem ex parte patris & sic non heres (ut uidetur)

(vt videtur) petere non potest, cum teneatur warantizare, licet mater petere possit, warantizare teneatur ut hæres, quia in hoc erit hæres patris propter homagium et seruitium quod ei descendere debet de fey sua patris, licet feoffamentum sit factum de hereditate matris, poterit enim quis alienam rem dare tenendam de se & hæredibus suis, & ratione talis feoffamenti erit filius hæres suus, licet ei alia hereditas non descendat, sed ad eschambium non tenetur, nisi de eo quæ ei descendit de hereditate patris. Sed aliud erit si pater dedit tenendum de alijs q̄ de hæredibus suis, sicut de capitalibus dominis vel alijs. Et quid si dicat de vxore & hæredibus suis: hoc non obligat vxorem nec hæredes suos. Sed quid si vxor petierit & hæres communis vocetur ad warantum? teneatur warantizare prædicta ratione, & ipsa recuperabit, & hæres communis cum nihil habeat de hereditate paterna quoad eschambium non tenebitur, licet teneatur ad warantiam, & post mortem matris succedet ei in terrâ illam, & de ea non tenetur facere eschambium, & vnde videtur (quicquid alij dicant) quod si mater obierit ante virum suum, & hæres vxoris de eodem viro petat quod tunc ad warantiam teneretur, repelli deberet ab agendo quod non recuperet, licet non teneatur ad eschambium de hereditate matris. Reuera si neq; pater neq; mater alium habuerint hæredem, vt si pater de alia vxore filium non habuerit, vel vxor filium de alio viro & ipsi duo vnicū hæredē, talis hæres revocare non poterit donū patris de hereditate matris, cum ideo teneatur istum warantizare vt hæres ratione prædicta. Sed mater hoc facere poterit si virum superuixerit, & sic poterit ad communem hæredem res sic data descendere cum per factum matris ad nihiletur donum patris, quod per communem hæredē fieri non poterit. Si autem communem hæredem non habuerit, bene poterit hæres matris donū tale repetere, & hæres patris tenebitur aliud ad warantiam & eschambium, & non hæres matris, & hac ratione habebit actionem post mortem matris.

1. Breue si dos fuerit alienata per secundum virū. 2. Breue si vir dotem alienauerit. 3. Breue quod competit hæredi si vxor dotem alienauerit. 4. Item si vxor dotem alienauerit. 5. Breue si per abbatem sine assensu capituli. 6. Breue si celerarius vel procurator. 7. Breue si per balliuū contra voluntatē domini sui. 8. Breue si felo alienauerit post feloniam factam. 9. Breue si villanus alienauerit id quod tenuerit in villenagio. 10. Breue si per eum qui non fuit samentis. 11. De ingressu per eum qui nō tenuit nisi ad vitā quacunq; ratione & cū post mortē reuerti debet. 12. De ingressu per intrusiuū. 13. De ingressu per custodem. 14. De ingressu per maritum. 15. Si hæres peteret de fey sua aecessoris dum fuerit infra atatē 26. Itē dū fuit infra atatē. 17. Itē dū in custodia. 18. Item dū fuerit infra atatē & modo habet atatē. 19. Dum maneret de familia sua. 20. Breue de pastura data ad terminū qui præterit. Cap. 5.

SI forte quis ingressū habuerit p̄ secundū virū de terra quā vxor habuit i dotē de dono primi viri sui, tūc fiat tale breue. Rex vic. salutē. Præcipe tali q̄ iuste & c. reddat tali, tantū terræ cū pertinentijs in tali villa, qd' clamat esse rationabilē dotē suā, vt de rationabili dote sua quā habuit de dono talis primi viri sui, & q̄ p̄dict' talis nō habet ingressū nisi p̄ talē secūdū virū suū, qui illud ei dimisit, cui ipsa in vita sua contradicere non potuit

posuit (vt dicit) & nisi fecerit &c. vt supra. Et qualiter respondere debeat & negotium terminari, satis videri poterit superius per exemplum.

¶ 2. Si vir dotem vxoris alienauerit quam habuit de dono alterius viri, & que post mortem vxoris sui reuerti deberet ad hæredes primi viri, consultitur hæredi per tale breue. Rex vic. salutem. præcipe tali quod iuste &c. reddat tali tantum terræ cum pertinentijs &c. & in quod idem talis non habet ingressum nisi per talem, qui illud ei dimisit, & qui illud tenuit in dotem talis vxoris suæ de dono talis quondam viri sui, patris vel fratris, Aui vel Auunculi, vel consanguinei siue antecessoris prædicti talis cuius hæres ipse est vt dicit. Et nisi fecerit &c. vt supra. ¶ 3. Item si hæres petat dotem alienatam per ipsam vxorem, tunc sic. Et in quod prædictus talis, non habet ingressum nisi per talem, quæ fuit vxor talis, quæ illud tenuit in dotem de dono prædicti talis quondam viri sui patris vel fratris &c. vt supra. Item si vir alienauerit dotem & vxor petat, tunc sic. Quam clamat esse dotem suam, quam habuit de dono talis primi viri sui, & in quam non habet ingressum nisi per talem secundum virum suum qui illam ei tradidit ad voluntatem suam, cui ipsa contradicere non potuit (vt dicit) & nisi fecerit &c. vel aliter: & in quam non habet ingressum nisi per talem quondam virum suum qui illam ei vendidit, cui ipsa in vita sua contradicere non potuit &c. ¶ 4. Item si hæres petat quod vxor dimisit quod tenuit nomine dotis, & tunc sic: Et in quam non habuit ingressum nisi per talem quæ fuit vxor talis aui prædicti talis, cuius hæres ipse est, & ex cuius dono ipsa talis illam tenuit in dotem de hæreditate prædicti talis Aui vt dicit &c. vel aliter: in quam non habet ingressum nisi per C. cui D. auia ipsius C. (cuius heres ipse est) illam vendidit quæ illam tenuit in dotem (vt dicit) &c. vel aliter: Præcipe A. quod iuste &c. reddat B. & C. vxori eius tantum terræ &c. quam clamat esse ius & hæreditatem ipsius C. & in quam idem A. non habet ingressum nisi per D. quondam vxorem ipsius A. cui C. quondam vxor E. terram illam dimisit quæ non nisi dotem inde habuit ex dono prædicti E, quondam viri sui & Aui ipsius C. cuius hæres ipse est, vt idem B. & C. dicunt. Si procurator sicut celerarius vel alius, Abbas, vel prior sine assensu capituli, vel episcopus, vel capitulum, sine consensu capituli, episcopi, vel alius cuius assensus fuerit necessarius, dimiserit sine assensu, tunc si Abbas dimiserit, fiat tale breue. ¶ 5. Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quod iuste &c. reddat tali Abbati tantum terræ cum pertinentijs in tali villa, quod clamat esse ius ecclesiæ suæ, & in quod idem talis non habet ingressum nisi per talem: quondam Abbatem de tali loco, qui illud ei dimisit sine assensu capituli sui vt dicit &c. Et nisi fecerit &c. ¶ 6. Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quod iuste &c. reddat tali Abbati, tantum terræ cum pertinentijs in tali villa, quod clamat esse ius ecclesiæ suæ, & in quod prædictus talis non habet ingressum nisi per celerarium vel per procuratorem domus ipsius Abbatis de tali loco, qui illud ei dimisit sine assensu ipsius Abbatis (vt dicit) & nisi fecerit &c. Eadem forma erit si canonicus dimiserit sine assensu episcopi,

NNNn.j. Item

Item si vxor dimiserit sine assensu & voluntate viri, tunc sic: Quam clamat esse ius & hæreditatem suam, vel ius & maritagium ipsius mulieris, vel quam clamat esse rationabilem dotem suã, vel de rationabili dote ipsius mulieris, quam habuit de dono talis quondam viri sui: & in quam prædictus talis non habet ingressum, nisi per prædictam talem mulierem, quæ illud ei dimisit sine assensu & voluntate prædicti talis quondam viri sui (vt dicit) Et nisi fecerit &c. Item si balliuus dimiserit sine volûtate domini sui, tunc sic. Et in quam idem talis non habet ingressum, nisi per talem quondam balliuum suum de tali villa, qui illam ei dimisit sine voluntate ipsius. talis, vt dicit: & nisi fecerit &c. Item si per balliuum domini Regis dum aliquis fuerit in prisona domini Regis, tunc sic.

¶ 7. Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quòd iuste &c. reddat tali tantum terræ cum pertinentijs in tali villa quod clamat esse ius & hæreditatem suam, & in quod prædictus talis non habet ingressum nisi per talem quondam balliuum nostrum, qui illud ei dimisit, dum idem talis fuit in prisona nostra, & terra sua in manu nostra &c. vt dicit. Et nisi fecerit &c. Item si quis per eum qui feloniam fecerit, & tunc si post feloniam factam conuictus sit, competit domino suo de quo tenuit tale breue ad recuperandam eschaetam suam ¶ 8. Rex vicecomiti salutem. Præcipe A. quòd iuste &c. reddat B. tantum terræ cum pertinentijs &c. in quam idem A. non habet ingressum nisi per C. de N. qui eandem terram tenuit de prædicto B. & quæ terra esse debet eschaeta ipsius B. propter feloniam, de qua idem B. in curia nostra coram nobis vel Iusticiarijs nostris talibus conuictus fuit & damnatus, & quam terram idem C. dimisit prædictæ A. postquam fecerat prædictam feloniam, vt idem B. dicit, & nisi fecerit &c. vt supra. Item si per eum qui tenuerit in villenagio habuit quis ingressum, tunc consulitur domino per tale breue.

¶ 9. Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali &c. quòd reddat tali tantum terræ cum pertinentijs in tali villa, in quod prædictus talis non habet ingressum nisi per talem, qui illud tenuit de prædicto tali in villenagio, vt dicit &c. & nisi fecerit, summonéas &c. vt supra. Item si quis per eum ingressum habuerit qui non fuerit compos sui, nec sanæ mentis, & tunc sic. ¶ 10. Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quòd iuste &c. & in quod idem talis non habet ingressum nisi per talem patrem, vel alium antecessorem prædicti talis, cuius hæres ipse est, qui illud ei dimisit dum non fuit compos mentis suæ, vel dum non fuit compos sui, nec sanæ mentis (vt dicit). Et nisi fecerit &c. vt supra. Item si quis per eum qui non tenuerit nisi ad vitam suam quacunque ratione, siue nomine dotis, siue per legem Angliæ, siue per finem factum, & tunc sic. ¶ 11. Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quòd iuste &c. & in quam idem talis non habet ingressum, nisi per talem, post mortem cuius prædicta terra reuerti debeat ad prædictum talem, per finem factum in curia domini Regis Iohannis Regis patris nostri, vel in curia nostra coram Iustitiarijs nostris, apud talem locum, inter talem patrem prædicti talis (cuius hæres ipse est) petentem, & prædictum talem tenentem de tanto terræ cum pertinentijs
in ta-

in tali villa, vel sic: In quam idem talis non habet ingressu nisi per talem, qui terram illam tenuit ad vitam suam per finem factum in curia nostra &c. inter ipsum talem petentem, & prædictum talem tenentem, per quem finem eadem terra reuerti debuit ad prædictum talem petentem, post mortem ipsius tenentis (vt dicit) & vnde queritur quod ipse talis iniuste ei deforceat, & nisi fecerit &c. vt supra. Si quis autem per intrusionem fuerit in seysina, & ille qui ius habet petat versus eum, tunc fiat ei breue in hac forma. ¶ 12. Rex vicecomiti salutem. Præcipe A. quod iuste &c. reddat B. tantum terræ &c. quem idem B. clamat vt ius suum versus eum ex dono C. patris ipsius A. (cuius hæres ipse est) & in quam idem A. non habet ingressum nisi per hoc quod ipse se intrusit in terram illam post mortem D. matris ipsius A. quæ terram illam recuperauit vt dotem suam versus prædictum B. in curia nostra coram &c. per iudicium eiusdem curiæ nostræ, & quam iniuste ei deforciat: & nisi fecerit, &c. Tunc sum-moneas &c. vel aliter: quam B. clamat esse ius suum de dono C. patris sui, & in quam non habet ingressum, nisi per intrusionem quam fecit in terram illam post mortem ipsius C. qui terram illam habuit in custodia ad opus ipsius B. dum infra ætatem fuit, vt dicit: vel aliter: Præcipe A. quod iuste &c. reddat B. & C. vxori eius tantam terram &c. quam idem A. dedit in maritadium prædicto B. cum prædicta C. filia sua, & in quam idem A. non habet ingressum post donum illud nisi per intrusionem, quam in eam fecit post mortem D. patris ipsius B. qui terram illam habuit in custodia ad opus prædictorum B. & C. vxoris suæ de voluntate & assensu ipsius D. qui fuit eorum custos, per assignationem & voluntatem ipsius A. (vt ipsi B. & C. dicunt). Item si vir alicuius vxoris vendiderit hæreditatem alicuius pueri vxoris suæ, quæ fuerit in custodia ipsorum: & tunc sic. ¶ 13. Rex vicecomiti salutem. Præcipe A. quod iuste &c. reddat B, qui plenæ ætatis est (vt dicitur) tantum terræ cum pertinentijs in tali villa, quod clamat esse ius & hæreditatem suam, & in quod prædictus A. non habet ingressum nisi per C. qui non nisi custodiam inde habuit, dum idem B. infra ætatem & in custodia sua fuit (vt dicit) & nisi fecerit &c. vt supra. ¶ 14. Rex vicecomiti salutem. Præcipe A quod iuste & sine dilatione reddat B. &c. & in quam idem A. non habet ingressum nisi per C. quodam virum matris ipsius B. (cuius hæres ipse est) qui illam ei vendidit vt dicit &c. Item si quis dederit dum hæres fuerit infra ætatem, & in custodia sua, & hæres petat de seysina sua propria, tunc fiat breue in hac forma. ¶ 15. Si autem aliquis hæres petat de seysina antecessorum suorum aliquam terram, quam custos eorum alienauerit dum fuerit infra ætatem, & in custodia sua, tunc fiat breue in hac forma. Præcipe &c. vt supra: quod clamat esse ius & hæreditatem suam, & in quod idem A. non habet ingressum nisi per C. qui non nisi custodiam inde habuit dum talis pater vel mater, frater vel soror, Auus vel Auia, auunculus vel Amita, consanguineus vel consanguinea, siue antecessor ipsius B. (cuius hæres ipse est) infra ætatem & in custodia sua fuit, vt dicit &c. & nisi &c. ¶ 16. Vel aliter: & in quam non habet ingressum nisi per C. cuius pater

NNNn.ij. ter

ter vel alius antecessor terram illam habuit in custodia cum ipso B. dum idem B. fuit infra ætatem, modo habet ætatem (vt dicitur). Et vnde idem talis pater vel alius antecessor obiit seysitus de terra illa ratione custodiæ ipsius B. & nisi fecerit &c. ¶ 17. vel aliter: In quam idem A. non habet ingressum nisi per C. qui terram illam ei dimisit, dum terra illa fuit in custodia ipsius C. per præceptum nostrum, & nisi fecerit &c. vel aliter: Præcipe A. quod iuste &c. reddat B. (qui plenæ ætatis est) tantam terram &c. quam clamat esse ius & hæreditatem suam, & in quam non habet ingressum nisi ratione custodiæ, eo quod prædicta terra est de feodo ipsius A. & nisi fecerit &c.

¶ 18. Vel sic: Et in quam non habet ingressum nisi per C. cuius pater terram illam habuit in custodia cum ipso B. dum idem B. fuerit infra ætatem, & modo habet ætatem. Et vnde idem pater talis obiit seysitus de terra illa, ratione custodiæ ipsius B. & nisi fecerit &c. ¶ 19. Vel aliter: in quam idem A. non habet ingressum nisi per C. dum idem B. fuit in custodia sua & idem A. terram illam ei dimisit dum remaneret de familia ipsius C. & modo non est de familia ipsius C. vt idem B. dicit, & nisi fecerit &c. Eodem modo de communia pasturæ si fuerit alienata & dimissa ad terminum qui præterijt. Et tunc fiat tale breue, dum tamen pastura fuerit certa & designata ad certum numerum aueriorum. ¶ 20. Rex vicecomiti salutem. Præcipe A. quod iuste &c. reddat B. communiam pasturæ ad tot boues, & tot oues (& sic deinceps) in tali villa, quam clamat esse ius suum, vt pertinentem ad liberum tenementum suum in tali villa, in quam idem A. non habet ingressum, nisi per C. (cuius hæres idem B. est) qui pasturam illam ei dimisit ad terminum qui præterijt, vt dicit: & nisi fecerit &c.

1 ¶ De diuersitate Iuratam secundum diuersitatem breuium. 2 Si partes posuerint se in Iuratam secundum diuersitatem breuium. 3 Iurata sine assensu Episcopi, vel prioris vel Abbatis. 4 Item super Intrusionem. 5 Item breue si per uxorem que non nisi dotem &c. Cap. 6.

CUm petens se posuerit in inquisitionem & Iuratam de intentione probanda, & tenens similiter de responsione & exceptione, tunc fiant Iuratæ secundum formam & diuersitatem breuium in hac forma. ¶ 2. Si autem per virum cui vxor contradicere non potuit, tunc sic: ad recognoscendum super sacramentum suum, si prædictus talis tenens aliud ius vel alium ingressum habuit, vel simpliciter alium ingressum, in tantam terram cum pertinentijs in tali villa, quam prædicta talis clamat vt ius suum, vel vt ius & hæreditatem suam, vel vt ius & maritagium suum, vel vt dotem suam, quam habuit de dono talis primi viri sui, versus talem, quam per talem quondam virum suum, vel secundum virum suum secundum formam breuis de ingressu, & cui in vita sua

sua contradicere non possit, vel si ingressum habuit in prædictam talem terram per prædictum talem petentem qui terram illam ei dedit vel vendidit antequam prædictus talis vir suam desponsasset, vel post mortem talis viri sui in lege viduitate ipsius vxoris quæ terram illam ei dedit vel vendidit &c. Et semper cum modus & forma ingressus deducta sit, oportebit semper formare formam inquisitionis distincte secundum responsionem tenentis, qui dedit ingressum, excipiendo & respondendo, quod alium habeat ingressum quam petens proponat, vel diuersum, & per alium. Item si alio modo vxor alienauerit rem viri sui vel rem propriam sine consensu viri sui, tunc sic: Ad recognoscendum super sacramentum &c. si prædictus talis tenens, aliud ius vel alium ingressum habuerit in tantam terram: cum pertinentijs in tali villa quam talis clamat vt ius suum, si terra fuerit propria, vel quam talis & vxor eius clamant esse ius vxoris suæ, vel in dotem vxoris suæ, vel de rationabili dote secundum formam breuis de ingressu, & quam prædicta talis vxor ei dimisit sine assensu viri sui, vt idem petens dicit, vel si prædictus talis tenens ingressum habuit in terram illam per prædictum virum qui terram illam ei vendidit vel dedit, per prædictam vxorem ante desponsationem vel post, vt supra, sicut idem tenens dicit. ¶. 3. Item si sine assensu Episcopi, Abbatis, vel prioris, per capitulum fiat alienatio, vel per canonicum sine assensu capituli, vel per obedientiarium, vel procuratorem, sine consensu Abbatis vel prioris, vel per balliuum sine assensu domini, vel per balliuum dum quis fuerit in prisona, tunc semper fiat vna pars Iuratæ secundum formam breuis, & disiuncta secundum responsionem tenentis, & omni casu in breuibus de ingressu singularibus, vt si per illum qui tenuerit in villenagio. Item per aliquem dum non fuit sanæ mentis. Item si per eum qui non tenuerit nisi ad vitam. Item per felonem post feloniam factam. Item si ingressus simpliciter proponatur & simpliciter dedicatur, absque eo quod aliquid excipiat contra ingressum, tunc sic: Ad recognoscendum. &c. si A. pater B. aliud ius vel alium ingressum habuit in tantam terram cum pertinentijs. &c. Nisi per. C. custodem. D. fratris E. scilicet qui petit, cuius hæres ipse. E. est dum idem. D. fuit infra ætatem, & in custodia prædicti. C. cum terra sua & alijs terris suis, quia tam prædictus. B. filius & hæres prædicti. A. cui. F. de. N. vvarantizauit prædictam terram, & versus quem. B. idem. E. in eadem curia nostra clamauit terram illam vt ius suum, quam prædictus. E. frater & hæres prædicti. D. posuerunt se inde in Iuratam illam, & interim. &c. & se interim ita inde certificent quod præfatos Iusticiarios nostros inde reddant certiores. Teste. &c.

¶. 4. Item si per intrusionem tunc, sic: Ad recognoscendum super sacramentum, suum si. A. pater B. die quo obiit fuit seysitus vt de feodo de tanta terra cum pertinentijs in tali villa, quam. C. in curia nostra. &c. clamat vt ius suum versus prædictum. B. vel si idem. B. alium ingressum non habuit in terram illam cum pertinentijs, quam per hoc quod se intrusit in terram illam post mortem prædicti. A. patris sui, cui prædictus C. terram

terram illam dimisit ad terminum qui præterijt, (vt dicitur) quia tam prædictus &c. Et hæc exempli causa sufficiant, quia infiniti sunt ingressus, & formæ breuium infinitæ, & variantur formæ inquisitionum multipliciter, & sæpius secundum varietatem breuium, & responsionum: de quibus omnibus (cum sint infinita) mentio fieri non poterit. ¶.5. Item si vxor alienauerit dotem & dicatur in breui de ingressu: Et in quam talis non habet ingressum nisi per talem, quæ fuit vxor talis, qui terram illam ei dimisit, & quæ non nisi dotem inde habuerit, de dono talis quondam viri sui, post cuius mortem terra illa reuerti debet ad talem sicut ad warrantum de dote sua, si tenens ingressum illum per talem defendat, & dicat quod nullum habuerit ingressum per prædictam vxorem sed per talem antecessorem ipsius petentis (cuius hæres ipse est) qui terram ei dedit, per chartam suam quam profert, & quæ hoc testatur: si ex parte aduersa replicetur, quod charta valere non debeat eo quod facta fuit dū donator non fuit compos mentis suæ, tunc fiat vt supra, quia cognoscit quodammodo chartam & donum, licet inualidum, & de iure irritandum. Item si charta omninò dedicatur, vel dicatur quod omninò valere non debeat, quia ille qui donasse debuit nullam omninò inde seysinam habuit, tunc petens probet dictum suum si possit. Sed simplicij voci suæ non erit credendum, nisi sufficientem habeat probationem, nisi ita sit quod credendū sit ei & simplicij voci suæ in causæ cognitione. Et in quo casu, tenens se ponet in Iuratam per hec verba. Sed videndum erit vtrum ille qui dedit hæres fuit & warrantus de dote mulieris, vel extranea persona, quod si non: non valeret donatio, sed si sic: valere poterit. Poterit enim hæres dare id quod suum est, scilicet proprietatem, ius & feodum & attornare donatorio seruicium, ita quod vxor tenens quoad vixerit habeat liberum tenementum. Et si vxor tenens dum vixerit se dimiserit, & donatorio suo seysinam reddiderit, non habet propter hoc donatorius ingressum per vxorem sed per hæredem, quod secus esset, si tantum per vxorem. Ideo dicatur: Ad recognoscendum si prædictus A. pater B. aliud ius vel alium ingressum habuit in prædictam terram, quam per prædictam C. quæ terram illam tenuit in dotem, de dono prædicti D. quondam viri sui (cuius hæres ipse est) scilicet qui petit sicut idem E. dicit vel si ingressum habuerit in terram illam per prædictam B. qui terram illam ei dedit per chartam suam, & inde eam posuit in seysinam ita quod attornauit eidem A. seruicium prædictæ C. de prædicta terra vt idem B. dicit, & interim &c. et hoc sufficiat de inquisitione ad præsens.

1 Si Iurata summonenda sit coram iustic.

Cap.7.

SI autem aliqua Iurata summonenda sit coram Iustic. vel coram ipso Rege quæ aliquādo fuit coram.iiij. iustic. assignatis, tunc fiat tale breue. Rex vic. salutem, præcipimus tibi quod iuratam quæ summonita fuit coram dilectis & fidelibus nostris &c. in aduentu ipsorum in partes illas inter tales de tanta terra cum pertinentijs in tali villa, & quæ Iurata nondum capta est (vt idem talis recordatur) venire facias coram Iusticiarijs

ciarijs nostris &c. in eodem statu quo summonita fuit coram præfatis talibus, & habeas &c. Et in quo casu, si recognitores non venerint, tunc fiat tale breue. Præcipimus tibi quòd habeas coram &c. ad talem terminum corpora. A. B. & C. recognitorum iurata summonitæ in curia nostra. &c. inter tales de tanto terræ &c. ad faciendam iuratam illam, vel ad faciendam Iuratam illam cum alijs ad hoc electis. Præcipimus etiam tibi quòd locotalis vnus electorum qui obiit, vel qui amotus est, ponas alium militem, & illum habeas ad præfatum terminum ad faciendam Iuratam illam simul &c. vel sic: præcipimus tibi quòd in iurata quæ summonita est &c. inter tales de tali re &c. ponas sex liberos & legales homines, alios a præelectis ad præelectos, & qui non sunt effoniabiles, & eos habeas coram &c. ita quòd iurata illa non remaneat pro defectu recognitorum &c. qui interim tenementa illa videant &c.

1. De breuib. Si firmarius petierit seysinam propriã. 2. Qualia breuia non vertuntur ad breuia de recto per narrationem, quia ille qui petit non habet nisi liberũ tenementum. 3. Qualiter & quæ vertantur. 4. Qualiter recurritur per inquisitionem per iuratam de ingressu. Cap. 8.

Item: Inter cætera in fine notandum, quòd cum aliquis firmarius petierit seysinam propriam, hoc facere possit, etsi non habuerit ius in re, siue in tenemento, & illud alicui dimiserit ad terminum qui præterijt, quia quodammodo ius habet possessorium quale quale, quare competat ei actio de dimissione propria & facto proprio. Quod si in feodo, tunc expirat sua actio, & tunc incipit competere proprietario, vel de noua disseysina vel de ingressu, vel de mero iure per breue de recto, secundum quod tenuerit ad vitam quocunq; modo, vt de libero tenemento tantum, vel in feodo sibi & hæredibus suis, sine vsu & expletijs tantum, vel cum vsu & expletijs vt de iure mero. Si autem ille dimiserit qui tantum tenuit ad terminum vitæ, & de seysina propria petierit ingressum, vbi alius habuerit proprietatem, feodum scilicet & ius merum, tale breue nunquam vertetur per narrationem in breue de recto. Eodẽ modo si quis petierit per ingressum tenementum quod dimisit ad terminum, & quod tenuit tantum in feodo sine vsu & expletijs, nunquam vertetur tale breue de ingressu per narrationem in breue de recto. ¶. 2. Si autem petierit de seysina propria quod tenuit vt liberum tenementum & in feodo cum vsu & expletijs, & sic de iure mero, tunc competere poterunt petenti duæ actiones, & vti poterit qua voluerit. Et tunc etiam vna electa, vertitur quandoquẽ vna in aliam. Competit enim ei breue de ingressu, vel breue de recto. Et si breue de ingressu eligitur vbi omnia prædicta concurrunt, & petens fundauerit intensionem suam, & docuerit de iure suo, & quòd ad ipsum pertineat actio, tunc proponet ingressum, & illum probet per patriam, vel instrumentum, vt supra dicitur. ¶. 3. Et si primò posuerit ingressum, & postea docere velit de mero iure suo per descensum, sic vertitur breue de ingressu ad breue de Recto, & con-

& coniungitur vna actio cum alia, scilicet per breue de recto, vel per breue de ingressu per iuratum, secundum quod tenens elegerit, totum terminabitur negotium. Et ideo habet tenens electionem, quia si cum petenti plures competant actiones, & uti poterit qua voluerit, eodem modo si tenenti competant plures responsiones siue exceptiones peremptoriae, quae terminant totum negotium, uti poterit pro voluntate sua, quacumque illarum voluerit, quatenus tempus & probatio permiserit, ut si se tenuerit tenens ad ingressum, cauendum erit quod terminus non excedat tempus assisae mortis antecessoris, ita quod deficiat probatio de proprio visu & auditu. Et si se tenuerit ad rectum, extunc sicut per breue de recto erit procedendum, postquam tenens se posuerit in magnam assisam, vel se defenderit per duellum: & sic vertetur vna actio proprietatis, in aliam super proprietate. Sed actio super possessione nunquam per narrationem vertetur ad actionem super proprietate, nec econuerso. Sed cum utraque actio competat petenti ab initio & inceperit petere primo per breue de recto, & narrauerit de iure suo per descensum, si tempus probationis permiserit in fine, post descensum bene poterit descendere ad ingressum per hec verba. Et vnde talis non habet ingressum nisi per talem cui &c. (ut supra per totum) siue hoc fuerit de propria seysina siue aliena & tunc (ut supra) secundum quod tenens elegerit defensionem erit procedendum, sicut per breue de recto in omnibus tam in essonijs quam in alijs, secundum quod proceditur per breue de ingressu & de hac materia infra de esson de malo lecti. ¶ 4. Quandoque tamen locum habet breue de ingressu, & probatio de visu proprio & auditu, vltra terminum assisae mortis antecessoris, quod quidem contingit de necessitate, & pro defectu alterius actionis, vbi quis qui non habuerit nisi liberum tenementum, dimiserit ad terminum longissimum, qui excedit tempus assisae mortis antecessoris, & vbi scilicet agere non possit per breue de recto super iure mero, cum nullum aliud ei competat remedium, tunc de necessitate recurritur ad inquisitionem per iuratum de ingressu, non obstante termino, quia quod aliis non est licitum, necessitas licitum facit, ut si quis qui ad vitam tenuerit quacumque ratione, vel in feodo sine vsu & expletijs, dimiserit ad terminum talem qui excedit tempus assisae mortis antecessoris, & vltterius superuixerit, per tempus qui excedit terminum, adhuc subuenitur ei per breue de ingressu, & per iuratum, & probationem de visu proprio alicuius, & auditu, quod de iure non esset concedendum. Et quod ita fieri possit, probatur de termino sancti H. Anno Regis H. viii. in com. Lync. de Thoma de Estotengni, vbi quedam quae tenuit nomine dotis, dedit cuidam ad terminum dotem suam, qui durauit per lx. annos & amplius. Et petijt per breue de ingressu. Et secundum ea quae dicta sunt, perpendi poterit quod quodlibet breue de ingressu non conuertitur in breue de recto, nec etiam in persona cuiuslibet petentis per breue de ingressu, quia ei soli competit qui loqui possit de seysina propria, vel alicuius antecessoris sui, qui inde obiit seysitus ut de feodo & iure, & cuius seysinam petierit, non autem in persona eius qui ad terminum annorum tenuerit, sicut firmarius, ut si ad terminum alicui tradiderit, & finito termino illo terminum suum repetere voluerit.

Idem

Idem dici poterit de eo qui tenuerit ad terminum vitæ quocunq; modo vt liberum tenemētum, & illud dimiserit ad terminum, & finito termino repeteret vellet quod dimisit. Item illud idem dici poterit de eo qui non tenuerit nisi in feodo tantum, sine iure mero. j. sine vsu & expletijs, & tales licet ius habuerint quale quale, sicut ius possessorium, non tamen petere poterunt ius proprietatis, nec in iudiciū deducere, quia ius tale non habuit. Cū igitur competat alicui vtrūq; ius, v. possessionis, & proprietatis, & petat per breue de ingressu feyfinam propriam, vel alicuius antecessoris, vt ius & hæreditatem suam, vel maritagium suum cum expressione tali vel sine, & sic dicat in fundatione intentionis suæ. Peto tantum terræ cum pertinentijs vt ius meum &c. Et vnde ego, vel talis antecessor meus fuit feysitus in dominico suo vt de feodo tempore talis Regis, capiendo expletia ad valentiam tanti, & de tali descendit ius illius terræ tali, & sic per omnia sicut per breue de recto, vsq; ad petentem. Et tunc adijciat: & vnde idem talis non habuit ingressum nisi per talem. &c. Et ita quod faciat mentionem de ingressu, statim incipit breue de ingressu esse breue de recto ex narratione petentis, nisi tenens ingressum elegerit. Et cū in electione tenētis sit ab initio in responsione sua vtrum se tenere voluerit ad defensionem iuris vel ingressus, omnia habebit remedia, & omnes dilationes quæ ei competere possent per breue de recto, saltē quousq; elegerit defensionem iuris, vel ingressus. Et si defensionem iuris elegerit, remaneat loquela sicut per breue de recto. Si autem defensionem ingressus, q̄ tunc desinat esse breue de recto, & redeat iterum ad naturam suam sicut per breue de ingressu. Cū autem petens ab initio, & in intentione sua proponat vtrumq; scilicet ius & ingressū, oportet quod offerat se probare vtrumq;, nisi tenens velit ius suum recognoscere. Ad cuius intentionem & probationem, oportet tenentē vtrumq; defendere, habebit tamen electionem quam istarum defensionum subire voluerit, iuris v. vel ingressus: vtramq; vero subire non tenetur, cū vna sufficiat per se sine alia, quia cū petens ius suum proponat & ingressum, si in probatione vnus deficiat, erit quasi deficeret in probatione vtriusq;, propter conjunctionem copulatiuam (&) quæ vtramq; coniungit. Expedi igitur tenenti illam partem eligere quam petēs probare non possit, & incerta erit probatio petentis donec tenens elegerit: poterit enim petens ius habere in re petita, & tamen inde ingressus non erit talis vt pponitur. vel econuerso, poterit etiam esse quod petens ius habeat in re petita, & quod talis sit ingressus vt proponitur, quo casu cū tenens ad duas non teneatur defensiones, nec petens per consequens ad duas probationes, & facta electione, probare possit illam quam tenens elegerit, hoc erit tenenti periculosum. Et quia cū elegerit ius, videtur tacitē innuere per consequens ingressum esse talem vt proponitur, & econuerso. Cū autem tenens elegerit defensionem iuris contra intentionem & probationem petentis, & aliam habebit electionem, vtrum v. se ponere voluerit in magnam assisam, vel defendere per duellum, secundum quod inferiūs dicetur in causa proprietatis, per breue de recto, & maximè si tales sint personæ petens & tenens, quod inter eos iaceat magna assisa, vel

OOOo.j.

duel-

duellum. Si autem coniunctæ sint personæ & sit ius descendens vtrique de vno stipite, sicut inter fratres, antenatum & postnatum, auunculum & nepotem, vbi locum habebit computatio quis eorum sit hæres propinquior, & cum de propinquitate constiterit, quandiu casus Regis durauerit, nunquam ad iudicium procedetur. Cum autem breue de recto (vt prædictum est) per narrationem petentis, & responsonem tenentis qui ingressum elegerit, vertatur ad breue de ingressu, extunc deficiunt tenenti esse dilationes, & essonia de malo lecti, quæ ei competebant antequam tenens ingressum eligeret, & extunc procedendum erit sicut per breue de ingressu. Si autem defensionem iuris elegerit, tunc fiat per omnia sicut dictum est supra, inter extraneas personas & coniunctas. Et in fine notandum, quod si inter coniunctas personas in placito per breue de recto, & per narrationem adijciatur de ingressu, non expedit tenenti quod se teneat ad ingressum, quia si talis sit ingressus vt proponitur, & probari possit, & tenens cum ingressum elegerit, & per consequens tacite innuit ius esse petentis, vt proponitur, probato ingressu, non obstante casu Regis, petens obtinebit. Si autem ad defensionem iuris se tenuerit, siue talis sit ingressus vt proponitur siue non, facta computatione parentelæ, quamuis constiterit quis eorum sit hæres propinquior, nunquam procedet iudicium propter casum Regis, nec aliud vnquam in causa proprietatis, inter coniunctas personas, durante casu, dum tamen tenens ad defensionem iuris se tenuerit.

Henrici de Bracton de legibus & consuetudinibus Angliæ liber quintus, qui diuiditur in quinque Tractatus, quorum primus est de Recto.

1 De materia huius libri. 2. Quare hoc placitum de Recto ultimo ponitur.

Cap. 1.

EXpedito tractatu de assisis & recognitionibus, quæ proditæ sunt super iure possessorio, ad seysinam propriam, vel alicuius antecessoris vt de feodo recuperandam: Et similiter expedito tractatu placitorum de ingressu assequendo, consequenter agendum erit de placito super iure, & proprietate, de seysina propria vel alicuius antecessoris, de tenemento vel aliquo alio iure, de quo antecessor non obiit seysitus vt de feodo, & vbi in iudicium deducitur, & terminatur vtrumque ius simul, tam possessionis vz quàm

yz quàm proprietatis, secūdum quod inferius dicitur, & ibi ratio quare. ¶. 2. Placitū vero de recto vltimū sibi locū vendicat in ordine placitorū, quia quicumq; in hoc placito semel amiserit per iudicium, vel per assisam, vel per duellum, nūquam ad aliam actionem habebit regressum, quia sēper obstat ei exceptio rei iudicatæ. Et tale erit iudicium reddēdum, scilicet quòd petens recuperet seysinam suam quietè sibi & hēredibus suis, de prædicto tali tenente & hēredibus suis imperpetuū. Per iudicium dico : quia secus est si per defaultam, aliqua habita distinctione, sicut inferius dicitur de defaultis. Et si quis semel egerit per hoc breue de recto qualitercunq; (vt prædictum est) si in suo loco impetretur, nunquā postmodum ad actionem super possessione regressum habebit, & maximè cūm placitum per breue de recto, vtrumq; ius, tam possessionis quàm proprietatis (vt paulò ante dictum est) comprehendat.

1. De diuersis formis breuium de recto. 2. Breue de Recto si terra partibilis sit de Socagio. 3. Breue de Recto balliuus sokæ vel custodibus honorum. 4. Breue de Recto si quis tenere debet in capite de Rege. 5. Breue de Recto custodi vbi hares fuerit infra aetatem. 6. Breue balliuus maneriorum secundum consuetudinem maneriorum. 7. Breue balliuus de burgo. 8. Breue de Recto de dote vbi mulier partem habuerit. 9. Breue de Recto de seruitijs & consuetudinibus. Cap. 2.

ET quia variæ sunt formæ breuium de recto, ideo de formulis videamus, & in primis de illis quæ aliquando terminantur in curia dominorum suorum, quorum hæc est prima. Rex tali episcopo salutem, præcipimus tibi quòd sine dilatione plenum rectum teneas tali de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa, quod clamat tenere de te, per liberum seruicium tanti per annum pro omni seruicio, & quod talis ei deforciat. Et nisi feceris, vic. talis faciat, ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu recti. Teste, &c. Vel sic : de tertia parte vnus feodi militis in tali loco vel villa, quam clamat de te tenere, & quam talis ei deforciat. Si autem seruicium sit militare, tunc sic : Per seruicium feodi vnus militis, vel dimidij, vel quartæ partis feodi vnus militis, vel per seruicium tot denariorum quando 40. s. capiuntur de scuto, vel sic : per seruicium tot denariorum quando duæ marcæ vel xx. s. capiuntur de scuto, vel per seruicium, vnde tot carucatæ faciunt feodum vnus militis, vel sic : per seruicium vnde tot bouatæ vel tot virgatæ terræ faciunt feodū vnus militis pro omni seruicio. Et notandum quòd in seruicio militari non dicitur per liberum seruicium, & ideo, quia constat quòd feodum tale liberum est, nec etiam, vbi quantitas feodi exprimitur in quantitate terræ petita, non opponitur aliquod seruicium, quia in quantitate feodi ostenditur quantitas seruicij. Sunt autem infinita seruicia, & diuersa, & innumerabilia in breui de recto, secūdū quod sunt a diuersis dominis capitalibus feoffatoribus constituta. Et ideo non possūt in scripto comprehēdi omnia. Fit etiam aliquando feoffamentum sic, & breue sic. Quod clamat tenere de te per liberum seruicium inueniendi tibi vnum seruientem equitem ad eundem tecum in exercitum in Valliam, ad summonitionem tuam, ad custum

OOOo.ij.

suum,

sum, vel custū tuū, pro omni seruicio vel sic: Per liberū seruiciū sequēdi curiam tuam, vel portandi breuia tua infra regnum Angliæ, ad summonitionem tuam, & custum suum, vel custum tuum, pro omni seruicio. vel sic: Per seruiciū vnus Asturcij fori, vel vnus esperuarij fori, vel per seruiciū vnus paris calcarium deauratorum, vel albarum cherothecarum, pro omni seruicio, & sic de alijs, secundum formam chartarum & feoffamentorum. Fit etiam aliquando seruiciū annuū, & seruiciū militare simul & pro eadem terra, & tunc in breui proponendum est seruiciū annuum, sic: Per liberum seruiciū .x.s. per annum, & tūc dicitur, & per seruiciū vnus feodi militis, p omni seruicio, quia si hec determinatio per annum postponeretur hūc vltimæ clausulæ, sic videretur referri ad totum præcedens, & ita sequeretur inconueniens, quia seruiciū militare non est annuum. ¶.2. Rex tali domino salutem. Præcipimus tibi quòd iustè & sine dilatione plenum rectum teneas talibus de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa, quod clamant esse rationabilem partem suam quæ eos, vel eas, contingit de libero tenemento quod fuit talis patris, vel matris, Aui vel Auix, Auunculi vel amitæ sui in eadem villa, & tenere de te per liberum seruiciū tanti per annum pro òni seruicio, quod talis ei deforciat, & nisi feceris, vicecomes talis faciat ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu recti. Teste. &c. vel sic: Quod clamat esse de rationabili parte sua quæ eos contingit de libero tenemento quod fuit talis patris vel matris, auunculi vel amitæ vt supra. ¶.3. Rex balliuo Sokæ de tali loco, vel custodi talis honoris salutem. Præcipimus tibi quòd sine dilatione plenum rectum teneatis tali, de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa, quod clamat tenere de prædicta Soka, vel de prædicto honore, per liberum seruiciū tanti per annum pro omni seruicio, quod talis ei deforceat, & nisi feceris, talis vicecom̄ faciet ne amplius inde clamorem audiamus p defectu recti. Teste &c. ¶.4. Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quòd iuste. &c. reddat tali tantum terræ cum pertinentijs in tali villa, quod clamat esse ius & hæreditatem suam, & tenere de nobis in capite, & vnde queritur quòd prædictus talis iniustè ei deforceat, & nisi fecerit, & idem talis fecerit te securum de clamore suo prosequendo; tunc summonneas per bonos summonitores præfatum talem, quòd sit coram Iusticiarijs nostris apud Westmonasterium: tali die, ostensurus quare non fecerit, & habeas ibi summonitores, & hoc breue Teste &c. ¶.5. Rex custodi terræ & hæredis talis salutem. Præcipimus tibi quòd iuste & sine dilatione plenum rectum teneas tali de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa, quod clamat tenere de prædicto hærede per liberum seruiciū tanti per annum pro omni seruicio, quod talis ei deforciat, & nisi feceris, vicecom̄ noster talis faciat, &c. ne amplius &c. ¶.6. Rex balliuus suis de tali villa salutem. Præcipimus vobis quòd sine dilatione, & secundum consuetudinem manerij nostri de tali villa, plenum rectum teneatis tali, de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa, quod talis ei deforceat, ne amplius &c. Teste &c. Si autem burgagium petatur, tūc sic.

¶.7. Rex

¶ 7. Rex balliuis suis de tali burgo salutē. Præcipimus vobis quòd plenum rectum teneatis A. de tali villa, de vno mesuagio cum pertinentijs in tali villa, quod clamat tenere de nobis per liberum seruitium tanti per annum pro omni seruitio, vel in liberum Burgagium, vel in liberum maritagium pro omni seruitio, quod talis ei detorciat, & nisi &c. Teste &c. Est etiã alterius modi breue de recto, quod dirigitur hæredi alicuius sub nomine mulieris quæ habuit partem dotis suæ, siue plus siue minus quod tale est. ¶ 8. Rex tali hæredi salutem. Præcipimus tibi quod sine dilatione plenum rectum teneas tali mulieri, de tertia parte tantæ terræ, vel redditus, vel bosci, vel prati, vel vnus vel duorum, vel tot mesuagiorum, cum pertinentijs in tali villa, quam clamat esse de rationabili dote sua quæ eam contingit de libero tenemento quod fuit talis quondam viri sui in eadē villa, vel in alia, & tenere de te per liberum seruitium vt supra. Si autem dos quæ petitur defendi debet sub seruitio dotis quæ tenetur, tunc sic: Quam clamat pertinere ad liberum tenementum suum quod de te tenet in dotem in eadem villa vel in alia, per tale seruitium, vel sic: Quam clamat tenere de te in dotē per tale seruitium. Est etiã alterius modi breue de recto de consuetudinibus & seruitijs, quod immediate dirigitur vicecomiti, vbi tenens seruitium suum dedixerit in parte vel in toto quod tale est. ¶ 9. Rex vic. salutē. Præcipe tali quod iuste & sine dilatione faciat tali consuetudines & recta seruitia, quæ ei facere debet de libero tenemento quod de eo tenet in tali villa, & nisi fecerit, & idem talis fecerit te securum &c. tunc sumoneas per bonos summonitores &c. quòd sit coram Iustic. nostris ad primam assisam, cum in partes illas venerint, ostensurus quare non fecerit. Et habeas &c. Teste &c. De seruitio vero quod quis cognouerit, si illud facere aliquando contradixerit, dirigitur tale breue vic. de iustitiando eum, quod dicitur breue de recto, in hac forma. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi quòd iustities talem, quòd iuste & sine dilatione faciat tali consuetudines & recta seruitia quæ ei facere debet de libero tenemento suo quod de eo tenet in tali villa, vt in homagijs, seleuijs, redditibus, areragijs & alijs, sicut rationabiliter monstrare poterit quod ei facere debeat, ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu Iustitiæ. Teste &c. Si autem tenementum fuerit in Burgo, tunc dicatur sic. Quod talis faciat tali recta seruitia, nulla tamen fiat mentio de consuetudinibus

1 ¶ Qualiter placita transferuntur a curia dominorum vsque ad comitatum. 2. Quod pluribus modis possit curia domini deficere. 3. De summonitionibus & modo procedendi in curia domini Regis. Cap. 5.

Constat ex præcedentibus quod quedam sunt breuia de recto ex supra nominatis quæ in curia dominorum terminari debent, & quæ aliquando per defaultam dominorum, qui rectum tenere, vel nolunt vel non possunt, transferuntur ad comitatum, & ibi multis modis terminari poterunt, nisi ita sit quòd tenens se posuerit in magnam assisam, vel quòd dominus Rex (ad instantiam petentis, & aliquando ad instantiam tenentis, sed ex iusta causa) velit quòd loquela ad curiam suam
a com

a comitatu transfertur, ideò per ordinem erit incipiendum a curijs dominorum vbi ipsi domini quandoque curiam tenent & quandoque eorum balliui, vt si ipse petens tenere clamauerit de aliquo per liberum seruitium, qui velit & possit loquelam in curia sua deducere & placitare & terminare per duellum, vel alio modo, qui quidem si nolit, vel non possit multis de causis, vel propter impotentiam, vel propter aliquam dubitationem emergentem, vel incidentem: & ita quòd curia sua de recto tenendo petenti deficiat, tunc ritè probata defalta per defaltam recti in curia domini capitalis, vicecomes rectum teneat per verba in breui contenta (& si non feceris vic. hoc faciat.) ¶ 2. Poterit quidem curia de recto tenendo deficere multis modis, vt si deforcians tenuerit de aliquo alio quàm de eo de quo petens tenere clamauerit, quia in hoc casu non habet dominus capitalis coercionem per quã deforciantem trahere possit ad curiam suam, propter quod de necessitate erit ad comitatũ recurrentum. Item quia capitalis dominus omninò recusat tenere rectum, vel cùm nemo sit, vel inueniatur in curia qui rectum teneat, vel quia ipse dominus nullã curiã habet, nec erit (vt videtur) ad superiores dominos capitales, p̄terquã ad comitatum recurrentum, cùm in breui contineatur, quòd si talis nominatus nõ fecerit, quòd vic. inmediate se intromittat. Item propter impotentiam domini capitalis, vt si warantus vocetur qui sit manens extra potestatem suam, vel forte deforcians alibi se effoniauerit de malo lecti, quàm infra potestatem domini sui, & ita quòd milites mittere in non possit, licet dominus Rex faciat hoc aliquando per breue suum. Item si tenens posuerit se in magnam assisam, & aliæ sunt causæ infinitæ. Et si dominus capitalis rectum tenere inceperit, & postea obierit, licet hæres suus infra ætatem extiterit, propter hoc non cadit breue, quia curia iudicabit. ¶ 3. De summonitionibus vero ad curiam capitalis domini faciendis, quæ esse debeant, vel quot sursum, vel quot esson fieri, nolo inferere huic tractatui propter diuersas consuetudines, quæ in diuersis curijs diuersimodè obseruantur. Sed sciendum quòd in visu petendo, & in waranto vocando, aliquando & in exceptionibus proponendis, & in duellis vadiandis, & in omnibus alijs quæ in curia dominorum terminari possunt & debent, obseruari debent prout in curia Regia obseruantur.

1 ¶ Qualiter defalta Recti in capitali domino debeat probari in curia Regis. 2 De processu in comitatu post defaltam curia probatam. 3. Quando loquela incipit esse in comitatu. Cap. 4.

CVm autem ita sit quòd dominus capitalis rectum tenere nolit, vel non possit, & curia sua ita de recto defecerit, videndum erit qualiter defalta probari possit, & debeat, ita quòd loquela ad com̄ trãferratur, & tunc quando loquela incipit esse in com̄, & vsque ad quod tempus dominus capitalis curiam suam petere possit, cùm forte de recto non defecerit. Post defaltam curiæ domini capitalis, statim ad comitatũ accedat petens & ostendat ibi quòd curia domini sui ei defecerit de recto, & (secundum quosdam) vadiata probatione defaltæ in manum seruientis

tis domini Regis, vic. dicat seruiēti domini Regis, q̄ assūptis secū probis & legalibus hominibus, statim accedat ad curiā illius domini capitalis (si curiam habuerit & curiā tenuerit, vel si curiā non habuerit tunc ad locū vbi habuerit reseātiam, dum tamen hoc sit in feodo illo vbi terra illa est quæ petitur, & si nihil horum habuerit vel fecerit, tunc sufficit q̄ defaltam probet quo loco voluerit, super feodum illud, secundū quod ipse dominus electionē habuerit tenēdi curiā suā quo loco voluerit sup feodū suū (cū extra nō liceat de iure) & videat seruiens si curia petenti defecerit de recto, q̄ ipse ei rectū tenere noluerit vel non possit, & statim per iuramētum ipsius petentis: & aliorū duorū quos petens secum habuerit, audiat seruiens probationē defaltæ in præsētia capitalis domini, si interesse voluerit per se, vel per certum attornatū, senescallū, vel aliū balliuū: secundum quod inueniri poterit de termino P. & S. T. anno Regis H. iij. in com̄ Surrey de Gylberto de Albyngewerth & Reginaldo de Brewese. Qui quidē si summonitus interesse noluerit, nihilominus procedat probatio, & probata defalta, vt prædictum est, redire debent ad comitatū tam petens quā seruiens. Et seruiente (qui in hoc recordum habet) probationem defaltæ attestante, tunc petat petens inde iudicium, & ibi per iudicium præcipitur, q̄ tenens summonetur q̄ sit ad alium comitatum inde petenti responsurus. Ad quem diem si vterq; comparuerit, procedat loquela, si autem neuter, sed se effoniauerit, dabitur alius dies per effon, & idem erit si de altero ipsorum. Si autem nullus, vacua erit loquela, quamuis videatur quòd cōpensari debeat defalta cum defalta, ex quo tenens quietus per iudicium non recessit. Si autem petente comparēte tenens non comparuerit, præsentibus summonitoribus, & sūmonitiones testificantibus, procedatur contra ipsum ad defaltam, secundum diuersam consuetudinem diuersorum comitatū, vel per captionem terræ in manum domini Regis, vel alio modo. Et secundum quòd in comitatu Lancaſter obseruatur, & quæ consuetudo ab M. de P. commendata fuit & approbata, & quæ talis fuit: quòd si tenens ad primam summonitionem non veniret, tunc præsentibus summonitoribus & summonitionem testificantibus, per considerationem comitatus summonetur secūdo q̄ sit ad alium comitatū, ad quem si non venerit præsentibus summonitoribus &c. vt prius, per considerationē comitatus capiatur parū nāpium de eadem terra nomine districtiōis, & tenens summonetur tertio, q̄ sit ad tertiu comitatum, ad quem si non venerit, capiatur magnum nāpium de eadem terra, scilicet aueria & catalla in duplum. pro aforciamēto districtiōis, & tenens quarto summonetur quòd sit ad quartum comitatū, ad quem si non venerit, per considerationē comitatus, capiatur terra in manū domini Regis, & tenens quinto summonetur q̄ sit ad quintum comitatū, ad quē si non venerit, nec terra petita sit per pleuinā, petens seysinā suā recuperabit per defaltam, nec poterit tenens se defendere contra recordum comitatus per legem, defendendo summonitionē & surſisas. ¶ 2. Fit etiam processus huiusmodi post defaltam probatam pluribus alijs modis & diuersis, secundum diuersitatem comitatum, quia post probationem defaltæ, faciet seruiens hundredi incontinenti summo-

summonitionē vel affidet partibus diem (si presentes fuerint) ad proximum comitatum & semper stabitur eius recordo cum testimonio proborum hominum qui presentes fuerint, & de summonitione facta, & die dato, & ad quem si tenens non venerit, se per legem non defendet contra recordum seruientis. Stabitur etiam eius recordo, si in curia Regis contentio habeatur, vtrum loquela fuerit in curia capitalis domini, vel in comitatu, vel si facta fuerit per eum summonitio vel non, vt de itinere Vv. de Ralegh in comitatu Vvarr. ¶ 3. Et quamuis quidam sic dicant, quod statim post summonitionem factam per seruientē, incipit loquela esse in comitatu, tamen non est ita, nisi tunc demum cum seruientis præsens fuerit in comitatu & testatus fuerit probationem defaultæ & summonitionē & cum ita fuerit loquela in comitatu, sine calumnia domini capitalis, siue tenens se effoniauerit siue non, capitalis dominus curiam suam nunquam rehabebit, siue tenens in comitatu se effoniauerit siue non. Ex tunc enim vel statim poterit loquela ad magnam curiam domini Regis per pone transferri, vel in comitatu terminari, & vnde cum multotiens contingat, quod petens per fraudem dicit quod curia de recto ei defecerit, cum forte loquela nunquam fuerit in curia domini capitalis, & cum ipse dominus paratus esset ei rectum tenere, ipse petens ad comitatum conuolauit. Et quo probato esset curia domino capitali restituenda, si illam ad horam petierit, oportet quod illam petat hora congrua, antequam loquela fuerit in comitatu, scilicet tertio die inclusiuē, ne si diem comitatu attenderet, superueniret protestatio probationis defaultæ, & summonitionis per recordum seruientis, vel effonium tenentis, & postea breue de ponendo loquelam ad magnam curiam, quia sic non esset curia petita ad horam.

1. ¶ Cum loquela fuit in comitatu translata. 2. De modo procedendi in placito de recto cum fuerit in comitatu & de forma diuersorum breuium. 3. Si in comitatu vocetur warantus. 4. Si tenens se posuerit in magnam assisam in comitatu. 5. Breue de pace vsque ad aduentum Iustitiariorum. 6. Prohibitio custodi. 7. Si placitum fuerit in comitatu de consuetudinibus & seruitijs. 8. Si ille qui se posuerit in magnam assisam de seruitijs & consuetudinibus & habuerit breue de pace distingatur a domino suo pendente placito. 9. Breue de pace vbi terra petita teneri debet in Gauelk ynd. 10. Quod tenens qui se posuerit in magnam assisam cum breue de pace habuerit perquirat sibi petens de arramando magnam assisam coram Iustitiarijs in aduentu ipsorum. 11. Breue de eodem de assisa arramanda. 12. De assisa arramanda cum placitum de recto fuerit de seruitijs & consuetudinibus. 13. Breue de assisa arramanda in Iurata de Gauelk ynd loco magna assise. 14. Qualiter renouetur placitum de comitatu ad magnam curiam per breue quod dicitur pone. 15. Pone ad petitionem petentis. 16. Pone ad petitionem petentis de consuetudinibus & seruitijs. 17. Pone ad petitionem tenentis & ex causa. 18. Vbi duellum vadiandum est contra consuetudinem regni. Cap. 5.

PRobata sic defaulta & per seruientem testata, & similiter summonitione, sic incipit placitum de recto esse in comitatu & vbi in effonia de malo veniendi ita fieri debet sicut fit in curia domini Regis, nisi ex consuetudine & ex iure antiquo aliter obseruetur. ¶ 2. De effonio vero de malo lecti ita fiat, secundum quod inferius videri poterit de effonijs si in comitatu. De visu vero habedo & de exceptionibus, & replicationibus,

bus, fiat sicut inferius dicitur, & eodem modo. Si autem vocetur warrantus in comitatu non habebit comitatus potestatem summonēdi warrantum ad warrantizandum sine speciali præcepto domini Regis, quo casu recurrendum erit ad curiam per breue de warrantia, quòd tale erit.

¶ 3. Rex vicecom̄ salutem. Præcipe tali quòd iuste &c. warrantizet tali, tantam terram cum pertinētijs in tali villa, quā talis Titius in curia nostra clamat esse ius suum, & vnde &c. vt infra inter breuia de warrantia. Et nisi fecerit quòd sit in aduentu iustic. &c. & vnde si in comitatu warrantizauerit, bene erit, si autem non, tunc dabitur dies partibus in aduentu iusticiariorum, vbi terminabitur p̄ tale breue placitū de warrantia, & cum warrantizauerit, remittetur loquela principalis iterum ad comitatū & ibi terminabitur si iustitiarij hoc voluerint. Poterit tamen vtraquē coram eis de gratia terminari si voluerint, etiam sine pone. Et si warrantus infra ætatem fuerit, remanebit principale placitum in suspenso in comitatu & placitum de warrantia coram iustitiarijs quousquē warrantus ætatem habuerit, quòd ad warrantiam respondere poterit. ¶ 4. Si autem tenens per duellum in comitatu se defendere voluerit, tunc fiat eodem modo in effonijs, & alijs, sicut fit infra de duellis. Cū autem tenens se posuerit in magnam assisam in comitatu, dabitur ei dies vsquē ad alium comitatū infra quem sibi perquirere debet breue de pact vsquē ad aduentum iustitiariorum, quod quidem facere non possit per interpositam personam, cū in propria persona iurare teneatur quòd tenens est, et quòd se in comitatu posuerit in assisam, quòd si infra comitatum sibi non perquisiuerit, vel effoniatu non fuerit, sed defaultam fecerit, amittere poterit per defaultam, saluo ei quòd habeat recuperare suum quale habere debet. Et eodem modo faciat petens ex parte sua, perquirat sibi breue de summonēdo magnam assisam coram iustitiarijs ad eundem terminum, secundum quòd inferius dicitur. ¶ 5. Rex vicecomiti salutem. Prohibem⁹ tibi ne teneas placitum quod est in comitatu tuo inter A. petentem & B. tenentem de tanto terræ cum p̄tinentijs in N. quòd idem A. clamat versus prædictum B. per breue nostrum de recto, nisi duellū inde fuerit vadiatum, quia idem B. (qui tenens est) posuit se in magnam assisam nostrā, & petit recognitionem fieri vter eorum maius ius habeat in terra illa. Et sic fiat de omnibus alijs assisis, secundum quod videri poterit in magnis assisis inferius. Si autem placitum de recto fuerit in curia alicuius, tūc fiat prohibitio custodi, vel balliuo, per tale breue. ¶ 6. Rex vicecomiti salutem. Prohibe balliuo vel custodi terræ & hæredis A. ne teneat placitū quod est in curia eiusdem custodis, vel balliui de tali honore &c. vt supra. Vel si prohibitio fieri debeat domino curiæ, tunc sic. Prohibe A. ne teneat placitum in curia sua inter A. petentem & B. tenentem de tanto terræ cum pertinentijs in N. quòd idem A. clamat versus eundem B. per breue nostrum de recto &c. Si autem placitum fuerit inter aliquos in comitatu de seruicijs & consuetudinibus per breue de recto patens, quòd dicitur, prohibemus: vel per breue de Iusticiando aliquem ad faciendum recta seruitia & consuetudines, & tenens se posuerit in magnam assisam

PPPP.i.

quod

(quod bene poterit) habebit breue de pace vicecomiti quod tale erit.

¶ 7. Rex vicecomiti salutem. Prohibemus tibi ne teneas placitū quod est in comitatu tuo inter A. petētem, & B. tenentem vel defortiantem, de consuetudinibus & seruitijs quæ prædictus A. exigit de prædicto B. per breue nostrum de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa, nisi duellum inde vadiatum fuerit, quia idem B. (qui tenens est) posuit se in magnam assisam nostrā, & petijt recognitionē fieri vtrum debeat prædicto A. de prædicto tenēto tale seruiciū & tale, tantum per annum pro omni seruitio sicut ei recognoscit: an idem seruiciū, & præterea tale, & tale, sicut idem A. ab eo exigit. Teste &c. Et variatur istud breue multotiens secundū varietatem seruitiorū. Contingit quandoquē quod ille qui se posuerit in magnam assisam de seruicijs & consuetudinibus, postquam sibi perquisiuerit breue de pace vsquē ad aduentum iustitiariorum, interim nihilominus distringitur pro eisdem seruitijs per domium capitalem, & quo casu consulitur ei per breue quod tale est.

¶ 8. Rex vicecomiti salutem. Ostendit nobis talis, quod cum tulerit tibi breue nostrum de pace habenda vsquē ad aduentum iustitiariorum ad partes illas de seruicijs & consuetudinibus quas talis ab eo exigit, & quas ei non cognoscit, & vnde posuit se in magnam assisam nostram coram te in comitatu tuo. Idem talis nihilominus distringit eum pro eisdem seruicijs & consuetudinibus quas ei non cognoscit, & in alijs grauis existit eidem & iniuriosus. Et ideo tibi præcipimus quod non permittas de cetero quod prædictus talis distringat ipsum talem pro eisdem seruitijs & consuetudinibus, ita quod prædicta occasione de cetero ei molestiam inferat vel grauamen. Et ita te habeas in hoc negotio &c. Teste &c.

¶ 9. Rex vicecomiti salutem. Prohibem⁹ tibi ne teneas placitum quod est in comitatu tuo inter talem & talem &c. vt supra, nisi duellum &c. quia idem talis qui tenens est, posuit se in Iuratam loco magnæ assisæ prouisam & concessam, & petijt recognitionem fieri vter eorum maius ius habeat in terra illa Teste &c. Et notandum est quod omnia breuia de pace sic fiunt, vt supra: vel sic: vel quod sit prohibitio vicecomiti ne teneat, vel vicecomiti quod alijs prohibeat, sicut dominis, custodibus, vel balliuis, ne ipsi teneant placitum quod est in curia eorum &c. vt supra. Et sciendū quod omnia breuia de pace irrotulari debent in rotulo de Cancellaria.

¶ 10. Cū autem tenens huiusmodi breue de pace sibi perquisiuerit, statim debet petens aliud sibi perquirere, scilicet de magna assisa coram iusticiarijs in eorum aduentu arramanda, et per quod summonentur quatuor milites ad eligendum duodecem ad faciendam assisam illam, in hac forma.

¶ 11. Rex vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores quatuor legales milites de comitatu tuo quod sint coram Iustitarijs nostris ad primam assisam cū in partes illas venerint, ad eligendum super sacramentum suum duodecem de legalioribus militibus de visneto tali, qui meliūs sciant & velint veritatem dicere, ad faciendam recognitionem magnæ assisæ nostræ inter talem petentem, & talem tenentem, de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa, quia idē talis (qui tenens est) posuit

posuit se in magnam assisam nostram, & petit recognitionem fieri vter eorum maius ius habeat in terram illam. Et summonneas per bonos summonitores prædictam talem &c. quòd tunc sit ibi auditurus illam electionem, & habeas ibi nomina militum & hoc breue Teste &c. Et sciendum quòd variantur huiusmodi breuia secundum varietatem assisarum, secundum quòd videri poterit infra de assisis. ¶ 12. Rex vicecom̄ salutem. Summonneas per bonos summonitores quatuor legales milites de comitatu tuo &c. vt supra, ad faciendam recognitionem magnæ assisæ nostræ inter A. petentem & B. deforciantem de consuetudinibus & seruicijs quæ idem A. exigit a prædicto B. de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa. Et vnde idem B. (qui tenens est) posuit se in magnam assisam nostram, & petit recognitionem fieri vtrum debeat prædicto A. de prædicta terra tale seruicium, vel tale, tantum per annum pro omni seruitio sicut ei recognoscit, an idem seruicium, & præterea tantum, sicut idem A. ab eo exigit. Et summonneas &c. vt supra. ¶ 13. Rex vicecom̄ salutem. Summonneas &c. quatuor legales homines de comitatu tuo qui teneant in Gauelkynd, & sint coram iustitarijs nostris &c. (vt supra) ad eligendū super sacramentum suum xij. de legalioribus hominibus de visneto tali, qui teneant in Gauelkynd, & qui melius sciant & velint veritatem dicere, ad faciendam iuratum loco magnæ assisæ prouisam & concessam, inter tales &c. vt supra. Et summonneas &c. et habeas &c. ¶ 14. Et tali modo procedet placitū de recto in comitatu, nisi forte sit aliquis capitalis dominus, vt prædictum est, qui curiam suam ad horam petierit antequam placitum fuerit in comitatu, vel forte cum in comitatu fuerit perquirat sibi petens de ponendo loquelam illam ad magnam curiam, p. breue quod vocatur (Pone) & quod tenenti de facili non conceditur, nisi ex causa necessaria in breui exprimenda. ¶ 15. Rex vicecom̄ salutem. Pone ad petitionem petentis coram iustitarijs nostris apud westm̄ tali die loquelam quæ est in comitatu tuo per breue de recto inter A. petentem & B. tenentē de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa, vel sic: exceptis tot acris &c. Et summonneas &c. prædictum B. quòd tunc sit ibi præfato A. inde responsurus, & habeas ibi summonitores & hoc breue Teste &c. ¶ 16. Rex vicecom̄ salutem. Pone ad petitionem petentis coram iustitarijs nostris apud w. tali die loquelam quæ est in comitatu tuo per breue nostrum inter A. petentem & B. deforciantem de consuetudinibus & seruicijs quæ idem A. exigit de prædicto B. de libero tenemento suo quòd de eo tenet in tali villa &c. Et summonneas &c. præfatum B. quòd tunc sit ibi præfato A. inde responsurus, et habeas ibi summonitores, & hoc breue, & aliud breue. Teste &c. Et ideo dicit (aliud breue) vt si placitum fuerit in comitatu per aliquod breue clausum inter aliquos, de debito, vel de alia re, & ita quòd non sit patens, & quòd quidem remanere debet penes petentem. Sed esto quòd tenens warrantum vocauerit in comitatu antequam loquela posita fuerit coram iustitarijs de banco, et ita quòd warrantus diem habeat coram iustitarijs itinerantibus, quia statim ad præceptum vicecomitis non warrantizauit, nunquam fiet mentio in pone de varanto. Non, quia in curia dñi Regis post essonia & dilationes incipiet petens narrare versus tenentem,

tem, ex quo warrantus in comitatu nondum warrantizauit, & ipse tenens tunc incipiat de nouo warrantum vocare, & dies datus coram iustitiarijs itinerantibus nullus erit & locum non tenebit. Raro autem fit hoc breue (Pone) ad petitionem tenentis, vt prædictum est, nisi ex causa quæ multiplex esse poterit, vt si tenens longè agens fuerit in partibus transmarinis, vel ita impotens sui quòd comparere nõ possit in comitatu, vel vice versa, si petens sit vicecomiti parentela coniunctus, seruiens, vel multum familiaris, vel sit valde potes, et vicecomes de com, et sit talc (Pone) sic. cñ causa expressa. ¶ 17. Rex vicecomiti salutem. Pone ad petitionem tenentis, eo quòd agit in partibus transmarinis, vel eo quòd petens est amicus, vel familiaris vicecomiti, & huiusmodi, coram iustic. nostris ad talem diem loquelam quæ est in comitatu tuo per breue nostrum de recto, inter A. petentem & B. tenentem de tanto terra cum ptinentijs in tali villa. Et dic prædicto A. quòd tunc sit ibi loquelam suam versus prædictum B. profecuturus si voluerit. Et habeas ibi hoc breue. Teste &c. Et notandum quòd si tenens quacunq; de causa perquisiuerit suum (pone) coram iustitiarijs, et primo die coram eis defaltam fecerit, oportet eum wayuare suum (Pone) vel amittet per defaltam. Item esto quòd petens defaltam fecerit primo die cum (Pone) suum perquisiuerit, & cum tenens se essoniauerit, recesserit essoniator sine die, non poterit petens ulterius per aliud (Pone) resumere placitum suum, & illud iterum transferre de comitatu ad magnam curiam, quia in comitatu nullum est placitum ex quo inde semel translatum est: vt de termino Pasche anno regni regis H. nono in comitatu Huni de Wilhelmo Hatechrist & Roberto de washyngley. Et vnde idem Robertus (qui tenens fuit) recessit sine die de placito illo, quod translatum fuit a comitatu p secundum pone, et ideo placitum de nouo reincipiendum. Transfertur etiam loquela ad magnam curiam ad petitionem petentis ex necessitate propter priuilegium tenentis, quale habet templarij, et hospitalarij, & alij plures, quòd non respondeant de aliquo placito nisi coram ipso rege, vel eius capitali iustituario, qui etsi aliquando contra priuilegium suum intrauerint in responsum, ex poenitentia resilire non possunt: vt de Itinere Abbatis de Radyng & M. de Pateshul in comitatu Wygori anno regni regis H. quinto. Transfertur etiam generaliter quælibet loquela de comitatu per necessitatem. s. vbi comitatus non habet potestatem terminandi placitum, vt si bastardia obijciatur, vel huiusmodi, & eodem modo propter difficultatem iudicij, & multis alijs modis. Et eodem modo transferuntur loquelæ coram iustitiarijs Itinerantibus & indifferenter, absq; eo quòd aliquid detur pro (pone) Et eodem modo de curijs Baronum. Et in fine notandum, quòd in placito per parum breue de dominicis domini regis, nullum fiat (Pone) Transfertur etiã loquela a comitatu ad curiam, propter falsum iudiciũ, vel fatuũ. ¶ 18. Rex vic. salutem. Pone coram iustitiarijs nostris &c. duellum quod vadiatum est in comi tuo inter A. querentem & talia hundreda, de quodã iudicio eisdem A. facto, de auerijs captis & contra vadiũ & plegium detentis vt idem A. dicit. Et vnde queritur quòd duellum istud iniuste & contra consuetudinem regni nostri vadiatum est. Et interim recordum illud vnde prædictum

tum. In bellum vadatum fuerit fieri facias, & illud habeas coram prefatis iustitiarijs nostris ad predictum diem quatuor legales milites de comitatu tuo qui recordo illi interfuerint. Et summonneas &c. iij. legales milites de comitatu tuo, qui recordo illi interfuerint, & praterea quatuor legales milites de quolibet hundredoru predictoru, qui tunc sint ibi auditari recordum illud, & responsuri, & iudiciu recepturi, pro predictis hundredis. Et habeas ibi summonitores, nomina milium, & hoc breue Teste &c. Et sunt hmodi formæ infinitæ secundu diuersitatem placitorum.

¶ De diuersitate & diuisione summonitionis. 2. ¶ De summonitione generali. 3. De summonitione speciali. 4. Quis potest summonere. 5. Per quos & per quot facienda sit summonitio & quando. 6. Que summonitio sit legitima. Cap. 6.

TRanslata ad magnam curiam ad petitione perentis loquela quæ incepta est p breue de recto p Pone, oportet q summonetur tenens quod sit ibi petenti inde responsurus. Et vnde in primis videndu est an sit summonitus, & ideo de summonitionibus aliquid dicatur. Et sciendu q est summonitio, & est post summonitione aliquando captio in manu dñi regis p defalta, vel attachiametu, secundu quod actio fuerit realis, vel psonalis, secundum quod inferius dicetur. Item est mandatū dñi Regis siue præceptum sine alia summonitione, quod quis sit coram eo responsurus, vel aliquid factururus, vel q quis sit & habeat talē ad respondendu, vel aliquid faciendu. Itē est præceptū vicecomiti quod faciat aliquē venire, vel attachiet, vel quod habeat corpus alicui, vel ita attachiet quod sit securus habendi corpus: secundu diuersitatem summonitionū, & attachiamentoru, vt inferius dicetur de effonia, & vbi aliquando sequitur effonia, aliquando non. Itē summonitionū alia fit in actione reali tam in causa possessionis, q̄ in causa pprietatis. Item alia in causa psonali vbi .s. aliqua psona obligatur in contractibus ad aliquid dandum vel faciendu, & in actionibus iniuriarum. ¶ 2. Item summonitionum, alia generalis, alia specialis: generalis autem siue communis est, quæ tangit aliquam vniuersitatem, sicut omnes de comitatu, vel omnes alicuius ciuitatis, burgi, vel villę, pro aliquo quod tangat vniuersitatem, sicut generalis summonitio quæ fit ante iter iustitiariorum & huiusmodi, quæ semper fieri debet in loco magis publico, & ideo dedici non poterit nec defendi, quia quod omnis de Comitatu vel ciuitate sciuerit vel cognouerit, vnus vel plures hoc dedicare non possunt. Et talem generalem summonitionem sequuntur effonia, quæ quidem dicuntur effonia de communi summonitione, per quæ defenditur quis, & eius absētia, si ad primum diem comunis summonitionis non venerit, dum tamen veniat ad diem sibi datum ad warrantizandum effonium, & ita quod inde postmodum sine licentia non recedat. ¶ 3. Est etiam specialis summonitio, quæ sub generali continetur, vt si quis de aliquo placito speciali summonitus sit coram iustitiarijs, quo casu si primo die nō venerit, nec se effoniauerit in placito speciali, erit in defalta, nec excusabitur quamuis de communi summonitione fuerit effoniatus, sed si in placito speciali, excusatur per effonium illud

illud quantum ad comitatum summone, quauis de ea causa specialiter effonatus non fuerit si prout de malis vbi specialis summone fieri debeat, si ille qui summoneus est non inueniatur. Si autem inuenitur, fiat ei summone vbi comitatus inuentus fuerit in domicilio suo vel extra, sub testimonio duorum ad minus, qui hoc (si tempus fuerit) possint certificare & testificare. Si autem non fuerit inuentus, non tenentur summoneatores eum vherius querere quam ad domicilium suum, & in quo si fuerit inuentus, fiat ei summone ut predictum est, vel familia sua ei denuncianda cum venerit. Item si in comitatu plura habeat domicilia, potius fiat ei summone ad domiciliu vbi magis habitauerit, vel vbi maiorem habuerit substantiam. Si autem domicilium non habuerit, nec domicinicum in comitatu, tunc si feodum habuerit, fiat summone ad feodum suum, et cum ita qualitercunq; prauentus fuerit summone, non poterit se extra regnum transire, vt per hoc sibi acquirat dilationes de ultra mare, secundum quod inferius dicitur. Et quid si per summoneonem sic prauentus extra regnum se transfulerit, & ad diem suum effonatus fuerit de ultra mare, quaro (cum non competat tale effonium) an verti possit in effonium de malo veniendi, quod bene competeret, si ab initio se taliter effoniaisset? et videtur prima facie quod sic, quia si quis primo se effoniauerit de malo lecti, vbi se effoniaisse debuit de malo veniendi ordine non obseruato, vertitur effon de malo lecti in effon de malo veniendi, & qui facit id quod maius est, facit id quod minus est. Videtur igitur quod eadem ratio est in casu premisso quod effon de ultra mare vertitur in effon de malo veniendi, cum summoneus summoneone sit prauentus, sed non est idem in vtroque casu, quia in vno casu competit vtrumque effon, sed vertitur vnum in aliud, propter ordinem non seruatum. In alio vero casu non competit nisi vnicum tantum, s. effon de malo veniendi, de citra mare & non de ultra. Et vnde cum se effoniauerit de effonio de ultra mare, quod non iacet, & non de effonio de citra quod iacet, videtur (& verum est) quod carebit vtroq;, quia effonium quod non est non potest cadere in effonium quod non est quamuis esse deberet. ¶ 4. Item videndum quis summoneere possit, & sciendum quod omnis qui habet iurisdictionem & potestatem iudicandi ordinariam, sicut ipse dominus Rex, vel delegatam, sicut iustitiarum ab eo constitutus, & non alius a iustituario substituendus, quia iustitarius iustitiarium substituere non potest, & ideo dico (ab eo qui habet iurisdictionem) quia alius coercionem non habet, & cum coercionem non habeat, punire non poterit contumacem nec iudicium a non suo iudice factum ligat, nec tenet. Et in hoc casu aut constat ab initio iustitiarium habere iurisdictionem, aut constat quod non habeat, aut dubitatur an habeat. Si autem constiterit quod habeat, venire tenetur summoneus vel se legitime excusare, alioquin poenam contumaciae non euadet. Si autem constiterit quod non, summoneus impune se absentabit. Si autem dubitetur, venire debet summoneus, saltem priuilegium fori allegaturus, vt infra plenius dicitur de prohibitionibus. ¶ 5. Item per quos & per quot facienda sit summone, & videtur quod per duos ad minus, qui si necesse fuerit, testificari possunt summoneonem

De breui de Recto. Ca. 6. Fol. 334

nem esse legitimè factā, & qui eam possint probare si opus fuerit, & cū inde dubiteretur, cū per iustitarios fuerint inde requisiti, de tempore, die & loco, & aliis circumstantiis, secundum quod inferius dicitur. Item quādo? & sciendum quòd per quindecim dies ante diem quo comparere debeat fiat talis summonitio omnibus qui in regno sunt & extra comitatū & infra quatuor maria. ¶ 6. Et talis summonitio dici debeat legitima. Si autem minus spacium contineat, possit illegittima iudicari, nisi ob causam legitimam minus tempus statuatur. Vt si propter causā quæ instantiam desiderat, propter rem forte quæ tempore peritura sit, vel propter alias causas vbi induciæ arbitrariæ sunt, propter necessitatem, vt propter consilium lateranense de ecclesijs vacantibus. Item propter præsentiam partium in Itinere iustitiariorum in eodem comitatu existentium, quod secus est si aliqua manens sit extra. Item propter personas qui celerem habere debent iustitiam, sicut sunt mercatores quibus exhibetur iustitia Pepoudrous, et sic ex causa moderatur tempus sumonitionis, & cōtinet minus tempus quandoquē quā spacium xv. dierum. Et quandoquē tempus summonitionis ex causa cōtinet tempus magis diffusum, propter longam peregrinationem, secundum quod quis fuerit in remota peregrinatione vel propinqua, & in hoc erit dilatio arbitratiua. Legittima igitur summonitio erit quindecim dierum, modo quo prædictū est, et si minus spacium contineatur quā quindecim dierum sine causa rationabili, tunc cū summonitus comparuerit, aut calumpniata est summonitio sicut illegittima, aut non calumpniata: Si autem non calumpniata, tunc procedat loquela ac si summonitio esset legitima. Si autem calumpniata fuerit & probata illegittima, detur alius dies legitimus in curiā quæ dedici non possit contra recordum iustitiariorum. Si autem post minus legitimam summonitionem tenens se essoniauerit, vel defaultam fecerit, vel sine calumpnia in placito processerit, vel diem amoris ceperit, summonitionem minus legitime factam vltius causari non poterit. Et etiā bene poterit quis respondere sine summonitione si voluerit, nec ei iniuriatur cū hoc velit. Sunt autem quidam casus quòd tenens summonitionem dedicere non poterit, vt si coram aliquo qui recordum habet vbi cunque attornatum fecerit, propter verba in attornato faciendo, vt cū dixerit tenens, facio attornatum meum in loquela quæ est coram tali, vel coram te, per hoc concedit quòd processit summonitio, quia non poterit esse corā aliquo nisi præcesserit sumonitio, quia si diceret in loquela quæ erit, sic nunquā admitteretur ad attornum faciendū. Et si petens possit attornum facere statim post impetrationem breuis, tenens hoc nunquā facere possit de iure antequam loquela sua fuerit coram suo iudice p summonitionem. Et vnde si dicat feci attornatum meum, idem est quod confiteri summonitionem, vel quasi, et si ante factus fuerit attornatus effectū non habebit ante summonitionem, nec iustitarius de aliquo potestatem habebit, antequam loquela fuerit coram eo per summonitionem. Nullus autem dies dari debet extra comitatum nisi per spacium xv. dierum, nec per tantum spacium sine essonio, nisi hoc faciat consensus partium, quo casu fiat vt in fine dicitur de essonio.

TRAC-

¶ Tractatus secundus

Libri quinti, in quo tractatur

De Effonijs.

(.°.)

1 ¶ De modo procedendi post summonitionem. 2. Breue de habendo eum coram Iusticiarijs qui per fraudem, maliciam & falsitatem effoniauit aduersarium suum. Cap. 1.



AD diem vero summonitionis siue legitima sit summo-
nitio siue non, aut comparet summonitus, vel se effo-
niat, vel defaultam facit. Si autem venerit, aut dedit
summonitionem, aut concedit summonitionem legitti-
mam, quo casu .s. quando concedit summonitionem
legittimam, statim respondeat si vicecomes miserit bre-
ue: si autem non, recedet tenens quietus, & petens p-
quirat sibi per aliud breue. Si autem breue venerit, tunc proposita inten-
tione petentis, respondeat tenens intentioni, vel excipiat contra breue,
censetur vel petat visum. Si autem causetur summonitionem minus rationabilem
esse, detur ei dies rationabilis, ad quem veniat responsurus. Si autem illā
omnino dedixerit, siue summonitus fuerit siue non, tunc querendum erit
a petēte vtrū se tenere voluerit ad defaultā, vel ad placitū principale, si autē
ad placitū principale, tunc tenens statim respōdeat. Si autē tenuerit se ad
defaultā, & sumonitus sumonitionē omnino defendat, tunc summonitores,
vocādi sunt, q̄ testentur summonitionem. Et cum diligenter examinati,
pbauerint summonitionem legitime factam, tunc primo vadiat summo-
nitus legem, & defendat summonitionem per legem contra testificatio-
nem summonitorum. s. quod summonitio non peruenerit ad ipsum, sed
quod nec ad ipsum, nec ad domicilium suum. Si autem summonitores in
probatione summonitionis diligenter examinati concordēs non extite-
rint, tunc (quasi summonitione nulla) non habebit summonitus necesse
summonitionem defendere per legem, sed detur ei alius dies legitimus,
nisi gratis incontinenti velit respondere. Cum autem post legem vadia-
tam diem habuerit tenens de lege faciēda, ad diē illum se poterit effo-
niare de placito legis vadiatē, et tunc in fine veniat cum lege, & eam fa-
ciat si possit, & si in lege faciēda defecerit tenens, petens seysinam suam
recuperabit statim, vel si defaultam fecerit, petens statim seysinam suam re-
cuperabit per defaultam si tenens præsens fuerit: si autem absens, capiatur
terra in manum domini regis per paruum cape, & ipse summonetur q̄
sit ad alium diem auditurus iudicium suum, per breue inferius notandū.
Si autem ad primum diem non comparuerit tenens, sed antequam com-
paruerit in curia defaultam fecerit, tunc aut vicecomes misit breue aut nō
misit, si vicecomes non misit breue, tunc cum petens offerat se liti, iustiti-
arij procedere non poterint secundum defaultā sine waranto, vel sine bre-
ui, nec poterit alium diem dare infra quem mandare possit vicecomiti q̄
faciat

faciat venire breue, quia tali modo sine breui & warranto dando diem, sibi usurparet iurisdictionem; nec etiam si breue veniret ad alium diem non valeret, quia dies summonitionis præterijt, erit igitur opus alio breui. Si autem miserit breue, offerente se liti petente propter defaultam tenentis, capiatur terra in manum domini regis per magnum cape, cuius forma inferius notatur, & tenens summonetur quod sit ad alium diem responsurus de capitali placito, & de defaulta, scilicet quare non fuit ad primum diem sicut summonitus fuit, ad quem diē si venerit statim respondeat ad capitale placitum, nisi petens se tenere voluerit ad defaultam, si autem se tenuerit ad defaultam; tunc oportet tenentem docere causam sufficientem, & rationem quare non fuit ad alium diem sicut summonitus fuit. Causæ quidem possunt esse plures, de quibus inferius dicetur. Et quarum una poterit esse talis inter alias, quod nullam habuit summonitionem, quo casu oportebit petentem docere contrarium per summonitores qui fecerunt summonitionem, alioquin nulla erit summonitio, nec aliqua defaulta. Et ideo statim respondeat tenens ad placitum capitale. Si autem testata fuerit summonitio & probata, tunc erit locus defensionis per legem, secundum quod superius dictum est. Si autem post primam captionem ad alium diem non venerit, amittert seysinam suam per secundam captionem per paruum cape, nisi tunc veniat & defendat per legem ut supra de summonitionibus & supersis. Si autē ad primum diem non venerit sed se effoniauerit, tunc videtur quodammodo concessisse summonitionem, donec præsens illam defenderit, & dederit. Quo casu, dabitur ei alius dies per effoniatorem suum, siue breue venerit siue nō. Ad quem diem si tenens venerit, statim respondeat vel excipiat. Si autem non venerit, capiatur terra in manum domini regis per defaultam, & ipse summonetur quod sit ad alium diem per magnum cape, inde responsurus & ostensurus, quare non seruauit diem sibi datum per effoniatorem suum. Ad quem diem si non venerit, fiat ut supra ex secunda defaulta. Et si venerit, eodem modo ut supra. Si autem ad diem sibi datum per effoniatorem suum de malo veniendi faciat se effoniarī tenens de malo lecti, tunc dabitur alius dies petenti licet non tenenti: infra quam; & statim post effonium mittantur ad eum quatuor milites de comitatu, ad videndum utrum infirmitas qua se tenens effoniauerit sit languor vel nō. Et tunc cum venerint ad locum ubi iacuerit vel iacere debuit, inuenerit eum in lecto sicut effoniatu fuit & confitentem effonium siue reuera se ipsum effoniauerit, seu falso effoniatu fuerit per alium. Quo casu procedent milites in visu faciendo modo debito, secundum quod inferius dicetur (ac si omnia rite acta essent & dabunt ei malum transiens, vel languorem, secundum quod iudicauerint de statu suo, nec ad diem sibi datum poterit tenens ulterius defendere summonitiones, nec dedicere, & sursum contra attestationem quatuor militum, nec contra propriam recognitionem effonij, cū prædicti quatuor milites in hoc habeant recordū, nec etiam si dicat quod petens ipsum falso effoniarī fecerit, etiam sine summonitione: utroque effonio audiri non debeat, quasi propriam al-

QQQq.i.

legans

legans falſitatem. Si autem quatuor milites inuenerint eum extra lectum in curia, vel vagantem per rura, & diffidentem eſſoniatorem, tunc non poſſunt ei diem dare, vel ſi dederint, forte non vult aliquem recolligere vel forte non eſt inuentus in loco vbi iacere debuit, quod poſſint ei diem dare. Et vnde cum ad diem eis præfixum in curia, ſiue petens plures dies ſecutus fuerit verſus eos, ſiue vnum, & teſtati fuerint viſum ſuum ſecundum quod ipſum inuenerunt vel non, tunc ſi tenens non venerit, capiatur terra in manum domini regis, & procedatur per omnia ſicut ſuperius dictum eſt. Si autem venerit, defendere poterit ſummonitionem & eſſonium, tam de malo veniendi quam de malo lecti, & etiam ſuſcipias tam primæ defaultæ, ad primam captionem, quam ſecundæ ad ſecundam, vſque ad iudicium. Poſt iudicium vero non erit locus deſenſioni per legem, contra probationem ſummonitionis, cum iudicia rata eſſe debeant, ſi petens ſe tenuerit ad defaultam, & quo caſu facta examinatione de ſummonitione, ſi ſummonitio teſtata fuerit, ſtatim vadiat legem, & habeat diem ad legem faciendam, & cum legem fecerit poſt eſſonia ſua, ſtatim & eodem die, respondebit ſine alia ſummonitione, ſicut inueniri poterit in rotulo de termino vt ſupra. Si autem omninò nulla præceſſit ſummonitio, & petens falſò eſſoniare fecerit tenentem aliquo eſſonio vno vel pluribus eum tenens nihil inde ſciuerit, & poſt ſummonitionem quæ fieri debuit & eſſonia, capta ſit terra in manum domini regis, & poſt primam defaultam, & ſecundam adiudicata ſit ſeyſina petenti, cum nulla defaulta ibidem eſſe debeat: ad querelam tenentis ſubueniendum eſt ei hoc modo, ſcilicet quod ſummonentur ſummonitores, & illi per quorum viſum terra capta fuit in manum domini regis, vt inde diligens fiat examinatio, & ſi probata non fuerit ſummonitio, nec teſtata, nulla erit defaulta, nec neceſſe eſſet defendere ſummonitionem, quæ nulla eſt propter defectum probationis. Item cum nulla ſit ſummonitio nec defaulta, nulla ſequi deberet captio, & cum captio nulla, nulla ſequi deberet poſſeſſionis amiſſio, ergo a primo, vbi nulla ſummonitio, nulla ſequitur poſſeſſionis amiſſio, quia vbi primum & principale (quod eſt ſummonitio) non ſubſiſtit, nec ea quæ ſequuntur locum habere debent, & ad querelam talis fiat vicecoim breue in hac forma. ¶ 2. Rex vic. ſalutem. Præcipimus tibi quod habeas coram iuſtitiarijs noſtris &c. talem petentem ſcilicet, ad audiendum iudicium ſuum et conſiderationem curiæ noſtræ de hoc, quod ipſe p. malitiam & manifeſtã falſitatem fecit diſſeyſiri talem de tanta terra cum pertinentijs &c. Et vnde cum idẽ B. nullam haberet ſummonitionem, optulit ſe idẽ A. verſus eum ita quod terra capta fuit in manum noſtram ſemel & ſecundò, & p. quã defaultã idẽ A. terrã illã recuperavit, deſicit illa defaulta nulla fuit vt dicit: & catalla ipſius B. in eadẽ terra tunc inuenta & ei occasione prædicta oblata, eidẽ ſine dilatione reddi facias & reſtitui. Præcipimus etiã tibi quod habeas corã &c. ad eundẽ terminũ A. & B. p. quos ſummonitio prima facta fuit, & in curia noſtra teſtata, & præterea quatuor illos p. quorũ viſu terra illa capta fuit in manum noſtram, & per quos captio illa teſtificata fuit in curia noſtra &c. & etiam illos per quos

per quos secunda summonitio facta fuit & testata, ad certificandum iustitarios nros de predictis summonitionibus & captionib⁹. Et habeas ibi hoc breue Teste &c. Ad quem diem cum venerint, diligenter examinentur. In primis summonitores primi de prima summonitione, & postea illi quatuor per quorum visum terra illa capta fuit in manum domini Regis, & ultimò duo ultimi summonitores. Et in quo casu, si primi summonitores in omnibus conuenerint & concordent, & summonitionem primam rite factam esse probauerint, & predicti quatuor per quorum visum terra capta fuit, captionem rite factam probauerint & ultimi summonitores summonitionem ultimam, & sic per omnia conueniant & concordent, adhuc locum habebit defensio per legem contra vtraque summonitiones in forma predicta. De hac materia inueniri poterit de termino sancti Michaelis anno regis Henrici tertio incipiente quarto in comitatu Suff. de Roberto de Basings querete. Si autem primi duo summonitores non conuenerint nec concordent, licet omnes alij conueniant in captione, & in secunda summonitione, non valebit: cum prima summonitio deficiat quasi nulla, & si omnes discordes sint vbiq; & in nihilo concordet, multo minus, & quo casu retractabitur iudicium, & reformabitur possessio primo possessori. Item non in omni casu imputari possit summonitoribus, sed negligentiae vicecomitis, & vnde inquirendum erit quis in culpa fuit, vtrum vicecomes vel summonitores, & si summonitio remanserit facienda pro defectu vicecomitis, quia illam alicui nunquam iniunxit faciendam, in misericordia domini Regis remanebit, nisi excusationes habeat per quas se defendere possit: quae tales esse possunt, scilicet breue tam tarde recepit, & extra comitatum quod nulli potuit iniungere summonitionem faciendam, vel quod aliud praecipuum maius superuenit de negotio ipsius domini regis, vbi oportuerit eum personaliter interesse. Et quo casu amittit petens breue suum & alio breui opus erit, quia dies summonitionis in primo breui praeterijt. Si vero dicat vicecomes quod summonitionem faciendam iniunxit legitimis summonitoribus, siue extra comitatum siue in comitatu, & illi hoc confiteatur, sed summonitionem non fecerint, summonitores in misericordia remanebunt, & illud breue inutile erit petenti, quia dies summonitionis praeterijt. Si autem negauerint hoc sibi fuisse iniunctum, tunc aut fuit hoc eis publice iniunctum in comitatu, vel extra comitatum sine solennitate aliqua, quo casu hoc dedicere possunt contra vicecomitem, & vicecomes in misericordia. Si autem in comitatu hoc fuerit eis iniunctum, non poterunt hoc dedicere contra recordum comitatus, quia comitatus in hoc habet recordum, sicut in alijs publicis actibus qui fieri debent cum solennitate. Publici vero actus sunt, iniungere summonitiones, plegios capere de prosequendo, & de stando ad rectum, tam in ciuili negotio, quam criminali. Si autem summonitores non venerint ad primum diem ad testificandam summonitionem, vbi dedicere non possunt quin hoc eis esset iniunctum, in misericordia remanebunt. Item quis summoneri debet videndum, & sciendum quod tam minor quam maior, tam masculus quam foemina, dum tamen minor non summonearur per se, si constiterit ipsum esse

minorem sed per tutores, custodes siue procuratores in loquelis, nisi minores infra ætatem respondere tenentur, non obstante minore ætate. Item viri religiosi per procuratores, syndicos & actores perpetuos & non amoribiles, & qui tales sint quòd possint lucrari & perdere, & rem in iudicium deducere. Et notandum in fine quòd si quis summonitione cognouerit, causetur tamen illà esse min^o legitimã, hoc faciat primo die summonitionis. Si autem primo die se effoniauerit vel defaltam fecerit, ulterius breuem summonitionem causari non poterit. Et ad hoc notandum, quòd summonitionum, alia poterit esse legitima & sufficiens ab initio, & cum testata fuerit & probata defendi poterit per legem, sed hoc antequam quis in iudicio comparuerit. Est etiam alia legitima cum quis in iudicio comparuerit quæ deduci non poterit, nec defendi per legem, scilicet postquam quis in iudicio comparuerit. Item est & alia viciosa & non sufficiens, vbi fit tantum per vnum, qui recordum habere non potest, nec per se inducere præsumptionem. Item poterit esse legitima ab initio sed inefficax ex post facto, deficiente probatione cum summonitores examinati in probatione non concordent, nec erit necesse talem summonitionem defendere per legem, cum sit quasi nulla. Item est omnino vitiosa summonitio quæ fit fraudulenter per deceptionem petentis per falsos summonitores & non per vicecomitem & balliuos suos. Est etiam vitiosa, vbi fit in absentia tenentis cum peregrè profectus fuerit ad partes transmarinas, vel alias remotas, vel cum fuerit in itinere constitutus & iter arripuerit eundi, ita quòd citatio vel summonitio eum comprehendit in domicilio, nec inuentus fuerit a summonitoribus infra comitatum vbi summonitio facienda demandatur, quia si extra comitatum inueniatur, non ligat eum summonitio, quia non tenetur vbique recipere summonitionem, nec a quocunque, & non nisi a balliuis cum warrantum habuerint summonendi. Item poterit esse summonitio legitima & dies & dilatio illegittima si tempus illegittimum non continuerit, si hoc causetur, aliter autem non vt infra.

1 ¶ De exceptionibus qui non venerit ad summonitionem. 2. De exceptionibus nõ venientis ad iudicium post summonitionem. 3. Verba excusationis proferenda ab effoniatore in effonio de malo veniendi. Cap. 2.

Legittime summonitus si non venerit puniendus erit, nisi causas excusationis habeat legitimas per quas suam excusare posset absentiam, quæ quidem plures esse possunt, & tunc videndum erit vtrum absens sit quis ex causa necessaria & utili vel ex causa voluntaria, si autem ex causa necessaria & utili, vt rei publicæ causa, ita quòd profectus sit in exercitum cum domino rege ad defensionem patriæ per præceptum domini regis, cum ad hoc obligatus sit, excusatur: dum tamen hoc non affectauerit, nec in seruitio alterius quàm domini regis, cum ad hoc non teneatur nisi velit. Talibus enim non subuenit dominus Rex nisi de gratia. Cum autem quis ita se excusauerit de seruitio domini regis, videndum

dum erit vtrum summonitione præuentus sit vel non. Si autem summonitione præuentus sit ita quòd attornatum facere possit, & copiam habuerit, & non fecerit, non erit ei subueniendum ex tali causa excusationis, quia mittere poterit attornatum. Sed ita esset si quis posset factum domini Regis iudicare. Si autem summonitione non sit præuentus, tunc videndum vtrum commodè & sine periculo venire possit, siue in seruitio fuerit siue in officio, vel non. Si autem commodè venire possit non excusatur, si autem commodè venire non possit, tunc videndum erit si mittere possit vel non propter vim maiorem. Si nec venire, nec mittere possit, nec attornatum facere, quia dominus Rex præsens non est, forte excusatur per seruitium. Sed in omnibus istis casibus magis erit spectanda voluntas domini Regis quàm ius strictum, cum seruitium domini Regis nulli debeat esse damnosum, & sicut non debet esse tenenti damnosum, ita non debet esse petenti iniuriosum. Officium vero alicuius sicut vicecomitis & constabularij neminem excusat, nisi in officio illo aliqua causa emergat necessaria ex inopinato, vbi præsentia talis debet esse necessaria, sicut iter institiariorum vel incurfus hostium, vel huiusmodi, quæ quidem causæ sufficientes sunt ad excusationem de seruitio domini Regis, dum tamen ad quemlibet diem datum per effoniatorem de seruitio domini Regis habeat effoniatum warrantum suum per breue domini Regis, quod si hoc non habuerit, procedatur ad defaultam contra absentem, sicut contra eum qui non est excusatus. Item eodem modo excusat causa peregrinationis, siue breuis sit siue longa. Eodem modo videndum vtrum quis præuentus sit summonitione vel non. Item excusat summonitum aduersa valitudo nimia, quia poenam contumaciæ non patitur, quem aduersa valitudo defendit. Et prouenit quandoque talis aduersa valitudo ex infirmitate veniendi, quæ infirmitas dicitur de malo veniendi: siue de infirmitate de rescan-tisa quæ dicitur infirmitas de malo lecti. Item excusatur quis propter maioris causæ occupationem, vt si quis implacitatus fuerit in curia domini Regis, vel vocatus ad curiam Regis ob aliquam causam, in omnibus curijs inferioribus excusatur. Sed quid dicendum erit de curia Christianitatis, cum magis obediendum sit deo quàm hominibus? hoc dico, quòd ad hunc differendum erit, & quòd dominus Rex warrantizare poterit, ob reuerentiam quæ principi debetur. Item excusat absentia non venientis, vsquè ad quartum diem maioris rei impetus cui resisti non poterit per casum fortuitum, vt si quis in veniendo versus curiam, cum nullam aliam habeat excusationem captus fuit ab hostibus, & per vim detentus, quòd venire non possit. Item si incidat in latrones. Item propter vim fluminum, vel quia pons solutus est, vel per tempestatem nimiam ad impedimentum nauium, & ita quòd summonitus, venire non possit tempestiue per circumitum, quia si venire possit summonitus tempestiue p circumitum, non excusatur p talem fortuitum euentum.

¶ 2. Itè non excusatur si tardius a domicilio recederet quàm expediret, quia si citius comode venire potuisset nec impediret eum casus fortuitus.

Eodem

Eodem modo si prius a domicilio recesserit quam deberet, & in casum fortuitum ceciderit, hoc erit ei imputandum, quia si tempore congruo, in casus fortuitos non incideret. Item poterit summonitus assignare causam suam quare fuit impeditus & qualiter, ut si contentiones, quæ sunt, & occasiones quare fuerit impeditus, dum tamen post summonitionem & non ante. Item si sponte in casum fortuitum inciderit ubi possit casum de facili euitare. Item refert utrum acciderit ei casus fortuitus ante diem summonitionis, vel post diem. Si autem post diem, competit ei excusatio modo quo prædictum est vel non competit. Item si rationem prætedat quod venire non possit ex certa causa, vel quia pons solutus fuit, & eodem die transiit alius, & statim post horam vel in eadem hora qua ipse præsens fuerit, non excusatur. Si autem propter inundationem aquarum, & alius eodem die & eadem hora, dum tamē sine discrimine & difficultate transierit, non erit locus excusationi. Item si tempestas ingruerit, tunc videndum, utrum eodem die & hora debita aliquis per cymbam vel per nauem transierit, & ita non erit locus excusationi. Et unde consideranda sunt causa, tempus, locus, dies, & hora, & infinitæ sunt causæ quibus quis absentiam suam poterit excusare. Cum igitur competat alicui aliqua prædictarum excusationum, vel alia quæ sufficiens sit, siue tenens fuerit ultra mare, siue citra, siue probata fuerit summonitio siue nõ, cum venire non possit, oportet mittere excusatorem aliquem qui dicitur *essoniator* & qui prætedat excusationem summoniti esse talem quod venire non possit per hæc verba. ¶ 3. Quod cum dominus suus in veniendo esset versus curiam (si *essoniat* fuerit de malo veniendi, siue de ultra mare, siue de citra) quod talis infirmitas ei deuenit postquam fuit in veniendo versus curiam a domicilio proprio, vel alieno, citra mare, vel ultra, quod venire non potest, pro lucro nec pro damno, quod vulgari- ter dicitur, pro lucrari nequè pro perdere, quod quidem dicat se paratum docere. Sed quia probatio non incumbit *essoniatori* sed domino, nec scitur utrum verum sit *essonium* vel non quod summonitus illud aduocare voluerit. Ideo ne *essoniator* oneretur causatione fideiussoria, scilicet *plegiorum*, quæ quidem grauis esset minimis personis & onerosa, nec deperat excusatio, constituitur quod soli fidei *essoniatoris* credatur, quod quidem non est concedendum personis maioribus, sicut sunt illi qui tenent in *Baronia* qui causationem inueniant fideiussoriam, ne iudicia sint *delusoria*: facilius enim inueniunt *plegios* & securitatem, & maxime cautionem fideiussoriam maiores quam minores. Cum autem huiusmodi *essoniatores* causam absentiae & excusationem sic prætenderint, non sufficit quod dicant ita esse, nisi securitatem inueniant hoc probare. Sed cum non sit procurator eius qui ipsum *essoniatorem* destinauit, & ideo ad ipsum non pertineat probare statum vel factum alienum, nec attornato factum domini principalis, & ideo dominus faciet legem si hoc commode fieri potest, & si dominus non venerit, attornatus iurabit in animam domini litis. Ideo affidabit *essoniator* quod habebit dominum suum ad alium diem ad warrantizandum dictum & *essonium* suum, &

um, & ad probandum per sacramentum quòd tali infirmitate detentus fuit cùm esset in veniendo versus curiam quòd venire non poterit &c. vt supra. Et ad quem diem si venerit, warrantizet effonium ita quòd per sacramentum probet se esse ita impeditum secundùm quòd effonjator suus in effonio suo proponendo exposuit. Sed videndum erit vtrum probatio excusationis fieri debet iudici, vel parti, quia si iudici, remittere eam non poterit si voluerit propter dilationem quæ sequeretur, & multitudinem probationum. Si autem fieri debeat parti & non iudici, non sine iuris iniuria poterit remitti sine consensu partis. Cùm igitur contingat aliquem abesse ex aliqua prædictarum causarum, vel aliqua alia causa mittat effoniatorem suum, qui ipsum excuset, & excusationem suam prætetendat, secundum quòd prædictum est. Habeat etiam effonia ordinem sicut & actiones. Est itaque effonium de malo veniendi infra regnum, si quis ita infirmatus fuerit in itinere versus curiam quòd venire non possit nec pro lucrari nequè pro perdere. Et tale effonium de malo veniendi, sequitur quandoquè effonium de malo lecti, & de rescantisa vbi agitur de ipso iure. Cùm autem quis ita effoniatus fuerit vno istorum vel vtroquè infra regnum, non permittitur effoniato postmodum se transferre extra regnum vt sibi acquirat dilationem per effonium de vltra mare. Sunt quidem de vltra mare plura genera, scilicet de vltra mare & citra mare Grecorum, & est effonium de vltra mare Grecorum & de citra mare Grecorum, sicut in peregrinatione versus sanctũ Iacobum, vel propter aliquam aliam necessitatem, sicut exercitus vel huiusmodi in Allemania vel Hispania vel huiusmodi, in quibus effonijs dabitur dilatio ad minus quadraginta dierum & vnus Flud & vnus Ebbe ad excusationem effoniati de simplici effonio de vltra mare. Si autem fiat mentio de aliquo loco remoto propter aliquam necessitatem (vt prædictum est) dabitur dilatio maior pro voluntate & arbitrio iustitiariorũ, secundum quòd viderint expedire secundum distantiam locorum. In hoc casu induciæ sunt arbitrariæ, dum tamen ad minus quadraginta dierum vt supra. Et eodem modo fiat infra regnum in effonijs supra dictis secundum locorum distantias, dum tamen ad minus quindecim dierũ. Item est effoniũ de vltra mare vltra mare Grecorũ, vt si quis profectus fuerit in peregrinatione vsquè ad terram sanctam. Et quo casu distinguendum erit vtrum in simplici peregrinatione versus terram sanctam, vel in generali passagio. Si autem in simplici peregrinatione, dabitur ei ad minus annus integer & vnus dies, & sic dantur effoniato de vltra mare & citra mare Grecorum quadraginta dies ad minus & vnum Flud & vnum Ebbe. Et postea cùm venerit in regnum, habebit effonium de malo veniendi quòd continet ad minus quindecim dies, & postmodũ in suo casu effonium de malo lecti ad breue de rectò, & vnde quibusdã videt (quòd nõ est verũ) dari debet effoniato de peregrinatione versus terram sanctã annus & dies & de vltra mare Grecorum & postea

& postea quadraginta dies ; & vne Flud & vne Ebb. de simplici essoniō de vltra mare. & sic esson de malo veniēdi in regno, & esson de malo lecti in suo casu, quia quodlibet esson habet suum terminū p se ex alia parte. Si autem esson fiat de vltra mare Grecorum & de generali passagio, tunc remanebit id quela sine die, vbi videlicet esson non comprahendit essoniatum infra regnum, & hoc propter priuilegium cruce signatorum, cum non possit de eorum reuersione certus terminus comprahendi ppter verba decreti domini Papæ, quod donec de ipsorum obitu vel reditu in regnum certissimè cognoscatur, omnia sua integra remaneant & quieta consistant. Est igitur ordo essoniorum talis, quod ita fieri possunt descendendo a terra sancta vsquē in regnum, sed non econtrario: vt si quis regno essoniatu fuerit de malo veniendi, nullum de cætero habebit de vltra mare. Et si de vltra mare simpliciter de terra sancta nullum habebit essonium, appproximare enim possunt regno cum fuerint implacitati, elongare autem non. Est etiam aliud genus essonij non de malo veniendi sed de seruitio domini regis, vt si quis de necessitate fuerit detentus in seruitio domini Regis propter quod venire non possit ad curiam vocatus, & aliquando fit huiusmodi essoniū de seruitio domini Regis in regno, & quandoquē vltra mare. Et de huiusmodi essonio de seruitio domini regis, quandoquē procedit essonium simpliciter de malo veniendi & quandoquē subsequitur semel & quandoquē sæpius secundum necessitatem habitam in seruitio prædicto, & valebit esson quoties quis se esson de seruitio domini regis, dum tamen warantum habeat ad quemlibet diem, breue domini regis, cum seruitium domini regis nulli debeat esse damnosum. Warantizatur autem essonium multipliciter. Quandoquē per breue domini Regis, sicut de seruitio suo, vbi non est necesse iurare, cum dominus Rex hoc testatur per litteras suas quod sic detentus est in seruitio suo. De seruitio autem Regis videndum cui competat essonium, ad quod distinguendum vtrum quis teneatur de necessitate ad tale seruitium, vel si fuerit cum aliquo qui tenetur sicut miles, vel seruiens de familia, omnibus istis debet subueniri. Item si quis nō teneatur prædictis rationibus sed hoc affectauerit vt esset absens cum non teneretur, tali non subuenit Rex nisi de voluntate & gratia sua quia non debet seruitium domini regis alicui esse damnosum. Item videndum vtrum essoniatu de seruitio domini Regis venire potuit commode vel non. Item cum venire non posset commode nec possit mittere nec breue domini Regis in se contineat veritatem cum hæc omnia facere posset, in hoc sibi caueat Cancellarius. Item videndum vtrum præuentus esset tali summonitione antequam profectus esset in seruitio domini Regis & ita quod commode facere poterit attornatum vel non, vel præuentus summonitione exercitus ante summonitionem placiti, quod attornare vel attornatum facere non potuit commode, quia præcepit dominus Rex quod statim visis literis vel cum omni festinatione sub breui tempore, quod attornatum facere non potuit. Item si in seruitio Regis non ita remotus quin sine periculo corporis vel damno domini Regis venire

venire possit, non arctatur: non enim debet warrantia de seruitio domini Regis ei qui placitat esse iniuriola, non magis quam ei qui implacitatur damnosa. Sed quoniam sunt variæ causæ excusationum (secundum quod prædictum est) & ex diuersis causis & varijs excusationum varia sequuntur effonia & diuersa, ideo varietates effoniorum distinguamus per ordinem, & imprimis dicamus de effonijs de malo veniendi, quod quidem multiplex est.

1. ¶ De excusationibus non venientis post summonitionem per effonium de malo veniendi & de diuisione effoniorum. 2. Qualiter irrotulatur effonium de ultra mare. 3. Effonia de seruitio domini Regis de ultra mare. 4. Placita specialiter excepta in quibus non iacet effonium de seruitio domini Regis. 5. Si quis in placitatus fuerit a duobus & ad vnum placitum effoniauerit se de malo lecti & ad aliud de malo veniendi. 6. Si duo placita de quibus vnum de malo lecti & aliud de malo veniendi. 7. Quis se possit effoniare. 8. Si plures sunt petentes. 9. Si tenens fecerit attornatum. 10. Si attornatus obierit dum dominus principalis litis fuerit in peregrinatione. 11. Si tenens plures vocauerit warrantos vel vnum. 12. Quis post duelli radiationem se possit effoniare. 13. Quando quis possit effoniari. 14. Vbi possit effoniari. 15. Quotiens possit effoniari. Cap. 3.

Effoniorum breuis diuisio, quia aut est de malo veniendi aut de malo lecti: Item effonium de malo veniendi ita subdiuiditur, quia aut est de ultra mare aut de citra mare. Item de ultra mare excusatur quis per effon de seruitio domini Regis æterni, sicut de terra sancta, habita tamen distinctione vtrum peregrinatio ad terram sanctam simplex sit vel passagium generale. Si autem simplex, dabitur effoniato terminus vnus anni & vnus diei. Si autem generale passagium, poni debet loquela sine die quousq; effoniatus redierit, & donec de ipsius obitu vel reditu certissime cognoscatur propter priuilegium cruce signatorum, dum tamen talis non sit summonitione præuentus, quo casu attornatum faciet vel remanebit indefensus. ¶ 2. Et sic fiat irrotulatio huiusmodi effoniorum. A. qui profectus est ultra mare in generali passagio versus terram sanctam versus B. de tali placito per talem. Si autem simplex sit passagium & peregrinatio, tunc sic: A. qui profectus est peregrè versus terram sanctam ante summonitionem, vel q; nulla fiat mentio de summonitione, versus B. de tali placito per talem. Et si simplex sit peregrinatio & ultra annum & diem moram fecerit vltiorem, excusatur eius absentia (secundum quosdam) per effonium simplex de ultra mare, & sic habebit spacium xl. dierum & vnus Flud & vnus Ebbæ, & si adhuc moram longiorem protraxerit, habebit simplex effonium de malo veniendi de citra mare, per quod habebit ad minus spacium xv. dierum quod verum est. Ad minus habebunt effoniati tantum tempus & ex causa maius tempus, secundum discretionem Iusticiarij. Et in hoc sunt dilationes arbitrariæ. Et quid si tunc non venerit? procedatur ad defaulta contra eum, nisi forte contingat talem effoniari de morte ad cautelam. Si quis autem effoniatus fuerit effonio de ultra mare citra mare Græcorum quod profectus sit in seruitio domini Regis æterni in peregrinatione alia quam ad terram sanctam

RRRr.j. sicut

sicut apud sanctū Iacobū vel alibi, habebit (secundum quòd prædictum est) spatium prædictum quod competit de vltra mare, & similiter simplex essonium de malo veniendi de citra mare, & hæc omnia habebit ille qui essoniatus est de vltra mare in seruitio domini Regis æterni. Si autem summonitione præuentus fuerit antequam iter arripuerit versus terram sanctam vel vltra mare, non dabitur ei nisi simplex essonium de malo veniendi, & hæc omnia vera sunt si debitus ordo essoniorum obseruetur, quia esto quòd cum quis ante summonitionem profectus sit & competant ei omnia prædicta essonia & primò se faciat essoniari de simplici essonio de malo veniendi, non habebit vltèrius regressum ad alia essonia de vltra mare. Et est ratio, quia si se essoniat de malo veniendi simpliciter, concedit per tale essonium quòd fuit in veniendo a domicilio suo in Anglia, & infirmatus per viam veniendo versus curiam quòd ad curiam venire non potuit, & vnde si postea se essoniare voluerit de aliquo prædictorum modorum de vltra mare, non allocabitur ei essonium, quia post tale essonium de malo veniendi non debet quis se transferre ad partes transmarinas, vt per hoc sibi acquirat vltèriores dilationes cum lites potius restringendæ sunt quàm laxandæ. Et eodem modo si quis simpliciter essoniatus fuerit de vltra mare sine aliqua adiectione, cum ei competeret essonium de terra sancta, nunquam ei postmodum allocabitur essonium de terra sancta, quia postquam taliter se essoniauerit sub certo loco & propinquo, ad remotiora se transferre non debet vt inde sibi acquirat vltèriores dilationes. Nunquam verò pro aliquo essonio de vltra mare remanebit loquela sine die, nisi quis profectus fuerit in terram sanctam pro passagio generali hoc modo.

¶ 3. Essonia vero de malo veniendi de citra mare simplicia sunt, & quandoque præcedunt huiusmodi essonijs essonia de seruitio domini Regis de citra mare, & quæ non sunt essonia de malo veniendi, quia non est talis in veniendo versus curiam infirmatus per viam sed per seruitium domini Regis detentus, quòd venire non possit. Præcedere enim poterunt huiusmodi essonia & subsequi non semel sed sæpius, quamdiu quis fuerit in seruitio domini Regis, dum tamen habet ad manum ad quemlibet diem warantum suum, secundum distinctionem prænotatam. Et quando quis se essoniauerit de seruitio domini Regis, admitti debet essonium & allocari, & dies dari, cum de voluntate domini Regis non sit disputandum, & si ad diem datum warantum non habuerit, indefensus remanebit. ¶ 4. Sunt placita tamen quædam specialiter excepta, in quibus non iacet essoniū de seruitio domini Regis propter necessitatem, vt in assisa vltimæ præsentationis: vt de termino s. T. anno Regis H. xiiij. in fine rotuli in com̄ Suff. Assisa vltimæ præsentationis de ecclesia de Trillaw. Ad idem facit quod habetis in rotulo de banco anno Regis H. xxxviij. in com̄tatu Kanc inter S. Cant. Archiepiscopum & Robertum de sancto Iohanne de ecclesia de Eniford, & talem necessitatē inducit lapsus temporis. Itē nō iacet esson de seruitio domini Regis quædoq; ppter fauorē, sicut in causa dotis, quia statim post esson legitima de malo

malo veniendi niſi veniat ſummonitus, procedatur ad defaultam. Item propter fauorem minoris ætatis quandoq; (& ſecundum quosdam) ſicut in aſſiſa mortis anteceſſoris. Item quandoq; in odium ſpoliationis, & generaliter in omnibus aſſiſis capi poterit per defaultam, cùm tantum operetur abſentia ſummoniti quantum præſentia. Item non iacet de iure quãuis aliquando de gratia in perſona eius qui non eſt immediate in ſeruitio cum ipſo Rege ſed cum alio. Item nec in perſona eius qui affectauerit eſſe in eius ſeruitio, cùm ad hoc non teneatur. Item nec in perſona eius qui continuè & aſſidue eſt in ſeruitio domini Regis, niſi temporibus quibus fuerint in expediõe. Item nõ iacet in perſona attornati, quamuis perſonam domini representet, quia talis fieri debet attornatus qui ſequi poſſit & velit, alioquin ſibi impurari debet qui talem attornatum elegit. Item non iacet eſſon de ſeruitio domini Regis in perſona eius qui pars eſſe non poſſit in iudicio ſicut nec aliud eſſonium, ſicut in perſona Iuratorum. Item quatuor militum ad teſtificandum viſum vel ſtatum alicuius, de quatuor militibus vero miſſis in com̄ cum recordo ad audiendũ iudicium ſuum (cũ ſint quaſi partes in iudicio) credo aliud eſſe dicendũ. Vvarantia vero de ſeruitio domini Regis nõ eſt concedenda in omnibus nec ſine cauſa rationabili, cũ ſi paſſim & indifferenter concedatur, poſſit verti in alterius præiudicium, & non poteſt Rex aliquid cõcedere niſi id quod de iure fieri poteſt, & cùm aliquando de volũtate domini Regis cõcedatur, nõ erit omnino per Iuſtic. quaſſanda, ſed voluntas Regis expreſſa inde erit expectanda. ¶ 5. Eſt etiã ſimplex eſſoniũ de malo veniendũ quod excuſat ad tẽpus, & quod aliã habet naturã in multis q̄ eſſonia ſupradicta. ſ. quis legitime ſummonitus vel etiã nõ legitime infirmatus fuerit p̄ viã q̄ venire nõ poſſit, & deſtinauerit aliquẽ ad excuſandã ſuã abſentia qui ſic proponat eſſoniũ ſuũ corã Iuſtic. ſi fuerit de modo requiſitus & dicat. Eſſonio talem dominum meũ q̄ cùm eſſet in veniendo verſus curiã, talis infirmitas accidit ei per viã, q̄ venire non poteſt pro lucrari nec pro perdere, & hoc paratus ſum docere ſicut curia cõſiderauerit &c. Qui quidẽ ſi interrogatus dixerit q̄ reliquit eum domi, eſſonium (ſecundũ quosdã) nõ allocabitur, niſi hoc ſit de neceſſitate, quod eſſe poterit licet quis a domicilio ſuo non recedat, vt ſi alicui in vno placito adiudicatus ſit languor, & in alio ſummonitus ſit ad reſpondendum & competat ei eſſonium de malo veniendi, ſi ſine licentia surrexerit, amittere poterit & attornatũ facere nõ poſſit. Admittitur igitur eſſoniũ de neceſſitate licet in veniendo nõ fuerit infirmatus, & etiã magis excuſat languor q̄ malum tranſiens. Eodem modo dici poterit ſi vocatus fuerit in aliquo placito ad warantum. ¶ 6. Item allocatur quandoq; eſſoniũ quod aliã non eſſet allocadũ, vt ſi in vno placito lãguor fuerit ei adiudicatus & in alio placito omnia habuerit eſſonia, & ad diẽ ſummonitionis ſuã de facto ſe eſſoniauerit cùm venire nõ poſſit nec attornatũ fecerit, allocabitur ei eſſoniũ p̄pter talẽ neceſſitatẽ de conſilio curiã, licet nõ poſſit de iure. Eodẽ modo ſi vir & vxor implacitati fuerint & ambo eſſoniati fuerint de malo veniendi, & vnus illorũ poſtea ſe eſſoniauerit de malo lecti, & cùm languor ei ſit adiudicatus alius cõparuerit, habebit diem ex tali cauſa & ad diẽ illũ eſſon vel

RRRr.ij.

diem

diem diffusum quousq; languor praterierit, sed nūquā habebit effonium super effon in tali necessitate, quia sic cadere posset in defaultam. ¶ 7. Itē quis se possit effoniare videndum, & quando, & in quibus placitis, & quādo iacet effon, & quādo nō & quid iuris si tenens fecerit attornatos plures vel vnum. Item si plures sint petentes & vnus tenens vel e conuerso vel plures petentes vel plures tenentes, & aliquis eorū defaultam fecerit. Item si tenens vnus vel plures warantū vocet vnum vel plures & aliquis eorum defaultam fecerit vnus vel plures. Item qualiter effonia iudicantur.

redduntur >> Item qualiter redimūtur. Quis se effoniare possit videndum & quis non? Et sciendum quōd se effoniare poterit quilibet cui non prohibetur, tam masculus quā foemina, dum tamen plenæ ætatis extiterit. Minor autem se effoniare non poterit de quo constiterit quōd minor sit, nec etiam contra ipsum admittitur effoniū ab aliquo maiore & maximè in assisa, quia cū *minor* >> maior præsens sit nihil dicere possit contra assisam quare remaneat, & si forte contingat quōd minor se effoniauerit cū tenens fuerit in loquela, in quibus infra ætatem respondere teneatur vbi feoffatus fuerit infra ætatem & de alijs fiat mentio super effonium in margine quōd minor sit, & ad hoc quōd contra minorem iaceat effonium & in personam minoris, distinguendum erit inter ætatem & ætatem, & ad hoc quōd locum habeat effonium, vtrum tenementum sit feodum militare vel socagium: secundum quod inueniri poterit de Itinere M. de P. in com̄ Suff. anno Regis H. x. & de itinere eiusdem in comitatu warw. anno Regis H. v. vbi dicitur, quōd si quis habuerit quatuordecem annos, talis ætas sufficit quantum ad Sokagium petendum, & ita admittitur effoniū tam contra ipsum quā pro eo, & quōd effon non iaceat in persona minoris contra minorem in causa possessionis, inueniri poterit in itinere in com̄ Salop, Assisa mortis si Vinceti. Ratio autem est quare in persona minoris non iaceat effon, quia iurare non potest nec effonium warantizare. Item ratio quare in persona maioris non iaceat effonium contra minorem, quamuis maior iurare possit in causa possessionis, est, quia si maior præsens esset in assisa capienda, nihil dicere posset contra assisam quare remaneret. Sed quid si minor & infra ætatem conueniatur & implaciteretur cum vxore sua de iure & hæreditate vxoris suæ, quæritur an propter ætatem minoris debeat placitum remanere? & verum est quōd non licet vxor sine viro respondere non debeat. Et quid si in curia domini Regis implacitati fuerint de vno & eodem tenemento, & eodem die vbi vir minor se effoniare non possit nec attornatum facere, videtur quōd amittere debent in minori curia per defaultam, quod esset iniquum, cū nihil sit quod eis debet aut possit imputari. Nullum autem aliud supererit remedium, nisi quōd maior curia warantizet contra processum minoris curiæ, & quid si ambæ curiæ pares extiterint? Item non iacet effonium in persona disseysitoris, quia licet ipse non venerit, balliuus venire poterit. Item nec in persona balliui per se, quia dominus venire poterit per se sine balliuo, cū vterque illorum attachiatus sit sub disunctione: & non sufficit si vnus se effoniauerit nisi vterque fuerit effoniatus, quamuis sufficiat quōd vnus eorum veniat. Reuera non

rā non iacet effonium in odium spoliationis, quia denegari debet eis dilatio. xv. dierum & summonitio rationabilis, & ideo maximè, quia tantum operatur eorum præsentia quantum absentia, quia siue venerit siue non, propter hoc non remanebit assisa. In persona tamen spoliati & querentis bene iacebit effoniū. Itē non iacet effoniū in persona eius qui cōmissus est aliquibus per balliū vt respondeat pro eo, sicut corpus pro corpore. Item non iacet in persona eius de quo præceptū est vic. q̄ faciat cum venire vel quòd habeat corpus eius, dum tamē præcesserit solennitas attachiametorum, quamuis sine effonio. Si autem hic fuerit primus dies attachiamenti, sequetur effonium, quia ad quamlibet summonitionem vel attachiametum cūm de quocunq; placito de iure sequi debet effonium. Sed vbi nullum placitum ibi nullum effoniū. Vt si quis præceperit balliuo suo vel mandauerit q̄ sit ad certū diem redditurus de balliua sua ratiociniū, vt si rex præcipiat vicecōm vel maiori q̄ rationē reddant & cōpotum de balliua sua. Si autem vicecōm vel maior summoniti sint ad respondendum quo waranto vel quo iure balliuam suam tenuerit, aliud erit: quia ibi erit placitum. Item non iacet effoniū in persona eius qui attachiametum fecerit, nisi ambo se forte effoniauerint. Item non iacet in persona eius qui se semel effoniauerit donec comparuerit. Item non iacet in personis appellatorum de forcia nec in appello de pace, plagis & roberia, vbi illud dicendum est quòd domi remaneant donec illi de facto conuincantur. Sed si non venerint, per effonium excusantur. Item non iacet vbi aliqua partium se effoniauerit ignorans quòd aduersarius suus mortuus sit vel aliquis ex participibus suis. Item non iacet vbi placitum ipso iure sit nullum, scilicet vbi breue non conuenit petitioni & huiusmodi. Item non iacet in actione personali, postquam quis attachiatus fuerit, scilicet vbi primò se effoniauerit. Item vbi præceptum est vicecomiti quòd distringat per terras & catalla. Item non iacet vbi dies datus est, vt de die in diem, vel si datus fuerit dies sine effonio de consensu partium, quia conuentio vincit legem in hoc casu: vt de termino Sancti Michaelis Anno Regni Regis Henrici decimosexto incipiente decimosextimo in comitatu Essex de Ethone filio VVihelmi, cui non fuit effonium allocatum, quia dies datus fuit sine effonio quamuis diffusus propter consensum, quod aliàs non esset. Nec etiam ipse dominus Rex potestatem haberet dandi diem sine effonio, nec alius multo fortius, cūm hoc facere non possit sine iuris iniuria sine cōsensu partium, quia ex quo hoc voluit, iuris beneficium ei non subuenit cōtra voluntatem suam, quia sic inuito conferetur beneficium &c. Item non iacet si ille qui se effoniat visus fuit in curia antequam reddatur effonium. Item non iacet post defaultam postquam terra capta fuerit in manum domini Regis. Item non iacet vbi ex virtute mandati non imponitur vocato necessitas veniēdi nisi ad voluntatē suam, vt si dicatur q̄ veniat si sibi viderit expedire. Item non iacet ex virtute mandati. s. ad volūtātē mandantis. Et dicat in curia q̄ velit placitare. Item nō iacet si mandetur vel præcipiatur vic. vel balliuo, maiori, vel præposito villæ, vel burgi, vel ciuitatis, q̄ veniat redditurus computum, vel responsurus de tempore suo, quia ibi nullum

nullum placitum nec aliqua controuersia: Item quis: Et sciendum quòd
 tam plures tenentes quàm vnus, & tunc refert vtrum plures tenentes in
 vno breui tenuerint in communi simul & pro indiuiso vel seperatim & p
 diuiso, partita inter cohæredes hæreditate. Si autem simul & pro indi-
 uiso, quilibet eorum vnicum habebit effonium (si voluerit) de malo veni-
 endi simul & eodem die, vel vicissim & diuersis diebus, secundum quod
 elegerint, donec quilibet eorum vnicum habeat effonium (nisi aliud sit
 de consuetudine) quia plura non habebunt antequam simul comparue-
 rint, licet illi qui primò fuerint effoniati sæpius compareât, quia semper
 diem habebunt quousq; omnes simul comparuerint, quia ad omnem ap-
 paritionem non sequitur effonium, quod si ita esset, ita fierent dilationes
 innumerabiles. Si autem antequam compareant vnus moriarius, cum
 plures tenentibus in communi, cadit breue, licet videatur cõtrarium, cum
 pars sua accrescat superstitibus per ius accrescendi, quia reuera die impe-
 trationis, partem illam non tenuerunt, nec quantum ad tenendam par-
 tem illam in communi subfuit causa impetrandi. Si autem inter plures par-
 tita sit hæreditas & vnus tantum de parte sua implacitatus fuerit, vnicum
 habebit effonium antequam comparuerit si voluerit, & in persona sua
 quantum ad partem illam terminabitur negotium, nisi ita sit q̄ sic respon-
 deat, quòd sine participibus suis non debeat respõdere, & quo casu sum-
 monendi sunt participes quòd sint ad respõdendum cum eo & sine qui-
 bus &c. Et etiam quo casu quilibet ex participibus (qui dicuntur partici-
 pes) vnicum habebit effonium ante apparitionem sed non quasi vnus hæ-
 res & particeps, & vicissim, donec constiterit eos esse participes. Et cum
 præsentibus sint omnes & deducere non possunt cum sint participes, ex tunc
 erunt quasi vnus hæres. Diuisio enim hæreditatis facit vnitatem iuris, esse
 plures, & per hoc hæredes esse plures, defensio enim omnium reuocat v-
 nitatem iuris, & sic iterum facit cõmunes defensio plures personas quasi
 vnum corpus & vnum hæredem propter iuris vnionem, quia si tenens a-
 miserit, omnes tenentur contribuere. Si autem plures sint tenentes in
 eodem breui, sed tamen diuerso iure & non vt participes, quilibet habe-
 bit effonium per se & non vicissim vt supra, quia hic sunt diuersa placita
 & ibi tantum vnum & non plura. Si autem sint ibi plures tenentes sicut
 vir & vxor, licet non teneant in communi vt supra dictum est, tamen qui-
 libet eorum vnicum habebit effonium simul vel vicissim, tum propter v-
 nitatem iuris tum propter vnitatem sanguinis, cum sint vna caro vir &
 vxor, quod non est in casu supradicto, & vnde si vnus illorum defaltam
 fecerit, ambo puniuntur pro defalta vnius. In hoc casu vero supradicto nõ
 nisi ille qui defaltam fecerit, quia in casu supradicto participum ius com-
 mune recipit diuisionem, ius autem viri & vxoris & de re vxoria nullam
 recipit diuisionem, & maxime cum res sit propria vxoris & non viri, cum
 ad virum non pertineat nisi tantum custodia ratione vxoris. Plures vero
 tenentes (licet teneant in communi) quilibet suum habebit effoniatorem,
 quia diuersæ sunt personæ & diuersæ excusationes. Cum autem omnes
 participes vel tenentes simul in curia comparuerint, & contingat quòd
 tenens vnus vel plures vel vnus ex pluribus se effoniauerit, vel dies datus
 fuerit

fuerit partibus si praesentes fuerint sicut dies amoris sub specie pacis, vel post visum petitem vel warantum vocatum, vel pro defectu recognitionum vel alia quacunque ratione, poterunt tenentes effonia sua reincipere sicut primo die summonitionis. Si autem plures sint tenentes qui tenuerint pro diuiso quilibet partem sua, & implacitati fuerint ab vno vel diuersis personis in communi, quilibet habebit vnicum effonium & per se, donec omnes simul comparuerint, & non vicissim. Si autem vnus defaultam fecerit, hoc erit sibi soli damnosum & non participibus si amiserit, & nec versus participes regressum habebit, sed sibi ipsi negligentiam propriam imputare poterit. Cum autem omnes praesentes fuerint, tunc procedat negotium quasi in communi, quia nullus sine alio respondebit, siue plures fuerint petentes in communi vel diuerso iure, quia bene contingit quod quidam ex pluribus poterunt retinere, siue ab vno vel pluribus petatur haereditas communis a cohæredibus sed diuisa, si tamen ab vno iure vel pluribus petatur in communi, simile erit iudicium tenentium singulorum, siue pro, siue contra: nisi sit aliquis qui partem suam amittat per negligentiam & defaultam, & quo casu versus participes regressum non habebit. Et vnde si vnus ex pluribus participibus vel pluribus tenentibus in communi primo die comparuerit, vel pro diuiso, siue participibus suis non respondebit nisi velit, hoc tamen allegato quod participes habeat. ¶. 8. Si autem plures sint ibi petentes, siue tenens sit vnus vel plures, obseruabitur in effonio secundum quod obseruandum erit in pluribus tenentibus, scilicet quod omnes habeant vnicum effonium simul & vno die vel vicissim & successiue, quia in hoc non licebit reo quod actori non liceat, quod quidem non contingit nisi ex magna causa, cum petens potius desiderare debeat instantiam litis quam dilationem. Et si forte ex pluribus vnus se effoniauerit, ex hoc omnibus alijs proueniet impedimentum & dilatio. Si autem vnus ex pluribus defaultam fecerit, expectato quarto die, recedet tenens de breui quietus ac si omnes defaultam fecissent, & sic erit vnus negligentia omnibus alijs damnosa, quia aut omnes sequantur aut nullus. Idem vero dicendum erit de viro & vxore petentibus, quod absentia viri erit damnosa vxori & econtrario, siue autem plures sunt qui teneant siue qui petant, si quidam ex illis praesentes fuerint & quidam se effoniauerint & diem habuerint, illi qui praesentes erunt semper habebunt eundem diem, ne continentia loquelæ diuidatur: & semper addatur in effonio ad cautelam quis se effoniauerit ad vnum diem vel ad alium, vt scire possunt in fine vtrum omnia effonia sua habuerint vel non. Et hec vera sunt, nisi consuetudo aliqua se habeat in contrarium, cum consuetudo vicem legis obtineat, longæui enim temporis vsus & consuetudinis non est vitis autoritas. ¶. 9. Esto quod tenens in propria persona sua sequi non possit, vel licet possit vel pro dubio euentu facit attornatum ad cautelam, quo casu in persona attornati iacet effonium & non in persona domini, siue petens qui attornatum fecerit siue tenens: quia attornatus fere in omnibus personam Domini representat. Fere dico, propter effonium de malo lecti, vt inferius dicetur. Et quamuis quis attornatum

natum fecerit in persona propria, sequi poterit cum voluerit vel possit. Item quod hoc volutati eius tribuatur, sed semper durat attornatus quousque dominus eum amouerit, & quamdiu durauerit attornatus, nunquam locum habebit essonium in persona domini, nisi cum ambo se essoniauerint ad similitudinem duorum attornatorum vel plurium, quia si dominus venire non possit per se possit venire per attornatum suum sed non econtrario, quia non est in duobus attornandum. Sed quid si dominus cum fecerit attornatum & illum non amouerit ad aliquem diem sine attornato egerit vel respondit, & diem ceperit in persona sua, quero quis ad alium diem debeat se essoniare, dominus vel attornatus? Videtur quod attornatus non, quia praesens non fuit in iudicio nec diem receperit, dominus non, quia fecit attornatum & illum non amouit. Tutius est quod ambo se essoniauerint, licet sufficiat quod attornatus se essoniat quantum ad excusationem, cum dominus cum non amouerit. Si autem dominus per se, non valebit quamdiu habuerit attornatum. Et quod dicitur de attornato tenentis, dici debet de attornato petentis. Item esto quod petens vel tenens plures fecerit attornatos, duos scilicet vel plures, vnus ex pluribus (si praesens fuerit in iudicio) agere poterit pro domino suo vel defendere sine alijs. Excusare autem absentiam suam non valeat sine alijs, quin procedatur ad defaultam ac si omnes defaultam fecissent. Et est ratio, quia si per vnum attornatum non possit dominus litis comparere, per alium poterit: & sic oportet quod omnes excusentur vel nullus. Constituti enim sunt attornati sub disunctione, ita quod si vnus non venerit vel venire non possit, quod alius veniat, nisi verque se legitime excusauerit: Et si vnus attornatus se essoniaret & alius non, si petens diem reciperet versus essoniatorem attornati & recederet, posset alius attornatus comparere & liti se offerre, & ponere petentem vel tenentem in defaultam, quod esset iniquum. De hac materia inueniri poterit de termino sancti Michaelis Anno Regni Regis Henrici decimosexto incipiente decimosextimo de I. Bathon episcopo & priore Bathon. Ad idem facit de termino Hillarij Anno eiusdem decimosexto de Iohanne de Karum. Item esto quod quis duos fecerit attornatos versus vnum querentem vel tenentem vel plures, & vterque se essoniauerit, & tenens forte vel querens defaultam fecerit: quæritur an vnus essoniator attornati vel ambo expectare debeant quartum diem? Videtur quod oportet quod ambo expectent, quia non videtur quod sufficiat quod vnus expectauerit non magis quam si vnus excusaret. Videtur etiam quod sufficit si vnus expectet, quia quoad essonium & excusationem vitur vice essoniatoris siue excusatoris, & quoad expectandum quartum diem vitur vice quasi actoris. Et ideo videtur quod sufficiat vnus: sed re vera quod cum infra quartum diem posset venire tenens nec prius reddi debeat essoniū quam ante quartum diem: Ideo oportet quod vterque expectet, quia non sufficit vnus, quia si vnus tantum se essoniauerit, non valet nisi vnus essoniator diem suum expectauerit. Item esto quod cum attornatus factus fuerit ante diem datum in curia, moriatur, & dominus principalis ad diem datum se essoniauerit nulla facta mentione de morte attornati, & Iustic. igno-

ignorantes de morte attornati iudicauerint essonium nullum, quia talis fecit attornatum & sic processerit ad defaltam, si dominus postea ad diem suum venerit excusando absentiam alterius diei & allegando causas absentiae de morte attornati, non excusabitur, quod quidem esse possit si simul cum essonio suo faciet essoniari attornatum de morte, unde videri poterit quod non aliter iaceret essonium in persona domini, cum attornatum fecerit nisi tunc demum cum attornatum amouerit, vel cõstiterit quod mortuus sit. Item esto quod cum quis fecerit attornatum, ad primum diem summonitionis se essoniauerit, & attornatus secundo die vel tertio, essonium domini nullum erit, quia fecit attornatum, & de defalta attornati procedendum erit ad diem datum per essoniatores si petens se tenuerit ad defaltam, quia essonium domini non defendit primum diem cum sit nullum &c. ¶.10. Quidam summonitione præuentus cum vellet peregre proficisci versus terram sanctam in passagio generali, duos fecerit attornatos vel plures, & dum ita esset in peregrinatione moriuntur attornati, ad diem offert se petens liti, nec tenens venit nec attornatum habet, quæritur quid iuris cum nihil sit quod possit tenenti imputari? Consilium curiæ erit, quod attornati essoniarentur de morte, & sic remanebit loquela sine die usque ad reditum domini principalis. Casus de Petro de Roches quondam Vintoniensi episcopo, qui profectus fuit in terram sanctam in generali passagio. Et quod dictum est de tali peregrinatione, obseruari debet in alijs peregrinationibus, sicut apud sanctum Iacobum vel alibi. Item esto quod quis se vel attornatum suum falso essoniauerit de morte cum viuus sit, si postea de eo constiterit quod sit viuus, resumoneatur loquela in eodem statu in quo fuit die essonij interpositi per hec verba, ita quod loquela illa tunc sit ibi in eodem statu quo fuit quando remansit sine die, eo quod prædictus talis se essoniauerit falso de morte, qui adhuc viuit vt dicitur. Et in quo casu, nisi sanare possit defaltam, amittet per iudicium: vt de termino Sancti Michaelis Anno Regni Regis Henrici decimo quinto incipiente decimo sexto in comitatu Cant. de quodam Osberto. ¶.11. Item, esto quod quis vocet ad warantum vnum vel plures warantos, post waranti vocationem habebit quilibet vnicum essonium antequam comparuerint tam vocans quam warantus. Si autem plures waranti vocati fuerint ab vno, quilibet eorum vnicum habebit essonium eodem modo, primo die simul vel vicissim, secundum quod superius dicitur, de pluribus tenentibus, scilicet quilibet post alium donec habuerint omnia essonia sua, scilicet quilibet vnum. Et si plures sint tenentes & plures waranti eodem modo, & ita quod si vnus ex pluribus tenentibus vel vnus ex pluribus warantis se essoniauerit primo die & omnes alij præsentibus sint, habebunt eundem diem quem habet essoniator & ita de die in diem poterit se vnus essoniare & postea alius, donec quilibet vnicum habuerit essonium. Et eodem modo cum omnes semel & simul in iudicio comparuerint & alium diem simul receperint, poterunt reincipere essonia sua sicut primo die. Si autem quidam se essoniauerint & quidam præsentibus fuerint & quidam fecerint defaltam, de essoniatis & præsentibus fiat vt supradictum est. De absentibus vero fiat

SSSs.j.

ita

ita, scilicet quòd petens vel attornatus suus vel effonator suus si fuerit effonatus, expectet quartum diem versus eos, si vocati infra quartum diem non venerint, & in quarto die si non venerint, procedatur ad defaultam secundum quod inferius dicitur de defaultis. Item cum vnus effonatus fuerit versus plures, effonator suus omnes dies recipiet versus omnes. Si autem plures versus vnum, quilibet recipiet diem suum, nec poterit vnus alterius diem recipere, non magis quam duos participes effoniare. Item dicitur generaliter, quòd si quis se effoniauerit versus vnum, effoniat se versus omnes, & tunc refert vtrum plures sint petentes & vnus tenens vnicam rem. Si autem plures petentes in communi, sufficit si dicat effonator tenentis quòd effoniat dominum suum versus talem & omnes alios nominatos in breui sine expressione nominum aliorum. Si autem sic dicat, effonio dominum meum versus talem de tali placito sine mentione aliqua de alijs in breui nominatis, videtur (& verum est) quòd hoc sufficere debeat, quia per hoc quòd Dominus effonatur, nihil aliud præteditur, nisi quòd dominus suus per infortunium vel per morbum aliquem superuenientem impedimentum habeat, quòd ad diem sibi datum venire non possit, & ita cum in curia semel excusetur absentia eius per effoniatorem suum versus vnum & probetur excusatio sua, sufficit versus omnes, quia si alij procedere vellent ad defaultam contra effoniatum, hoc facere non possent sine participes qui exprimitur, & ideo nulla defaulta: Si autem e contrario vnus vel plures petentes contra plures tenentes, tunc refert vtrum tenentes sint in communi vt participes, vel tenentes diuersa tenementa per diuersa iura. Si autem diuersa teneant tenementa & per diuersa iura, tunc oportet quòd petens (si vnus sit) effoniat se versus omnes cum expressione personarum, quia sunt ibi diuersa iura & diuersa placita, licet plures tenentes in vno breui comprehendantur. Et si plures sint petentes in communi & vnus tenens siue plures, oportet quòd omnes petentes se excusent aut sequantur & veniant, sed defaulta vnus non erit omnibus alijs damnosa, nisi tantum illi qui defaultam fecit de parte sua. Si autem tenentes teneant in communi vel pro indiuiso, dum tamen vt participes, si petens vnus vel plures se effoniauerint, dum tamen omnes, sufficit si effonati sint contra vnum & alios in breui nominatos, vel rãtum contra vnum sine mentione de alijs, ratione supradicta, quia cum petentes excusati fuerint versus vnum tenentem ex pluribus in communi, alij sine eo procedere non poterunt ad defaultam. Item si cui acciderit aliqua infirmitas in itinere veniendi & quòd impotens sit veniendi: Eodem modo impotens esse poterit mittendi plures personas ad curiam ad excusandam suam absentiam, & ideo sufficit si vnicam personam mittat contra plures qui sunt quasi vnica persona, propter vnicum ius quod habent. Item effoniatum non fit parti sed curiæ (vt videtur) quia in absentia aduersarij poterit quis se effoniare sicut in presentia. Et eodem modo in absentia aduersarij poterit fieri warrantizatio effonij & sacramentum, & vnde videtur quod sufficit si iusticiarius constiterit de impotentia, etiã sine parte altera. Et ideo si impotens sit veniendi vel mittendi

versus

versus vnum, impotens esse poterit mittendi versus plures, & non refert nisi quod iusticiarijs constiterit de impotentia. Sed contra si plures sint petentes, oportet quod tenens vnus vel plures se effoniet versus quemlibet nominatum ita quod distinguetur, quid, quis, contra quem & de quo placito, secundum quod videri poterit in alternato faciendo, quis arronauerit, & quem, & versus quem, & de quo placito: que omnia si non exprimantur non valebit attestatio. Eodem modo (vt videtur) obseruari deberet de effonio, quia potest quis tenens esse effoniatus versus vnum ex pluribus & in defaulta versus alium, sed obseruandum erit vt supra, secundum quod ibi fuerit vnum placitum vel plura. ¶.12. Item quis? Et sciendum quod effonari poterit tam campio quam dominus principatis post duelli vadiationem simul & vno & eodem die vel vicissim: vt de termino Sancti Michaelis Anno Regni Regis Henrici nono incipiente decimo in comitatu Cant de quodam recorde de Abbate de Haynsham. ¶.13. Item quando? Et sciendum quod primo die litis, quia non sufficit quod in crastino, scilicet secundo die, tertio, vel quarto, licet expectari debeat ille qui summonitus est vsque ad quartum diem, vt infra veniat vel mittat nuntium ad excusandum suam absentiam, licet suus effonator diem non recipiat si forte effonium locum non habeat, secundum quod inferius dicitur de defaultis. Si autem effonium competat summonito & faciat se effonari secundo die vel tertio, allocabitur effonium, & dabitur dies effoniato per effoniatorem suum, & ad diem illum allocabitur petenti defaulta si se tenere voluerit ad defaultam, & quo casu si tenens se excusare non possit ad diem illum amittere poterit seysinam. ¶.14. Et vbi? Et sciendum quod in iudicio & coram suo iudice & non alio, licet coram eo qui habeat iurisdictionem cum alijs iusticiarijs cum suus non habet iurisdictionem nec cohercionem. Si autem coram alio per errorem se fecerit effonari, adhuc valebit effonium, de gratia tamen, quod saluabitur defaulta quousque iudicium reddatur de defaulta, vterius autem vix poterit excusari. ¶.15. Item quotiens? Et sciendum quod ad quamlibet apparitionem in iudicio, secundum quod summonitus tenuerit per se vel in communi, postquam diem in iudicio recepit, post visum petitum, warrantum vocatum, & post diem datum sub spe pacis vel alio modo. Et generaliter in omni casu in principio litis, ad quamlibet summonitionem vbi controuersia siue placitum fuerit inter partes, & vbi fuerit iudicium, & qui iudicet inter partes & siue ab initio præcipiatur quod vicecomes habeat corpus sine solennitate attachiamentorum, vel quod venire faciat, vel distringat per terras & catalla, alioquin iniuriosum esset vocato in ius iuris beneficium denegare. Si autem nullum sit ibi placitum nec iudicium, sed sit aliquis qui mandet aliquod vt ballium suum, aliud erit dicendum vt supra.

1. De effonijs de malo lecti. 2. Quando fieri debet effonium de malo lecti & qualiter. 3. Quotiens fieri debet effonium de malo lecti, quando & qualiter. 4. Si quis habere possit duo effonia de malo veniendi simul propter necessitatem. 5. Si vir & vxor se simul effoniauerint de malo lecti. 6. Ad qua breuia pertinent duo effonia de malo veniendi & similiter de malo lecti. 7. Vbi vertitur breue de recto in breue de ingressu per narrationem & ecotario. Cap. 4.

SSSs.ij.

Item

Item excelsatur alicuius absentia per infirmitatem de se sequentia, de qua
 procedit effonium quod dicitur effonium de malo lecti, & quod sem-
 per sequitur immediate (nullo alio effonio interiecto), effoniū de malo
 veniendi. Item nec de sermone domini Regis nec de alio sic tunc locū ha-
 bet cum quis infirmitate per malum veniendi ita fuerit impeditus & de-
 tentus quare non possit se excubare per illud effoniū, & ab itinere
 reuertatur in domiciliū suū, & vertatur malum transiens in languorē, quo
 casu videndum erit utrum talis infirmitas sit malum transiens vel languor.
 Si autem malum transiens, post visum habebit effoniū alium diem per
 spacium xv. dierum ad minus. Si autem languor tunc dabitur ei vnus an-
 nus & vnus dies, & ita q̄ annus sit integer, secundum quod sit ex mensu-
 ris, horis, diebus, scilicet ex 365. diebus & sex horis, si vnus annus sit bissex-
 tilis siue alius, nec maior erit annus bissextilis aliquo anno precedente, die,
 (propter diem excresecem) nec hora, nec momento, secundum quod in-
 ferius dicitur plenius de anno & die, & talis infirmitas infra annum pro-
 prie dicitur languor, si autem, ytra annum durauerit, talis infirmitas dici
 poterit morbus longus, scilicet morbus incurabilis. Item effoniū de ma-
 lo lecti non sequitur omne effoniū de malo veniendi, quia sunt quedam
 breuia in quibus non sequitur nisi tantum effoniū de malo veniendi sim-
 pliciter & per se, & nunquam effonium de malo lecti, nisi aliquando per
 accidēs sicut per narrationem, vbi breue de ingressu vertitur per narrati-
 onem ad breue de recto. Et quo casu, in principio litis non statim sequi-
 tur effonium de malo lecti effonium de malo veniendi, nisi tunc demū cum
 mutata fuerit natura, breuis de ingressu in naturā breuis de recto, & eo-
 dem modo non statim sequitur effonium de malo lecti effonium de malo
 veniendi, nisi tūc demū cum mutata fuerit natura breuis de cōmunia pa-
 sturæ (facta specificatione de qualitate & quātitate) in breue de recto per
 narrationem, sicut in breui de quo iure & huiusmodi. Item sequitur effo-
 niū de malo lecti effoniū de malo veniendi & definit sequi in fine per
 narrationem, vt si quis primo agat per breue de recto, habebit vtrūq; effo-
 niū in principio, sed cum breue de recto versū fuerit in breue de ingressu
 per narrationem, & tenens se posuerit in iuram, tunc definit effonium
 de malo lecti sequi effoniū de malo veniendi, cum loquela per narrati-
 onem incipiat esse alterius naturæ. Et eodem modo in breui de recto, vbi
 hæreditas descendit a cōmuni stipite vsq; ad coniūctas personas, scili-
 cet duos fratres vel plures vel eorum hæreres in infinitum descendentes.
 In principio litis sequitur vnū effonium aliud, vt prædictum est, sed in
 fine sequi definit cum iudicatum fuerit inde duellum, nec magna assisa
 iacuerit inter tales personas a cōmuni stipite venientes. Item est & a-
 liud breue de recto vbi vnū effonium aliud non sequitur, nec in princi-
 pio breuis, nec in medio, nec in fine, nec aliquo tempore, quale est bre-
 ue de recto de dote, quia nunquam erit ibi duellum nec magna assisa.
 Et generaliter verum est quod vbi cūq; sequi possit magna assisa & du-
 ellum, & quamdiu & dum sequi possit, locum habebit effonium de malo
 lecti, & vbi cūq; non sequitur duellū nec magna assisa, vel si sequi ince-
 perint & sequi defierint, nunquā locum habebit effonium de malo lecti.

Item

De Effonijs. Ca. 4. Fol. 34r

Item videndum quis se effoniare possit de malo lecti post effonium de malo veniendi & sciendum quod tam masculus quam femina plures vel vnus. Item warantus cum adhuc non warantizauerit, dum tamen languor non praecesserit, vt inferius dicitur. Item tam minor quam maior, dum tamen minor infra aetatem teneatur de feoffamento ei facto ad breue de recto & respondere, quia in hoc casu omnia habebit remedia quae haberet aliquis maior in causa proprietatis, licet per se respondere non possit vel iurare, potest tamen per custodem & curatorem, qui (si opus fuerit) iurare poterunt ad warantizandum effonium in animam ipsius minoris, si implacitatus fuerit de aliquo & effoniatus de malo veniendi de quo antecessor suus non obiit seysitus vt de feodo, & vbi praesentia sua fuerit necessaria quod ad ius respondeat. In quo casu, semper fiat intentio super effonio de minori aetate, ita scilicet, & sciendum quod talis est infra aetatem. Si autem petat minor in causa possessionis seysinam antecessoris sui per assisam, nullum habebit effonium minor petens nec tenens contra eum, cum tantum operetur eius absentia quantum praesentia, cum nihil dicere possit quare assisa remaneat quin statim capiatur. ¶ 2. Item quando fieri debeat effonium de malo lecti & qualiter & sciendum quod tertio die inclusiuo, scilicet ante diem datum per effoniatorem in effonio de malo veniendi, & per duos qui non dicuntur effoniatore sed nuntij, eo quod mittuntur vel nuntiant ad excusationem, & non effoniant, quia diem non recipiunt nec affidant de habendo waranto suo ad aliquam diem ad probandam excusationem, vt supra de effonio de malo veniendi, & sic mitti possit quis ad effoniandum & probandum vel ad effoniandum & non probandum propter dubium euentum effonij. Itē est nuntius qui aliquādo mittitur vel licet non mittatur verba faciat pro absente, quasi pro amico, & nuntiat tale impedimentum interuenisse quod summonitus venire non possit, & talis proprie dicitur nuntius & non effoniator, sicut alij praedicti, & audiri debet sicut nuntians vsque ad quartum diem & quandoq; ulterius vsq; ad iudicium de defaulta. ¶ 3. Item quotiens, & sciendum quod in omni tempore post effonium de malo veniendi, donec adiudicatus fuerit ei languor & habuerit languorem, scilicet annum & diem, quia post languorem adiudicatum, aliquādo ex causa de voluntate petentis poterit dari effoniato licētia surgēdi, vt statim respondeat, quod quidem sine voluntate petentis nulla ratione est concedendum ante annum & diem, & cum ita responderit & diem habuerit, poterit post effoniū de malo veniendi effoniare se de malo lecti, quia non sufficit quod languor sit adiudicatus nisi sit adimpletus. Item si plures fuerint participes qui tenuerint in communi, possunt omnes se effoniare si voluerint simul & vno die. Et si in effonio de malo lecti fuerit omnibus simul languor adiudicatus, erit languor omnium quasi vnus languor. Si autē cum plures effoniati fuerint de malo lecti cum visus fuerit post effoniū, poterit quibusdam adiudicari languor & quibusdam malum transiens, & omnes qui languidi sunt ad diē quo testificabitur languor, habebunt annum & diē apud turrim Londō & alij nō eundem diē, sed diē conuenientem, cum sine alijs respondere non tenentur. Et cum semel vni vel pluribus fuerit languor adiu-

adiudicatus & in iudicio testatus, nullus eorum de cætero habebit effonium de malo lecti, nisi (vt prædictum est) si detur licentia surgendi, sed semper effonium habebunt de malo lecti, donec vnus vel plures, vel omnes simul habuerint languorem. Item poterit vnus ex pluribus vno & eodem die se effoniare de malo lecti, & particeps suus vnus vel plures de malo veniendi, & si illi qui de malo veniendi se effoniauerint de malo lecti, ad alium diem se effoniare non poterunt, donec constiterit de primo effonio vtrum habuerit malum transiens vel languorem, quia si languorem habuerit & de hoc constiterit, & alius similiter se effoniauerit de malo lecti ad alium diem & haberet languorem, ita possunt esse in vno placito simul & semel duo languores, quod esse non debet. Igitur cum vnus ex pluribus effoniatus fuerit de malo lecti, cessabunt omnino effonia de malo lecti in personis aliorum, donec sciatur vtrum talis habuerit languorem vel malum transiens propter inconueniens supradictum, & cum vnus languorem habuerit, de cætero cessabunt omnia effonia de malo lecti in personis aliorum. Sed esto quòd cum vnus ex pluribus effoniatus fuerit de malo lecti & alij cum habuerint diem per effoniatos suos se faciant effoniari de facto ad diem illum de malo lecti, iudicium effonij erit in suspensio vsq; ad quartum diem, in quo casu si quatuor milites venerint & testati fuerint visum & quòd defenderint ei languorem, tunc (ne absens sit omnino indefensus) propter necessitatem de consilio curiæ succurritur ei ita quòd vertetur effonium de malo lecti in effonium de malo veniendi. Sed esto quòd ad diem datum per effonium capiatur inter partes dies amoris, cum vterque comparuerit ad illum diem, sequatur effonium de malo veniendi, & si se effoniauerit de malo lecti, eodem modo poterit verti effonium de malo lecti in effonium de malo veniendi vt prius. Et sic fieri poterit in omni casu vbi iauerit effonium de malo veniendi, sed si nullum, erit hoc defalta, sed nunquam vertitur effonium de malo veniendi in effoniũ de malo lecti. Quandoq; vertitur effonium de malo veniendi in effonium de malo lecti. Quandoq; vertitur effonium de malo lecti in effonium de malo veniendi ex necessitate & de consilio curiæ, & ita quòd habebit duo effonia quodlibet post aliud sine apparitione, & sic cum vnus ex pluribus languorem habuerit, extunc cessabunt omnia effonia de malo lecti in toto placito illo siue tenentes warantum vocauerint siue non. Si autem dederint ei malum transiens, tunc primo tenebit effonium secundum de malo lecti in persona alterius effoniati. Si autem quatuor milites non venerint infra quartum diem nec primò effoniatus, tunc eodem modo & eadem necessitate (vt prædictum est) vertitur effonium de malo lecti in effoniũ de malo veniendi, donec sciatur vtrum primò effoniatus de malo lecti habuerit languorem vel non, & ad omnes dies sequentes erit vt prædictum est, secundum quòd testatum fuerit per quatuor milites. Si autem partitio facta fuerit inter plures cohæredes de communi hæreditate, & ita quòd quilibet respondere debeat de parte sua in principio litis antequam omnes simul comparuerint, quilibet per se habere poterit effonium de malo lecti & quilibet languorem, & ita quòd plures esse possunt languores

res post diuisionem hereditatis : vt de termino s. M. anno Regis H. ix. incipiente x. in com. Suff. de Salomone de s. Edmundo & Oliua filia Andreæ. sed cum omnes comparuerint in curia & ita quod nullus sine alio velit respondere, tunc aliud erit vt in primo casu, nisi quis habere poterit duo effonia de malo veniendi simul propter necessitatem, ita quod ex necessitate possit quis habere duo effonia de malo veniendi. ¶ 4. Esto quod quis implacitatus fuerit de diuersis placitis, & in vno eorundem fuerit ei languor adiudicatus, & in alio placito se semel effoniauerit de malo veniendi, & diem habuerit, & ad quem diem venire possit nec mittere cum attorney non fecerit, ne sequatur effonium de malo lecti si se iterum effoniauerit de malo veniendi, aut de necessitate allocabitur ei effonium de consilio curiæ, vel suspendetur processus illius loquelæ, quousque effoniatus comparere possit post languorem, & non procedatur ad defaultam : vt de termino P. anno Regis H. xvj. in comitatu Norf. de Galfrido filio Baldwini. Item quod non proceditur ad defaultam in vno placito propter effonium de malo lecti in alio, inueniri poterit de termino sancti M. anno Regis H. xv. incipiente xvj. in comitatu Midd. de Gylberto de Hendon, & hoc maxime si placitum emerferit post languorem adiudicatum. Item erit si languidus post languorem adiudicatum vocatus fuerit ad warrantum, secundum quod euenit de prædicto Galfrido. Item quod allocari debeat effonium in prædicto casu, quod aliàs non esset licitum, probatur de termino s. M. anno Regis H. vj. incipiente vij. in comitatu Norf. de Erimarda de Pocotte & quodam Iohanne qui se effoniauit versus eam de malo veniendi de vno placito, & cui fuit languor adiudicatus in alio placito, & quamuis effonium de malo veniendi non iaceret, fuit tamen ei allocatum de consilio curiæ propter necessitatem, quia honestius fuit effonium allocare ex causa, quam procedere ad defaultam, cum effoniatus non esset in culpa. ¶ 5. Si vir & vxor se simul effoniauerint primò de malo veniendi, poterunt se simul effoniare de malo lecti ad alium diem si voluerint, & simul habere languorem, sed non erunt ibi plures languores sed vnus, propter iuris vnitatem. Item poterunt se vicissim effoniare si voluerint tam de malo veniendi quam de malo lecti, & secundum quod suprædictum est, donec habuerint languorem ambo simul vel alter eorum per se. Sed cum ambo primo die simul effoniati fuerint de malo veniendi, & ad alium diem compareat vir & vxor, & vir effoniatus fuerit de malo lecti, & ad diem datum cum effoniatus visus fuerit testatum fuerit per milites quod sit malum transiens, & vxor eodem die se effoniauerit de malo lecti, quæritur an sit effonium allocandum immediatè post apparitionem, cum semel in curia comparuerit post effonium de malo veniendi, & non erit allocandum, quia effonium de malo lecti, semper sequitur effonium de malo veniendi immediatè, & de apparitione tempore medio tollitur omninò effonium de malo lecti, & per aliud effonium immediatè, sicut de seruitio domini Regis si procedat effonium de malo lecti, vel si aliud interuenerit vel non, idem erit dicendum. Post effonium vero de malo lecti, nunquam iacebit effonium de malo veniendi de tem-

de tempore præterito, & non niſi ſummonita fuerit loquela, & poſita coram Iuſticiarijs itinerantibus quaſi ex noua ſummonitione, vel noua reſummonitione, poſt iter iuſtic. cū quis ad vltimū diē eſſoniat^o fuerit in bāco, & languor ei adiudicatus non fuerit, & licentiam habuerit ſurgendi, occasione itineris Iuſtic. Itē eſto q̄ vir eſſoniatus fuerit de malo lecti & milites forte ad diem datum non venerint, & vxor ſe eſſoniauerit de malo veniendi, & diem habuerit per eſſoniatores ſuum, & milites attachiati fuerint, & eundem diem habuerint ad quem ſi milites non vnerint oportet q̄ vxor compareat, & ſi defaultam fecerit, defaulta ſua erit vtriq; dānoſa, ita q̄ vterq; amittet per defaultam vnus, quicunq; illorum defaultam fecerit, quia res ſiue tenementa vxoris non recipiūt diuiſionem, ſicut inter cohæredes & participes. De hac materia inueniri poterit de termino ſ. H. anno Regis H. xiiij. in com̄ Denon̄ de Thoma de Tyndland. Et oportet q̄ apparcat ad omnes dies ſine eſſonio, donec viſus factus fuerit de viro ſuo, poſtquam ſemel habuerit eſſonium de malo veniendi, quia plura habere non poterunt antequam ſimul compareant vir & vxor, & idem dicatur de viro, cū vxor eſſoniata fuerit de malo lecti, Si autem bis ſe eſſoniauerit, tunc obſeruetur vt ſupradictum eſt. Item cū quis plures warantos vocauerit ſiue ſit tenens vnus ſiue plures, ſi tale ſit placitum & tale breue quod ſequi debeant eſſonia de malo lecti, tunc videndum erit vtrum tenentes qui warantum vocauerint languorem habuerint, quidam, vel omnes, vel non. Si autem languorem habuerint, waranti languorem non habebunt, tenentes vero eſſonium habebūt de malo lecti, donec waranti warantizauerint, & waranti nullū, antequā warantizauerint, cū autem warantizauerint, tunc primò habebunt eſſonia de malo lecti, ſi languor nō præceſſit, & viciffim ſe poſſunt eſſoniare de malo lecti cū warantizauerint ſicut ipſi principales tenētes donec ſemel habuerint languorem. ¶ 6. Videndum inter cætera ad quæ breuia pertineant immediate duo eſſonia. In quo caſu neceſſe erit quod in eſſonijs de malo lecti allocandis, primò inſpiciantur breuia originalia, inter quæ inueniri poterunt duo breuia, a quibus generaliter duo procedunt eſſonia, ſcilicet breue de recto de terra, ſed non breue de recto de dote, quia ad breue de recto de dote, non iacet eſſonium de malo lecti, ex quo non ſequitur ex eo duellum, nec magna aſſiſa. Item duo ſequuntur eſſonia quoddam breue de recto quod vocatur præcipe, ſicut illud vbi quis terram quam petit clamat tenere de domino Rege in capite, quod immediate terminari debet in curia domini Regis. Eſt etiam aliud breue quod loquitur de ſeruitio & conſuetudine. Item breue de aduocatione eccleſiæ, quod ſimiliter immediate terminari debet in curia Regis. Eſt etiam quoddam breue quod vocatur præcipe, a quo per accidens & ex diſcretionem Iuſticiarij duo procedunt eſſonia, in quo ſit mentio de longinquo ingreſſu, verbi gratia. ¶ 7. Præcipe A. quod iuſte &c. reddat tali Abbati tantam terram cum pertinentijs in tali loco, quam clamat eſſe ius eccleſiæ ſuæ, & in quam idem A. non habet ingreſſum niſi per B. quondam Abbatem talem, qui ſine aſſenſu & voluntate capituli ſui illam dimiſit &c. Et in huiusmodi breuib; priuſquam fiat iudicium de eſſonio

effonio de malo lecti si factum fuerit, sunt a iusticiarijs inquirenda in hoc casu huiusmodi. Inquirendum est a petente per quantum tempus aduersarius suus terram illam tenuit, et quando Abbas obiit per quem ingressum habuit, si vero dicat quod per 30. vel 40. annos vel amplius, tunc admittatur effoniū de malo lecti & hac ratione, quia cūm alij Abbates medij & conuentus semper permiserunt ipsum tenentem sine clamore, & postea post prædictum ingressum de tali ecclesia possēt alij Abbates succedentes cum consensu conuentus confirmare factum primi Abbatis, videtur & præsumendum est quod ipse tenens iuste possideat & iusto titulo, donec probetur in contrarium, vnde facilius in hoc casu admittitur effonium de malo lecti. Sed quæro quare processum est per tale breue, cūm breue de ingressu non excedat tempus assisæ mortis antecessoris. Responsio. Pertalem narrationem & interrogationem non stat in vigore suo, nec retinet virtutem breuis de ingressu, immo illam excedit, & cūm per narrationem contra sui ipsius naturam incipiat esse quod non fuit, eius habebit naturam quod incipit esse, & omnia habebit remedia quæ breue de recto, et maxime quantum ad effonia, secundum quod superius dictum est. Item duo iacent effonia in breuibus de diuisis, & si aliqua particula terræ remanet in contentione, & vbi processum est sicut per breue de recto, & tunc demum iacent cūm terra illa fuerit specificata. Item iacent duo effonia de seruitio & consuetudine, postquam de forceator responderit, et certum est quid deduxerit in certum iudicium, quia ad duellum vel magnam assisam procedi non potest, nisi super certa re & expressa. Item in quolibet breui vbi quis excedit formam breuis, & loquitur de iure, & in quibus interseritur narratio, vt de iure, sicut aliquando contingit in breui quo iure, & alijs, et vbi peruenitur ad magnam assisam iacet effonium de malo lecti, vt infra plenius dicitur. Et sciendum quod non ad omne breue quod vocatur & incipit per præcipe sequitur effonium de malo lecti, quia sunt plura quæ incipiunt per præcipe, quæ in nullo tangunt ius merum, quia sunt de ingressu ad firmam & ad terminum, vel breue quod sequitur post nouam disseysinam, vbi Iuratores fuerunt electi & iuisus terræ factus fuit, et quod fertur super disseysitorem vel filium eius & hæredem vel alium ab eo qui disseysitus est vel eius hærede, ¶ 7. In breuibus vero de recto quæ vocantur præcipe & vbi duo iacent effonia, placitum ita aliquando mutari possit, quod nullum iacebit effonium de malo lecti post mutationem illam, verbi gratia. Esto quod petens petat terram aliquam de seysina aui sui, & dicat omnia verba pertinentia ad duellum, & adijciat quod auus suus inde obiit seysitus, vt de feodo & iure, & quod idem tenens non habet ingressum in terram illam, nisi per hoc quod intrusit se in eadem post mortem aui sui, dum idem petens vel pater ipsius petentis fuit infra ætatem, vel alio modo, vt si dicat, & in quam non habet ingressum nisi per hoc quod posuit se in terram illam, vt capitalis dominus post mortem ipsius talis aui sui die quo obiit, & vnde fiat iurata per iudicium curiæ & per consensum partium .s. si tam petens quam tenens in hoc consenserint, quod aliter fieri non debet nisi ambo in iuratum se posuerint, tunc statim

TTT.i.

cessa-

cessabit essonium de malo lecti, secundum quod superius fit mentio. Eodem modo impediri poterit essonium de malo lecti, si finis obijciatur, qui factus fuit inter antecessorem ipsorum, & alijs modis consimilibus, vbi de consensu tenentis fit descensus in breui de recto, vsque ad iuratum, & econuerso in breuibus de ingressu, in quibus in primis non iacuit nisi vnicum essonium de malo veniendi. Accrescit aliquando per narrationem essonium de malo lecti, quia esto quod tam petens quam tenens omitterat loqui de ingressu in narratione sua, & proponat in narratione sua de iure & proprietate, & inde (sicut saepius contingit) emergat magna assisa vel duellum, vel alia forma processus ingressu praetermissa, quod tamen raro accidit, nisi de consensu partium, statim post diem datum partibus, poterit tenens se essoniare de malo veniendi, & postea de malo lecti, & hoc prouenit ex narratione iuris, potius quam ex virtute breuis originalis. Et hoc prima facie videtur esse contrarium ei quod dicitur, quod secundum breuia originalia, iudicanda sunt essonia, & ab eis procedunt. Ad quod sic poterit responderi, quod quamdiu breue originale stetit in suo vigore, tantum vnicum sequebatur essonium. Sed postquam per narrationem partium & consensum eorum locum non tenuit & mutata narratione in iure processum est, tunc ad essonium de malo lecti peruenitur, & procedendum erit tanquam ab initio processum esset per breue de recto. Et de hijs quae dicta sunt hic fit superius mentio de breui de ingressu sed hic fit repetitio vt addatur.

- 1 ¶ Qualiter essonium de malo veniendi debeat irrotulari & iudicari de seruitio domini Regis. 2. Qualiter de simplici essonio de malo veniendi. 3. Si warrantus vocatus fuerit. Cap. 5.

Quia diuersimodè fit irrotulatio essoniorum secundum diuersitatem breuium & placitorum ad instructionem minorum, dicendum erit de irrotulatione. Sed quia de modo irrotulationis dictum est supra de illis qui peregrè pfecti sunt ultra mare, siue in terram sanctam pro generali passagio, siue pro simplici peregrinatione, siue citra mare Grecorum in peregrinatione versus s. Iacobum, vel alibi, ideo de modo peregrinationis huiusmodi non erit hic repetendum, sed de seruitio domini regis, ita videlicet. A. de N. qui est in seruitio domini regis ultra mare vel citra, essoniatur versus talem de tali placito per talem, & in quo casu differri poterit loquela quamdiu essoniatus fuerit in seruitio domini Regis dum tamen habet ad manum quolibet die warrantum suum breue domini regis. ¶ 2. Item si quis se essoniauerit de malo veniendi vnus versus vnum, tunc fiat sic irrotulatio de simplici essonio. Talis versus talè de tali placito per talem, & ita quod semper in principio fiat mentio de com in margine, & hoc si tantum sit vnus petens & vnus tenens & quilibet eorum poterit se essoniare semel & simul eodem die summonitionis vel vicissim, modo vnus, modo alius, si petens hoc voluerit. Et ideo petenti competit essonium, quia non licet in hoc casu tenenti quod petenti non liceat, et sic fiat irrotulatio de petente cum tenens se essoniauerit. Et idem

idem talis. s. petens versus talem. s. tenentem de eodem per talem. Et hoc si ambo se simul & eodem die effoniauerint, si autem vicissim, & repens se prius effoniauerit, et petens comparuerit, & eundem diem in curia receperit, ad alium diem (si voluerit) se effoniare poterit, & econuerso. Si petens primo die se effoniauerit, & tenens comparuerit, & eundem diem receperit, ad alium diem se effoniare poterit, & ita multotiens quamdiu petens effoniatus fuerit. Si autem plures sint ibi participes tenentes in communi vel seperatim, quilibet habebit effonium suum, & suum effoniatorem, dum tamen si in communi, poterunt se effoniare omnes simul, & eodem die vel vicissim, vnus vel plures, donec quilibet habuerit vnicum effonium, si voluerit, antequam compareat, & non plura, & tunc fiat irrotulatio sic. Talis. s. tenens versus talem. s. petentem de tali placito per talem. Et eodem modo dicatur de alijs tenentibus omnibus, qui se effoniauerint & de illis qui presentes fuerint, dabitur idem dies, & contra absentes procedendum erit ad defaultam. Si autem plures sint tenentes qui tenuerint per diuiso, quilibet habebit effonium suum sed non vicissim vt supra. Si autem vnus tenens vel plures se effoniare debeant versus plures petentes, non oportet mentionem facere de omnibus petentibus, sed de vno tantum, & de alijs in breui nominatis, & eodem modo fiat de vno petente vel pluribus versus tenentes plures. ¶ 3. Si autem warrantus vocatus fuerit ab vno tenente vel pluribus, vnus warrantus vel plures, quilibet ipsorum vnicum habebit effoniū (si voluerit) simul vel vicissim, tam tenens qui vocauit, quam warrantus qui vocatur, vnus siue plures, & vnde cum warrantus se effoniauerit, sic fiat irrotulatio. Talis warrantus. s. quem talis. s. tenens, vel alij tales vocauerunt ad warrantum, versus talem petentem, vel tales, de tali placito, per talem. Si autem tenens presentis fuerit, habebit eundem diem, si autem eodem die se effoniauerit, tunc fiat irrotulatio sic. Idem talis. s. tenens versus eundem. s. petentem de eodem per talem. Si autem defaultam fecerit, sequatur petens defaultam. Si autem tenens se effoniauerit & warrantus comparuerit, habebit eundem diem. Si autem defaultam fecerit, expectet tenens vel eius effoniatorem quartum diem, & tunc si non venerit, procedatur ad defaultam, & quod dicitur de vno tenente & vno warranto effoniato, vel non effoniato, dicatur de pluribus tenentibus & attornatis. Et in fine notandum, quod nec tenens versus warrantum nec warrantus versus tenentem sed quilibet eorum se effoniabit versus principalem petentem, & siue petens siue warrantus se effoniauerit, semper exigatur ille qui se non effoniauit.

1 ¶ Qualiter effonium de malo veniendi iudicatur. 2. Si breue originale non venerit, breue vicecomitis q. faciat aliud venire. Cap. 5.

ET vt effonia de malo veniendi vnde iudicentur, imprimis inspicienda sunt breuia originalia, maxime si placitum nouum fuerit vel breuia iudicialia, si sit nouum vt per hoc scire possit vtrum effonium iaceat vel non. Si autem placitum nouum sit & breue venerit, tunc fiat mentio in margine quod placitum nouum sit. Si autem breue non venerit, eo-

TTTt.ii.

dem

dem modo fiat mentio in margine quòd non breue, sed allocetur effonium si petens venerit, & dicatur ei quòd habeat breue suum ad alium diem per aliud breue vicecomiti directum. ¶ 2. Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd venire facias coram iustitiarijs &c. breue nostrum quòd tibi venit de placito quòd summonitum est in curia nostra coram iustitiarijs &c. inter talem petentem & talem tenentem, de tanto terrarum pertinentijs in tali villa, vel aliter. Breue nostrum quòd tibi venit de summonendo talem quòd esset coram &c. ad respondendum tali mulieri de dote sua quæ eam contingit de libero tenemento, quòd fuit talis quondam viri sui &c. vel aliter: talem querentem & talem de attachiando talem de tali placito, & ita quòd semper fiat mentio in tali breui de breui originali quæ fuerit, & tunc sic: & tuipse tunc sis ibi auditorus iudicium tuum de hoc, quòd breue illud præfatis iustitiarijs non misisti ad talem diem, sicut præceptum tibi fuit. Et habeas ibi hoc breue simul cum alio breui Teste &c. Si autem placitum vetus fuerit, quòd quidem erit post primum effonium, tunc eodem modo fiat mentio in margine quòd vetus est, & eodem modo si verus, & resummonitum est, & tunc inspiciantur rotuli tam de placitis quàm de effonijs, vt sciri possit qualiter partes ultimo die litis a curia recesserunt, & per hoc perpendi poterit de facili quibus competat effonium, & quibus non, & si plures contineantur in breui quorum quidam se effoniauerint, & quidam non, fiat mentio in margine sic, alius vel alij. Item si warrantus vel Iuratores vel recognitores, fiat mentio in margine sic: exigatur warrantus vel exigantur Iuratores. Et eodem modo de omnibus fiat mentio quos tangit negotium, & quorum præsentia fuerit necessaria, & si vir effoniatus fuerit, fiat mentio super effonium sic, quòd habet vxorem & econuerso, & qui si præsentis fuerint, habeant eundem diem, si autem defaltam fecerint, procedatur contra eos sicut inferius dicitur de defaltis. Si autem tenens se effoniauerit & petens non venerit nec breue infra quartum diem, tunc dicatur effoniatori quòd eat sicut venit, & iudicialiter non absolvitur ab obseruatione iudicij. Iustic. autem ex quo warrantum non habent nec breue, nihil statuere possunt contra absentem, & si postmodum breue venerit, & dies summonitionis non præterierit, ad diem illum procedi poterit ad defaltam, vel quamuis dies præterierit, de gratia iustic. poterit loquela resuscitari, vt de termino sanctæ Trinitatis anno regni regis H. decimoterio in itinere Midd. circa finem rotuli. Si autem breue venerit, & non petens, & tenens se effoniauerit, effoniatore tenentis quarto die se liti offerente pro domino suo, effoniator iudicialiter quietus recedet de breui illo, & petens in misericordia, & sic fiat irrotulatio. Talis effoniator talis optulit se quarto die versus talem, de tali placito, & ille non venit, & fuit petens, & ideo effoniator sine die. Si autem dies aduenerit summonitionis & neuter ipsorum comparuerit, & breue venerit, tunc de gratia post interuallum admitti potest effonium petentis, ad saluandum breue suum, & diem summonitionis. Vel procedi possit ad defaltam, quia hoc fit ad nullius præiudicium, & tenens sibi imputat quòd defaltam fecerit, quia si comparuisset, posset recessisse quietus p iudicium. Et vbi iaceat effoniū de malo

malo veniendi, & vbi non, satis ppendi poterit ex præmissis. Effonia vero de terra sancta, & de vltimo mare, & de seruitio domini regis qualiacunq;, non proveniunt ex natura breuium, sed a casu fortuito & ab euentu, & ideo non sunt secundum naturam breuium iudicanda.

1 ¶ Qualiter irrotulatur effonium de malo lecti. 2. Si adiungatur effonium de malo veniendi effonio de malo lecti. Cap. 7.

SVnt etiam duo brevia (secundum quod supradictum est) a quib⁹ duo procedunt effonia. s. de malo veniendi & de malo lecti, & semper sequitur effonium de malo lecti effonium quod pcedit de malo veniendi, & quandòq; immediatè, & quandòq; non immediatè, vt si interueniat effoniū de seruitio dñi regi. s. breue de recto de terra, & alia de recto super ius nominata, & fieri debet effonium de malo lecti, tertio die inclusiuo ante diem datum p effoniatorem in effonio de malo veniendi. Irrotulari autem debet sic si vnus sit petens & vnus tenens, primò scribatur in margine nomen com, vbi effoniatus iacuerit, siue iacuerit in eodem com siue in alio, tunc sic. Talis apud talem locum in eodem com, vel si in alio com iacuerit, tunc sic. Apud talem locum vbi effoniatus iacuerit. Si autè plures sint ibi tenentes simul et pro indiuiso, omnes se effoniare possunt de malo lecti, simul & eodem die, si voluerint, & fiat irrotulatio de quolibet p se secundum formā primi effoniati; & secundū quod effoniatus iacuerit in eodem com, vbi terra fuerit, vel in alio, & omnes poterūt habere languorè, vel quidam eorum, vel nullus, secundum quod quatuor milites visores languorem iudicauerint effoniato, vel non iudicauerint. Et si omnibus simul iudicauerint languorem vel quibusdam vel tantum vni, non erit ibi nisi vnicus languor propter vnitatem iuris, quod habet effoniati, & vnde si omnes præter vnum quocunq; tempore post effonium de malo lecti licentiam habuerint surgendi, & vnus se tenuerit in languorè, & habuerit annum & diem, nullus de cætero effoniū habebit de malo lecti, quia omnes simul vel per quosdam ex eis vel per vnum tantum languorem habuerint. ¶ 2. Adiungitur quandoq; effonium de malo veniendi effonio de malo lecti ratione plurium qui tenent in communi & vicissim se effoniauerint, & tunc cōsequenter post effoniū de malo lecti irrotuletur effoniū de malo veniendi in forma cōmuni. Et quod de vno dicitur tali, de pluribus qui se effoniauerint de malo veniendi intelligat. Si autè quidam ex pluribus se effoniauerint de malo lecti, & quidā cōparuerit, cum nō sint effoniati de malo veniendi, eundē habent diē quē habet effoniatus, si ei malū transiens adiudicatur simul cū petente. Ad quē diē si nō venerit effoniatus, nec milites qui eum viderunt, habebunt aliū diē. Itē esto q; secundo die ante diem datum p effoniatorem, in effonio de malo veniendi effoniauerit se tenens de malo lecti, iam erit tenens in defalta, si petens petat inde iudiciū, & multo fortius si die placiti vel in crastino. Et de hac materia inueniri poterit in rotulo de termino s. Hill anñ regis H. septimo in crastino Puñ beatæ Mariæ inter Vitalē Engayne & quendā de Ferclos de aduocatione ecclesiæ de Ho. Et ad hoc facit de termino facti Michaelis

Michaelis anno regis eiusdem incipiente octavo, de eodem Vitali, nisi forte effoniatore ostenderit se fecisse effonium apud turrim cum ptesatione & recordo constabularij, vel si effoniatu primo die litis venerit, & effoniatore de aduocauerit, quod quidem facere poterit quocunque tempore antequam factum fuerit effoniū de malo lecti, cum autē iustic. ad diem datum residentes non fuerint in banco, semper apud turrim faciendum erit effonium & eodem modo in com̄ apud castrum.

1. *In cuius persona non nocet effonium de malo lecti.* 2. *Qualiter effonium de malo lecti indicandum sit.* Cap. 8.

Item videamus in cuius persona non iaceat effonium de malo lecti, licet agatur per talia breuia vt prædictum est, nunquam enim iacebit in persona petentis, quamuis in huiusmodi placitis competat ei effonium de malo veniendi. Item nec in persona alicuius attornati, si tenens forte attornatum fecerit vnum vel plures, quia quamuis attornatus languidus sit, & de facto se effoniet de malo lecti, responsalem mittere non poterit, non magis quam facere attornatum, nisi alium mittere possit nuntiu cum nullum ei competat effonium ad excusationem vsq; ad quartum diē, ppter alicuius impedimenti euentum. Vt si ab hostibus vel aduersarijs detentus fuerit in vinculis, vel impeditus, sed quid si attornatus languidus fuerit, excusari eodem modo debet (vt videtur) sed non nisi vsq; ad quartum diem. Quis enim magis vinculis arctatur quam ille qui languidus est, & grauius infirmatus. Item nunquam iacebit in persona warranti, nisi tunc demum postquam præsens in iudicio warrantizauerit, &c. ita quod effectus fuerit dominus litis: vt de termino sancti Michaelis anno Regis H. septimo inter effonia in comitatu Suffex de Alano de s. Georgio. Item non proderit effoniato effonium de malo lecti quin procedatur ad defaltam, qui se sic effoniauit quod iaceat extra potestatem domini regis vbi breuia sua non currunt nec returna, siue hoc fuerit in regno siue extra, & licet prima facie iaceat effonium, exequi tamen non poterit propter defectum. Item non iacet in persona alicuius nec in placito, vbi quis semel habuerit languorem siue tenens principalis sit siue warrantis, non dico quod quis languorem habuerit antequam fuerit adiudicatus, & dies datus apud Turrim; et postea visus coram iustic. testatus, ita quod non surrexerit ante annum & diem, quod si aliquo casu fecerit, non dicetur habuisse languorem. Item in comitatu vbi iustic. fuerint itinerantes nō iacet effonium de malo lecti in psona eius qui se fecerit effoniari infra com̄ de tenemento quod fuerit in comitatu, quia facere poterit attornatum. Si autem extra com̄ non sit, siue placita fuerint forinseca siue intrinseca, dum tamen tenens se effoniauerit extra com̄. Item non iacet effoniū de malo lecti, in aliqua causa personali, criminali, vel ciuili. Item non iacet effonium aliquando in principio litis nisi post tempus, cum res de qua agitur fuerit specificata, sicut in placito & breue de diuisis. In breui de seruicijs & consuetudinibus, in breui quo iure quis petat communiam pasturæ non iacebit effonium de malo lecti, antequam res quæ petitur fuerit

fuerit designata & tenens se defenderit p duellū, vel se posuerit in magnam assisam. Item non iacet effonium de malo lecti ab initio ad breue de ingressu, nisi tunc demū cūm per narrationē vertatur ad breue de recto, & cūm tenens posuerit se in magnā assisam, vel se defenderit per duellū. Itē ab initio iacet effonium de malo lecti & competit tenenti, & postmodum desinit cōpetere, vt si quis ab initio petere inceperit p breue de recto, & post narrationē descensus descendat ad ingressum, & vbi breue de recto vertitur in breue de ingressu vt supra. Sed contra de termino sancti Michaelis anno regni regis H. sexto in comitatu Deuon inter effonia de banco, inter Matildam de Curtney petentē & Robertū de Courtney tenentem, quia ibi dicitur quod effoniū de malo lecti allocatur cūm loquela fuerit super iudiciū. Itē in eodē in effonio de malo lecti quod allocandum erit postq̄ dies datus fuerit de audienda electione, vt inter Galfridū de Lucy in com̄ Suffex. Item in eodē com̄ Suffex de Priore de Blibing, q̄ non iacet ad breue quo iure. Itē in eodem q̄ non iacet vbi non fuit factū tertio die ante diem placiti in comitatu Gloc. de Roberto Toniguy. Itē in eodē com̄ Suffex de Philippo de Redham q̄ non iacet de parte sororis p nouum breue. Itē de termino P. añ regis H. decimoquarto in com̄ Buck. q̄ nō iacet de fine facto. Item desinit effoniū de malo lecti competere, vt si per breue de recto pueniatur ad iudiciū, & fuerit ex vtraq; parte conclusum, & remanserit loquela super iudiciū, & non habuerit aliqua pars vlteriū quid pponat, licet iudicium de loco in locum, cūm loquela iam de toto sit determinata, cūm non sit aliquis qui dicere possit quod recordum loquelæ quæ est sed quæ fuit, secus tamen est si loquela terminata non fuerit. Item (secundū quosdam) in psona minoris non iacet effoniū de malo lecti, quod quidē verum est; non magis q̄ de malo veniendi in causa possessionis nec in causa proprietatis, quia ad causā proprietatis infra ætatē nō respōdebit, nisi ita sit q̄ infra ætatē feoffatus sit, & quo casu cūm respondere teneatur, habebit omnia remedia quæ haberet quilibet maior, ne sit deterioris conditionis propter ætatē licet effonium de malo lecti & de malo veniendi warentizare non possit, nec iurare, nec in effoniū de malo lecti responsalē mittere, poterit hæc omnia facere p custodem, cum tutore autore. Item non iacet effoniū de malo lecti in psona warranti pendente placito de warrantia anteq̄ warrant' warrantizauerit. Itē non iacet vbi prius se non effoniauerit de malo veniendi, sed vertitur in effonium de malo veniendi. Item non iacet vbi tenens se effoniauit in villa de London, quia mitti potest ibi ad capiendū attornatum, vt in com̄ Buck. de Hugone de Brock, & ita videtur q̄ coram iustic. itinerantib' fieri debet idem si fuerit effoniat' in comitatu in quo itinerauerint, secus si extra. Item non iacet in breui quo warranto. Item non iacet in persona attornati, vt si vir & vxor implacitati fuerint, vel participes, vel duo extranei simul, vel in diuersis placitis, quorum vnus fuerit attornatus alterius, licet iaceat in persona vnus in persona proprii placiti, tamen non iacet in persona eiusdem de alio placito quia est attornatus. Item non iacet vbi tertio die ante placitum cum fuerit effoniat'. Item non iacet quia petens, sed exigantur plegij petentis propter defaultam.

Item

Item non iacet de proparte sororum. Item non iacet in affisa vltimæ præsentationis quæ remansit propter ætatem, & resummonitio est in tali statu. Item si quis effoniatuſ fuerit de malo lecti & petens non comparuerit ante tertium diem placiti, allocabitur de falſa ad alium diem, cùm effoniatoreſ petant iudiciuſ de falſa. Item idem erit ſi tenens tertio die ſe effoniauerit de malo veniendi. Item non iacet de placito eonventioniſ. Item nec de placito quo iure. Item nec de placito finiſ facti. Item ſi vir & vxor aduocati fuerint ad warrantum, ſi tenens principalis ſe effoniauerit de malo veniendi vel de malo lecti, antequam vir & vxor warrantizauerit, exigantur warranti, & ſi vir mortuus fuerit, de nouo ſummonetur vxor quòd per ſe ſit ad warrantizandum. Si autem vxor præmoriatur vel ambo, tunc ſummonéantur hæredes. Item non iacet de ingreſſu ad terminum vel cui vxor contradicere non potuit, vel de aliquo ingreſſu, niſi fuerit longinquus, videlicet vbi breue de ingreſſu vertitur in breue de recto, per electionem tenentiſ. vt de termino ſancti Michaeliſ anno regni regis H. ſeptimo. incipiente octauo in comitatu North. de Henry de Gayton verſuſ Priorem ſancti Iohanniſ de North. Item in eo q̄ non iacet effonium de malo lecti, vbi non præceſſit effonium de malo veniendi ſed vertitur in effonium de malo veniendi, in comitatu Deuon de Alicia Malet. Item in eodem comitatu Buck. de Hugone de Broke, quòd nō iacet in villa de London non magis quàm in comitatu, quia poteſt effoniatu� attornatum facere per quatuor militeſ. Item cadit breue & effonium non iacet vbi non dirigitur breue de recto ad primum effonium de malo lecti, vt in comitatu Lanc. de Alic. de Lanc. & W. de Taham. Item non iacet quia de dote, ſiue per breue de recto de dote, ſiue per breue de dote. Item non iacet in placito vbi languor priuſ fuit adiudicatuſ. Item nec in placito de eſcambio faciendo vel inſ. capiendo. Item nec in placito quòd quis permittat præſentare ſed procedatur ad defalſam. Et illud idem fiat in placito de ſeruicijs & conſuetudinib. Et quòd ad breue de ingreſſu non iaceat, de termino ſancti Michaeliſ anno regni regis H. ſexto in comitatu Noſ. de Emma de bella fago, quia ibi dicitur quòd breue de ingreſſu equipollet breui affiſe mortis antecceſſoriſ. ¶ 2. Effonia de malo lecti iudicantur ita. s. quòd primo inſpicienda ſunt breuia originalia de recto, & ſi in ſuo ſtatu remanſerint vel per narrationem inceperint eſſe alteriuſ nature, & deſierint eſſe breuia de recto vel ſi ab initio nō fuerint breuia de recto & per narrationem inceperint eſſe vt prædictuſ eſt, vel per ſpecificationem. Item ſi plureſ ſint ibi tenenteſ participeſ & pro indiuiſo, fiat de omnib. mentio. Eodem modo de warranto vocato. Itē ſi plureſ ſint ibi participeſ, & plureſ dieſ præterierint & plura effonia, videndum erit quid actum fuit ad quemlibet diem, per inſpectionem rotulorum, tam de effonijs, quàm de placitiſ, vt ſciri poterit quiſ habuerit effonia & quot & quiſ non. Item videre oportet quòd languor non præceſſerit. Itē videri oportet quòd ille qui ſe effoniauit de malo lecti priuſ habuerit effonium de malo veniendi. Sed eſto quòd quiſ ſe effoniauit de malo lecti, cùm ſe effoniaſſe debuerit de malo veniendi, in vtroque caſu vertitur in effonium de malo veniendi cùm vtrūque competat, ſed ſuo ordine

ordine, & qui facit id quod maius est, facit id quod minus est, sed non e-
 contrariò. Si quis se effoniauerit de malo veniendi cum se effoniaffe de-
 beret de malo lecti, non valet nec excusat non venientem. Et eodem mo-
 do (vt videtur) si quis se effoniauerit de terra sancta vel de ultra mare et
 se effoniaffe debuerit de malo veniendi, vertitur effonium de ultra mare
 in effonium de malo veniendi cum competierit. Item esto q̄ quis se ef-
 foniauerit de Ibernia quasi de ultra mare, attornatur effoniũ illud ad sim-
 plex effonium de malo veniendi, vt coram M. de P. in banco anno regis
 Henrici sexti de Gilberto Mariscallo & Cecilia vxore eius & Allanũ de
 Hyda qui vocauit ad warrantum Wilhelmum Marefcallum in com̄ Pem-
 brooke, & qui se effoniauit de Ibernia, & non fuit allocatum, & postea
 fecit de hoc quod aliud effonium de malo veniendi ad alium diem non
 fuit allocatum.

1. Qualiter reddatur effonia de malo lecti & de malo veniendi per ordinem. 2. Qualiter red-
 datur effonia de malo veniendi. 3. Qui effoniatores affidabunt & qui plegios inueniant, &
 de plegiorũ datione. 4. Quid sit warrantizare effoniũ per sacramentũ. 5. Si in die dato er-
 ratũ fuerit quid sit faciendum. Cap. 9.

Iudicatis igitur effonijs tam de malo veniendi quã de malo lecti, pri-
 mò reddantur effonia de malo lecti, hoc modo, & ideo prius reddun-
 tur, quia prius capiuntur. Sed si effonium de malo veniendi, effonio
 de malo lecti adiungatur, effonium de malo veniendi prius reddatur, &
 vocetur effoniator, & reddatur effonium siue pars tenens se effoniauerit
 siue ipse petens. Et si petens & pars tenens simul de malo veniendi, dica-
 rur effoniatori petentis quòd expectet quartum diẽ, si quidẽ quidã for-
 te defaltam fecerit, & breue de videndo infirmum, sicut expectaret do-
 minus eius, & postea reddatur effonium de malo lecti, ita quòd si breue
 fuerit de recto clausum, siue præcipe in capite, quod immediate porri-
 gitur vicecomiti, & mittitur ad bancum, si effonium iaceat, ita reddatur.
 Primò exigantur effoniatores, secundò exigatur petens, vel eius effonia-
 tor: & tunc si omnes præsentẽs fuerint, incõtinenti ita reddatur. Dicatur
 publicè effoniatoribus quòd eant domum, & sic manifestum est quòd nõ
 sunt effoniatores sed nuntij, qui nullum recipiũt diem & postea dicatur
 & tu petens N. vel effoniator, habebis breue de faciendo videre eum. Et
 si hoc fuerit malum transiens, ad talem terminum, vel talem diem certũ.
 Et sic manifestum est q̄ petens recipit certũ diem, scilicet communem, vt
 tunc veniat & sequatur. De anno & die apud turrin in London non fiat
 aliqua mentio: sed adhuc in pendentĩ est, vtrum adiudicari debet lan-
 guor vel non, & ad visores pertinet quòd ei dent diem, postquã ipsum
 viderunt a die visus sui in vnum annum & vnum diem apud turrin Lõ-
 don. Si autem breue de recto apertum fuerit, & translata fuerit loquela
 ad magnam curiam a comitatu, & quod semper remanet penes peten-
 tem: In primis exigendum erit breue de recto, scilicet ad secundum di-
 em, dum placitum fuerit nouum, & sufficit (quantum ad omnia effonia
 subsequẽtia) quòd semel ostendatur, & cum ostensum fuerit & lectum,

scdm

reddatur eſſonium. Et ſi petens illud ad manum non habuerit, non reddatur eſſonium donec fuerit oſtenſum, & ſi infra quartum diem illud non oſtenderit, procedatur ad defaultam contra ipſum præſentem, & eſſoniatores per iudiciũ procedent ſine die: vt in rotulo de termino ſanctæ Trinitatis anno regis Hærici decimo quinto in com̄ wygorũ de Adã de Thornmar-ton, & ita fiat irrotulatio, cum eſſoniatores ſe oprulerint verſus petentẽ quarto die. Tales & tales eſſoniatores talis, optulerunt ſe quarto die verſus talem, qui petijt verſus talem tantam terram, ſed talis petens venit, ſed non habuit breue ſuum de recto, nec primo, nec ſecundo, nec tertio, nec quarto die, & ideo eſſoniatores ſine die de breui illo, & poterit eſſe ratio, quia forte ab initio nullum fuit breue impetratum, nec exhibitum in curia domini capitalis. In reddendo vero eſſonio de malo lecti, exigendi ſunt omnes quos loquela tangit, vir ſi vxor fuerit eſſoniata, & exor-trario. Item participes vt habeant eundem diem. Item quatuor milites electores, vel duodecem milites ad faciendam magnam aſſiſam electi, ſi in tantum ſit proceſſum. Item warrantus exigendus erit, donec warrantizauerit. Cum autem ita redditum fuerit eſſonium de malo lecti, ſtatim habebit petens, vel eius eſſoniator, breue de mittendo quatuor milites ad videndum eſſoniatum, & iudicandum vtrum infirmitas qua ſe eſſoniauerit languor ſit, vel malum tranſiens; ſecundum quod inferius dicetur. ¶ 2. Redduntur quidem hoc modo. Primò vocetur publice eſſoniator ſic: vbi eſt eſſoniator talis: poſtea, vbi eſt talis ſcilicet contra quem factum eſt eſſonium, vel eſſoniator ſi forte fuerit eſſoniatuſ. Et ſi ambo præſentes fuerint, affidabunt eſſoniatores de habendo warrantos ſuos, ad certum diem, cõtinentem in ſe ad minus ſpaciũ quindecim dierum, & ſecudũ quod dictũ eſt de vno, intelligatur de pluribus; ſi fuerint eſſoniati, præſentibus vero dabitur idẽ dies, & omnibus quos cauſa tetigerit. Si autẽ quidã eorũ default fecerint, dicatur petenti vel ei eſſoniatori, quod expectet quartũ diẽ ſuũ verſus illos qui non venerũt, vt procedatur ad defaultam, ſecudũ quod inferius dicetur de defaultis. In eſſonio vero reddendo (vt ſupra de eſſonijs de malo lecti) exigatur omnes illi quos cauſa tetigerit, ſicut particeps, warrantus, & alij, vt ſupra, recognitores in aſſiſis, iuratores in iuratis, inquisitores in inquisitionibus, milites in electionibus faciendis, vel milites in magnis aſſiſis, vt habeant eundem diem ſi præſentes fuerint, vel quod attachientur omnes qui abſentes fuerint, & ſi quidam illorum mortui fuerint, vel vt inuiles recuſati, vel aliqua forte ratione excuſati, loco ipſorum ponuntur alij per quos negotium melius poſſit expediri, & non contingit ſæpius quod tales habeant eſſonium aliquod, vel excuſationem. ¶ 3. Non autem omnes eſſoniatores ad diem recipiendum affidabunt, ſed illi tantum qui ſunt baronibus inferiores: barones vero & baroniſſe, & eorum superiores; ſicut comites, & eorum attornati, non affidabunt ſed plegios inuenient. Martinus in banco anno ſeptimo. Et ſi baro vel baroniſſa ad diem datum defaultam fecerit, ſummonentur plegij quod ſint ad alium diem ad audiendum iudicium ſuum, quare non habuerunt eum ſicut eum plegiauerunt. Ratio vero diuerſitatis huius talis eſſe poteit (vt videtur

videtur) quod ita nobiles & dignæ personæ in warrantizatione effonij nõ p se iurabunt sed per procuratores, scilicet plegios suos. Item nõ est alicui concedendum, quod in effonio alterius reddendo, diem recipiat petens maximè in absentia sua, vel sui attornati, vel sui effoniatoris, propter inconueniens quod sequi posset, quia si in absentia talium hæc fierent, & effoniator tenentis ante diem datum de effonio de malo veniendi a curia recederet, cum partem ipsius tenentis defendere teneatur, si petens post diem acceptum se liti offerret, & iudicium de defalta peteret, dies ab eo acceptus cuius non interesset, pro non accepto haberetur. Si autè ambo effoniatore tam petentis quàm tenentis hoc fecerint, tunc de defalta non erit multum curandum, cum vterq; illorum sit in eadem causa, nec sit aliquid, vel quasi quid, quod Iudeus Iudeo possit imputare. Cum autè quis ita effoniatus fuerit de malo veniendi, & effoniator affidauerit, vel plegios inuenerit de habendo eum ad diem datum per ipsum, effoniator venire debet, & producere dominum suum ad warrantizandum effonium, quod pro eo fecerit. ¶ 4. Est autem warrantizare, iurare quod ita detentus fuit ægritudine in veniendo versus curiam, quod venire non potuit pro lucrari nec pro perdere, & quod effonium fecit secundum legem terræ, quod quidem si ita fecerit, effonium suum warrantizabit. Si autem dominus principalis non venerit ad diem sibi datum per effoniatorem suum, nec etiam effoniator, effoniator se excusare poterit (si voluerit) & dominum suum per effonium quod venire non potuit nec dominum suum habere sicut affidauit, propter malum quod ei in itinere veniendo versus curiam superuenit. Sed quoniam si de huiusmodi fieret inquisitio longa fieri posset loquelæ protractio, non est de warrantizatione effonij multum curandum, quia non vertitur in alicuius præiudicium nisi ipsius petentis, quod quidem est ei dissimulandum. Itè esto quod tenens postquam diem habuerit per effoniatorem suum, & antequam effonium suum warrantizauerit, fecerit attornatum, & ad diem petatur warrantia de effonio, quæritur quis facere debeat warrantiam? & videtur quod warrantus non, quia se non effoniauerit. Oportet igitur quod tenens veniat, & warrantizet, alioquin non erit effonium warrantizatum. Et quantum attornatum fecerit, non propter hoc se excludit quin veniat & se defendat cum possit & velit. Item si quis attornatum fecerit, qui se effoniauerit, ante diem datum per effonium suum ipsum amouere velit, & alium substituere, non erit hoc ei tutum, antequam dies præterierit, quod warrantizatum sit effoniũ, quia nec ipse tenens, nec attornatus amotus, illud warrantizare possunt. Et hæc poterit esse ratio quod attornatus amoueri nõ debet postquam fuerit effoniatus, vt in persona principalis domini sequatur effonium de malo lecti. In effonio de malo veniendi datur dies multipliciter a iustitiarijs, quandoq; coram seipsis, quandoq; coram iustitiarijs itinerantibus, & coram se ipsis quandoq; pure, quandoq; sub distinctione, hoc est, coram se ipsis nisi iustitiarij prius itinerauerint in com, vel coram iustitiarijs pure ad certum diem vel incertum. In quibus casibus sequitur effoniũ coram iustitiarijs itinerantibus, vel non sequitur, secundum quod tales die receperint coram iustitiarijs de banco, per se in banco, vel per effoniatore,

niatorē, eo excepto q̄ si diē ita ceperint incertū in banco, ita v̄z in aduē-
tu iuſtitiariorū oportet q̄ ſequatur generalis ſūmonitio, quæ p̄cedat ad-
uentū iuſtitiariorū p̄ quindenā vel āplius, ex qua ſūmonitione ſequi po-
terit eſſoniū de malo veniendi, ſicut in omnibus breuibus & aſſiſis, quæ
immediatē ponuntur a Cancellaria in aduentu iuſtitiariorū. Si autē dies
datus fuerit ſic a iuſtitiarijs de banco coram iuſtitiarijs itinerātibus in iti-
nere cūm itinerauerint, tunc erit vt ſupradictū eſt. In itinere vero iuſtiti-
ariorū eſſonia in principio itineris, aliquando de cōmuni ſūmonitione,
aliquando de placito terræ, in quibus caſibus habebunt eſſoniati diē ra-
tionabilem ad minus quindenā, ſiue terra quæ petita fuerit, fuerit infra
comitatum, vel extra, dū tamen extra, & viſus petatur vel warantus vo-
cetur, erit quilibet dies certus & rationabilis. Si autem terra fuerit infra
cōm, cūm lites ſint potius reſtringendæ, erunt in prædictis caſibus indu-
ciæ arbitrariæ triū dierū, vel quatuor, vel amplius, ſecundum diſtantiā
locorum in quibus terra fuerit quæ petitur. ¶ 5. Cūm dies datus fuerit
rationabilis, ſiue in banco ſiue in itinere, & erratū fuerit forte in die, da-
to, ita quod rotuli non conueniant ſed diſcordent, vt ſi in vno rotulo cō-
tineatur quòd dies datus fuit in quindecim dies, & in alio rotulo cōtine-
atur vel in plurib⁹, quòd in tres ſeptimanas vel vlteriùs, ſem p̄ præſumē-
dū erit de die, ſecundū quòd in rotulo primo .s. prothonotarij, cuius ir-
rotulationē ſequi debent omnes alij rotuli ſubſequentes, & inde trahere
originē & autoritatē. Et licet plures ſint in contrariū, & cūm primus ro-
tulus ita inducat præſumptionē vehementē contra alios, ſtari poterit præ-
ſumptioni ſi recordū iuſtitiariorum conueniat cum primo. Si autem diſ-
ſentiat a primo & conueniat cum alijs, vincitur præſumptio de primo ro-
tulo, & ſtabitur eorum recordo. Si autem ab omnibus rotulis diſcordēt,
fiat eodē modo quòd eorum ſtabitur recordo. Et quid ſi ipſi iuſtitiarij in-
ter ſe diſcordes fuerint, ſtabitur maiori parti. Si autē æquales numero, tūc
digniori cum præſumptione rotulorum. Si autem quilibet ab alio, p̄p-
ter defectum probationis, habebitur ille dies pro non dato, & proce-
dat loquela de nouo.

1. Breue ad mittēdū quatuor milites ad eū qui eſſoniatus eſt de malo lecti, ad eū videndū. 2.
De officio vic. cūm ſuſceperit breue. 3. Irrotulatio ſi viſores non venerint. 4. Breue de attachi-
ādo milites. 5. Si vnus viſorū infirmus ſit vel inutilis, ponatur alius loco ſuo. 6. Qualiter petē-
da ſit licentia ſurgendi. 7. Breue ſi poſt licentiam petitam & obtentam arreſtatus fuerit per
aduerſarium. 8. Si in curiam baronis vel alterius denegetur licentia ſurgendi, dominus Rex
licentiam dabit in defectu talium. Cap. 10.

Poſtq̄ eſſonia de malo lecti & malo veniendi adiornata ſint, in primis
& atē ōnia fiat breue de vidēdo eſſoniātū de malo lecti in hac forma,
Mitte quatuor legales milites de cōm tuo apud talē villā ad videndū
vtrū infirmitas qua A. de N. in curia noſtra corā iuſtitiarijs noſtris apud
w. eſſoniauit ſe de malo lecti, verſus B. de N. de placito terræ vel huiuf-
modi, ſit languor vel non, & ſi ſit languor, tunc ponant ei diem a die viſ-
ſui in vnum annū & vnū diem apud turrim London, q̄ tunc ſit ibi inde
reſponſurus,

responsurus, vel sufficientem p se mittat responsalem, & si nō sit lāguor, tunc ponāt ei diē coram iustitarijs nostris apud W. in octabis &c. quōd tunc sit ibi inde responsurus, vel sufficientē p se mittat responsalē. Et die quatuor militibus illis quōd sint corā eisdē iustitarijs nostris apud west. ad prædictū terminū ad testificandū visū suū, & quē diem ei posuerunt, & habeas ibi nomina militū, & hoc breue . Si autem terra fuerit in com vno, & tenens iacuerit in alio, tunc ad vicecomitem illius comitatus, vbi effoniatus iacuerit, dirigatur breue, & dicatur in breui de placito terræ in tali comitatu. Si autē plures qui tenuerint in cōmuni pro indiuiso, vel sicut vir & vxor, se effoniauerint in eodē com & iacuerint in diuersis locis, & diuersis villis, tunc fiat breue hoc modo . Mitte quatuor legales milites de com tuo apud talē villam ad videndum vtrum infirmitas qua C. de N. in curia nostra &c. effoniauit se de malo lecti versus eundē B. de placito terræ sit languor vel non, & sic fiat de pluribus participib⁹ in infinitum qui iacuerint in eodem comitatu in diuersis villis & locis. Et tunc sic. Et si sint languores licet plures iudicari debeāt p vno, tunc ponant eis diem a die visus sui in vnū annū & vnū diem apud turrim London quōd sint tunc ibi responsuri, vt supra . Et eodem modo dicatur de viro & vxore, si effoniati fuerint simul & in eodem com in diuersis locis. Si autē in eodē comitatu & eodem loco, tunc fiat breue sic. Mitte quatuor legales milites de com tuo apud talē locū ad videndū vtrū infirmitas qua tales, talis & talis (& sic deinceps) in curia nostra &c. effoniauerint se de malo lecti versus talem de placito terræ sint languores vel non, et si sint languores &c. vt supra. Si autem plures participes effoniati de malo lecti iacuerint in diuersis comitatibus, quilibet habebit breue suum p se ad vicecomitem vbi iacuerint, secundū quod in vno comitatu iacuerint plures vel vnus. Et cū plures participes (vt prædictum est) habere non debeant nisi vnicum languorem, cū vnus vel plures simul effoniati fuerint de malo lecti, & dies datus petenti & participibus, qui præsentēs erunt per se vel per effoniatōres, si fuerint effoniati non possunt alij participes ad aliquem diem se effoniare de malo lecti, donec constiterit vtrū primò effoniatus de malo lecti languorem habuerit vel infirmitatē transiētem, quōd si esset & vtriquē eorum diuersis temporibus languor esset adiudicatus, & diuersus annus & dies datus, sic essent ibi duo languores de vno placito, quod esse non debet. Sed cū primo effoniatus surrexit per licentiā, vel malum transiens ei per milites adiudicatum fuerit, & de eo constiterit, statim incipiat particeps vnus vel plures se effoniare de malo lecti, dum tamen præcesserit effonium de malo veniendi, & sic eodem modo (vt prædictum est) donec omnes eorum simul, vel quidam eorum, vel vnus tantum vnicum habuerit languorem. Cū autem petens post effonium redditum, & diem certum acceptum, si sit malū transiens, statim sine mora habere faciat vicecomiti breue de videndo effoniatum. ¶ 2. Officiū vero vicecomitis est cū susceperit breue in comitatu, statim mittere quatuor legales milites ad videndū effoniatū. Assumere autē debet ad hoc milites præsentēs, & non sūmonere absētes, ppter verba breuis. Mitte. Item non sufficit si mittat seruientes, milites enim

enim esse debent propter verba breuis, mitte milites. Item non sufficit mittere tres propter verba breuis, mitte quatuor, & quia certus numerus adijcitur, scilicet quatuor, duo vel tres non sufficiunt. Item non sufficit si duo vel tres sibi locios assumant vsq; ad quatuor, quia videre non debent nec testificari nisi mittantur de comitatu suo: ideo dicitur de comitatu, quia si alios mittere vellet non habeat coercionem. Item apud talem locum ideo dicitur, quia si essonator in loco in essonio nominato non inueniretur, ita posset esse in defaulta, vel si modo debito se non teneret in languore. Item ad videndum vtrum infirmitas &c. videre enim debet corpora, & diligenter inquirere de qualitate infirmitatis & circumstantijs, & secundum hoc iudicare malum transiens vel languorem, & rationem inde reddere si fuerint inde requisiti, & secundum hoc dare diem certum, vel in curia, vel apud turrim London, & ideo apud turrim propter locum certum, & vbi constabularius semper presens esse debet, & continuus, & qui testificari debet diem apparitionis & aduentus & hoc quia iustitiarij non semper continuè per annum in banco sunt residentes. Et cum ita in curia & in iudicio datus sit dies partibus post annum & diem apud turrim, non sufficit si partes veniant (omisso loco illo turris) coram iustitiarijs apud westmonasterium in banco si tunc ibi fuerint residentes, quia aliud est dare diem apud turrim, & aliud in banco westm: & sic cum diem habuerint apud turrim, a Constabulario apud turrim debet diem recipere, ad bancum si iustitiarij fuerint residentes in banco, vel si non residentes, tunc cum iustic. ibi primò venerint, nisi ita sit, quod tunc itinerantes fuerint in comitatu, quia tunc ibi detur dies, ex quo omnes loquelæ, quæ in banco fuerint positæ sunt & remanent sine die per publicam declamationem inde factam. Si autem iustic. residentes fuerint in banco, & similiter iustitiarij itinerantes in comitatu vbi terra sita est quæ petitur, tunc detur dies coram iustitiarijs de banco, & iustitiarij de banco diem præfigant coram iustitiarijs itinerantibus in comitatu quasi ordine obseruato. Et de hac materia plenius dicitur inferius, secundum quod partes venerint apud turrim vel non venerint. Item bene contingere poterit quod essonatus apud turrim venire non possit ad diem suum, quia forte languor vertitur in morbum fonticū, scilicet in morbum incurabilē, quo casu cum venire non possit, mittere debeat sufficientem responsalem qui in se suscipiat iudicium, & eius responsionem oportet habere ratam, secundum quod inferius dicitur. Item dicere debet vicecomes militibus quod sint ad diem certum in breui contentum coram iustitiarijs apud W. ad testificandū visū suū, & quem diem ei posuerūt. Si autem petens diligens fuerit in prosecutione, & vicecomes negligēs fuerit cum breue suscepit, tunc præcipiatur vicecomiti (sicut pri^o) q̄ ipse sit auditor iudicium suū, & sic puniatur eius negligentia. Si autē steterit p̄ petentem, & non p̄ vicecomitem quo minus essonatus visus fuerit, tunc in defectu petentis, detur essoniato licentia surgendi, si licentiam petierit & conualuerit de infirmitate, & dabitur petenti alius dies, & mādetur essoniato quod statim veniat ad curiā, vt habeat eundē diē, quia cum tenens essonatus fuerit de malo lecti, postq̄ in curiā semel comparuerit, sine visu quatuor militum,

ruto, vel sine licentia impitue surgere non poterit, secundū quod inferius
 dicitur. Si autem nec petens nec vicecomes negligens fuerit, & milites
 visū nō fecerint forte, vel cū fecerint nō venerint ad testificandū, tunc
 ad diē datū, offerente se liti petente versus tenentem & milites, tunc atta-
 chientur milites secundū quod nomina eorum in breui scribuntur, p
 te breue, & fiat ita irrotulatio si vic. miserit breue. ¶ 3. A. optulit se quar-
 to die versus B. & B. non venit, nec quatuor milites, (vel sic & melius)
 A. optulit se quarto die versus talem qui se effoniauit de malo lecti ver-
 eundem A. de placito terre, & talis non venit, nec milites qui fecerunt
 visum de eo, nec vicecomes misit breue, & ideo (sic vt prius) præcipia-
 tur vicecomiti quod vicecomes sit auditorus iudicium suum &c. Et se p
 dabitur participibus, & parti idem dies. Si autem vicecomes miserit bre-
 ue ad primū diē, & milites non venerint, & vicecomes mandauerit no-
 mina militū, tunc fiat irrotulatio sic. A. optulit se quarto die versus B. qui
 se effoniauit de malo lecti versus eundem A. de placito terre &c. & B. nō
 venit, Nec milites qui fecerunt visum de eo. s. C. D. E. F. & vicecomes
 misit breue, & ideo milites attachientur quod sint ad talem diem ad tes-
 tificandum &c. & idem dies datus est tali petenti, & talibus participibus
 &c. Forma breuis talis est. ¶ 4. Rex vtr. salutē. Pone per vadium & sal-
 uos plegios C. D. E. F. visores infirmitatis qua A. de N. in curia nra co-
 ra iustic. nostris apud westm: effoniauit se de malo lecti versus A. de N.
 de placito terre in tali villa, vel de placito terre in tali villa, vel in tali a-
 lio comitatu, quod sint coram iustitarijs nostris apud westm ad talem
 diem ad testificandum visum suum, & quem diem ei posuerunt, & ad os-
 tendendum quare non fuerunt coram eisdem iustitarijs nostris apud w.
 ad talē diē sicut eis præceptū fuit, & habeas ibi nomina plegiorū, & hoc
 breue, Ad quem diem poterit petēs se effoniare si voluerit, & participes
 similiter vel comparere, & habere alium diem per se, vel p effoniatore
 suos: Et si vicecom. milites attach. & breue miserit ad alium diem, & ef-
 foniatus non venerit, nec milites, tūc petēs vel eius effoniator, primo,
 secundo, tertio, vel quarto die se liti offerente, attachientur milites per
 meliores, plegios, & fiat ita irrotulatio. A. optulit se quarto die versus B.
 qui se effoniauit de malo lecti versus eūdem A. de placito terre &c. (vt
 supra) & B. nōn venit, nec milites qui fecerunt visum de eo. s. C. D. E. F.
 & vic. mandauit quod attachiati fuerunt. s. C. per tales, & D. per tales, &
 sic de alijs vnde ponantur per meliores plegios quod sint ad talem diem
 Idem dies datus est parti petenti, & participibus tenentibus. Forma bre-
 uis talis est. Pone per vadium & saluos plegios C. D. E. F. visores infirmi-
 tatis qua B. de N. in curia nostra &c. effoniauit se de malo lecti versus A.
 de placito terre in tali villa quod sint coram &c. tali die ad testifican-
 dum visum suum, & quem diem ei posuerunt, & ad ostendendum quare
 non fuerint coram iustitarijs &c. ad talem diem sicut attachiati fu-
 erunt. Et summonneas per bonos summonitores tales primos plegios C
 & tales primos plegios D. & sic de alijs quod sint coram præfatis iustic.
 nostris ad prædictum diem ad audiendum iudicium suum de hoc quod
 præfatos C. D. E. F. coram præfatis iustitarijs nostris ad talē diē nō ha-
 buerūt,

buerunt, sicut eos plegiauerunt. Et habeas ibi summonitores, nomina secundorum plegiorum, & hoc breue Teste &c. Et ad quem diem si milites non venerint, omnes plegij erunt in misericordia, & præcipietur tunc vicecomiti quòd habeat corpora militum ad alium diem; & quòd sint ad audiendum iudicium suum de pluribus defaultis, & si ad diem illum non venerint, iterum præcipietur vicecomiti quòd distringat eos p terras & catalla, quòd sint ad alium diem, & semper idem dies dabitur parti, & participibus, & si tunc non venerint, aggrauabitur districtio, (secundum quòd inferius dicitur plenius de attachiamenis & districtiõibus in personalibus actionibus.) Item cum omnes visum fecerint, tamen non venerint ad testificandum primo die nisi tantum vnus, duo, vel tres, quo casu, aut essoniatus venit aut non venit; & cum non venerit petente se liti offerente, fiat sic irrotulatio. Quia nullus quatuor militum testificari potest, vel recordum habeat sine altero, quia aut omnes testificantur aut nullus. Sed quare non sufficiunt duo vel tres ad certificandum siue quatuor, secundum illud euangelium, quòd in ore duorum vel trium testium stat omne verbum? respondeo, quòd non sufficiunt duo, quia vbi certus numerus adijcitur a lege vel constitutione quacunque ratione, duo non sufficiunt, sicut hic, & ad audiendum quem quis attornare voluerit loco suo ad lucrandum vel perdendum, vbi similiter quatuor sunt necessarij vt infra plenius dicitur. Item in testamentis illud idem, vbi vii. testes sunt necessarij, & alibi in multis locis. Irrotulatio. A. optulit se quarto die versus B. qui se essoniavit &c. vt supra, & B. non venit, nec milites qui fecerunt visum de eo, nisi tantum duo, scilicet C. & D. & ideo E. & F. qui non venerunt, attachientur quòd sint ad talem diem ad testificandum &c. vt supra. Et dabitur dies parti & participibus, & postea attachientur per meliores plegios, & procedatur (vt supra) ad districtionem donec omnes venerint, & testificentur simul: & formari poterunt breuia secundum quòd superius dicitur per exemplum. Cum autem quatuor milites simul missi fuerint ad videndum, antequam viderint, vel postquam viderint, antequam testificentur, contingat quòd vnus vel duo vel tres morientur, quo casu oportet quòd alij loco ipsorum substituantur, & quòd tunc omnes simul videant, & simul testificentur, per tale breue. ¶ 15. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi q̄ loco C. vni^o visorum qui mortu^o est, vel infirmus, vel ita debilitat^o quòd itinerare nõ potest, vel sic: loco C. vnus visorũ qui mortuus est, in loco D. alteri^o visorũ qui infirmus est ac debilitatus, vel inutilis q̄ itinerare nõ potest visor^o infirmitate qua D. de N. in curia nostra &c. vt supra, ponas aliũ vel alios milites, & alium vel alios milites simul cum E. & F. de N. pri^o missis ad prædictũ D. ad vidẽdũ vtrũ infirmitas qua prædictus B. in curia nostra &c. essoniavit se de malo lecti versus prædictũ A. de placito terræ in N. sit languor &c. vel nõ &c. vt supra in primo breui originali. Itẽ si vnus vel duo (secundũ quòd prædictũ est) mortui nõ fuerint, nec debilitati, sed forte ex aliqua causa necessaria se trãstulerint extra com̄ ita q̄ alij p defectu talis visũ facere non possunt, vel testificari, tũ loco talium ponantur alij qui visũ faciant, & tũ dicatur quòd loco C. & D visorũ infirmitatis qua &c,
ponas

ponas alios milites & illos milites simul cum talibus &c. vt supra &c. vsque ad clausulam, scilicet, vel sufficientem pro se mittant responsalem, & tunc addatur in fine ratio, quare illi prius missi videre infirmum non poterunt, pro defectu C. & D. & dicatur in fine breuis ita. Et vnde prædicti E. & F. in curia nostra coram Iustitiarijs nostris talibus dixerunt q̄ prædicti C. & D. non fuerunt in partibus illis, & pro defectu eorum non poterunt visum facere de prædicto B. & dic prædictis militibus q̄ sint coram præfatis Iustitiarijs &c. simul cum prædictis E. & F. ad prædictum terminum ad testificandum visum suum, & quem diem ei posuerint, & si forte vicecomes contra formam breuis elegerit tales qui non fuerint præsentés & extra comitatū, tunc dicatur in fine, & tu ipse sis ibi auditurus iudicium tuū, ad hoc q̄ prædictos C. & D. qui absentes fuerint & extra comitatum elegisti ad videndū, deficut præsentés misisse debuisti & ita quod loquela illa p̄ hoc cepit tantā dilationem, & habeas ibi hoc breue & nomina militum quos de nouo miscri Teste &c. Si autem contingat q̄ omnes moriantur antequā viderint, vel cūm viderint antequā testificentur, tūc de nouo mittantur alij. Item si ad primum diem nec milites venerint, nec effoniati, nec vicecomes miserit breue, offerete se tibi petente, quia nescitur quid actū sit, vel quia forte nihil actum est, de nouo præcipiatur vicecomiti q̄ mittat quatuor milites, & ipse sit ibi auditurus iudiciū suū, q̄ primū breue non misit &c. Si autem ad primū diem non venerint milites, nec vicecomes misit breue, & effoniatus venerit primo die, & petens, tūc procedit inter eos loquela, nisi forte sit quod petens obijcere velit tenenti q̄ tenēs sine licentia surrexerit, vel sine visu militum, vel si per visum militum surrexerit & petens se tenuerit in defaultam, dixerit quod alij milites viderūt eum q̄ ad ipsum missi fuerunt, omnes, vel quidam ex illis: vel quod surrexerit per visum aliorū, quā p̄ visum militū. s. liberorū hominum, vel p̄ visum militū, & similiter per visum liberorum hominū, qui forte in ipso visu faciēdo assumpti fuerunt p̄ imperitiam, ad vidēdum cum militibus: vt de termino s. M. anno regni Regis H. ix. incipiente x. in com̄ warr. de Rogero Leuelande petente, & Richardo de Gloc. tenente, & effoniato, & vbi assumptus fuit seruiens Regis pro quarto milite. Et cū petens ita se tenuerit ad defaultā, oportebit inquirere veritatē. Si autē obiecerit petens effoniato, q̄ sine licentia surrexerit, si de hoc cōstiterit, poterit tenēs amittere per defaultā, quia post effoniū de malo lecti redditū non potest effoniatus surgere sine licentia, nec si licentiam petat, dabitur ei nisi ex causa, & infra certum tempus, & vltra tempus non, nisi tantum de voluntate & cōsensu petentis. Causa enim esse poterit, q̄ cūm cōualuerit de infirmitate; & nōdum visus est, per fraudē & malitiam petentis forte qui supprimit breue & negligenter prosequitur, vel per negligētiam vicecomitis, qui forte nō mittit milites sicut ei præceptum est, vel pro defectu militum qui visum non faciunt, & in quibus casibus si effoniatus conualuerit de infirmitate, & non dum visus fuerit, habebit licentiam surgendi in defectum prædictorum. Et quod licentia surgendi dari debeat effoniato qui visus fuerit legitime per quatuor milites siue languorem adiudicauerint, siue malum transiens, donec venerint & languorē siue malū transiens testificauerint;

XXXx.j.

habetis

habetis de termino s. T. anno Regis H. xiiij. in com̄ Norf. de priore de lō-
ga villa, & de termino s. P. circa mediū rotuli, quia ibi dicitur, q̄ si quis se
effoniauerit de malo lecti & milites visum fecerunt de eo, sed tamē nō ve-
nerunt ad testificandū, nec petens sequatur versus eos, habebit effoniatus
licentiā surgendi in defectu petentis, siue languor adiudicatus fuerit siue
non & alibi in multis locis. Si autē cum visus fuerit, & petens negligens
fuerit q̄ sequi noluerit versus milites, q̄ sint ad testificandū siue lāguorem
adiudicauerint siue malū trāsiens, cum adhuc sit loquela integra in curia,
si licentiā petat surgendi, propter malitiā ipsius petentis obtinebit licentiā,
non obstante eo quod dicitur in ipsa petitione licentiæ, quòd nōdū visus
est, quia non multum operatur videre, nisi visus sit testatus, sed cum visus
factus fuerit & testatus, sed tamen nullus dies petenti datus apud turrim,
ante diem datum bene possit dari licentia surgendi, secundum quosdam,
cum petens apud turrim diem non receperit. Cum autē diem receperit,
iam desinit esse loquela in curia, donec aliàs per constabulariū turris post
annum & diem iterum ad curiam remittatur, & sic obtinebit effoniatus
de malo lecti licentiā surgendi vsq; ad diem datum apud turrim, post
tempus vero illud nunquam licentiā obtinebit contra voluntatem ip-
sius petentis. Si autem ad hoc assensum præstiterit, & languidus conua-
luerit, & licentiā petierit surgendi, cum consensu petentis obtinebit, ita
q̄ ad certum diem cōueniāt tenens & petens, vt suo tramite procedat lo-
quela. Sed quid si ante visum factum & testificatū, p̄pter iter Iustitiariorū
facta fuerit publica declamatio, q̄ omnes loquela que atterminatæ fuerūt
corā Iustitarijs de bāco, & nō terminatæ remaneant sine die, cū adhuc lo-
quela inter petentē & effoniātū integra sit in bāco, bene poterit effoniāt^o
sine licentia surgere p̄pter talē declamationē. Si autem visus factus fuerit
& testatus, & dies datus apud turrim partibus vltteriū, non possit effonia-
tus surgere, nec cum licentia nec sine, quia loquela non fuit in banco die
declamationis factæ. ¶ 6. Videndū erit qualiter licentia surgēdi peti de-
beat, & sciendū q̄ ad petendā licentiā surgendi debet effoniatus mittere
quem voluerit qui dicat, q̄ talis qui se effoniauit de malo lecti conualuit
de infirmitate sua, & petit licentiā surgendi, & sic irrotulabitur coram
Iustitarijs qui illius loquelæ habuerit cognitionē. Talis qui se effoniat de
malo lecti versus talem de placito terræ in tali comitatu mādauit per talē,
q̄ conualuit de infirmitate sua, & quòd nondū visus est, & petit licentiā
surgēdi, & habet, & dicatur nūtio quòd scire faciat effoniato, quòd statim
& sine mora veniat ad curiā, & ibi diceretur ei q̄ obseruet diem suū, & ideo
diceretur ei quòd statim veniat: ne cum petens inueniat eum vagantem
ignorans sibi datam esse licentiā, ipsum ceperit & in prisona detinuerit,
quod si fecerit, succurritur effoniato per tale breue. ¶ 7. Rex vic. salu-
tem. Si talis fecerit te securum &c. summoncas tales &c. quòd sint co-
ram Iustitarijs &c. ad talem terminū, ad respondendum tali, quare con-
tra pacem nostram ceperunt ipsum, & ipsum captum in prisona deti-
net, in domo eiusdem talis, apud talem locum, occasione placiti quòd
est in curia nostra coram Iustitarijs nostris &c. inter ipsum talem pe-
tentem & eundem talem tenentem, de tanta terra cum pertinentijs in
tali

tali villa, vnde idem talis in curia nostra &c. effoniauit se de malo lecti versus eundem talem petentem, & vnde iisdem iusticiarij nostri dederunt eidem licentiam surgendi per defaultam ipsius talis petentis, eo quod de ipso visum fieri non fecit, vt idem B. dicit. Et interim ipsum B. deliberari facias, nisi ex aliqua alia causa captus fuerit quare secundum legem terræ deliberari non debeat, & habeas ibi hoc breue Teste &c. Si in curia Baronum vel alterius domini in placito de recto denegetur licentia surgendi effoniato, vel petens malitiosè supprimat breue ne effoniatus videatur, tunc fiat seneschallo curiæ breue domini Regis in hac forma. ¶ 8. Rex tali seneschallo salutem. Ostensum est nobis ex parte A. q̄ cum B. in curia tua vel talis domini tui peteret tantum terræ versus ipsum A. per breue nostrum de recto, & idē A. effoniaffet se de malo lecti versus eundē B. extra feodum domini tui, ita q̄ tu non potuisti eum facere videri, nec idē B. sibi perquisiuit vt deberet, q̄ idem A. secundum consuetudinem regni nostri videretur per. iij. milites, imo malitiosè ipsum detinuit per lōgum tempus inclusum, & prædictus A. mitteret ad te ad prædictam curiā & peteret licentiā sibi dari surgendi & comparendi in eadē curia tua, ad respondendū eidē B. de eodem placito secundū legem & consuetudinem regni nostri, tu ei in eadem curia tua licentiā surgendi denegasti & quia in denegatione prædicto A. manifeste iniuriatū est, ei in defectu tui ipsi licentiā surgendi dedimus, ad respōdendū prædicto A. de prædicta terra secundū legē & cōsuetudinē regni nostri, & hoc tibi & præfata curiæ significamus T. &c. Et per hoc videri poterit q̄ dominus curiæ & balliuus dare possunt licentiā surgendi effoniato, & si talis, multo fortius vicecomes & comitatus.

- 1 ¶ De officio quatuor militum in visu faciendo. De effonijs cum missi venerint ad locum vbi effoniatus iacere debet. 2. Cū milites venerint ad testificandum languorem. 3. Qualiter dandus sit dies & sub quibus verbis. Cap. ii.

Quatuor milites legitime missi post multas dilatiōes factas, vel statim infra primum diem veniunt ad locum vbi effoniatus iacuerit, vel iacere debuerit, ad videndū &c. & tunc aut inveniunt eū aut non inveniunt. Si autem ipsum omnino non inuenerint, & hoc omnes ad diem datum simul testati fuerint, tunc ipse qui effoniari debet, aut præsens est in curia aut non est præsens. Si autem præsens non fuerit, tunc capiatur terra in manum domini Regis, vel per magnum Cape, vel per paruum Cape, secundum quod effonium factum fuerit antequam tenens in curia comparuerit vel post, & secundum hoc procedatur cōtra ipsum ad defaultā, & secundū quod inferiùs dicitur plenius de defaultis. Si autem præsens fuerit & effonium omnino dedixerit, tunc refert vtrum omnino effonium factum fuerit ante apparitionem in curia vel post. Si autem ante, bene potest defendere in primis summonitionem & sursum, & quod nunquam summonitus fuit. Item vtrum effoniatus de malo veniendi, an de malo lecti, vt supradictum est de summonitionibus. Si autem effonium factum fuerit postquam comparuerit in curia, & diem

XXXx, ij.

habue-

habuerit, diem datū non poterit dedicere cōtra recordū curiæ. Et vnde si postea dedixerit essonium de malo veniendi post diem datum in curia, concedit per consequens defaultam esse factam, & sic amittet seysinā per iudicium propter defaultam, & multo fortius si dedixerit vtrunq; essoniū tam de malo veniendi q̄ de malo lecti. Item veniunt milites ad videndū & inueniunt eum vagantē p̄ curiā, & per rura, & tunc ad eorum testificationē fiat vt in proximo supra. Item veniunt milites ad videndum, & inueniūt eū in lecto sicut decet taliter essoniātū, decalceatū, & sine braccis, & decinctum, vel forte nudum quod plus est, cum fuerit interrogatus, aut confitetur se esse essoniātū, aut omninō dedit essoniū. Si autē essonium dedixerit, tunc ad eorum testificationē fiat vt supra. Si autem essoniū cōfiteatur, tunc diligenter inquirent milites de qualitate infirmitatis, & de eius circumstantijs, & vtrum latens & intrinseca, vel in aperto & extrinseca vt inde respōdere possint si forte fuerint requisiti, & secundū quod viderint & iudicauerint, dabunt ei malum transiens vel languorem. Si autē adiudicauerint ei malum transiens, forte in præsentia petentis dabunt ei diem certum in breui cōprehensum, q̄ tunc veniat vel sufficientem pro se mittat responsalē. Ad quem diem si milites venerint, & petens & tenens, p̄cedat loquela debito modo. Si autem petens & tenens cōparuerint, & milites tātum vnus vel duo, vel tres & non quartus, vel forte nullus, si petens confiteatur visum rite esse factum, sufficit eius testimoniū & per hoc nō multū operatur testificatio militū. Itē si petens venerit ad cōmunem diem, & visores non, & cognouerit q̄ essoniatus de malo lecti visus fuerit certo die, & quod visores dederint ei lāguorē & diē apud turrim Londō in vnū annū & vnū diem a die visus sui. Item dies dabitur petenti p̄pter suā protestationē apud turrim, & si essoniatus tūc nō venerit, tunc reuertatur ad iudiciū, & p̄cedatur contra milites quod veniant ad testificādū, & si venerit forte essoniatus, p̄cedatur in placito principali, & de hac materia inueniri poterit de termino P. anno Regis H. xiiij. in com̄ Nott. & Linc. de vv. thesaurario Eborum & Vvilhelmo de Camera & Letitia vxore eius. Si autē ad diē illū venerint milites, & testificati fuerint visū, & petēte se offerēte liti nō veniat tenēs, expectato quarto die capiat terra in manum domini Regis per defaultam, per paruum cape, quia nō poterit tenens essonium dedicere contra recordum militū, siue in curia cōparuerint siue non. Si autem milites comparuerint, & tenens & petens non, tunc offerente se liti tenente, recedet quarto die tenens quietus de breui illo. Item si milites cōparuerint in prima die, & petens non, nec tenēs, sed in crastino vterq;, vel tertio die vterq;, vel quarto die vterq;, cum pares sint ptes hinc inde quoad defaultā, nec sit quod aliquis eorū alteri possit imputare defectui, compēsetur defaulta cum defaulta, & procedat loquela, quia paria delicta mutua compensatione tolluntur. Si autem impares sint in defaultis, quod si vnus cōparuerit in primo die, & alius in crastino tertio, vel quarto die, procedatur ad defaultam secundū quod inferius dicitur de defaultis. ¶2. Item milites cum visum fecerint examinata infirmitate adiudicant essoniato languorē, & dabunt ei diem a die visus sui in vnum annum & vnum diem apud turrim London, quod tunc sit ibi inde

ref-

responsurus vel sufficietem pro se mittat responsalem, & ad diem in breui contentum veniant coram iusticiarijs & testantur quod viderunt eum effoniatum tali die, & quod dederunt ei diem a die visus sui in unum annum & unum diem apud turrim London, quo casu si forte milites discordes fuerint in die dato, iterum mittantur ad videndum, & ad dandum certum diem, & iterum ad certificandum visum. Si autem concordēs fuerint in die dato, diligenter examinentur a iusticiarijs utrum dies datus a militibus rationabilis sit & legitimus vel non, ut si forte annus fuerit bissextilis, & quo casu si illegitimus fuerit dies, facta examinatione mittantur iterum ad languidum, ut dent ei diem legitimum secundum consilium iusticiariorum & iterum veniant & testentur. Sed siue infirmitas sit languor siue non, quare non possunt milites capere attornatum, ut per attornatum procedet loquela, sicut fieri poterit si post annum & diem venire non possit, potest mittere responsalem. Respondeo quod non possunt, quia ad hoc non sunt missi, & ideo nullam habent potestatem etiam si effoniatum hoc vellet, nec effoniatum ad hoc arctari poterit quod faciat attornatum nisi velit. Et si iusticiarij non examinaverint, erit hoc eis imputandum si effoniatum surrexerit die illegittimo sibi per milites dato, militibus vero non, propter simplicitatem & imperitiam suam, effoniato non, quia obtemperat iudicatis. Si autem iusticiarij cum examinaverint, iterum miserint, & milites non viderint, nec petens versus milites fuerit profectus, tunc nec iusticiarijs imputari poterit, nec effoniato, sed militibus tantum, & petenti. Si autem iudex examinaverit, & miserit, & milites missi viderint, & diem dederint, tunc si effoniatum tardius venerit, vel si forte erraverit effoniatum in die suscipiendo, quia male intellexit diem suum, hoc sibi imputare debet, cum quatuor milites inde habent recordum. Et quod recordum habeant probatur, cum sint quasi iusticiarij in hoc casu, nec contra assertionem eorum admittitur aliqua testificatio in contrarium, cum petens se tenuerit ad defaultam, ex responsio W. de Ralegh & G. de Segraue facto Richardo Duket qui expetijt eorum consilium in hoc casu, vel si maturius venerit quam deberet, hoc sibi poterit imputari cum ipse solus sit in culpa, licet aliquando actum fuerit in contrarium, ubi effoniatum obtemperat iudicatis, & propter errorem militum in expressione diei, damnum sentiat, cum non sit in culpa, ut si in die dando dicant effoniato. ¶.3. Damus tibi diem a die isto visus tui in unum annum & unum diem, hoc sufficit. Si autem diem expresserint, sic dicendo: damus tibi diem a die isto & ita quod tali die compareas apud turrim, si diem dederint legitimum in utroque casu erit eis obtemperandum, scilicet quod ad diem expressum veniat apud turrim, & erit talis dies effoniati legitimus. Si autem in diei expressione erraverint milites, non est necesse effoniato quod ipse erret, quia per hoc posset esse in defaulta propter errorem militum, quamvis ipse non esset in culpa. Et ideo compareat ad diem legitimum propter verba generalia, per quæ datur ei dies a die visus sui ad unum annum & unum diem, & expressio diei habeatur pro nulla. Sed quid si effoniatum obtemperaverit militibus errantibus, de gratia & consilio curiæ poterit ei subveniri. Cum autem venerint coram iusticiarijs ad certificandum languorem, oportet quod omnes veniant simul

(vt

(vt prædictum est) ad testificandum, nisi ita sit quòd petens præsens sit, & concedat visum factum legitime & diem datum. Quo casu sufficit testificatio duorum vel triũ, cum testificatione ipsius petentis, & sic fiat irrotulatio. C. D. E. F. quatuor milites missi ad talem qui se effoniauit de malo lecti versus talem de placito terræ veniunt & testificantur quòd viderunt eum tali die, & dederunt ei languorem ex certa causa propter talem infirmitatem, scilicet, si super hoc fuerint requisiti, & etiam dederunt ei diem a tali festo in vnum annum & vnum diem, vel a tali die ante tale festum, vel post, vel tertio, vel quarto die kalendas Aprilis, vel quarto kalendas, vel quarto Idus in vnum annum sine expressiõe & vnum diem, & sufficit, vel cum expressiõe secundum quòd supradictum est. Et quo casu, facta sic testificatione, dabitur idem dies petenti si præsens fuerit, vel per effoniatorem suum si fuerit effoniatus. Et eodem modo participibus si præsetes fuerint, & sic erit tota loquela in suspensio vsq; ad annum & diem, & sic desinet loquela esse in iudicio, & in curia, donec post annũ & diem per constabularium a turri iterum ad curiam remittatur, nec iterum reuocari poterit ad curiam a iusticiarijs aliquo casu, sine vtriusq; partis voluntate. Si autem participes in testificatione languoris forte præsentibus non extiterint, vel cum effoniati fuerint forte effonium non iacuerit, quia prius se effoniauit (offerente se liti petente quarto die) procedatur contra eos ad defaultam, sicut infra dicitur de defaultis, cum sint participes, & quia res petita patitur diuisionem, licet ab initio non fuerit diuisa. Et idem erit si fuerit diuisa inter cohæredes. Amittere enim poterunt participes per defaultam sine participibus, quamuis sine participibus non teneantur respondere. Si autem vir & vxor implacentur, qui simul & insolidum tenent vnicam rem, cum sint quasi vnum corpus, quamuis diuersæ animæ & non participes, quia res inter eos non patitur diuisionem, cum vnus eorũ effoniatus fuerit de malo lecti, & alter defaultam fecerit, procedi poterit statim ad defaultam contra absentem, sed ad iudicium procedi non possit ante præsentiam vtriusq;. Suspenditur igitur iudiciũ quousq; effoniatus iterum in iudicio & in curia comparuerit, quia vnus ipsorum defaulta vtriusq; erit damnosa. Item esto quòd petens præsens non fuerit die quo fit testificatio, nec per se, nec per effoniatorem vt diem suum recipiat, nec primo die nec secundo, nec tertio, nec quarto, nec vltius, sufficit tamen si aliquo die infra annum & diem. Sed quid si post annum & diem petat tenes iudicium de defaulta petentis, nihil capiat per defaultam, facta compensatione vt prædictum est.

1. Qualiter effoniatus custodire debeat languorẽ & qualiter se tenere. 2. Si effoniatus inuẽtus fuerit vagans qualiter debet arrestari. 3. Breue si effoniatus surrexerit sine licentia quòd milites mittantur ad ipsum ad videndum si ita surrexerit vel non post languorem ei ad iudicatum.

Cap. 12.

Qualiter autem effoniatus custodire debeat languorem videndum, & sciendum quòd (secundum quòd supradictum est) decinctus, & sine braccis, & discalceat^a se tenere debet in lecto. Alicubi tamẽ poterit indui vestimentis si voluerit: Non debet exire cameram vel domum

mum in qua iacuerit publicè, nec vagari per curiam suam in cōspectu populi, nec exire de curia vt vagat per rura, vel longius incedat, ne a petente interceptus seynam suam amittat per defaltam, quia si petens scit eum extra curiam suam, vel in curia sua forte ipsum inuenerit, immittere poterit in eum manus, cum hac tamen discretionē. ¶ 2. Debet tamen petēs secum assumere si fieri possit seruientem domini Regis, simul cum probis & legalibus hominibus vicinis, & cum clamore ipsum arrestare, ita quòd nullam faciat ei violentiam. Et quo casu, habeat seruiens domini Regis recordum simul cum testimonio legalium & proborum hominum. Si autem tales secum statim non habuerit, veniat petens cum suis & effoniatiū arrestet cum vtesio & clamore, vt ad hoc conueniant probi homines vicini, vt si opus fuerit, testificari possunt quid viderunt. Mittere etiā debet ppter coronatores, & seruientem domini Regis, vt simul cum probis hominibus testificari possint qualiter fuerit interceptus, quorum recordo stabitur, donec effoniatus per manifestas probationes docuerit contrarium. Poterit enim seruiens domini Regis simul cum testimonio proborū hominum testificari qualiter effoniatus, & in quo loco arrestatum inuenit, sed vtrum sponte ibi venerit, vel contra voluntatem adductus, testificari non possunt. Poterit enim effoniatus docere contrarium sic, & dicere quòd eum esset tali die in domo sua tali, apud talem locum & in lecto suo sicut ille cui fuit languor adiudicatus, & in pace domini Regis, venit ibi ipse talis petens, & nequiter & in feloniam extraxit eum a domo sua, & a lecto suo, & in roberia abstulit ei tantum, contra pacem domini Regis, & sic offert &c. Et quo casu, procedendum erit in modum appellati, & terminabitur negotium per duellum, vel per inquisitionem, & secundum quod iudicium fecerit p vno vel pro alio, amittet vnus eorum imperpetuum. Tenens, quia stulte surrexerit, vel petens quia maliciōse effoniatiū extraxerit, & eadem ratione qua lucrari voluerit, eadem propter malitiam amittat. Cū autem quis effoniatus ita per legem terræ arrestatus fuerit, & non per malitiam, si petens se tenuerit ad defaltam, & iudicium petierit de defalta, firmiter se teneat ad defaltam, ne defaltæ tacite renunciat per consensum. Tacite enim renunciare poterit ita: si diem amoris ceperit cum tenente, siue datus fuerit dies prece tenentis, vel prece petentis, vel prece vtriusquē. Dabitur enim dies sic. Dies datus est tali petenti, & tali tenenti, de placito terræ vsquē talem diem prece partium. Et ex quo petens per hoc innuit quòd placitum sit inter eos, & sic videtur tacite renunciaffe defaltæ, & videtur placitum redintegratum quod fuit ex parte tenentis desertum. Eodem modo videtur tacite renunciaffe tenens defaltæ si sibi perquisiuerit de amouenda loquela ab vno iudicio ad alium per pone. Continetur enim ibi, pone coram iusticiarijs. &c. Loquelam quæ est in comitatu vel coram nobis vel coram talibus Iusticiarijs, per hoc enim quod dicitur in impetratione propria, loquela quæ est, videtur per hoc innuere quòd loquela sit redintegrata vt prius, & sic esse poterit in pluribus causibus consimilibus. Et si ad hoc autem agat petens quòd iudicium transferatur de defalta ab vno iudicio

iudicio ad aliud, vel hoc fit factum iudicū & non petentis, vel quòd dies datur de audiēdo iudicio suo de defalta propter difficultatē iudicij, & ita q̄ ibi fit factum Iusticiarij & non partis, aliud erit, quia per hoc non renūciat petens defaltæ tacitè neq; expresse. Cū autem sic arrestatus fuerit tenens eſſoniatus cū testimonio sufficiēti, vt prædictum est, non erit vltimū ducendus ab aliquo, nec ad comitatū nec ad castrum, nec alibi, sed statim dimittendus abire liberè quo voluerit, qui cū dimissus fuerit abire, vbicunq; diuertit iterum ad lectum vel alibi, statim ad querelam petentis summonetur venire ad curiam vbi loquela prius fuit, ad audiendum iudiciū suum de defalta, & quare surrexit postq̄ languor fuit adiudicat° ei per tale breue de iudicio. In sūma vero notandū, q̄ postq̄ quis eſſoniatus fuerit de malo lecti postquā in curia dñi Regis comparuerit q̄ eſſoniū dedicere non possit, non possit impunè q̄ nō sit in defalta surgere sine visu legitimo facto. s. per tales qui visum facere possunt, vt supra, vel sine licentia : & generaliter licentiam habere poterit siue visus fuerit siue non, & siue languor ei adiudicatus fuerit siue non, quousq; visus legitime testatus fuerit, & ita quòd petens diem receperit apud turrim London. Et extunc nulla dari poterit licentia surgendi, quia iusticiarij iurisdictionem non habent, nec reuerti poterit loquela iterum ad iudicium, nisi per officium constabularij. Cōtingit quandoq; quòd ille qui a lāguore surrexit, non est inuentus in loco in quo se eſſoniauit nec extra vbi possit arrestari, quo casu, ad querelam petētis fiat breue vicecomiti quòd assumptis secum quatuor militibus, vel quibusdam ex illis qui eum viderunt, in propria persona sua accedat ad locum in quo prædictus eſſoniatus iacuisse debuit, & si ipsum in languore suo inuenerit, sicut fuit ei adiudicatus vel non, & secundū quod eum inuenerit vel non, fiat breue vicecomiti sub tali forma. ¶.3. Rex vicecomiti salutem. Ostensum est nobis ex parte A. quòd cū B. in curia nostra apud VVest: vel coram iusticiarijs nostris itinerātibus vel in comitatu tali eſſoniaſſet se de malo lecti versus talem de placito terræ apud talem locum in comitatu tali, Et ibidem lāguor esset adiudicatus ei per quatuor milites per præceptū nostrum ad ipsum videndum transmissos, idem B. infra languorem suum contra consuetudinem regni nostri surrexit, & a domo sua in qua languidus iacuisse debuit, exiuit, & a partibus illis recessit, & se transtulit ibi vel ad alium comitatum. Et ideo tibi præcipimus q̄ statim visis litteris istis omni occasione &c. assumptis tecum prædictis quatuor militibus, vel duobus ex illis si omnes habere non possis, in propria persona tua accedas apud talem locum, & videas si idem B. ibi sit in lecto & in lāguore suo sicut ei fuit adiudicatus, vel non. Et si ibi eum inueneris, hoc scire facias iusticiarijs nostris apud VVest: per litteras tuas sigillatas. Et si ibi inuentus non fuerit, tunc venire facias prædictos milites qui ibi tecum interfuerint, coram præfatis iusticiarijs nostris tali die ad certificandum inde iusticiarios nostros. Et interim p̄ legales & discretos homines tam balliuos tuos q̄ per alios infidari facias eidem B. si redierit de partibus talibus vel non. Et si redierit, & inuentus fuerit extra talem locum vbi languor fuit ei adiudicatus, tūc facias eum arrestari ita q̄ habeas corpus eius corā præfatis iusticiarijs nris ad

ad talem terminum ad respondendum eidem quare &c. vel ad audiendū recordum vel iudicium suum de loquela quæ fuit coram eisdem iusticiarijs nostris inter prædictos A. & B. de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa. Et vnde idem talis effoniauit se de malo lecti versus prædictum talem, & ita quòd languor ei fuit adiudicatus, & sine licetia surrexerit a languore, vt idem talis dicit, & habeas ibi &c. Teste. &c. & ita possunt istæ vltimæ clausulæ vel adiungi breui de inquisitionibus, vel fieri per se.

1. Qualiter effoniatuſ venire debet ad turrim London & quando vel mittere responsalem.
 2. Qualiter fit annus bissextilis. 3. De apparitione effonati. 4. De officio Constabularij.
 17.

IN fine anni post languorem cum effoniatuſ conualuerit de languore, videndū erit qualiter venire debeat apud turrim, & quando, vel mittere responsalem, eo forte quod iam languor versus sit in morbum fonticuſ, & incurabilem, quod venire non possit per se. Item quando debeat surgere a lecto ægritudinis, & qualiter, & per quas dietas venire debeat ad turrim. Et sciendum quod cum effoniatuſ a languore conualuerit & in propria persona venire possit, primò debet computare dietas rationabiles secundum quod plenè conualuerit, vel secundum quod per languorem extenuatus fuerit, & debilitatus, ita quòd commodè venire non possit. Sed postquam a lecto surrexerit, non moretur in domicilio suo vltra vnam noctem, & sic inde proficiatur per rationabiles dietas ad turrim, ita quod per viam nesciam moram faciat vltra vnam noctem, & quòd sit apud turrim vltimo die anni naturalis qui dicitur dies excreſcens, & hora cõgrua placitandi. ¶ 2. Sed videndum erit qualiter dies ille sit accipiendus tempore bissextili, propter duos dies qui sub eodem signo & eadem littera computantur, quorū vnus (qui dicitur dies excreſcens) determinat & finit tempus quatuor annorum præcedentium, & in eo computabilis est inter dies eiusdem temporis præteriti, qui sunt mille & quadringenti, & faciunt quatuor annos minores, & quibus adijcitur vnus dies qui colligitur ex quatuor quadringentis, vt faciat prædictos quatuor annos plenos & maiores, & dicitur dies excreſcens, & computandus erit inter tempora & dies prædictorum quatuor annorum præcedentium, & qui dicitur dies legitimus comparendi quolibet anno apud turrim. Et eodem modo in anno bissextili sicut in alijs tribus annis præcedentibus. Est etiam alius dies sub eadem littera qui est caput & principium aliorum quatuor annorum subsequentium, qui si computandus esset infra tempora prædictorum quatuor annorum præcedentium, ratione alicuius quadrantis siue quartæ, sublato de medio & non computato die excreſcente, sic esset dies comparendi apud turrim in sexagesimo septimo die, quod esse non debet, cum ille dies excreſcens computabilis sit infra tempora quatuor annorum præcedentiū, ratione illius quadrantis siue quartæ, & sic in anno bissextili erit ille dies legitimus comparendi. Et ita quòd in anno bissextili plures dies non contineantur quàm trescenti & sexaginta sex, sicut in alijs annis non bissextilibus. Et ita vterque dies

quadraginta
seu sexaginta

YYYy.j.

dies

Suum

29

dies sub eadem littera fit comprehensus, quia sic subductus sicut in anno bissextili sicut in anno minori terminat tempus quatuor annorum præcedentium, & principium dat tempus quatuor annorum subsequentium, & ita eodem die desinit annus præcedens propter sex horas, & incipit eodem die annus sequens propter octodecem horas, quarum vnus terminat & etiam idem principium dat, & computabiles sunt & non sunt computabiles, diuersis tamen respectibus. Ille vero dies excrecens qui non est computabilis, ea ratione propter necessitatem ad vitandum illud inconueniens ne festum Natalis Domini celebretur in estate, & Natiuitas Sancti Iohannis Baptistæ in hyeme, quod contingere posset infra quingentos vel sexcentos annos, & etiam ita contingeret intemperies hyemalis in signis estiuilibus. Et ad maiorem euidentiã aliquid dicamus de anno, scilicet quid sit annus, & quis dicatur maior annus, & minor. Et ratio quare dies adiungatur anno minori. **Annus est mora motus quo summum planeta peruoluit circulum.** Annorum autem quidam sunt maiores quidam minores, secundum breuitatem vel productionem circuloꝝ, & secundum velocitatem planetæ in suo circulo. Item annorum alius solaris alius lunaris, alius artificialis, alius naturalis, alius vsualis. Naturalis est, illud spatium quo sumum sol peruoluit circulum, & fit ex trescentis sexaginta & quinque diebus & vno quadrante siue quarta vnus diei, scilicet ex sex horis. Hora autem fit ex quadraginta momentis, & sic fit dies ex nouem millibus & sexcentis momentis. Vsualis annus qui dicitur annus minor, stat ex trescentis sexaginta & quinque diebus, vbi vltimus dies non est legitimus comparandi secundum quosdam. Maior vero constat ex trescentis sexaginta & sex diebus, ita vt minutæ neglectæ per tres annos præcedentes resumantur cum minutijs quarti anni ad perficiendum vnum diem integrum, & iste dies sic excrecens appellatur bissextus, & annus in quo contingit dicitur bissextilis, & qui quidem omni tempore legitimus est ad comparandum, scilicet in sexagesimo sexto die in anno bissextili, sicut in alijs annis, sed in sexagesimo septimo (sicut dicunt quidam, sed non bene vt videtur) Dicitur etiam bissextus eo quòd inscribitur sexto Kalendas Martij, vbi duo dies computantur super vnam litteram, scilicet. F. quia colligitur iste dies ex minutijs quatuor annorum. Et ne putet illum quis incipere in vno anno & terminari in quarto anno, proponatur annus incipiens manè, ille terminabitur reuoluto circulo anni in meridie, vbi incipiente secundo anno ille secundus dies terminabitur ad noctem eadem ratione, tertius ad mediam noctem, quartus ad auroram, ita quòd bissextus constat ex quatuor quartis simul sumptis, & ita computatur nox sequens cum die præcedente pro vno die artificiali. Si autem fiat computatio anni Lunarum recte dicendo per litteras econtrario, semper dies præcedit & nox subsequitur. Et ideo vice versa per talem computationem, incipiat dies naturalis in aurora, & terminetur vice versa (vt supra.) Ex præcedentibus igitur manifestè liquet quòd in sexagesimo sexto die debeat essoniatus comparere apud Turrim & non maturius

matutius, ne fit in defalta eo quod languorem rite non obſeruauerit. Item non tardiùs quàm in ſexageſimo ſexto die ſecundùm eodem ne fit in defalta, eo quod diem ſuum ſibi datum apud turrim non obſeruauerit: Igitur ſecure poterit comparere ſexageſimo ſexto die, ſcilicet primo poſt annum naturalem, qui ſub ſe continet annum minorem vſualem, & vnũ diem tam in anno biſſextili quàm alijs tribus annis præcedentibus, quia in hoc non differunt in aliquo. Circulus vero anni vſualis ſiue ſolaris, fit ad modum & ad ſimilitudinem colubri ſine cauda, nec erit annus integer, nec capiti adiungi poterit corpus quod eſt annus vſualis, & conſtat ex treſcētis & ſexaginta quinq; diebus, niſi adiungatur ei cauda. Cauda vero dici poterit ſex horæ quæ deficiunt, vt ex anno vſuali qui ſub ſe continet treſcētos & ſexaginta quinq; dies & ſex horas, ſcilicet quartam partem dici, fiat annus naturalis, qui ſub ſe continet annum vſualem & vnum diem ratione prædictarum ſex horarum, & ſic erit circulus anni naturalis ad modum & ſimilitudinem colubri habentis caudam in ore, ſicut videri poterit per lunarem computationem litterarum & ſignorũ quibus dies anni ſignantur. Videamus igitur omne tempus quatuor annorum, vt ſciri poſſit qualiter quilibet annus naturalis incipiat per ſe, & qualiter terminetur. Incipit enim ſub eodem ſigno, vel ſub eadem littera, & ſub eodem ſigno terminatur, quod dici poterit in ore colubri: vt ſi inceperitis computare a littera B. facta computatione treſcentorũ & ſexaginta quinq; dierum, & adiuncta vna quarta, quia ſumi debet de die contento ſub ſigno. B. efficiantur annus & dies quæ dicuntur annus naturalis. Item facta computatione anni ſecundi propter tres quartas quæ adhuc remanent de tempore futuro, iterum aſſumatur quædam quarta ſub ſigno B. & erit ſecundus annus naturalis. Item cum adhuc remaneant duæ quartæ, incipiat annus tertius naturalis ſub eodem ſigno B. & fiat computatio vt ſupra ad hoc quod fiat annus naturalis. Item cum adhuc remaneat vna quarta, incipiat annus naturalis ſub eodem ſigno, & facta computatione terminetur in eodẽ ratione eiùſdem quartæ. Et ſic erunt eodem quarto anno bis ſex horæ & exinde duo dies quales ſub eodẽ ſigno. B. vnus ſcilicet incipiens & alius annum terminans, & propter illas bis ſex horas dici poſſet annus biſſextilis, & ſic totum tempus quatuor annorum continet ſub ſe mille & quadringentos & vnum diem, qui colligitur ex quatuor quartis quatuor annorum præcedentũ, & terminant totum tempus quatuor annorum, & dicitur excrescens & nihil ſibi vendicat ex tempore quatuor annorũ vſualiũ ſubſequentiũ: Ne igitur ſubſequatur inconueniens de quo ſupradictum eſt, remanente die excrescente de tempore præterito ſub eadem littera B. ſiue F. de neceſſitate retrotrahitur primus dies quatuor annorum ſubſequentium, vt exinde fiat computatio totius temporis quatuor annorum ſubſequentium in forma ſupradicta, & ſic de tempore in tẽpus in infinitum. Obſeruare debet igitur eſſoniatus diligenter annum & diẽ, ne maturiùs vel tardiùs compareat quàm deberet. Si autem die non legitimo comparuerit, & petens eodem die, tenens erit in defalta, facta proteſtatione & recordo cõſtabularij. Si autem petens die legitimo comparuerit, & tenens maturiùs vt prædictum eſt, idem erit vt ſupra. Quia licet tenens

defaltam fecerit, petens tamen diem suum obseruabit. Si autem petens die legitimo comparuerit & tenens in crastino, tenens erit in defalta, quia diem suum non obseruauit. ¶. 3. Si autem die legitimo nec petens nec tenens comparuerit, tunc uterque facit defaltam, quia diem legitimum non obseruauerunt, & vnde si ambo in crastino comparuerint fiat hinc inde compensatio defaltarum, quia paria delicta mutua compensatione tolluntur. Si autem vnus in crastino & alius in die tertio vel quarto, licet ex toto non sint pares in delicto, tamen hinc inde erunt in defalta, & fiat compensatio vt supra. Item si vnus illorum die legitimo comparuerit apud turrim, & alius coram iusticiariis in curia, ille qui in curia comparat defaltam facit, quia nullū diem in curia habuit sed apud turrim. Et ideo licet magis sit apparere in curia quā apud turrim, non defenditur, cū oporteat eum reuerti ad iudicium per eandem viam per quam diuertit a iudicio. Item esto quod ambo comparcant in curia die legitimo quo apud turrim comparuisse debuerunt, fiat hinc inde compensatio defaltarum, secundum quod supra paulum antedictum est. Cum autem ambo die legitimo apud turrim comparuerint, aut comparet petens per se ipsum, vel per attornatum, vel per effoniatorem, & tenens aut comparet per se ipsum, vel per responsalem, cū per seipsum venire non possit. ¶. 4. Qualiter vero venerit vel quo die, officium constabularij est omnia per ordinem irrotulare, recordum enim habet de ijs quæ viderit, iudicare tamen non poterit, quia apud turrim non est iudicium cū ibi deficiat tertia pars iudicij, scilicet iudex & iurisdictio, habet enim Constabularius recordum in hijs quæ sunt facti, & non in hijs quæ sunt iudicij siue iuris. Irrotulare enim debet sic, quod talis qui se effoniauit de malo lecti versus talem in tali comitatu de placito terræ, venit tali die apud turrim London, & optulit se versus talem petentem, & petens non venit sed in crastino. Et dixit quod ad legitimum diem venit & tenens non, & petit iudicium de defalta. Et e contrario si tenens dicat quod ad legitimum diem venit & petens non, & tenens petit iudicium de defalta, mittantur partes ad iudicium in banco vt ibi iudicetur de defalta. Eodem modo si petens se effoniauerit apud turrim, & attornatus suus, mittantur tenens & effoniator coram Iusticiariis vt ibi iudicetur effonium. Sed videamus cui competat effonium apud turrim. Et sciendum quod nullum competit effonium tenenti qui se effoniauit de malo lecti, quia ex quo in iudicio omnia habuit effonia sua tam de malo veniendi quā de malo lecti, nullum habebit effonium antequā iterum comparuerit in iudicio. Iudicium vero est coram Iusticiarijs in Banco & non apud Turrim nullum effonium sequitur. Item videndum an petenti competat effonium vel eius attornato apud Turrim, vel ad Bancum, quo casu videndum erit cū visus testatus fuerit coram Iusticiarijs de Banco, vtrum diem habuerit per se, vel per effoniatorem suum, quia sæpius se effoniare poterit coram Iusticiarijs in Banco si sæpius comparuerit post quamlibet apparitionem, si forte milites visores plures fecerint defaltas antequā comparuerint ad testificandum. Et si per effoniatore diem receperit in banco, nullū habebit effoniū apud

turrim

turrim, nō magis quā tenens antequā comparuerit interim in curia, quia omnia effonia sua in iudicio habuit coram Iustitiarijs sicut ipse tenens. Item nec effonium habebit iterum corā Iustitiarijs in iudicio, quia apparitionem apud turrim nullum sequitur effonium, nec magis datur ei effoniū quā tenēti, quia si ei daretur, eadem ratione dari posset tenenti, quod esse nō debet. Si autem per seipsum vel attornatū diem receperit in bāco apud turrim, vnicū habebit effoniū si voluerit antequā in iudicio corā Iustitiarijs cōparuerit. Et sine effonio bene potest cōparere apud turrim, & in iudicio si voluerit. Si autem apud turrim se effoniauerit, ibi non iudicabitur effonium, sed mittetur ad curiam coram Iustitiarijs iudicandum. Et nihilominus si voluerit non obstante effonio comparere poterit impunē coram Iustitiarijs in iudicio, & per effoniū factum apud turrim saluabitur tempus medium, quousq; in iudicio comparuerit. Si autem apud turrim comparuerit, & diem receperit in banco per constabularium, bene poterit se effoniare coram Iustitiarijs in iudicio. Non tamen ex die sibi dato apud turrim sed ex die prius recepto coram Iustitiarijs in bāco. Cū autem vterque tam petens quā tenēs personaliter comparuerint apud turrim die legitimo, dabitur vtriq; parti dies coram Iustitiarijs in banco, si tunc ibi fuerint residentes, vel si nō, tunc cū redierint, si in breui reuersuri fuerint, vel post tempus. Non autem dabitur dies coram Iustitiarijs itinerantibus, siue itinerantes sint in eodem com̄ vbi terra fuerit quā petitur siue in alio, sed primo coram Iustitiarijs de banco, si qui tunc fuerint residentes in banco, & alij itinerantes in comitatu, vbi terra fuerit quā petitur. Et Iustitiarij de banco exinde dabunt diem corā Iustitiarijs itinerantibus, vt sic per ordinem procedat iudicium. Et ideo a turri mittuntur partes in bancum vt loquela in eodem iudicio finem accipiat in quo sumpsit initium.

1. ¶ Cum visus fieri debeat vel factus fuerit, si visores non sunt legitimi quid facere debet effoniatas. 2. Si languor vertatur in morbum incurabilem q̄ effoniatas venire non poterit tunc mittat responsalem. 3. Breue de mittendo ad languidum vt sciatur si ratam habuerit responsalem quam responsalis pro eo fecit. Cap. 14.

Redeamus iterum ad visum quatuor visorum, & videam⁹ quid sequatur, si visores legitimi non sunt. Ad videndum, & per hoc visus illegittimus, de quibus supradictū est. Quo casu, si effoniatas per visum talium visorum surrexerit, vt si ei surrectionem dederint, erit in defalta, secundum quod superius dictum est. Melius est igitur quōd se teneat in lecto, vel quōd licentiam petat surgendi, antequā visus testatus fuerit per tales, quam si obtinuerit, & sic comparuerit, excusatur a defalta, non propter visum, cū sit illegittimus, sed propter licentiam si forte petens visum calumniauerit & visores. Si autem non, tunc procedat loquela in vtroque casu, ac si visus legitime factus esset. Si autem effoniatas forte licentiam surgendi petere voluerit, tunc ad diem sibi datum per visores tales tutius erit quōd mittat pro se responsalem. Et quo casu, si petens velit visum calumniare, iterum fiat vi-

at visus legitimè si primus sufficiens non fuerit. Si autem non, tunc procedat loquela inter petentem & responsalem. Si autem prædicti tales, qui ad visum faciendum sunt inutiles, languorem adiudicauerint effoniato, cum visum testificati fuerint in præsentia petentis, & petens contra visores nihil exceperit, sed diem receperit apud turrim sine calumnia, licet visus ab initio fuerit illegitimus, efficitur legitimus per consensum petentis, & ita quòd ulterius nihil obijcere potest contra visores, nec còtra visum. Et idem erit si absens fuerit in testificatione visus, cum præsens esse debet, & hoc suæ debet imputare negligentiae, & in quibus casibus neesse erit quòd tenens effoniatus se teneat ad languorem, & ulterius licentiã surgendi non habebit. Si autem visus (quamvis legitimus) nondum testatus fuerit, forte infra annum & diem licet languor adiudicatus, semper infra annum & post annũ quandoq; poterit tenens habere licentiã surgendi donec visus testatus fuerit. Et quamvis post annum & diem petens apud turrim obtulerit se contra tenentem effoniatum, hoc tenenti non nocebit, quia nullus dies dat^o est ei in iudicio apud turrim. Et si forte còstabularius mādauerit quòd petens certo die venerit, & tenens effoniatus nò, si ad querelam petentis sũmoneatur tenens quòd sit apud turrim ad respondendum coram Iustitiarijs quare diem sibi datum apud turrim non seruauit, si petens se tenuerit ad defaltã, respondere poterit tenens, quòd visus non fuit legitimè factus, & perinde nò visus, & sic quòd nec potuit nec debuit ibi comparere, & sic oportebit quòd hoc per visores (cum còparuerint) terminetur. Item dicere poterit, quòd nò neesse habuit ibi còparere, quia tenens diem apud turrim non habuit cui deberet vel posset respondere, & sicut videtur se defendere poterit a defalta. ¶2. Cum autem per tales (vt prædictum est) fuerit languor adiudicatus, & visus testatus sine calumnia, & dies datus petenti apud turrim, tunc neesse erit effoniato quòd se teneat ad languorem, & obseruet annum & diẽ apud turrim, & quòd in propria persona sua veniat (si possit) modo quo supradictum est, vel quòd pro se sufficientem mittat responsalem, qui pro eo litem suscipiat & defendat. Et tunc aut mittit responsalem aut non mittit. Si autem nec venerit nec responsalem miserit, erit in defalta. Si autem responsalem miserit apud turrim qui sit ibi diem recepturus, & in iudicio cum còparuerit corã Iustitiarijs responsurus, audietur eius responsio quicumq; sit ille, dũ tamẽ sit maior. Et forte nullũ miserit, dũ tñ sit aliquis apud turrim qui dicat se esse missum & diem recipiat ac si in iudicio vt responsalis respondeat, si de eius responsione iudicium faciẽdum sit sicut de duello vadiando & de magna assisa summonenda, vel de aliquo quod sit de substãtia negotij & per quod loquela debeat terminari, iudicium illud debet poni in respectu quousq; per quatuor milites missos ad languidũ, sciatur si talem miserit pro se responsalem, & si ratam habuerit responsionem quam idem talis pro eo fecerit: & quòd ita fieri debeat, probatur in rotulo de termino s. M. anno Regis H. xv. incipiente xvj. in comitatu Salopp. Breue de mittendo. iij. milites ad languidum ad audiendum & c. tale erit. ¶3. Rex vic. salutem. Mitte iij. legales milites de comitatu tuo apud talem locum ad A. qui se in curia nostra coram Iustitiarijs vel coram nobis

nobis effoniauit de malo lecti versus B. de placito terra ad audiendum si idē A. p se misit C. coram prefatis Iustic. nostris corā nobis & citat respō-
 salem suū ad audiendū vel ad respondendū eidē B. de eadē terra, & si ratā
 habuerit responsionē quam idem C. pro eo fecit in eodē placito, & simi-
 liter ad audiendum si velit eundē C. in p̄dicto placito attornare in p̄dicto
 loco suo ad lucrādum vel pdendum, & venire facias corā prefatis Iustic.
 nostris vel coram nobis &c. ad talē terminū prefatos quatuor milites ad
 testificandū ea quæ a prefato A. super p̄missis audierint. Et habeas ibi
 nomina militū & hoc breue Teste &c. Qui si ad diem venerint, audiatur
 eorum testificatio, si autē nō venerint, pcedatur cōtra eos ad defaltam
 quousq; cōparuerint, sicut p̄cessū est supra cōtra quatuor milites missos
 ad languidum. Ille vero qui sic effoniatus est ratam habeat responsionē
 si voluerit, & cōcedat quod talē miserit responsalē, & ita sub nomine ipsi
 responsalis p̄cedere possit, & terminari loquela. Si autem ratam nō ha-
 buerit responsionē, adiudicabitur in defalta. Necesse est igitur ei q̄ ratam
 habeat responsalis responsionē, & concedat q̄ talem miserit responsalē,
 & sic poterit nomine ipsius responsalis tota p̄cedere loquela & termina-
 ri, & post quamlibet apparitionē cū dominus litis ratam habuerit res-
 p̄sionē suā, poterit se effoniare nomine proprio de malo veniendi, sicut
 ac si esset in curia attornatus. Si autem ratam non habuerit responsionē,
 adiudicabitur in defalta. Oportet igitur de necessitate q̄ illā ratā habeat,
 nihilominus tamen si in propria p̄sona venire voluerit & respondere, be-
 ne poterit si voluerit, & tempus mediū & aparitio apud terminū saluabi-
 tur per p̄sentem responsalem. Si autem milites forte non venerint ad
 diem summonitionis, nec effoniatus responsalis, semper sequatur versus
 milites, & irrotuletur sic defalta militum. Talis qui se facit responsalē ta-
 lis oprulit se quarto die versus. A. B. C. D. milites missos &c. & sic poterit
 terminari negotium &c. Et notandum in fine quod si respōsalis apud tur-
 rim cōparuerit maturiūs quā deberet non nocebit languido, dum tamen
 responsalis cōparuit die legitimo. Si autem tardiūs, hoc nocebit effonia-
 to. Si autem respōsalis maturiūs se obrulerit quā deberet, & effoniatus
 die legitimo, siue responsalis venerit die legitimo, siue non, tenens sal-
 uabitur a defalta siue responsalem aduocauerit siue non. Si autem respō-
 salis venerit die legitimo, & effoniat^o in crastino die, vel tertio, vel quar-
 to die per responsalem, saluabitur tenens a defalta vt paulo ante dictum
 est. Et circa responsalem multa sunt dicenda licet ista ad p̄sens tem-
 pus dicta sufficiant.

1 ¶ Si plures sint participes tenentes vnicum ius habentes qualiter procedendum in effonio de malo lecti. Cap. 15.

DICTū est supra si vn^o tenēs p se se effoniauerit de malo lecti qualiter
 p̄cedendū sit ī effonio, vel q̄ si pluries se effoniauerit de malo lecti,
 & semel lāguorē habuerit cessabit effoniū de malo lecti, & q̄ ī toto
 placito nō habebit nisi vnicū effonū nec habebūt nisi vnicum languorem.
 Nūc autē vidēdū si plures sint p̄cipies tenētes vnicū ius habētes, qualiter
 sit

fit procedendū in effonio de malo lecti, post effoniū de malo veniendi, & quotiēs se effoniare possent, & quādo cessabit effoniū de malo lecti. Quotiēs? & sciendū q̄ sapius, post quālibet apparitionē & diē legitimē in curia datū, simul si voluerit, vel vicissim post vnicā apparitionē donec oēs habuerint sua effonia. s. quilibet vnicū de malo veniēdi, & aliud de malo lecti, & tūc simul cōpareant ad respōdendū, cū autē aliū diē receperint post diē datum de cōsensu partium, vel post visum petitem, vel waratū vocatum, habere poterit omnia eadem effonia, & eodem modo, & sic ad quamlibet apparitionē donec terminetur loquela, & ita quod nullus languor interueniat. Item cū sic se effoniauerint de malo lecti omnes simul, omnibus poterit adiudicari languor vel omnibus surrectio vel quibusdam surrectio, & quibusdam languor: si omnibus surrectio, tunc veniant omnes simul & respondeant, si autem non venerint omnes vel quidam, tunc fiat de omnibus sicut supradictum est de vno, secundum quod cōparuerint vel nom. Si autē omnibus simul adiudicatus fuerit languor, fiat de omnibus vt supradictum est de vno, secundū quod omnes vel quidā languorē & diē suū seruauerint vel nō seruauerint. Si autē post vnā apparitionē & diē datū vicissim cōparuerint omnes & vicissim se effoniauerint de malo lecti & vicissim per eosdem vel diuersos milites fuerit eis languor adiudicatus, si plures ibi videantur esse languores, tam in primo casu q̄ in secundo, cū omnes tenētes sunt quasi vnicū ius habētes, erunt omnes languores accipiendi pro vno languore ppter iuris vnitatē. Et cū sic omnes languorē habuerint simul vel vicissim, sicut prædictum est, vel saltem ex pluribus vnus, extunc nō ante cessabit effonium de malo lecti in personis omnium vsq; in finem litis, sicut supradictum est de vno tenente. Si autem quidam ex pluribus, vel vnus se primò effoniauerit de malo veniendi, & quidam præsentēs sint & quidam fecerint defaultam, effoniati diē habebunt per effonium suum. Illis autem qui præsentēs fuerint dabitur idem diē, contra absentes vero procedendum erit ad defaultam, secundum quod inferius dicitur de defaultis. Illi vero qui effoniati fuerint ad alium diē si voluerint effoniare se, poterunt de malo lecti. Et illi qui primo diē ceperunt in iudicio, ad diē suū se effoniare poterunt si voluerint, vel comparere. Si autem compareant, bene possunt alium diē recipere, & sic de diē in diē donec eis constiterit de surrectione effoniatorum vel de languore, vt si languor fuerit adiudicatus & testatus, quod tunc eundē diē recipiant cum petente, & apud turrim vt videtur, ne si ad bancum & in iudicio diē receperint per hoc diuidentur causæ continentia. Et cū sic diē receperint coram Iustitiarijs in banco apud turrim cum effoniato, competit eis vnicum effonium de malo veniendi apud turrim, vel coram Iusticiarijs in iudicio, quod si ibi non venerint nec se effoniauerint, poterunt esse in defaulta sicut ipse petens. Si autem adiudicetur quod infirmitas fit in malum transiens, & quod certus diē detur effoniato quod compareat in iudicio ad diē illum, possunt alij qui prius effoniati non fuerint incipere tunc primò effonia suā vnus vel omnes simul vel vicissim, vt supradictum est in principio. Et poterit vnus vel quidam amittere effonium suum

suum per tacitam renuntiationem. Esto quòd A. comparuerit, & B. se effoniauerit de malo veniendi, & ad alium diem comparuerit, & A. se effoniauerit, cum B. ab initio electionem habuerit veniendi vel effoniandi se de malo lecti, eligendo viam veniendi, tacite renuntiauit effoniũ de malo lecti. Et vnde cum ita comparuerit & diem receperit, ad alium diem non habebit effonium de malo lecti ratione effonij præcedentis de malo veniendi, propter interruptionem, eo quòd comparuit & propter tacitam renuntiationem. Et quia effonium de malo lecti imediatè non sequitur effonium de malo veniendi. Et de effonio de seruitio domini regis interposito possit disputari. Item nec effonium habebit ille sic comparens de malo veniendi antequam omnes in iudicio comparuerint, quia habet omnia effonia sua vel quod tantundè valet, ratione supradicta. Defaltam autem possunt facere omnes vel quidam illorum, secundũ quòd de vno supradictum est. Et poterit vnus partem suam amittere per defaltam propter suam negligentiam, & alius saluare se a defalta per suam diligentiam, quia res quæ petitur licet communis sit, patitur sectionem & diuisionem. De viro autem & vxore implacitatis non est ita, quia res vxoria diuisionem non patitur inter virum & vxorem. Tota est enim vtriusquè in solidum, et non in communi, cum sint vna caro vir & vxor quauis animæ diuersæ. Et ideo si vnus ipsorum defaltam fecerit, vtriquè erit damnosa. Et cum defalta facta fuerit, capiatur terra in manum domini regis per paruum cape. Et ille qui defaltam fecerit, summoneatur quòd sit ad alium diem auditurus iudicium suum, nulla facta mentione de eo siue sit vir siue sit vxor qui defaltam non fecit. Si autem vnus de pluribus moriatur antequam omnes comparuerint, cadit tota loquela. Si autem vnus infra ætatem, sic remanebit loquela in suspensio vsq; ad ætatem. Si autem furiosus & dilucidis non gaudeat interuallis, sic remanebit loquela vsq; ad mortem: quia ex quo semel animo & corpore incepit possidere, superueniente furore nunquàm desinere poterit animo possidere. Si autem dilucidis gaudeat interuallis, expectabitur tempus quo se melius habuerit. De fatuo vero & stulto aliud erit, secundum quòd inferius plenius dicitur in tractatu de exceptionibus.

1. ¶ Si quis effoniatus fuerit in comitatu de malo lecti qualiter debeat effoniatus apparere & quando. 2. Breue de videnda cura qui effoniatur in comitatu de malo lecti. Cap. 161.

SI quis vero in comitatu effoniatus fuerit de malo lecti, illud idem obseruari videtur in comitatu quòd in curia domini regis. Et cum languor ei fuerit adiudicatus infra annum & diem venire debet ad aliquem certum locum ad hoc deputatum per comitatum. s. castrum aliquod, & ibi ostendere castellano quo die venerit, sicut constabulario turris ostenderet si placitum esset apud west. in curia domini regis. Sed petens (vtrius videt) non habet necesse aliquem diem obseruare in comitatu, cum languor fuerit adiudicatus & testatus, sed obseruet diem suum apud castrum, sicut faceret apud turrim si placitum esset in curia dñi regis. Et videndum est inter cetera vtrũ effoniaret se de malo lecti in eodẽ comitatu vbi terra est quæ petitur

ZZZz.j.

vel

vel in alio. Si autem in eodem com̄, tunc habet vic. potestatem mittendi quatuor milites ad videndum, etiam sine breui, qui videant & testificent, & ita procedant in omnibus, secundum quod superius dictum est de curia dñi regis de defaltis, & licentia surgendi, & omnibus alijs. Si autē extra com̄ fuerit effoniatus, tunc non habet vic. potestatem mittendi milites de com̄ suo in alium com̄, nec multo fortius milites de alio comitatu ad videndum, quia ad hoc non extenditur sua iurisdictio. Habet igitur petens necesse quod sibi perquirat per breue quod effoniatus videatur per tale breue vic. directum vbi effoniatus iacuerit. ¶ 2. Rex vic. salutem. Mitte quatuor legales milites apud talem locum, ad videndum vtrum talis infirmitas qua A. effoniauit se de malo lecti versus B. de placito terræ in comitatu tuo vel in alio com̄ tali sit languor vel non. Et si sit languor, tunc ponant ei diem a die visus sui in vnum annum & vnum diem quod tunc sit ad proximū com̄. Et si conualuerit antequā visus fact' & testat' fuerit, bene poterit com̄ dare licentiam surgendi effoniato, secundum quod in curia dñi regis obseruatur. Quam quidem si com̄ effoniato denegauerit, ad querelam ipsius poterit dominus rex in defectu com̄ licentiam surgendi dare. Et eodē modo si loquela fuerit in curia baronū vel alterius qui curiam habet, poterit dñs rex licentiam dare surgendi in defectu curiæ p tale breue. Forma breuis supra, vbi petitur licentia surgendi & sic incipit. Ostensum est nobis. In fine notandū, quod si effoniatus ad diem sibi datū p visores non venerit, excusari poterit a defalta ppter casus fortuitos, & legitima impedimenta interuenientia, si pbentur, secundū quod supra tactum est in parte, et inferius dicitur plenius de defaltis.

¶ De effonia de malo villa. 2. Vbi non iacet effonium de malo villa. Cap. 17.

EST etiam inter alia effonia effonium anomalū, eo quod nō sequitur regulam aliorum effoniorū, quod dicitur effoniū de malo villæ, vbi quis primo die in curia cōparuerit & se obtulerit, & sine responso eodem die recesserit, si ppter infirmitatē aliquā superuenientē, a loco vbi hospitatus fuerit & receptus se transferre nōn possit, nec ad curiā venire, mittere debet ad curiam duos effoniatōres qui re vera effoniatōres dici non possunt, quia diē nō recipiunt, sed nuntij & excusatores, qui in curia publicē pstantur, quod talis tali infirmitate detentus est in eadē villa, vel in alia tali vbi pnoctauit quod ad curiā venire non possit pro lucrari nec pro pdere, & sic recedant, & eodē modo mittat secūdo die duos, sed alios a duob' primis, & eodē modo tertia die sed diuersos a primis, & sic excusatur vsq; ad quartum, et quarto die mittantur ad infirmum ex parte. Instic. quatuor milites, si in curia vel in villa inueniantur, ad audiendū quē talis loco suo attornare voluerit ad lucrandū vel pdendū in loquela quæ est inter ipsū & talē petentem. Si autē ipsum ibi inuenerint, capietur attornatus si ipse personalitē venire non possit. Si autē in villa tali nō inueniat, & hoc testat' per quatuor milites, erit tenens in defalta, ac si effoniat' esset de malo lecti. Sed nec omni cōpetit effoniū istud nec omni loco. ¶ 2. In com̄ autē nō iacet effoniū de malo villæ, propter breuitatem temporis

temporis de ~~die comit.~~ & ~~vbi non expectatur quartus dies~~, vt de termino sancti Hillarij anno regni regis Henrici sexto in comitatu Buck. de Alicia de Iarpmille & Petro de Imntre. Item nec coram iusticiarijs assignatis ad aliquam assisam vel iuratum capiendam, vel aliquid tale faciendum ad certum diem, vbi non expectatur quartus dies. Item nec in persona alicuius attornati siue in comitatu siue in curia domini regis factus fuerit attornatus, quia licet milites mittantur ad eum, ipse attornatū facere non possit non magis quam procurator procuratorem: vt de termino Paschæ anno regni regis H. nono in comitatu Buck. de attornato Henry de Swarericco qui se essoniauit apud west. de malo villæ p tres dies, et in quarto die (habito consilio & tractatu inter iusticiarios) non fuit ei essonium de malo villæ allocatum, quia non potuit facere attornatum, etsi quarto die venire posset personaliter, tamen saluare non posset tres dies præteritos, et vnde dominus suus fuit in defaulta, & capienda esset terra in manū domini regis per paruum cape, eo quod in curia optulit se pro domino suo, & a iustic. qui recordum habent visus fuit in curia. Item esto quod post essonium de malo lecti & languorem testatum per quatuor milites, fecerit quis defaultam antequam in curia comparuerit, eodem modo capienda erit terra in manum domini regis per paruum cape, ac si prius in curia comparuisset, quia diem sibi datum per quatuor milites dedicere non potest non magis quam si ei daretur in curia, quia in hoc habere debent recordum, nec mandabitur dies captionis sicut per magnum cape, quia nunquā dicetur, quia non seruauit diē sibi datū per quatuor milites. Et q̄ habent recordū, & q̄ contra ipsorū recordū defendi non poterit, nec p legē, nec p vnum audientē & vnū intelligentē quin stetur eorū recordo: habetis de Itinere M. de Pateshull in comitatu Leycest̄ de tempore regis Iohannis, sed hoc fuit, quia essoniatus coram quatuor militibus cognouit se esse essoniatum, quod quidem defendere non potuit per legem contra eorum recordum, cum ipsum in lecto inuenerint essonium non dedicentem: Si autem sic eum non inuenerint, aliud erit. Eodem modo si quis extra iudicium coram iusticiarijs attornatum fecerit, licet in curia, si comparuerit & defaultam fecerit, capienda est terra in manum domini regis per paruum cape, ac si in curia comparuisset, quia summonitionem defendere non potuit cōtra recordum iustic. & eo q̄ fecit attornatum, p consequens cognouit se esse summonitū, & secundum quod dicetur infra plenius de defaultis.

(.:.)

ZZZz.ij.

TRAC-

Tractatus tertius

Libri quarti, in quo tractatur de Defaltis.

¶ De contumacibus & non venientibus ad iudicium post legitimam summonitionem. 2. Compensatio defaltarum. 3. De excusationibus non venientis. 4. Si legitime summonitus defaltum fecerit, breue quod vocatur magnam cape. 5. Natura & effectus breuis Magnam cape iuxta virtutem vocabulorum contentarum in breui. 6. Qualiter terra capta in manum domini regis per defaltam peti debeat per pleuinam. 7. Quid fieri debet in placito aduocationis post defaltam. 8. Qualiter defenditur summonitio & farsifa per legem. 9. Si defalta facta fuerit qualiter sit procedendum. 10. Irrotulatio post defaltam. 11. Breue de feysina habenda postquam quis recuperauerit per defaltam. Cap. 1.



Edeamus igitur ad diem summonitionis in actione reali. Dicitur est supra qualiter quis excusatur per excusationem si ad iudicium non venerit cum fuerit summonitus legitime: Nunc autem dicendum est de contumacibus & non venientibus ad iudicium, qualiter procedendum sit contra eos in actione reali secundum quod fuerit simplex, mixta vel duplex. Et ideo videndum quis dici debeat contumax & quae poena sequatur, cum, quando res aliqua petitur immobilis per actionem in rem (contumax dici poterit siue reus latiter siue non) ad iudicium summonitus sui copiam non fecerit nec defensus fuerit. Latitare autem est si quis se turpiter occultauerit, & copiam sui non facere est, quando reus id agit ne aduersarius potestatem sui habeat, licet praesens fuerit in curia. Et siue reus contumax fuerit siue non, sufficit ad hoc quod procedatur contra ipsum, & simpliciter absens sit ex quacumque causa. Et unde si primo die non venerit, nec secundo, nec tertio, nec quarto, tunc offerente se liti petente, quocumque die venerit ante quartum diem, capiatur terra siue res petita in manum domini regis propter defaltam non venientis, quam quidem captionem modica sequitur poena vel etiam nulla. Et unde si reus venerit infra xv. dies post captionem & illam per pleuinam petierit, si ad diem sibi datum in curia defendere se possit de defalta, si petens inde iudicium petierit reformabitur ei possessio, ut de principali respondeat. Sed quid si primo die non venerit tenens, & petens primo die se obtulerit & visus fuerit a iusticiario in curia qui habent recordum si petens in crastino se obtulerit, si defaltam sanare non possit, amittere poterit feysinam. Et eodem modo si tertio die vel quarto.

¶ 2. Sed quid si neuter ipsorum comparuerit primo die, sed uterque in crastino, tunc fiat compensatio defaltarum, cum pares sint in culpa: ut supra dicitur. Et sic fiat de alijs diebus usque ad quartum diem. Si autem impares fuerint, ut praedictum est, quod aliquo die compareat petens, & tenens non, vel e contrario, tunc fiat eodem modo ut supra. Si autem primo die comparuerit petens, & tenens non: et in crastino tenens, & petens

tens non, si tertio die comparuerint ambo, fiat inter eos vt supra dictum
 est compensatio, & sic semper vsque ad quartum diem, & in quarto die,
 & vterius, non nisi petens voluerit. Poterit tamen tenens, & eodē mo-
 do petens, excusare se vsque ad quartum diem, multis modis. Tenens. s.
 antequam in curia comparuerit si summonitionem defenderit & falsā,
 & effonū tam de malo veniēdi q̄ de malo lecti, si forte fuerit interiecta,
 secundū quod supradictū est in tractatu de summonitionibus. Itē excusare
 se poterit vsq; in quartū diē, & in quarto die, p̄ rationabilia impedimēta
 interuenientia: si fuerint pbata: & etiā post quartum diē si infra quartum
 diē p̄ nuntium legitime fuerit excusatus qui impedimentum ostenderit
 coram iustitiarijs in iudicio; quæ talia esse possunt. ¶ 3. Si quis per vim
 maiore detentus fuerit, cui resistere nō possit, vt si captus fuerit & in pri-
 sona detentus, non tamen ob sui culpā. Itē si inciderit in latrones qui eū
 ligauerint, & spoliauerint, & detinuerint forte, q̄ nuntiū mittere nō possit
 infra quartum diē, quo casu post quartū diem excusabitur, dum tamē im-
 pedimentū proberur. Itē excusari poterit p̄ inundationē aquarū & tem-
 pestatem. Item si pons solutus fuerit, vel nauigium subtractum per frau-
 dem petentis, dū tamen ei obijci nō potest q̄ ire possit p̄ circuitum, vel q̄
 alij eadē die qua transire debuit cōmode & sine difficultate & absq; peri-
 culo transierunt. Secus autē erit si cum periculo, quia nō debet quis se in
 periculis & infortunijs exponere. Eodē modo poterit impedimentū in-
 teruenire de nivibus, & glacie, & alijs multis modis. Si vero infra quartū
 diē non venerit nec se excusauerit, vt prædictū est, siue ita fuerit impedit^{us}
 siue non, capiatur terra vel res petita in manū dñi regis, propter defaltā,
 per visum legalium hominum, et fiat talis irrotulatio petente se liti offe-
 rente. A. optulit se quarto die versus B. de placito quodd reddat ei tantum
 terræ cum pertinentijs in tali villa vel aduocationem talis ecclesiæ, vel
 communiam pasturæ ad tot aueria quæ clamat vt ius suum versus eum,
 vel vt dotem suam, et sic de alijs rebus omnibus quæ petuntur ex tali ac-
 tione, & B. non venit, & sumoneas &c. Iudicium &c. Terra vel talis res
 capiatur in manum domini regis, & dies &c. et sumoneatur quod sit
 ad talem diem inde responsurus & ostensurus quare non fuit coram ius-
 tic. nostris ad talem diem &c. per tale breue. Forma breuis talis est, quod
 dicitur magnum cape. ¶ 4. Rex vic. salutē. Cape in manū nr̄am p̄ visū
 legalium hominū de comitatu tuo tantam terrā cū ptinentijs in tali villa,
 vel pasturam ad tot oues, vel talem aduocationem, quam A. de N. in cur̄
 nostra coram iustic. nostris apud west: clamat vt ius suum versus talem, p̄
 defectū ipsius talis, vel si dos petita fuerit, tunc dicatur ita: scilicet quam
 A. (quæ fuit vxor B.) in curia nostra &c. clamat in dotē versus C. pro de-
 fectu ipsius C. vel tertiam partem tantæ terræ cum pertinentijs &c. et ita
 de singulis rebus quæ petuntur per actionem in rem, secundum formam
 breuis originalis, & tunc ibi sic. Et diem captionis scire facias iustic. nos-
 tris apud West: per litteras tuas sigillatas. Et sumoneas per bonos sum-
 monitores prædictū C. q̄ sit corā eisdē iustic. nr̄is apud west. inde respō-
 sur^{us}, & ostensur^{us} quare nō fuit corā eisdē iustic. nr̄is apud west. ad talē diē
 sicut sumonit^{us} fuit, vel quare non obseruauit diē sibi datū p̄ effonū suū ad
 talem

talem terminum (si forte fuerit effoniatuſ & diem habuerit per effoniatore ſuum.) Et habeas ibi ſummonitores, & hoc breue, & nomina eorū per quorum viſum hoc feceris Teſte &c. Et notandum quòd captio iſta in manum domini regis per magnum cape locum habet vbi quis defaltā fecerit antequam in curia comparuerit vel attornatum fecerit quod tantundem valet. ¶ 5. Et quia ſcire non poterit quid ſequatur ex tali captione in manum domini regis, niſi ſciatur de virtute breuis & vocabulorū in breui contentorum, inprimis videndum eſt, quid ſequatur ex tali vocabulo ſiue dictione, cape in manum noſtram &c. et quid inde ſequatur, perpendi poterit manifeſtè ex præmiſſis paulò ante. Ad hoc autem, quod dicitur, per viſum legalium hominum, vt perpendi poſſit & teſtificari (ſi opus fuerit) ſi capta fuerit in manum domini regis, & per eorū viſum. Et ſi capta fuerit per eorum viſum, tunc quo die, quia in hoc habent recordum cui contradici non poterit, quantum ad hoc, ſecundum quod ſummonitionem teſtari fuerint vel non. Item continetur, pro defectu talis, ſine aliqua probatione, quia ſufficit ſola abſentia, licet non probetur ex qua cauſa, & licet excuſationem habuerit, tamen de excuſatione conſtare nõ poterit iuſtic. antequam tenens apparuerit, excuſatione ſuam ptendèdo, præmittendo & probando, vt ſupra de excuſationibus. Item dies captio- nis indorſari debet in tergo breuis, vt per hoc, & atteſtationem militum ſciri poſſit quo die terra capta fuerit, & per conſequens ſi ad horam petita fuerit per pleuinam, quia peti debet per pleuinam infra quindenam poſtquam capta fuerit in manum domini regis: quòd ſi antequam capiatur in manum domini regis petatur per pleuinam, vel poſt quindenam, nõ petitur ad horam: et ideo peti poterit maturiùs, vel tardiùs quàm deberet. Debet petitio ſic irrotulari. Talis petijt per talem (ſi per alium petierit, q̄ per ſeipſum) tali die terram ſuam per pleuinam quæ capta fuit in manum domini regis, per defaltam quam fecit verſus talem, coram iuſtic. noſtris talibus tali die: et breue non habebit, nec aliud fiet, niſi quòd dicitur ei, quòd obſeruet diem ſuum in breui de captione contentum. ¶ 6. Videtur igitur per hoc quòd per talem pleuinam & diem receptum p̄ ſe cùm in propria perſona petierit, & diem receperit ſecundum ſummonitione per breue de captione, ſiue ſummonitus fuerit, ſiue non, quòd vlti⁹ de- dicere non poterit ſummonitionem ſi poſtea in iudicio defaltam fecerit s. poſt captio- nem. Si autem per alium quàm per ſemetipſū, videtur quòd fieri debet contrarium, quòd defendi poſſit per legem, ſi primam & vltimam defenderit ſummonitionem. Captio vero ſimplex eſſe debet. Non enim debet per hoc tenens impediri quin omnium rerum & tenementorum illorum liberam habeat adminiſtrationem, ſiue ius habuerit in eiſdem ſiue non, quia ſi ſic non eſſet, potius diceretur diſſeyſina quàm diſ- trictio. Et vnde ſi tempore quo res ſic fuerit in manu domini regis con- tingat eccleſiam aliquam vacare quòd ſit de ptinentijs, ad tenentē ſpec- tabit collatio, & non ad regē. Cùm autem ſic petatur per pleuinam, non erit ſtatim replegianda tenenti, antequam in iudicio comparuerit, & tunc ſciatur vtrum petens ſe tenere voluerit ad principale placitum vel ad de- faltam.

faltam. Cum autem ad principale placitum se tenuerit, sic renunciat defaltam, & erit defalta nulla, & res replegianda. Si autem se tenuerit ad defaltam, adhuc non erit replegianda, donec sanauerit defaltam, quam si sanare non possit, extunc erit seysina petenti adiudicanda. ¶ 7. Dicitur in præcedenti, quod res petita capi debet in manum domini regis. Esto igitur, quod in placito aduocationis fieri debeat captio in manum domini regis, sed cum ius aduocationis incorporale sit, & inuisibile, nec tangibile, qualiter ergo capi poterit in manum domini regis quod uideri non poterit nec tangi. Erit igitur officium vicecomitis in hac parte, quod assuptis secum probis & legalibus hominibus vicinis, accedat ad ecclesiam cui aduocatio petitur, & ibi publice protestetur coram probis hominibus quod seysiat in manum domini regis ecclesiam illam, & per consequens ius aduocationis quod est in corpore ecclesie, licet illud ius sit incorporale. Et cum ceperit corpus in manum domini regis quod est visibile & tangibile, per consequens capiet id quod est incorporale licet inuisibile & non tangibile. Ius enim sine subiecto vel corpore cui inesse non poterit. Et vulgariter dicitur, talis habet vel petit ius aduocationis talis ecclesie, & non talis manerij: et ideo non est necesse quod manerium capiat, licet ecclesia sit infra aliquod manerium, sit de pertinentijs eiusdem manerij. Continetur etiam in breui de captione, quod tenens summonetur quod sit responsurus de principali placito, & ostensurus &c. Ad quod sciendum, quod ad tale summonitionem nunquam sequatur effonia, quia prius oportebit tenentem respondere de defalta. Item nec dies rationabilis propter contumaciam .xv. dierum, non magis quam ad discessum propter roberiam. Summonitores tamen venire debent coram iusticiario, si opus fuerit ad testificandam summonitionem. ¶ 8. Ad diem vero summonitionis per breue de captione, aut venienter aut non venit, si autem venerit, tunc in primis queratur a petente utrum se tenere voluerit ad principale placitum, vel capitale, vel ad defaltam. Si autem ad capitale placitum, tunc quasi renuncians defaltam, statim & eodem die ad capitale placitum petenti respondebit. Si autem se tenuerit ad defaltam, tunc habet tenens necesse defendere summonitionem & sursum, & similiter aliquando tam effonia de malo veniendi quam effonia de malo lecti, si fuerint interiecta, ubi oportet quod diligens fiat examinatio ad cautelam. Si autem simpliciter defendat summonitionem & sursum, & appareant summonitores qui summonitionem testentur, ubi prius fuerit sufficienter testificata, & qui more testium diligenter & separatim examinari, & in omnibus convenientes, sufficienter probauerint summonitionem, tunc demum necesse erit tenenti propter presumptionem testificationis summonitorum, summonitionem defendere per legem, cum nulla sit summonitio nisi cum sit testificata & probata. Nec erit (ut predictum est) terra replegianda antequam tenens legem fecerit, vel in lege faciendam defecerit. Dabitur igitur partibus alius dies de lege faciendam, cum tenens plegios inuenerit de lege faciendam. Nec etiam poterit tenens armatum facere ad legem faciendam, cum ipse tenens legem radiauerit, quod si fecerit, nisi illam fecerit in propria persona defaltam facit. Ad diem vero sibi datum ad legem faciendam, poterit tenens se effonia accessu voluerit, & petens eodem modo, eodem die, & vicissim, si voluerit, quia non licet in hac parte tenenti quod petenti non licet nec retro uerso. Ad diem vero legis, aut tenens facit legem suam, aut deficit in lege faciendam.

Si

Si autem legem fecerit, tanquam excusatus a defalta eodem die ad placitum principale respondebit. Sufficit enim ad dilationem & pro rationabili summonitione tenentis, tempus intermedium inter legem vadiatam & legem factam. Si autem in lege defecerit tenens, tunc amittet seysinā, & petens seysinam recuperabit, & tenens in misericordia. Et habeat ille tale recuperare, quale habere debet, & plegij de lege, secundum quosdam, quieti erunt de misericordia, quia sufficit quod eum habuerunt ad legem faciendam in curia, licet in lege facienda deficeret, ad similitudinem plegiorum de psequendo. Sed secundum alios (& melius) omnes in misericordia, quia non sunt plegij inuenti solummodo ad veniendum ad curiam, nisi plegiarus id fecerit, ad quod faciendum plegios inuenit. Queri possit inter alia cum tenens p legem factam se defenderit a defalta, quare petens iacturam causae suae non incurrat. s. breue vel actionē, sicut ipse tenens seysinam suam si de lege deficeret. Respondeo. Sufficit ei pro commodo propriae seysinae reformatio. Esto etiam quod tenens primo die summonitionis post defaltam & captionem terrae in manū domini regis non venerit, sed secundo, tertio, vel quarto die, & petens primo die venerit, & se optulerit, & petat iudicium de vtraque defalta, tunc habet tenens necesse vtramq; defendere, nisi forte ita sit quod personaliter post captionem terram petierit per pleuinam, quo casu de facili defendere non possit secundam summonitionem & diem a iustic. datum in ipsa replicatione, & ab eo relictum & receptum. Si autem nihil ipsorum interuenerit, vel per alium petita fuerit quam p ipsum, tunc vtramq; poterit defendere summonitionem, si vtraq; fuerit testificata & probata. Si autem neutra, tunc liberatur a defalta. Si autem vna tantum, tunc oportet quod illam defendet eodem modo quo supra. Si autem vtraq;, & in probatione vtriusq; defecerit, erit in defalta. Et eodem modo si in probatione vnus, & ad iudicabitur seysina petenti. Si autem vtramque legem fecerit, reformabitur ei seysina vt incontinenti respondeat. Si autem primam summonitionem defenderit & cognouerit secundam, erit in defalta nisi impedimentum illegittimum allegauerit & probauerit. Et quo casu, quavis impedimentum probatum fuerit vt legitimum, si terra capta in manum domini regis legitime non fuerit ad horam petita per pleuinam.

¶ 9. Redeamus ad iudicium post secundam defaltam, & captionem terrae, siue alterius rei, in manum domini regis, vbi tenens omnino non comparuerit, nec ad primum diem, nec secundum, nec tertium, nec quartum, per se ipsum nec per nuntium, vt praedictum est, quo casu non poterit excusari defalta, & ideo sequitur iudicium sub hijs verbis. ¶ 10. A. qui praesens est. s. petijt versus B. tantam terram cum pertinentijs in tali villa vt ius suum, & B. non venit & summonitus fuit alijs & summonitio fuit testata vel non deducta, & ita quod terra capta fuit in manum domini regis per defaltam, quam idem B. fecit tali die & ipse iterum summonitus qd esset ad hunc diem, & non venit, & mandatum fuit vic. quod mandaret diē captionis, & vic. mandauit, diem captionis & quod summonit' fuit, nec terra petita fuit p pleuinā, vel si petita fuerit, non fuit petita ad horā, & ideo consideratum est quod A. recuperet seysinā suam, & B. in misericordia

cordia, & fiat postmodū irrotulatio iudicij sub eisdem verbis. A. optulit se quarto die versus B. de placito tali &c. vt supra, & breue de faciendā seysina tale erit. ¶ II. Rex vic. salutem. Scias quod A. de N. in curia nostra coram iustitiarijs nris apud talem locum, per cōsiderationē eiusdē curiæ nostræ recuperauit seysinam suam de tanta terra cum pertinentijs in tali villa, vt de iure suo, vel vt de dote sua, versus B. de N. per defaltam ipsius B. & ideo tibi præcipimus quod ipsi A. de prædicta terra sine dilatione plenariam seysinam habere facias Teste &c. Et ita fit missio in seysinam quasi ex secūdo decreto post captionem terræ in manū domini regis, cum illa captio sit quasi prima missio.

1 ¶ *Quale competat remedium tenenti postquam amiserit per defaltam & vsque ad quod tempus.*
Cap. 2.

Cum autem tenens ita amiserit per defaltam, videndum si quod remedium competat ei qui sic amiserit & quale. Et sciendum quod competit ei remedium, & recuperare per breue de recto omni tempore si placitare voluerit, quousq; tenens posuerit se in magnam assisam, ita quod quatuor milites summoniti fuerunt ad eligendum duodecem secundum quosdam, & secundum alios quousq; duodecem electi fuerint. De hoc autem contentio fuit inter veteres, & eodem modo (vt videtur) donec tenēs duellū vadiauerit, si duellū elegerit: ad paria enim iudicatur in multis magna assisa & duellū, & tunc vero deinceps non habebit quis aliud recuperare, quia abiudicabitur sibi & hæredibus suis seysina imperpetuum. Propter dissensum vero antiquorum non poterit teneri aliquod certum quid fieri debeat, si defalta facta fuerit cum quatuor milites summoniti sint ad eligendum, cum quidam dicant sic, quidam contrarium. Sed tamen quod recuperare suum debeat habere in hoc vltimo casu, pbatur in rotulo de termino P. año regis H. decimo sexto in com̄ Oxon̄, de Fray Pinchard, vbi ipse nec hæredes sui præcisē fuerint abiudicati, sed quod haberent tale recuperare quale habere deberent. Sed quod nullū habere debent postquam duodecem electi fuerint, sed ex toto abiudicantur, pbatur in rotulo de termino sancti michaelis anno regis Henrici quarto incipiente quinto in comitatu Buck. de Iohanne filio Rolandi. Et ad hoc concordant alij plures casus. Itē habere poterit remediū tenens qui amiserit, si fraudulenta deceptio petentis interuenit, vbi nulla omnino summonitio facta fuit, mentitur tamē fieri, & hoc detecto nec captio aliqua nec abiudicatio per defaltam. Et si iudiciū reddatur in hoc casu pro petente, quicquid actum fuerit reuocabitur secundum quod superius dicitur: Itē habebit tenens suum recuperare vbi in absentia sua cum peregre pfecturus fuerit abiudicata fuerit ei seysina, cum summonitione præuētus nō fuerit, vt supradictum est. Sed per quale breue videndum, quia iustic. nō sunt in culpa, nec etiam petens, cum hoc factum sit per imperitiam summonitorum qui testati sunt legitimam esse summonitionem. Via igitur melior est (vt videtur) quod tenens dicat se esse iniuste disseysitum quāuis cum iudicio, quia iniuste, eo quod per iniustum iudiciū. Et vnde

AAAaa.i.

cum

cūm petens qui recuperavit respōderit ad assisā & seyfinā, vocare poterit curiam regis ad warantum, quæ quidem decepta fuit, per quam quidem poterit talis p̄cessus & tale iudicium reuocari.

¶ *Qualiter sanatur defalta per seruicium dñi regis. 2. Breuia que excusant per seruicium domini regis. 3. Qualiter excusatur absentia multis modis. 4. Si post defaltam capiatur dies amoris. 5. Quis possit remittere defaltam.* Cap. 3.

ANte iudicium vero poterit defalta sanari multis modis, sicut iudiciū cūm factum fuerit reuocari. In primis per seruicium domini regis, si in seruicio suo fuerit, ita quod mittere non possit nec venire, quia seruicium domini regis nulli debet esse damnosum, nec etiā ei ita ad commodum, quod alteri sit iniuriosum. Breuia autem de warrantia de seruicio domini Regis, sub hac forma concepta sunt. Varia sunt enim genera defaltarum, aut fit defalta coram iustic. itinerantibus, aliquando pro communi summonitione, & aliquando pro placito terræ, quo casu fiant breuia in hac forma. ¶ 2. Rex dilectis & fidelibus suis iusticiarijs itinerantibus in tali comitatu salutem. Sciatis quod talis fuit in seruicio nostro tali die apud talē locum, ita quod in itinere vestro coram vobis esse non potuit tali die pro communi summonitione. Et ideo vobis mādamus, quod occasione communis siue generalis summonitionis coram vobis factæ de militibus & liberè tenētibus & alijs in itinere vestro, ipsum talem non ponatis, nec poni permittatis in defaltam, quia absentiam suam quoad hoc ei warrantizamus, vel aliter: quod talis fuit in seruicio nostro &c. vt supra, ita quod coram vobis esse non potuit in loquela quæ est inter ipsum & talem de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa. Et ideo vobis mandamus quod propter absētiā suā ad diē illum coram vobis non ponatur in defaltam nec in aliquo sit perdens, quia diē illum ei warrantizamus. Et eodem modo quo dies warrantizantur, poterit terminus warrantizari ex causa, scilicet a tali die vsquē ad talem diē, & sic maioris causæ occupatio excusat aliquem & defendita pœna contumaciæ, sicut facit aduersā valitudo, pœnam enim contumaciæ non patitur quæ aduersā valitudo, vel maioris causæ occupatio defendit. Item sicut locum habet warrantia per breue domini Regis in minoribus curijs coram iusticiarijs de curijs dñi regis, ita locū habebit de curijs domini Regis in comitatu, vel in curijs baronum, vel aliorum qui curias habent de placitis & sectis, & alijs quæ in comitatibus vel in curijs placitari possunt vel terminari, & tunc sic. Scias quod A. de N. fuit in placito, vel in quadam assisā vel iurata (vel alia de causa, secundum quod necessitas exegerit) in curia nostra coram iusticiarijs nostris apud talem locum tali die per præceptum nostrum, ita quod ad diē illum coram te in comitatu tuo esse non potuit, pro loquela quæ est in eodem comitatu tuo inter ipsum talem & talem de tanto terræ vel de qualicunq; alia re vel aliter si terminus warrantizari debeat. Scias q̄ talis &c. fuit corā nobis in placito tali die, & in crastino & tertio & quarto die vel a tali die vsq; ad talē vel

vel tali die ita quod tali die coram te esse non potuit, nec in crastino ita quod totum tempus computetur quo fuit coram iustic. in curia domini Regis & omnes dietę in veniendo versus patriam, vt sciri possit quod ita legitima sit excusatio de toto tempore illo, & tunc dicatur: & ita quod infra terminum illum coram te in comitatu tuo in tali placito esse non potuit. Et ideo tibi præcipimus quod propter absentiam suam infra terminum illum coram te in comitatu tuo non ponatur in defaltam, nec in aliquo sit perdens, quia terminum illum ei warrantizamus. Vel aliter, quod propter absentiam suam ad diem illum vel infra terminum nõ ponant eum in defaltam, nec in aliquo coram te occasionetur per quod sit perdens, quia diem illum siue terminum illum ei warrantizamus. Teste &c. & eodem modo scribatur balliuis curiarum. Et qualiter formari debeat breue satis perpendi poterit ex præmissis. Item possunt iustitiarij scribere eodem modo vicecomitibus & balliuis curiarum nomine proprio, sed tamen ex parte domini Regis hoc modo. Scias vel sciatis &c. vt supra. Et ideo tibi vel vobis mandamus ex parte domini Regis, quod propter absentiam suam &c. vt supra. Et sic excusat magis adiutorium aliquem a defalta in iudicio minori. Et eodem modo excusat consimile adiutoriũ vel equale, vt si iustic. de banco suo nomine scripserint iustic. itinerantibus, vel econtrariõ: licet par in parem non habet imperium. Et tunc dicatur, A. B. & socij sui itinerantes in tali com. vel iustic. de banco dilectis amicis & socijs suis A. B. & socijs suis itinerantib⁹ in tali com. (secundum quod se ipsos velint præponere vel postponere in mandato) & tunc, sciatis vt supra. Et notandum quod dñs Rex nec alius poterit aliquẽ sic warrantizare, vel defaltam sanare, quod quis aliquid lucretur ab aduersario per absentiam, sed quod indemnis obseruetur. Item nec quod iudicium differetur de aliquo quod sit contra pacem domini Regis, sicut de vlagaria, & huiusmodi, sicut de Richard Syward in comitatu Gloc. inter placita quę sequuntur Regem, anno regni sui tricesimo tertio & ita obtinet quod maior curia & æqualis excusat & defendit a defalta, minor autem nunquam in maiori. ¶ 3. In fine notandum, quod sola absentia facit contumacem, nec probari debet, licet sufficit sola absentia nisi fuerit rationabiliter excusata quod necessaria fuerit, & non voluntaria, secundũ quod necesse ponitur p. inquitabili, & ideo necessitas excusat nõ volũtas, scilicet non nolle, sed impotentia per necessitatẽ. Necessitas autem aliquando præcedit summonitionem & excusat a defalta, quãdoq; concomitatur summonitionem & quandoquẽ sequitur & evenit post summonitionẽ, & quandoquẽ provenit excusatio non ex necessitate. Præcedit aliquando summonitionem necessitas & excusat, vbi licet summonitus fuerit quis legitime, ad domicilium tamen venire non potest, nec mittere, nec sibi providisse poterit propter necessitatem præcedentem summonitionem, vt si se esse non possit vel facere attornatum, vt si ante summonitionem captus fuerit quis & imprisonatus, & ita in prisona arctatus quod venire non possit, nec mittere, secundum quod causa fuerit Ciuilis vel criminalis. Item nec sibi providisse, vt supradictum est

Item eodem modo si ante summonitionem effectus sit non sanæ mentis quod summonitioni consentire non possit nec summonitionem recipere. Item si tam graui infirmitate detentus sit ante summonitionem quod discernere non possit, nec aliud cogitare nisi sit dolor & pœna. Item si in seruitio domini Regis detentus fuerit, non affectans fraudulenter illam necessitatem seruiendi, nec procurans, cum sic commode venire non possit, nec mittere nec sibi prouidisse, excusatur ex tali necessitate, & talis necessitas multotiens concomitatur summonitionem & præcedat, & ista necessitas excusat a defalta si probetur & a pœna, & impedit iudicium. Et si continuæ fuerint huiusmodi necessitates ita quod infra quartum diem post defaltam proponi non possint nec probari, & procedat iudicium contra tenentem, si post iudicium proponantur & probentur, iudicium & quicquid actum fuerit reuocabitur. Eodem modo excusatur si quis peregrè profectus fuerit ante summonitionem quod sibi prouidere non potuit ut supra. Item est quædam necessitas superueniens & sequens summonitionem, ut si summonitus legitime post summonitionem inciderit in casus fortuitos, qui præuideri non poterunt, de quibus paulò ante dictum est. Et in quibus casibus omnibus si petens docere possit impedimentum esse illegittimum & necessitatem non legitimum vel nullam, vel aliter esse quam tenens proposuerit: ex tali insinuatione siue negatione, sit res dubia, quo casu oportebit quod veritas inquiretur, & secundum hoc fiat iudicium vel non defaltarum, vel si forte factum fuerit, reuocabitur vel tenebit. Sed quid si ante iudicium de defalta vel post, ostenderit tenens breue domini Regis de warantia, quod fuit tali die in seruitio suo in forma supradicta, quod esse non potuit coram iustitiarijs eodem die in iudicio, cum forte in nullo seruitio domini Regis extiterit, quia visus fuit eodem die coram iustitiarijs suis qui habent recordum, & inde contumaciter recessit, ita quod iudicium processit contra ipsum de defalta, vel quod alibi fuit longe a loco ubi esse debuit in seruitio, quod petens sit statim paratus probare. Item etsi in seruitio fuerit, potuit sibi ante seruitium prouidisse, vel si in seruitio fuerit nec potuit venisse nec sibi prouidisse, tamen potuit misisse, quia præsens fuit tota die cum ipso Rege, quæro an tale testimonium ipsius Regis admittat probationem in contrarium, cum petens excipiat (ut prædictum est) & paratus sit probare exceptionem: videtur quod sic, quamuis tale testimonium ipsius domini Regis maximam inducat præsumptionem, vera tamen probatio debet vincere illum, quæ nulla alia erit, nisi quod probetur dominum regem & consilium suum per falsam suggestionem, esse deceptum; Rex enim decipi possit cum sit homo, deus autem nunquam, cum sit deus. Et quo casu cum dominus Rex super hoc fuerit interpellatus in eadem persisterit voluntate quod velit tenentem esse defensum cum iniuria, cum teneatur iustitiam totis viribus defensare, extunc erit iniuria ipsius domini Regis, nec poterit ei necessitatem aliquis imponere quod illam corrigat & emendet nisi velit, cum superiorem non

non habeat nisi deum, & satis erit illi pro pœna quòd deum expectet ultorem. Et si iustitiâ sui necessitatem imponant Regi, quòd iudicium reddant in hoc casu vel consimilibus ita reddant iudicium, quod nò pro iudicio, sed quia dominus Rex ita vult, & inde sequitur quòd iudicium potius voluntarium sit quàm iustum si dici debeat iudicium. Et quicquid dicatur de facto Regis in eo quod est Rex, & perinde factum iudicium, disputari non debet, nec factum a quoquam iudicari nec reuocari poterit, cùm sit iustum. Si autem factum iniustum fuerit, perinde non erit factum Regis. Et cùm non sit factum Regis quia iniustum, inde disputari poterit, & factum iudicari, sed idem emendari non poterit, nec reuocari sine eo. Item notandum in fine quòd excusatur contumacia & defalta sine necessitate, sola voluntate, cùm summonitus a non suo iudice venire non teneatur. Et excusatur a defalta ante iudicium & post, cùm fuerit probata. Et eodem modo si procedat iudicium cum falso procuratore, quia cum non suo iudice, vel falso procuratore, iudicium nullum, controuersia nulla. Item quia venire non tenetur, cùm nullam habeat summonitionem, vel minus legitimam. Et quo casu non habet necesse venire vt respondeat de placito, sed vt alleget & probet summonitionem nullam vel minus legitimam. Et eodem modo si peregre profectus fuerit ante summonitionem summonitione non p̄uentus vt supradictum est. ¶ 4. In fine notandum quòd si post defaltam factam ante iudicium capiatur dies amoris, vel translata sit loquela ab vno iudicio ad aliud, ad instantiam & p̄curationem petentis, qui lucrari deberet per defaltam & hoc simpliciter, nulla facta mentione de defalta, videtur per hoc quòd petens tacitè renunciat defaltæ, & ideo ad defaltam ulterius regressum non habebit. Et si hoc non fuerit per petentem sed per officium Iudicis vel ex voluntate Regis, vel ex necessitate aliqua, vel forte ad procuratiouem tenentis, aliud erit. Et si dies amoris capi debeat, expedit petenti quòd mentionem faciat de defalta, & quòd diem amoris capiat sub tali protestatione, quòd si amor se non capiat, saluus sit ei regressus ad defaltam, & durante placito & defalta in eodem statu in quo fuit die quo dies amoris captus fuit, & si talis forte non fiat protestatio, & dies amoris effectum non habuerit, si tenens ad alium diem defaltam fecerit, vix illam saluare poterit. Idem erit si petens post defaltam se essoniauerit. ¶ 5. Et quærendum quis possit remittere defaltam: dominus principalis, vel eius attornatus, vel warrantus cùm warrantizauerit. Et sciendum quòd ille dominus principalis qui lucrari possit per defaltam: de attornato vero, & warranto dubitari possit. Sed si remiserint, videtur quòd tenet et remissio, & sibi imputari poterit qui tales elegit.

¶ Si in actione

1. ¶ Si in actione mixta facta sit defalta. 2. Si in vno breui actio duplex. 3. Si petens defaltam fecerit & tenens venerit, si petens possit saluare. 4. Si petens non venerit nec tenens se effoniauerit. 5. Si vnus ex pluribus tenentibus qui tenent in communi defaltam fecerit & alius effoniatus fuerit, & tertius comparuerit. 6. Si particeps nominatus in breui sequi noluerit vel non venerit summonetur ad sequendum si voluerit. 7. Si vir & uxor simul petant & alter eorum defaltam fecerit. 8. Si quis defaltam fecerit ante comparuerit si loquela translata fuerit ad magnam curiam. 9. Paruum cape si quis defaltam fecerit postquam in curia comparuerit. 10. Forma breuis quod dicitur paruum cape. 11. Si quis defaltam fecerit in actione mixta. 12. Si due actiones quarum vna personalis & alia realis currant versus vnum in vno breui.

Cap.4.

SI autem actio mixta fuerit, & tenens defaltam fecerit sicut in partitione hæreditatis, vbi participes & cohæredes agunt ad diuisionem hæreditatis inter se, & quilibet actor, & quilibet reus, licet talis actio sit tam in personam quàm in rem, nullum fiat attachiamentum. De persona quamuis hoc fieri posset quadam ratione, eo quòd est mixta & in persona, sed capietur terra in manum domini Regis per magnum cape, vt supra, sicut in proparte sororum, vel alibi, vbi res patitur diuisionem inter participes. ¶ 2. Si actio fuerit duplex in vno breui & vbi due concurrunt actiones scilicet in personam & in rem, primò quòd quis sit ad respondendum quo waranto teneat aliquam rem, & postea addatur in fine quam Rex clamat vt ius suum, vel eschaetam suam, vel de antiquo dominico suo, vel de huiusmodi, licet vtraque actio inutilis sit in se si subtiliter inspiciatur quoad feylinam consequendam, tamen si tenens defaltam fecerit, & concurrat vtraque districtio scilicet attachiamētū eo quòd vna actio personalis est, & alia realis, tamen tenenda est illa districtio que magis ligat, & que litem & litis protractionem magis restringit, scilicet quòd capiatur terra in manum domini Regis per magnum cape, secundum quòd superius dicitur. ¶ 3. Esto etiam quòd petens defaltam fecerit, & tenens venerit, & breues offerente se liti tenente quarto die, recedet tenens quietus de breui illo, & petens in misericordia. Sed si defaltam fecerit ante quartum diem in quarto die, vel post, ante iudicium defaltæ bene poterit sanare defaltam suam, excusationibus supradictis, & etiam si iudicium factum fuerit, reuocabitur, probata excusatione, & etiam quousque in magnam assisam se posuerit ita quòd quatuor milites summoniti sunt ad eligendum, vt supra de tenente, nō enim licet in hac parte reo quòd actori non liceat. Et quòd tenens remedium habere poterit de defalta & antequam duodecem eligantur, & post iudicium, probatur de termino Paschæ anno Regis Henrici decimo quarto, de Paulino de wychelesse & Stephano de Fredewylle in comitatu Oxon in præsentia Stephani de Seygrau & Radulphi Cicistrensis episcopi tunc Cancellarij, & vnde Paulinus fuit petens, & sanauit defaltam postquam quatuor milites summoniti fuerunt ad eligendum duodecem prætextu feruicij domini regis. ¶ 4. Item si petens non venerit, nec breue ad primum diem, & tenens se effoniauerit cum non sit cui respondeatur, nec auctori-

auctoritas, nec warrantus procedendi, non absoluetur tenens omnino a iudicio, sed dicatur ei quod eat sicut venit. Et eodem modo fiat de effoniatore suo, si forte fuerit effoniat. Et eodem modo si petens venerit vice versa, & non breue, nec tenens: dicatur ei illud idem quod dicitur tenenti & effoniatore suo in casu consimili. Si autem petens & tenens venerint vel se effoniauerint ambo vel vnus eorum, tunc dari poterit alius dies, etiam si breue non venerit & dicatur petenti vel effoniatore suo, quod ad alium diem faciat venire breue suum, & mandabitur vicecomiti ex parte Regis &c. Præsumitur enim eo quod ambo apparent vel se effoniant, quod vicecomi susceperit breue, & quod tenens summonitus fuit, eo tamen excepto a præmissis quod si ambo præsetes fuerint petens & tenens, & breue non venerit, si tenens se offerat, & petat iudicium, si debeat sine breui respondere, quietus recedet de breui illo, si diem suum bene intellexerint. Si autem ambo errauerint, & maturius venerint quam deberent, nihilominus tenebit summonitio & breue. ¶ 5. Item esto quod vnus petens plures implacitauerit tenentes, duos, vel tres, vel plures qui tenuerint in communi, & vnus eorum defaltam fecerit, & alius effoniat fuerit & tertius comparuerit, nullus sine alio respondebit. Dabitur igitur alius dies ei qui præsens est personaliter, ei vero qui effoniat est per effoniatorem suum, contra ipsum vero qui defaltam fecerit procedatur ad defaltam per magnum caput, vel paruum; secundum quod ante de defalta comparuerit in curia vel non. Et ita quod non tota res que petitur capiatur in manum domini regis pro defalta vnus, sed quatenus cõtingit portionem suam scilicet medietas rei petitæ, vel tertia pars, vel quarta, siue in propria persona litigauerit sine per atturnatum, quia per defaltam atturnati amittit dominus litis, siue omnes atturnatum fecerint siue vnus, & bene poterit vnus ex pluribus per defaltam partem suam amittere sine participibus suis, licet sine eis ab initio non teneatur respondere. Et si omnes tenentes vnum fecerint atturnatum, per defaltam vnus atturnati poterunt omnes amittere. Item esto quod vnus ex pluribus participibus petentibus defaltam fecerit, & alij omnes in propria persona comparuerint, vel effoniati fuerint, quæritur qualiter erit procedendum versus absentem? Respondeo, omnes qui præsentem sunt vel effoniati habebunt alium diem, & ille qui absens est sumoneatur quod sit ad eundem diem ad sequendum cum talibus participibus suis si voluerint, per tale breue. ¶ 6. Rex vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores A. quod sit coram iustic. &c. tali die ad sequendum cum B. O participibus suis in placito quod est inter prædictos A. B. C. petentes & D. de N. tenentem de tanta terra cum pertinentijs in tali villa si voluerit. Et vnde idem D. dicit quod non vult eisdem B. C. responderé sine prædicto A. & habeas &c. Teste &c. Et si prædictus A. ad prædictum diem non venerit, nihilominus procedant B. & C. de parte sua si voluerint. Et quod de vno dicitur fieri poterit de pluribus, si sequi voluerint. Sed quid dicatur de vno particeps & cohærede, qui petit versus particeps & cohæredes suos partem suam cum nihil habeat, & alij totum te-

Lib. v. De Defaltis.

rum teneant, & secundum quod res partibilis fuerit ratione tenementi vel ratione rei tantum, vel ratione personarum, habere poterit tale breue de pro parte versus participes suos & petere partem suam, quia actio dicitur mixta, & ita consequetur partem suam, quia assisa mortis antecessoris, nec alia actio locum habebit, nisi actio de pro parte, quæ inter cohæredes ius terminat & distinguit. Et quia ad quemlibet ipsorum participum, statim & in momento post mortem antecessoris descendit ius merum, quod quidem non erit inter alios cohæredes, cum non sint partem capientes, quàmuis cohæredes, cum totum ius merum tantum vni ex pluribus descendat, cum hæreditas talis diuisionem vel partitionem inter cohæredes non patiat, & ideo semper vnus præfertur omnibus alijs, cum sit hæres propinquior multis rationibus vt supra. Et cum in tali actione mixta plures sūt qui teneāt, siue vnus petat siue plures, nullus eorū qui tenētes sunt respondebit sine alijs ppter contributionem. Si autem plures sunt qui petant versus participes, quilibet petere debet per se, & non in communi cum partecipe suo petente, quia nullus eorum petit nisi rationabilem partem suam.

¶ 7. Si autem vir petierit cum vxore rem vxoriam, ipsi participes dici non poterunt ratione supradicta, & defalta vnus vtrique erit damnosa siue teneāt siue petant. Et si tenentes fuerint, & per defaltam vtriusque vel alterius terra capta fuerit in manum domini Regis, & ita quod fieri debeat iudicium de defalta, si vxor dicat virum suum mortuum esse, licet probationem vel sectam ad manum suam non habuerit, iudicium remanebit in suspenso donec de veritate constiterit, & dabitur vtrique eorum dies, & tunc probet vxor mortem, & petens vitam: vt de Itinere Abbatis de Radinge & Martini de Pateshull tam in comitatu Surrey quàm Leycester de Hugone filio wilhelmi. Sed quare recurritur ad duas probationes cum vna sufficeret? Quia cum vxor dicat vxorem esse mortuam, ex tali protestatione non oritur nisi leuis præsumptio, & si statim contra ipsam non excipiatur quod viuat, tenetur in hoc casu probare dictum suum. Et si in probatione defecerit petens recuperabit, & vxor postea tale habeat recuperare quale habere debet. Si autē petens contra dictum vxoris excipiendo dicat, quod viuat, propter leuem præsumptionem quæ oritur ex dicto vxoris, probet petens contrarium, scilicet exceptionem suam, scilicet vitam. Et in qua si defecerit cadit breue, & tenebit actio in persona vxoris. Et vnde videtur quod cum vna probatio sufficiat non est recurrendum ad duas.

¶ 8. Videndum est inter cætera quando locum habere debeat breue quod dicitur magnum cape, & breue quod dicitur paruum cape eodem modo. Et regulariter verum est, quod in omni casu vbi quis summonitionem sibi factam dedicere poterit, & defendere per legem scilicet antequàm quis in curia comparuerit, scilicet in principio litis si loquela fuerit in curia domini Regis, vel alibi in comitatu vel in curia Baronum, vel aliorum qui curiam habent. Item si loquela a comitatu transferatur ad curiam domini Regis, licet quis in
com

comitatu se prius posuerit in magnam assisam, ita quòd quatuor milites summoniti sunt ad eligendum xij. & tenentes in curia domini Regis defaltam fecerint post summonitionem eis factam per pone, tunc capiatur in manum domini Regis per magum Cape: vt de vltimo itinere M. de P. in comitatu Kanc. anno Regis H. xij. de Ingeriano de Shoford qui placitauit in curia persbreue de recto. Et ideo quia diu placitasset in comitatu quæ est vna curia, nunquam tamen comparuit in curia domini Regis quæ est alia curia, & ideo defendere poterit summonitionem & surfisam, & diem datum contra recordum comitatus per legem. Sed quid si a curia baronis vel alterius propter defaltam, quia forte rectum tenere nolunt vel non possunt, sed probata defalta vel concessa dederit seruientis domini Regis partibus diem ad comitatum, si tenens defaltam fecerit, capiatur terra eodem modo in manum domini Regis quasi per magnum Cape, quia testata summonitione per seruientem, poterit tenens illam defendere per legem. Idem (vt videtur) seruari poterit vbi omnes loquelæ in bāco propter iter Iustitiariorum vel alia de causa posita fuerint sine die, & iterum resummoneantur, si tenens post resummotionem defaltam fecerit, videtur quòd captio fieri debeat per magnum Cape, quia talem summonitionem defendere poterit tenens per legem, ex quo in curia diem non habuerit postquam loquela posita fuerit sine die, & ita obseruetur in omni casu ad quamlibet nouam resummotionem. Sed videtur quasi contrarium, vt si cui bastardia sic obiecta fuerit, quòd transmittatur inquisitio de bastardia vel legitimitate ad curiam Christianitatis, & facta inquisitione remittatur inquisitio statim ad curiam Regis, partes & loquela quæ posita fuit sine die propter objectionem bastardia, resummoneantur quòd sint ad audiendum iudiciū, quo casu si tenens non venerit, capiatur in manum domini Regis p paruum cape, scilicet & quòd partes sint auditoræ iudiciū suum, & poterit esse ratio diuersitatis, quòd ex quo quis se probauerit legitimum vel aduersarium suum ad bastardum, nihil superest faciendum nisi tantum iudiciū, quod non est in alijs casibus. ¶ 9. Paruum cape tunc locum habet cū quis in iudicio semel comparuerit, & diem habuerit coram Iustitiarijs quocunque tempore vel quacunque ratione, ita quòd diē & summonitionem sequentem deducere non possit nec defendere per legem, vel si fecerit tenens aliquid per quod præsumi possit quòd susceperit summonitionem, vt si cū sumonitus fuerit, atturnatum fecerit in loquela per quam ad curiam summonitus fuerit, vel quid tale, exinde vero summonitionem deducere non possit, secundum quod inferius dicitur de defaltis post apparitionem. Et generaliter verum est, quòd locum habet captio in manum domini Regis per paruum cape, vbi quis defaltā fecerit in placito postq̄ in curia cōparuerit, siue vnus implacitatus fuerit siue plures, cū hac tamen distinctione, q̄ si plures implacitati fuerint cohæredes, vel alij participes qui tenuerint in cōmuni, si omnes simul defaltam fecerint postq̄ simul & semel in iudicio cōparuerint, vel vicissim omnes, oēs amittunt, & fiat paruū cape de omnibus. Si autem vnus ipsorū tantū, duo vel plures effonati fuerint primo die summonitionis, & quidam eorum de-

faltam fecerint, & quidam eorum comparuerint, capiatur terra in manū domini Regis de terra quam tenent in communi pro defalta absentium, pro rata cuiuslibet qui absens est per magnum cape, & dabitur præsentibus dies, & ad quem diem si nō venerint cū diem habuerint in iudicio quē dedicere nō poterunt, capiatur de terra communi in manum domini Regis per paruū cape pro rata, scilicet pro ea parte quæ singulos eorum qui absentes sunt contingit & non tota, quia hæreditas & res communis recipit partitionem & diuisionē inter participes & cohæredes. Sed de viro & vxore non sic, cū res vxoria partitionem vel diuisionem non recipiat, cū vir & vxor sint quasi vnus sanguis & vna caro & vnum corpus, nihil enim habet vxor quod non sit viri. Et vnde cū implacitati fuerint primo die summonitionis, antequam comparuerint vterque fecerit defaltam, tota terra capiatur in manum domini Regis per magnum Cape, & idem erit si vnus eorum defaltam fecerit, licet alius comparuerit vel se effoniauerit. Si autem vterque defaltam fecerint postquam comparuerint, capiatur terra in manum domini Regis per paruū Cape, & idem erit si vnus eorum defaltam fecerit, quia defalta vnus vtrique erit damnosa. Item esto quod vxor antequam comparuerit primo die defaltam fecerit, & vir comparuerit, capiatur terra in manum domini Regis per magnum Cape, & ipsa summonetur quod sit ad alium diem, & vir habebit eundem diem, ad quem diem si vir defaltam fecerit & vxor venerit, tunc primò vidēdum an vxor sanare possit defaltam per legem vel alio modo. Si autem defaltam sanare non possit, tunc amittet vterque per defaltam mulieris statim, nec erit vir summonendus quod sit auditurus iuditiū, si autē defaltam sanauerit, non obstante absentia viri restituetur ei terra quæ capta fuit in manum domini Regis per magnum Cape, p defaltam suam. Et si vir suus infra quartum diem non comparuerit, offerēte se liti petente quarto die versus eum, iterum capiatur terra in manū domini Regis per defaltā viri p paruū cape, & ipse summonetur q̄ sit auditurus iuditiū suū, & vxor habeat eundem diem. Forma breuis talis est.

¶ 10. Rex vic, salutē Cape in manū nostrā tantā terrā, vel aduocationē talis ecclesie, vel pasturā ad tot oues, cū p̄tinētijs in tali villa quā A. de N. in curia nostra corā iustitiarijs nostris clamat vt ius suū versus B. pro defectu ipsius B. vel sic: clamat vt ius suū versus B. & C. vxor̄ eius, p̄ defectu ipsius B. vel p̄ defectu ipsius C. vel sic: si plures sint participes veluti tres, capiatur tertia pars terræ quæ tenetur i cōmuni, & dicatur: tertiā partē quā talis clamat &c. vt supra. Item si dos petatur, tunc sic: tertiā partem terræ cū p̄tinentijs in N. quā A. quæ fuit vxor B. clamat in curia nostra &c. vt dotē suam versus C. p̄ defectu ipsius C & huiusmodi, secundū diuersitatē plactorū, & tunc dicatur. Sūmoneas per bonos summonitores prædictū C. q̄ sit &c. ad talē diem auditur⁹ inde iuditiū suū, & habeas ibi sūmonitores & hoc breue Teste &c. Et ad quē diē si omnino nō venerit, expectabitur quartus dies, & quarto die adiudicetur petēti seysina, ita q̄ efficiatur verus possessor, & tenens habeat tale recuperare quale habere debebit, & idem erit si tenens venerit & defaltam sanare non possit. Cū autem non venerit, sic fiat irrotulatio. A obtulit se quarto die versus B. de tali

De Defaltis. Ca. 4. Fol. 372.

tali placito &c. & B. nō venit & alias fecit defaltam in curia postq̄ cōparuerit in curia, vel postq̄ diem habuerit in banco, vel postq̄ perijt visū vel vocauit warantū, & ita q̄ terra capta fuit in manū domini Regis & ipse summonitus q̄ esset ad hunc diē auditurus iudiciū suū, ideo cōsideratum est q̄ A. recuperet seysinā suā & B. in misericordia. Si autē ille qui defaltā fecit p̄sens fuerit primo die & excusationē nō habuerit, nec warantū, tūc variatur irrotulatio sic. A. petijt versus B. tantā terram cum pertinētis in tali villa, ita quod B. habuerit diē postq̄ in curia cōparuerit, ad quem diē nō venit, nec se effoniauit & ita q̄ terra capta fuit in manū domini Regis & ipse summonitus q̄ esset ad hunc diē auditurus inde iudiciū suū. Et ipse nūc venit, & nō potest sanare defaltam. Ideo consideratum est q̄ A. recuperet seysinā suā, & B. in misericordia, & fiat breue de seysina habenda in cōmuni forma breuiū de defaltis. Sed quid si ille tenens qui recuperare deberet per talem defaltā in curia nō cōparuerit ad diē suū, sed defaltam fecerit, primo, secundo, tertio, quarto die, & tenens p̄sens fuerit, petens amittet breue suū p̄ defaltam suā, & tenens retinebit terram suam quam amissurus esset per defaltam suā: vt de termino f. M. anno Regis H. iij. incipiente iij. circa mediū rotuli. Si autem neuter illorū venerit, tunc (facta cōpensatione defaltæ ad defaltā) petens ad alium diē quādo voluerit p̄ defaltam tenentis obtinebit. ¶ 11. Actiones vero mixtæ quæ sunt tam in rem q̄ in personā, & vbi vterq; actor vterq; reus, sed ille actor qui primū puocauerit ad iudicium sicut inter coheredes & participes vbi participes petit rationabilem partem suā versus cohæredem & participem, sicut vbi hæreditas partibilis sit, vel ratione rei vel ratione p̄sonarum. Item vbi res communis partibus sit inter alios participes qui non sunt cohæredes, & vnus agat versus participē q̄ res cōmunis diuidatur. Item si inter vicinos contentio sit de finibus agrorū, & vnus vicinorū petat q̄ fiant rationabiles diuisæ inter ipsum & vicinū suum, omnes istæ actiones mixtæ connumerari debent inter actiones quæ sunt in rem, & non quæ sunt in personam. Et ideo si quis in ijs tribus actionibus, vel consimilibus, defaltam fecerit, procedatur contra ipsum sicut processum est supra contra eos qui defaltam fecerint in actione reali. Et ideo in omni actione vbi duæ cōcurrant districtiones, videlicet in rem & in personam, illa districtio tenenda est quæ magis timetur & magis ligat. ¶ 12. Cū autem duæ actiones sub vno breui comprehendātur quarū vna in persona & alia in rem, vt si quis summonetur q̄ sit ad ostendendum quo waranto tenuerit talem terram, & postea adiungat, quam dominus Rex clamat esse eschaetam suam, vel de antiquo dominico suo, cū hic duæ concurrant districtiones, illa tenenda est quæ magis ligat, secūdum quod supradictum est, scilicet q̄ terra capiatur in manū domini Regis, (licet quidā faciant contrariū.) Si autē in diuersis breuibus de qualibet istarū fieret mentio per se, si in breui quo waranto fieret defalta, procederetur ad attachiamētum, & non ad captionem terræ, & de alio breui econuersō. Si quis igitur impetrauerit breue quo waranto, vel quo iure quis terram tenuerit sine aliqua adiectione, nihil poterit petens consequi per tale breue vel per talem actionē, quāuis warantum non habuerit tenens nec ius aliquod, nihil cōsequi poterit

BBBbb.ij

terit petens per tale breue, quia probato quòd tenens nihil iuris habeat, non tamen probatur per hoc quòd petens ius habeat, & antequàm petens aliquid sibi perquirat, alio breui, & alia actione opus erit. Sed tamè quàmuis inciuile sit cogi possessorem titulum suæ possessionis dicere per breue quo iure, vel quo waranto: tamen valet ad hoc vt petens scire possit vtrū tenens teneat pro hærede vel pro possessore, & per hoc qua actione debet experiri, pro hærede autem possidet qui putat se hæredem esse, pro possessore vero qui nullo iure rem hæreditariam vel totam hæreditatem sciens ad se non pertinere possidet.

1. ¶ Partibus in iudicio comparentibus qualiter petens proponere debet intentionem suam de modo narrandi. 2. De articulis quibus vti debet in narratione. 3. Qualiter breue de recto limitatur. 4. Quòd tenens poterit mutare intentionem suam in parte. Cap. 5.

Post essonia & dilationes, vel ad primum diem summonitionis per breue de recto in iudicio comparentibus tam petente quàm tenente, petens actionem qua agere velit & intentionem suam proponere debet coram Iustitiarijs, vt per hoc speciem futuræ litis demonstret. Et audito breui de recto, secundum quod fuerit clausum vel apertum, dicat sic petens vel eius aduocatus, in præsentia Iustitiariorū pro tribunali residentium: hoc ostendit vobis A. quòd B. iniuste ei de forciat tantum terræ cum pertinentijs in tali villa, & ideo iniuste, quia quidam antecessor suus nomine C. fuit inde vestitus & seysitus in dominico suo vt de feodo, & in iure tempore H. Regis aui domini Regis, vel tempore Regis Richardi auunculi domini Regis, vel tempore Iohannis Regis patris domini Regis, tempore H. Regis qui nunc est capiendò inde expletia ad valentiã quinque solidorū vel dimidij marcæ, sicut in bladis, pratis, redditibus, & alijs exitibus terræ, & de prædicto C. descendit ius terræ illius vel descendere debuit (secundum quosdam) cuidam D. vt filio & hæredi & de prædicto D. cuidam E. vt filio & hæredi, & de prædicto E. isti A. qui nunc petit vt filio & hæredi, & quòd tale sit ius suum, offert distracionem per corpus talis liberi hominis sui, vel alio modo sicut curia considerauerit. Non enim sufficit simpliciter proponere intentionem suam sic dicendo, Peto tantam terram vt ius meum, nisi sic illam fundauerit quòd doceat ad ipsum ius pertinere, & per quam viam & per quos gradus ius ad ipsum debeat descendere. ¶ 2. Item cum agat per breue de recto ad vtrunque ius consequendum, scilicet tã ius possessionis quàm proprietatis, de seysina talis antecessoris, non sufficit si dicat quòd talis antecessor suus fuit seysitus in dominico suo vt de libero tenemento tantum, vel in dominico suo vt de feodo tantum, nisi doceat quòd in dominico suo vt de feodo, quod sub se continet liberum tenementum, & totum ius possessorium nisi dicat & adijciat, & iure, quod sub se continet ius proprietatis. Item nõ sufficit ista duo iura simul comprehendere, scilicet ius possessorium & proprietatis, sicut dicit dicit, nisi antecessor talis tenuerit terram illam in dominico suo, quia non sufficit si tantum

tantum in seruicio ad hoc quòd ille qui petit de seysina tali aliquid per tale breue acquirere sibi possit in dominico, quia talem seysinam petit heres, qualem habuit antecessor, nec variare poterit, licet contingat aliquando quòd quis per breue de recto partim possit petere in dominico & partim in seruicio, quod non erit de seysina & facto antecessoris, sed de facto & feoffamento iniuste deforciantis, vel alicuius sui antecessoris. Et quò casu, cum petens petat in seruicio quod habere possit in dominico, sibi possit imputari, secundum quod inferius dicitur plenius. Item non sufficit si dicat quòd antecessor suus fuit seysitus vt de feodo & iure & in dominico suo, nisi adijciat quòd expletia ceperit, quia licet quis liberum tenementum habere possit & feodum sine expletijs in causa possessionis, secundum quod videri poterit superiùs in intentione querentis & petentis in assisa nouæ disseysinæ, & mortis antecessoris: non tamen debet esse ita momentanea seysina proprietatis quin capiantur expletia. Et ideo si non fiat mentio de expletijs, cadit actio petentis. Item adijcitur in narratione, tempore talis Regis, certum enim oportet exprimere tempus, & certum Regem de cuius tempore loquatur. Et de tenera seysina & momentanea sine vsu & expletijs nunquam competat actio per breue de recto super proprietate: sed tantum assisa nouæ disseysinæ de disseysina propria, vel assisa mortis antecessoris de seysina antecessoris, & qui assisas omiserit in hoc casu & processerit ad breue de recto super proprietate, omnino amittet sine recuperatione. ¶.3. Quia breue de recto sicut alia breuia infra certum tempus limitatur, non enim excedit tempus Regis Henrici aui domini Regis. Et est ratio, quia ultra tempus illud non poterit quis aliquid probare, licet ius habeat in re: cum nullus aliquid probare possit ultra tempus illud ex quo loqui non poterit de visu suo proprio, vel de visu patris sui qui ei iniunxit quòd testis esset si inde audiret loqui. Et vnde si quis loqueretur de tempore Henrici Regis senis, amittere possit propter defectum probationis. Item ideo fit mentio de tempore certi Regis, quia si nunquam tempore talis Regis fuit antecessor in seysina, quamuis tēpore alterius Regis, amittere possit petens per errorem ac si antecessor talis nunquam inde esset in seysina. Et vnde cum quis post talem errorem inde se posuerit in magnam assisam, dat aliquando tenens de suo pro habenda mentione de tempore. Vel ideo fit mentio de tempore, quia talis antecessor tempore talis Regis non fuit in rerum natura, vel quia prius mortuus, vel tunc non natus. ¶.4. Cum autem per errorem aliquando fiat mentio de tempore indebito, si ipse petens errauerit, poterit intentionem suam mutare & errorem reuocare, & loqui de tempore alterius Regis vsque ad litis contestationem, scilicet quousque fuerit præcisè responsum intentioni petentis, & ita quòd tenens se posuerit in magnam assisam, vel defenderit per duellum. Vterius autem nequaquam, cum facta fuerit mentio de tempore. Et de hac materia inter placita quæ sequuntur Regem Anno vicefimoquarto de Domino Rege & VV. de S. Iohanne in comitatu South. Item non multum refert si de quantitate expletiarum fiat mutatio

tatio intentionis . Item fit mentio de tempore pacis pro aliquo tempore guerrino sicut de tempore Regis I. quia de seysina antecessoris tali tempore acquisita loqui non conuenit, quia post guerram recuperauerunt illi qui per guerram fuerit disseysiti talem seysinam qualem habuerunt in initio guerræ, cum per vim & iniuste essent disseysiti. Per vim & iniuste dico, quia multi ab hostibus capti sunt in bello, & terram dant pro redemptione sua & talibus non subuenitur, nisi per actionem quod metus causa, si forte metus interuenerit. Et etiã sũt plures qui tali tempore gratis dant sine aliqua violentia vel metu, & talis donatio non reuocatur. Item non sufficit quod petens intentionem suam sic proponat & fundet, nisi sic fundatam probauerit, & dicatur in fine intentionis fundatæ . Et quod tale sit ius suum offert disracionare per corpus cuiusdam talis liberi hominis sui, & talis nomine, qui hoc paratus est disracionare per corpus suũ, sicut ille qui hoc vidit, vel de visu patris sui (vt supradictum est) cui pater suus cum esset agens in extremis iniunxit in fide qua filius patri tenebatur, quod si inde loqui audiret quod inde testis esset, & hoc per corpus suum disracionaret sicut illud quod idem pater suus vidit & audiuit . Si autem in narratione facienda aliquis articulorum prædictorum omittatur, & narratio a petente aduocetur, ita quod error reuocari non possit & petens clameum suum pro se , & hæredibus suis amittet imperpetuum.

1. Qualiter fit narratio descensus vsque ad petentem per singulos gradus. 2. Si fieri debeat narratio a linea recta vsque ad transfuersalem. 3. Si antenatus in vida patris communis moriatur. 4. Si Abbas vel Prior petant per breue de recto. 5. Si plures sint petentes omnes nominentur in breui, siue legitimi siue bastardi, vel serui. 6. Qualiter & quibus modis cadit actio, per defaltam vel errorem in narratione. 7. Quibus ius descendere potest. 8. Quod donatorio nihil iuris descendere poterit de seysina donatoris vel antecessoris.
- Cap. 6.

FIt etiam quandoque narratio descensus ab antecessore vsque ad petentem per plures personas, & plures gradus, & ad plures personas qui sunt quasi vnus hæres, sicut ad plures filias & earum hæredes, & quo casu sic fiet narratio . Et a tali antecessore descendit ius terræ illius tali vt filio & hæredi & de tali, duabus filiabus suis vel pluribus, scilicet B. primogenitæ & C. postnatæ. Et hic fiat in narratione diuisio descensus pro virili portione quæ singulas earum contingit, & ita quod narratio descensus prosequatur lineam singularem, & dicatur sic . Et de prædicta D. descendit ius medietatis illius terræ cuidam tali vt filio vel filia & hæredi . Et de prædicto tali descendit ius illius medietatis duabus filiabus ipsius talis, scilicet D. & E. & ita quod fiat subdivisio Sed cautè perspiciedum ne in reuersione facienda ad superiores parètes in linea transfuersali quod computatio excedat tempus Regis aui, & infra eodem . Et de prædicta A. descendit ius illius quartæ tali vt filio & hæredi. Et de prædicta E. tali vt filio & hæredi, & sic per diuisiones in infinitum perueniri poterit de hærede in hæredem vsque ad minimam partem vnus vnciæ, si hæreditas per vncias diuidatur. Item fiat reuersio ad aliam medietatem

&

& reincipiatur narratio descensus sic. Et de prædicta. **C** descendit ius alterius medietatis tali vt filio & hæredi, vel tali filia & hæredi, vel vt filiabus & hæredibus, & ita quòd fiat subdiuisio (vt supra) de gradu in gradū, persona in personā, vsq; ad illos qui petant, vel aliter. Et vnde talis antecessor fuit seysitus. &c. vt supra. Et quia talis obiit sine hærede de se, descendit ius terræ illius tribus fororibus suis, A B. C. vel filijs sicut de Gauelkynde, vel alibi vbi terra partibilis est ratione terræ, vel ratione pluriū personarum quæ sunt quasi vnus hæres, & sic fiat diuisio vt supra; Itém fit narratio descensus aliquando a linea recta descendente vsq; ad lineam transuersalem ad vnum gradum, vel ad plures, secundum quod ius descensus recipit diuisionem vel non recipit. Et sicut diuiditur aliquando ius successionis ad plures personas quæ succedunt, ita coniungi poterunt plura iura successionis per mortem earundem personarum ratione quarum facta fuit diuisio in vnum ius, & in vnicam personam hæredem per ius accrescendi, quia cohæredes & participes mortui sunt sine hærede de se. ¶.2. Cùm vero fieri debeat narratio descensus a linea recta vsq; ad lineam transuersalem, tunc dicatur, & a tali antecessore descendit ius terræ illius tali vt filio & hæredi & de tali tali vt filio & hæredi, & quia idem talis obiit sine hærede de se, reuertebatur ius terræ illius tali vt auunculo vel amitæ vel materteræ & hæredi, vel proauunculo vel proamitæ vel promaterteræ vt hæredi, vel pluribus amitis vel materteris vel proamitis vel promarterteris. Et de talibus facta diuisione iuris vsq; ad suos hæredes & hæredes heredum per diuisiones. &c. vt supra, vel sine. Et quo casu, si vnus ex pluribus participibus petat per se solus sine alijs, & obiiciatur ei quòd participes habeat qui veniunt ex eodem stipite, & petens dicat quòd nihil possunt tales clamare per descensum illum, summoneantur nihilominus ad ostendédū Quid iuris clamant in terra petita: vt de Termino Sancti Hillarij Anno Regni Regis Henrici decimo quinto in comitatu Buckingham de VValter de Bosco: Et illud generaliter obseruatur vbiq; vbi præsumi poterit, quòd quis ius habeat in re petita qui non nominatur. Et quòd talis summoniri debeat, habetis de Termino Sancti Hillarij Anno Regni Regis Henrici nono in comitatu Berkf. de Reginaldo Morin. ¶.3. Si autem in vita patris moriatur, dicunt quidam quòd nulla de eo fieri debet mentio ac si nunquàm esset in rerum natura (secundum quosdam) quòd non est verum, quia nulli hæredi descendit ius aliquod ab antecessore, nisi per mortem antecessoris. Sed sunt quidam qui dicunt (& verum est) quòd de filio mortuo in vita patris oportet facere mentionem secundum VWilhelm de Eborum, & vnde dicere oportet quòd de tali antecessore descendit ius vel descendere debuit tali nepoti vel nepti vel fratri tali si hæredes de corpore defecerint. Et vnde cùm filius moriatur in vita patris relicto filio hærede vel filia cùm sint in potestate aui, statim descendit eis ius. Et vnde si fiat narratio descensus, oportet quòd fiat mentio de gradu vacuo per mortem filij ne fiat saltus gradu prætermisso, & dicatur sic. Et vnde talis antecessor fuit seysitus &c. & de tali antecessore descendere

cendere debuit ius tall, vt filio & hæredi, & de tali ei qui nunc petit vt nepoti vel nepri & hæredi, quasi aliter esset, & ille qui in vita patris moreretur feloniam faceret, eo in descensu non computato, sic posset hæreditas & ius possessionis & successionis immediate descendere nepotibus vel neptibus ab auo, non obstante felonia patris, quod esset inconueniens. Sed cum primogenitus moriatur in vita patris nullo hærede de corpore suo relicto, sed fratribus, non oportet de fratre antenato, qui in vita patris mortuus est, facere mentionem in narratione descensus, licet ius ei descendere deberet, tum quia fratres superstites sunt adeo propinqui hæredes in gradu quoad seysinā sicut ille fuit qui mortuus est, tum etiam quia primogenitus eorum qui superstites sūt statim post mortem fratris præmortui incipit esse loco ipsius hæres, propinquior patri cōmuni: & vnde quāuis primogenitus præmortuus feloniam faceret hoc non nocet fratribus superstitis cum non essent ipsius hæredes dum pater viueret, nec eius hæredes esse possunt cum esse desierit in vita patris communis, & antequam ei aliquod ius descenderet. Sed reuera forissacit talis quicquid habuit tempore felonie perpetratae, si fuerit de felonia conuictus, & quicquid et accidere posset hæredibus suis tunc existētibus, & futuris: & omnibus qui esse possunt hæredes sui, perquisitū vero, si quod frater mortuus habuit, hæredibus suis de carne sua venientibus, & etiam fratribus vel hæredibus remotioribus forissacit. Poterit etiam in narratione descensus de seysina alicuius antecessoris tempore vnius Regis fieri mentio & de tempore cuius & narrari vsq; ad tempus alterius Regis, & fieri de eo mentio, & sicut fit narratio descensus de seysina antecessoris a triauo vsq; ad trinepotem, ita poterit econuerso a trinepote & de seysina eius vsq; ad auunculum & amitam & vterius ascendendo & eorum hæredes propinquiores descendendo in infinitum. Et qualiter & ad quos fieri debeat descensus in linea recta descendente, vel linea transuersali ascendente, cum ius recta linea reascendere non possit, per quam descendit, videri poterit inferius de successione, dum tamen si pro defectu hæredum recta linea descendendum fieri debeat narratio descensus reuertendo ad lineam transuersalem ad aliquem qui multis retro temporibus mortuus fuerit, inquiretur, tempore cuius Regis, vt si obierit tempore Regis H. aui vel citra, tenebit descensus, quia de tali tempore poterit quis probare ius suum & descensum. Si autem ante tempus talis Regis obierit quodcunq;, inutilis erit actio propter defectum probationis. ¶.4. Si Abbas vel prior vel alij viri collegiati, petant terram vel aduocationem vel quid tale nomine ecclesie suae, de seysina prædecessorum suorum dicēdo: Et vnde talis Abbas prædecessor suus fuit seysitus in dominico suo &c. Non fiat narratio de Abbate in Abbatem, vel de priore in priorem, nec de Abbatibus vel prioribus medijs fiat mentio, quia in collegijs & capitulis semper idē corpus manet, quamuis successiue omnes moriantur, & alij loco ipsorum substituantur, sicut dici poterit de gregibus ouium vbi semper idē Grex, quamuis omnes oues siue capita successiue decedāt, nec succedit aliquis eorum alteri iure successionis, ita quod ius descendat hæreditarie ab vno vsq; ad alium, quia semper ius pertinet ad ecclesiam, & cum ecclesia remanet:

nēt : secundum quod videri poterit in chartis religiosorum de feoffamēto, vbi manifestè videri poterit, quòd donatio est facta primò & principaliter deo & ecclesiæ tali, & secundariò monachis vel canonicis ibidem deo seruiantibus. Et ideo si Abbas vel Prior, monachi vel canonici successiue obierint, domus in eternum permanebit. Et vnde cum Abbas vel Prior vel alij viri collegiati petierint terram vel aduocationem versus aliquem per breue de recto, proposita intentione & fundata (secundum quod supradictum est) & nomine ecclesiæ, fiat sic irrotulatio. Talis Abbas vel Prior, vel alius petit versus talem tantam terram cum pertinentijs &c. vt supra. Vel talem aduocationem, scilicet aduocationem talis ecclesiæ cum pertinentijs vt ius ecclesiæ suæ. Et vnde talis Abbas vel Prior vel alius prædecessor suus fuit seysitus in dominico suo vt de feodo & iure tempore pacis. &c. vt supra. Et ita quòd præsentauit ad eandem ecclesiam talem clericum nomine R. & qui ad præsentationem suam fuit admissus ad eandem ecclesiam, & inde recepit expletia ad valentiam quinque solidorū & plus, sicut in decimis, oblationibus, & alijs obventionibus. Et quòd tale sit ius suum & ecclesiæ suæ offert &c. Et ita quòd nulla fiat mentio de aliquo descensu, nec de Abbatibus nec de prioribus medijs, cum non sint hæredes nec aliquod ius descendat personis ipsorum sicut esset si ius hæreditariè descenderet ad hæredes. Item erit obseruandum in personatibus, vel præbendis, si persona vel canonicus placitauerit per breue de recto, & tunc dicatur, peto tantū terræ cum pertinentijs &c. vt supra, vt ius ecclesiæ meæ, vel vt ius præbendæ meæ, & vnde talis persona vel canonicus (prædecessor meus) fuit seysitus in dominico &c. vt de iure ecclesiæ, vel præbendæ suæ &c. vt supra. Et de hac materia inueniri poterit de termino Paschæ. Anno Regni Regis Henrici decimoquarto in comitatu Hun̄ de VV. Archidiacono VVellēsis. ¶. 5. Si vero petat quis seysinam antecessoris sui per breue de recto, vbi terra vel aliud datum fuerit pluribus simul, sicut pluribus legitimis vel bastardis, participibus, hæredibus, vel extraneis. Item coniunctim sicut in maritaggio viro & vxori vel alio modo, in narratione descensus, de omnibus oportebit facere mentionem ita. Et vnde A. B. C. D. fuerunt seysiti in dominico suo &c. vt supra. Et ita quòd tales mortui fuerunt sine hærede de se accreuerunt eorum partes superstitibus, & ita quòd ius terræ illius descendit hæredibus eorum qui fuerunt superstites scilicet tales. Et quia vnus illorum, scilicet talis obiit sine hærede de se, descendit totum ius terræ illius tali, & de tali illi qui nunc petit, & quòd tale sit ius suum offert. &c. Si autem petatur de seysina viri & vxoris, quibus data est terra in maritaggiū, vel alio modo, tunc dicatur sic. Et vnde A. & B. vxor eius fuerunt seysiti in dominico suo vt de feodo & iure, & vt de maritaggio ipsius. B. tempore talis Regis, & tempore pacis &c. vt supra. Et de prædictis A. & B. descendit ius terræ illius tali vt filio & hæredi &c. vt supra. Et de hac materia inueniri poterit in rotulo de termino S. T. anno Regis H. iiii. in comitatu VVil̄ de VV. de Lusteshille & VVilhelmo de Concessend. ¶. 6. Et nisi de omnibus fiat mentio cadit actio. Item si ab eo incipiatur narratio qui nūq̄ fuit in seysina, similiter cadit actio, & petens amittit si hoc fuerit re-

cognitum: vt de termino s. T. anno Regis H. tertio circa finem rotuli. Itē eodem modo si erratū fuerit in persona eius de cuius seysina petitur, vt si quis petat de seysina matris, vbi petere deberet de seysina patris, vel econuerso, & idem erit si erratum sit in nominibus proprijs, vt si antecessor vocetur vno nomine & nominandus esset alio, & idem dici poterit de omnibus alijs nominandis in descēsu. Item idem erit si aliquis omittatur qui nominari deberet, vel si aliquis gradus prætermittatur. Item idem erit si erratum fuerit in re petita, vt si vna res petatur pro alia. Item si quis omiserit aliquem in narratione descensus qui plus iuris habuerit, vel tantundem quantum habet ille qui petit. Et de hac materia inueniri poterit de termino s. Hillarij & de termino P. anno Regis H. quinto circa finem rotuli. Item si petatur de seysina alicuius per descensum qui villanus fuit, & si excipiat ipsum esse liberum, procedit magna assisa inter petentem & tenentem per verba inferius exprimenda. ¶. 7. Et sciendum q̄ liberis hominibus hæredibus a recta linea descendantibus, tam masculis quàm fæminis, præsentibus & absentibus, tam illis qui plenæ ætatis sunt quàm illis qui sunt infra ætatem. Item tam ideotis quàm discretis. Item tam mēte captis quàm illis qui sunt sanæ mentis, quod quidē dici posset de furiosis, siue gaudeant dilucidis interuallis siue non, & hoc, quia descensus iuris non requirit consensum hæredis, sed consensum requirit aditio hereditatis iuris descensus, quia absenti & ignorati descendit ius, sed seysina sine consensu non acquiritur: Tales enim cum animum non habuerint acquirēdi in tali statu, acquirere non possunt seysinā si furor sit perpetuus, sed si non perpetuus tūc poterūt retinere sicut quilibet minor, tutore tamē autore vel per se. Et cū semel possidere inceperint furiosi & mēte capti, nūquā in tali statu desinēt, possunt possidere durate furore, nō magis q̄ minor infra ætatē. Sed hoc facere nō possunt stulti & ideote, quia habēt cōsensū & dissensū qđ quidē non habēt supradicti. Sed de surdo & muto naturaliter, si oīno audire non possunt nec loqui, si autē tarde, illud idē dici poterit, q̄ acquirere poterūt & retinere & ad alios trāferre, quia ad minus cōsētere poterit p̄ signa & p̄ nut^o. Sed naturalit̄ surd^o & mutus p̄ se nec p̄ procuratores acquirere possunt seysinā, nec dare possunt, nec sibi aliquid stipulari, quia mutus verba p̄ferre non potest stipulationis, nec surd^o verba stipulātis audir̄, sed p̄ alios sicut tutores vel curatores, quia animo alieno & corpore. In fine notādū, q̄ nulli poterit ius descēdere cuius pater vel mater vel alius antecessor p̄ quē fieri debeat descēsus viuus fuit & san^o bonę memorię vel non, quāuis antecessor suus se dimiserit & hereditatē heredi suo dimiserit. Ex hoc autē non habebit heres actiōnē hereditariā q̄ ius possit ei descēdere in vita antecessoris, licet antecessor in seculo remanserit, vel habitū religionis assūperit, vt de termino s. H. anno Regis H. vii. Item poterit ius descendere feloni post feloniam sicut ante, & cum eo remanebit & ad heredes descendet ius donec cōuincant de feloniam. Sed quo cōuicto nunq̄ descēdet ad heredes sed reascēdet ad capitales dños a quibus primò p̄cessit & semper sequetur seysina ius merū, & erit tenemētū eschaetz dominoꝝ. ¶. 8. Eodē modo si donatio facta fuerit ab aliquo antecessore qui noīat in descēsu, nūq̄ fiet descensus ad heredē donatorij de seysina illius antecessoris

antecefforis donatoris vt si dicatur. Et vnde talis anteceffor fuit feysitus &c. & de tali descendit ius terræ illius tali vt filio & hæredi qui terram illam dedit tali anteceffori petentis. Et vnde ius terræ illius descendit ad illum qui nunc petit vt filio & hæredi, & sic impedit donatio descensum ad petentem, per quod denegabitur ei actio hereditaria ex tali descensu. Poterit enim donare quis id quod habet, scilicet feysinam & ius, actionem vero hereditariã cedere non poterit alicui vbi necesse erit petere per descensum. Item nec præsentatione. Et de hac materia inueniri possit de termino facti Hillarij anno Regis H. vij. in comitatu Cant de Alano de Basingborne & Roberto de Insula de aduocatione ecclesię de VVynpol, & vnde idem Alanus petit aduocationem illam de feysina antecefforũ prædicti Roberti donatoris. Item descēdat ius alicui per modum donationis, exclusis penitus a successione veris primis & proximis hæredibus donatoris, vt supra de aduocationibus, sed non per descēsum sed per modum donationis.

1 Proposita intentione actoris, videat tenens an sit iurisdictio & Iustitiarius qui iudicare possit. Item an sit ibi actor & de cautela circa responsionem tenentis considerandum & de visu petendo.

Cap. 7.

Proposita sic intentione petentis & fundata (vt prædictum est) a petente, in primis videat tenens an sit ibi iudicium, scilicet iustitiarij qui iudicare possunt, & iurisdictionem habent ordinariam vel delegatã, quia ex hoc aliquando poterit competere ei exceptio iurisdictionis peremptoria. Postea vero an sit actor ibi, petens scilicet an querens, & tunc si actionem habeat, & si actionem habeat, tunc statim procedere possit, vel ad tempus remanere debeat in suspenso. Ex hoc enim competere poterit tenenti exceptio dilatoria, vel peremptoria, secundum quod exceptio proposita fuit contra ipsam actionem vel contra personam agentis. Si autem nihil sit quod excipi poterit contra prædicta, tunc videndum an libellus conueniabilis, breue scilicet sit conueniens actioni, & in nulla sui parte vitiosum, cum ex hoc dari possit tenenti exceptio. Quæ quidem si per omnia conueniant, tunc demum videndum an tenens totam rem teneat quæ petitur, cum certa res debeat in iudicium deduci, vel si eius partem, tunc quotam vel si omnino nihil, & similiter si res petita pertineat ad iurisdictionem iudicantis, & ideo petitur visus rei petite, quia ex hoc competere poterit exceptio tenenti ne sit actio inanis cum tenente, cum rem restituere non possit vel totam, secundum quod petitur. Et cum hæc omnia sic concurrant, tunc respondeat tenens de principali per se vel per attornatum, nisi wararum habuerit quem vocare voluerit, qui cum warantizauerit vt infra dicetur, plures competunt ei exceptiones, quæ principali tenenti non competunt. Et vice versa plures competunt tenenti principali, quæ non cōpetunt waranto, si ordinate proponantur & rite, quas quidem si tenens principalis omiserit in initio litis anteq̄ warantũ vocauerit, per waranti vocationem tam pro se quam pro waranto suo ille videbitur tacite renunciaffe, sicut sunt omnes fere exceptiones prouenientes ex preparatorijs iuditorum.

CCCC.ij.

i. De

1. De visu petendo & quare faciendus est visus. 2. De visu faciendo & cui non visus. s. vel quod tantundem valeat. 3. Si post visum petatum se effoniauerit tenens, & postea dicat qd visum non habuerit. Cap. 8.

CUm autē onerosum esset de singulis exceptionibus tractare suo loco & per se, vtilius & facilius erit (vt videtur) omnes quasi in vnum fasciculum colligere, & de omnibus simul tractare per ordinē. Ideo omisso hic tractatu de exceptionibus, tractetur de visu petendo vt certa res in iudicium deducatur, scilicet vt petens ostendat & tenentem certum reddat de qua re ipsum velit conuenire. Fit autem visus aliquando parti, aliquando iuratori, sicut in assis in causa possessionis, & aliquando in inquisitionibus de rebus de quibus habetur contentio inter partes, & de loco, etiam de facto sicut in transgressionibus, nec refert vtrum quis parti aduersæ visum faciat de re petita, vel quod tantundem valeat, & ita quod res per metas certas & per designationē locorum & nominum, quod res certa designetur. Sed re vera si rectus ordo proponendi exceptiones seruetur, primò oportet proponere illas quæ competunt super iurisdictione iudicis, & postea cōfirmare personas partium, & alias quæ dilatoriæ sunt, sicut de summonitione & vocatione ad iudicium, & huiusmodi, & tunc super æditione facienda, & tunc demum vt res certa in iudicium deducatur, & de visu faciendo. ¶. 2. Videamus in primis cui faciendus sit visus, & cui denegetur, & vbi non iacet visus. Et sciendum quod visus eo vbi non iacet, & cui denegetur, per consequens videri poterit cui competat visus. Denegabitur quidem tenenti visus in placito de proparte sororum, quamuis in breui nominentur maneria cum pertinentijs, quia soror petens versus sororem nescit designare nec specificare potest per quas ei accidere debeat in proparte, & propterea nihil aliud petet nisi rationabilem partem suam, quæ eam contingit de tota terra quam sorores participes tenent de hæreditate communi, de qua pater vel alius antecessor communis obiit seysitus vt de feodo, & quamuis obiici potest (vt videtur) quod alij tenent partem de hæreditate de qua ille qui tenens est nihil habet in dominico nec in seruicio, & est ratio quod visus non iaceat in hac parte, quia si plures petant, nulla scire potest per se quæ pars ei accidere debeat ad partem suam. Et ad hoc facit quod habetis inter prima placita post guerram in comitatu Buckingham de VVilhelmo de Abruncis & Matilda vxore eius. Contrarium tamen videtur, & quod visus iaceat de Termino Sancti Michaelis Anno Regni Regis Henrici secundo post guerram in comitatu Essex de Matilda de Say & VVilhelmo de Maundeuill, quod quidem sic soluitur (vt videtur) quia primum breue loquitur de proparte sororum vbi antecessor nuper obiit, & vnde sufficit p visu hoc quod dicitur de tãta terra vnde talis qui nuper obiit obiit seysitus. In secundo vero casu, tertia pars hæreditatis petita fuit p aliud breue de recto quã p breue nuper obiit, vbi certa pars nō distringitur, & ideo visus denegandus, quia nescit quæ pars ei accidere debeat certa de recto, & si visum petat de toto, adhuc valere non debet, quia habet quod tantundem valet. s. de hæreditate vnde talis, fuit tseyfitus qui nup obiit, & hæc vera sunt, siue cohæredes vel participes petant versus participem siue

siue quāuis extrancā psonā. Et quāuis petatur terra per breue de recto vt
 de proparte, non erit visus denegandus, cū non habeat tenens forte id
 quod petitur nec pro visu, quod tantundem valet. Item denegatur visus
 in placito dotis de terra & tenemento de quibus vir mulieris obiit nuper
 seyfitus, quia habet tenens quod tantundem valet vt infra de eodem. Si
 autem manerium aliquod petatur sine pertinentijs, visus denegabitur,
 quia aut tenens statim confiteatur quod illud teneat vel quod nō teneat,
 & secundum hoc respondeat vel quietus recedat, quia manerium satis de
 signatur ex nomine, si autem dubitetur, fiat inquisitio sub pœna loci pe-
 titi. Si autem petatur medietas manerij quod non sit diuisum nec partitū
 etiam sine pertinentijs, denegabitur visus, quia ignorare poterit quæ
 medietas pertinet ad tenentem. Si autem manerium partitum sit & petat
 medietas sine pertinentijs, eodem modo denegabitur visus, si autem
 cum pertinentijs, aliud erit, vt infra dicitur. Item cū medietatem
 petat quis alicuius manerij cū sit indiuisum cum pertinentijs vel sine,
 si visum petat de toto non ei denegabitur ad similitudinem dotis, secun-
 dum quod inferius dicitur. Denegabitur etiam visus intrusori cū
 res specificata fuerit in quam se intruserit sine pertinentijs, vel si fiat
 quod tantundem valet vt supradictum est: & ideo maximè si recens
 fuerit intrusio, recens dico, vnius anni vel minoris temporis, & hoc cū
 ille qui ius habet in re statim post intrusionem sibi perquisuerit in cra-
 stino vel infra septimanam, nisi rationabili de causa fuerit impeditus.
 Denegabitur etiam quandoque visus in petitione dotis, vbi mulier no-
 mine dotis petierit aliquod manerium sine pertinentijs, vnde nomi-
 natim dotata fuit, vt si dicat. Peto tale manerium vt dotem meam,
 vnde A. quondam vir meus me nominatim dotauit ad ostium eccle-
 siæ die quo me desponsauit, & hoc casu tenens nullum visum habe-
 bit ratione pertinentiarum quæ non nominantur, quod quidem aliud
 esset si cum pertinentijs, quia posset mulier petens tales ostendere per-
 tinentias de quibus tenens nullam partem aduocaret. Item in petiti-
 one dotis denegatur visus propter incertitudinem, vt si nomine dotis
 petat mulier tertiam partem alicuius manerij cum pertinentijs, vel sine,
 visum non habebit, quia nullam certam partem designare potest. Si au-
 tem visum petierit de toto tenemento vnde petit tertiam partem, visum
 habebit. Item si cū tenens visum petierit respondet mulier quod
 non petit nisi tertiam partem de eo vnde vir suus seyfitus obiit vt de teo-
 do, & tenens totum teneat & virrecenter obiit, tenens visum non habe-
 bit, cū habeat quod tantundem valet, scilicet vnde vir suus obiit seyfitus.
 Item denegabitur visus mulieri si hæres agat contra eam de dotis amen-
 suratione, cū ipsa totum teneat de quo petitur amensuratio, & ratio-
 ne præmissa, quia vir suus nuper obiit inde seyfitus in tali villa, & hoc ve-
 rum est nisi ipsa aliud tenementum teneat in eadem villa. Itē nec iacet
 visus propter incertitudinem, siue nominentur pertinentiæ siue nō, vt si
 quis sic petat terram aliquā, & sic dicat. Peto tantā terrā cum pertinentijs
 s. quicquid tenēs tenet ī tali villa vltra x. libratas terræ de dono talis, quia
 terra quæ petitur specificari non potest, nisi prius facta extētionē x. libratarū
 & vi-

& viso & probato quantum terra talis teneat in tali villa, tunc primo procedat sine visu de residuo & præambula erit extensio, ut inter placita quæ sequuntur Regem coram S. de Segraue de Thoma de Dunholm ciue London, & hoc verum esse poterit nisi visum petat de toto unde petit residuum ultra x. plures etiam possunt esse tenentes successive quorum nullus visum habebit si petierit nisi tantum primus tenens, verbi gratia. A. petit versus B. certam terram cum pertinentijs ut ius suum, si B. visum petat visum habebit, & nullus alius, quamuis warantum vocauerit vsq; ad x. Item nec tenens nec warantus, ut si idem B. antequam visum petat vocauerit C. ad warantum, & C. cum venerit per summonitionem antequam warantizauerit vel post, visum petat, visum non habebit, quia tenetur warantus ad chartam suam respondere, vel ad chartas antecessorum suorum in quibus specificatur terra illa petita. Et etiam si tenens chartas non habeat, scit aut scire deberet warantus quam terram tenens de eo tenuerit, & de qua terra cepit homagium & seruitium illius qui cum ad warantum vocauit, & cum per iudicium vel alio modo warantizauerit, scire debet warantus quæ & qualis sit terra de qua vocatus fit ad warantum & quanta. Et sic fiet de pluribus warantis quod de vno dicitur, quorum nullus habebit visum, donec in placito illo peruentum fuerit ad duellum, si tamen inde contingat duellum vadiari, & tunc post duellum sic vadiatum, & post vadia recepta fiat visus campionibus, & quia visus non processit in toto placito, dicatur eis quod infra diem eis datum terram illam videant & hoc est pro sacramento suo quod inde facient de visu suo, secundum quod inferius videri poterit de sacramentis campionum. Item non iacet visus postquam semel terra capta fuerit in manum domini Regis per defaltam, quia sufficit quod tantundem valet, quia petens designare debet visoribus qualitatem terræ & quantitatem, quid & quantum petat, & per quas metas, & cum sic capta fuerit eodem modo & in eadem quantitate peti debet per pleuinam, quod quidem sufficit pro visu. Conceditur tamen quandoque visus post defaltam ex abundantia & hoc pro sacramento campionum, ut de termino s. T. anno Regis H. quarto. ¶ 3. Item denegatur quandoque visus, ut si semel concedatur & antequam tenens visum habuerit ad diem suum fecerit se effonari, cum calumniare deberet quod visum non haberet, secundum quod fit de summonitionibus cum quis se effoniauerit, nisi calumniare deberet breuem summonitionem.

1 ¶ Si de rebus incorporalibus iaceat visus sicut de iuribus. 2. Cum ius aduocationis petatur & plures sunt ecclesia. 3. Si ius aduocationis capi debeat in manum Regis. 4. Vbi visus iacet vel tantundem. Cap. 9.

Dicitur supra vbi visus non iacet in rebus corporalibus, quæ videri possunt, & tangi, & ratio quare. Nunc autem videndum si de rebus incorporalibus possit aut debeat fieri visus, sicut de iuribus quæ insunt in rebus corporalibus, sicut de iure aduocationis, de iure pascendi, eundi, & agendi, & huiusmodi. Et quamuis huiusmodi iura videri

deri non possunt cū sint inuisibilia, nec palpari sicut copora, tamen cū sine corpore vel subiecto quibus insunt esse non possunt, res illæ videri possunt & palpari, & vnde sufficit pro visu quod res corporatæ in quibus iura consistunt designentur, vel per visum vel per quod tantundem valet. Per visum, vt si cui competat ius pascendi in fundo alieno, agendi, eundi, vel huiusmodi, sufficit si loca videantur in quibus iura sunt & consistunt, & sufficit si visus factus sit Iuratoribus, & eodem modo dici poterit de iniurijs, sufficit enim si Iuratores videant loca & facta, quamuis ipsa iniuria congruè loquendo videri non possit, non magis quàm ius. Est enim ius, & eius contrarium quod est iniuria. Est enim iniuria omne illud quod non est ius, & quod nō magis videri poterit quàm ipsum ius. Si quis enim in terris & tenementis quæ habuit ad terminum vitæ vel annorum, vel nomine alieno, sicut nomine custodiæ, & huiusmodi, vastum fecerit, non conceditur visus ei de quo queritur in iudicio. Sufficit enim si fiat visus inquisitoribus, nec etiam conceditur visus in actione personali, vt si custodia & maritagium alicuius petatur, non est necesse specificare vel designare quantitatem hæreditatis. Si autem quis sic dicat: custodiā tantæ terræ, videtur quod tunc sit aliud dicendum.

¶ 2. Cū autem ius aduocationis petatur cū illud ius videri non possit, sufficit si corpora designentur in quibus huiusmodi ius consistit, & sufficit pro visu, vt si quis dicat: peto aduocationem ecclesiæ s. Mariæ de tali villa cum pertinentijs, & non sit nisi vnica ecclesia s. Mariæ in eadem: sufficit pro visu, quia ius illud esse non poterit in alia ecclesia. Si autem diuersæ sint ecclesiæ, scilicet s. Petri & ecclesia s. Andreæ, tūc assignari poterit ex nomine cui illarum insit illud ius aduocationis quæ petitur. Si autem plures sint ecclesiæ cōstructæ sub nomine vnus sancti, tunc oportet ita designare ex loco in qua ecclesia sit illud ius aduocationis quæ petitur, vt si dicat: peto aduocationem ecclesiæ quæ sita est in vico tali versus orientem, vel versus occidentem. Si autem sit qui dicat quod ratione pertinentiarum competat visus cū dicatur peto aduocationem illius ecclesiæ cum pertinentijs: Scier dum est quod nō sit relatio pertinentiarum ad ipsum ius immo ad ecclesiam, secundum quod construitur lignis & lapidibus, & non secundum quod ingressus & egressus pertinet ad ius pascendi & huiusmodi, & restitutio ad ius eundi, nec obstat quod dicitur quod in assisa vltimæ præsentationis Iuratores videre debeant ecclesiam illam ad quam fit præsentatio, quia nihil hic agitur de iure, sed quod ecclesia ad quam præsentatur designetur, secundum quod lignis & lapidibus construitur, & quæ quidem omnino sunt diuersa licet quodammodo sint cōnexa. Et aliquando petitus fuit visus de aduocatione ecclesiæ quia diuersæ fuerunt ecclesiæ in eadem villa, sed postea per iudicium reuocatus, & ita quod breue de visu remansit, quia ecclesia in qua aduocatio petebatur alio modo designari potuit per hoc quod tantundē valuit, scilicet aduocationem ecclesiæ beati Petri: de hac materia de termino sancte. T. anno ij. post guerram in comitatu Cāt. de Abbate de Nutlegh.

¶ 3. Sed cū ius aduocationis ecclesiæ incorporale sit, & per defaltam tenentis aliquando præcipiatur vic. quod illam capiat in manum domi-

domini Regis, cum sit incomparabile, inuisibile, inpalpabile. Et quod palpari non potest, qualiter potest in manum domini Regis capi quod videtur esse impossibile? Responsio. Reuera nullum ius esse poterit sine corpore & subiecto cui adhæreat. Si autem dicatur quod adhæreat fundo vel tenemento in quo ecclesia sita est, tunc videtur prima facie quod capi debeat fundus & per consequens ius aduocationis ecclesiæ illius, sed fundus non capitur, quia ius aduocationis fundo non adhæret immediatè, sed per medium, quod est ecclesia talis, secundum quod cõstruitur lignis & lapidibus, & secundum quod superius dictum est. Ius aduocationis talis ecclesiæ, & non ius aduocationis talis fundi, & ideo cum ius aduocationis adhæreat ecclesiæ dicatur vicecomiti quod capiat ecclesiã in manum domini Regis simplici captione, & per consequens capit id quod inest corpori, sicut videri poterit de iure pascendi & huiusmodi. ¶ 4. Vbi visus iacet? & dico quod iacet generaliter. In primis de omnibus terris petitis per breue de recto aperto, vel per alia breuia clausa in quibus peruenitur ad duellum, & maximè propter sacramentum campionum (vt prædictum est) & eodem modo si ad magnam assisam. Item iacet vbicunque res corporalis petitur, quæ aliter designari non possit, quod certa res deducatur in iudicium, nisi videatur directè vel indirectè: directè dico, vt si terra vel aliqua res corporalis petatur sine pertinentijs propter certitudinẽ corporis, quia tenens per hoc statim scire potest vtrum tale corpus teneat totum vel eius partem vel nihil. Indirectè, vt si alio modo designari possit per id quod tantundem valet quantum valet visus, & per quod certitudo haberi possit quæ & qualis sit res quæ petitur, vt si dicatur: peto tantam terram cum pertinentijs vnde talis nuper obiit seyfitus, vel quam talis nuper warantizauit, vel totam terram quam talis tenet in eadem villa (si plus non tenuerit) vel in com̃ vel in tali loco, vel talem quæ capta fuit in manum domini Regis, & per tenentem replegiata, vel talẽ quam ego vel alius tibi tradidit, vel de qua disseysinã fecisti, vel quã tenes de dono talis, vel de balliuo domini Regis, & huiusmodi. Item iacet in placito Quo waranto, vbi actio datur tam in rem quã in personam ratione pertinentiarum. Et de eschaetis domini Regis de terris Normanniæ. Item iacet de tenementis de quibus aliquis redditus puenit. Et si de redditu petatur, non iacet, nec etiam erit redditus liberum tenementum nisi ex tenementis ius proueniat, quia de camera non, vel huiusmodi. Itẽ iacet visus de tenemento in quo quis cõmuniam petit per breue de recto, & ius pascendi, nisi aliter designari possit vt supradictum est, quia poterit ille qui cõuenitur tenementum habere in quo petens nullam comuniam clamare poterit. Item iacet visus si secta petatur ab aliquo, si plura habeat tenementa in eadem villa, vt sciri possit & certificari ratione cuius tenementi secta petatur, vel cum plures petat non debeat tenens nisi vnam, secundum quod videri poterit de termino s. T. anno Regis H. ij. post guerram in com̃ Kanc. de magistro militiæ templi. Et eodem modo in iuribus quibusdam iacet visus, si res vel loca quibus iura insunt designari non possunt, per id quod tantundem valet, sicut in communia pasturæ & huiusmodi.

De

¶ De irrotulatione post visum concessum. 2. Breuia de visu faciendo. s. de toto. 3. Si de parte vnde dotata fuit. 4. Si ad breue de recto quo iure petatur visus de communia pasturæ. Cap. 17.

Cum autem visus denegari non possit, tunc fiat irrotulatio hoc modo. A petit versus B. tantam terram cum pertinentijs in tali villa ut ius suum &c. vel tantum redditus, vel talem communiam pasturæ, vel quod ei faciat sectam, & huiusmodi &c. Et B. venit & petit visum de tenemento vnde talis redditus prouenit, vel de tenemento in quo clamat talē pasturam, vel de tenemento de quo A. petit sectam & huiusmodi, secundum quod breuia originalia habeat. Dies datus est eis in oct. & interim &c. Et eodem modo si dos petatur vel aliquid per breue de ingressu, tunc sic: A petit versus B. tantam terram cum pertinentijs in tali villa ut dotem suam, vel ut ius suum, et in quam idem B. non habet ingressum nisi per talem &c. Et sic variatur irrotulatio secundum varietatem placitorum, & secundum huiusmodi irrotulationes variantur breuia quæ talia sunt.

¶ 2. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi quod sine dilatione habere facias B. visum de tanta terra cum pertinentijs in N. quam A. de N. in curia nostra coram iustic. nostris apud w. clamat ut ius suum versus prædictum B. & dic quatuor militibus ex illis qui visui illi interfuerint, quod sint coram eisdem iustic. nostris apud w. vel coram nobis vbicunque tunc fuerimus in Anglia, tali die &c. ad testificandum visum illum. Et habeas ibi nomina militum & hoc breue Teste &c. Variantur autem huiusmodi breuia multipliciter, & sic. s. habere facias visum B. de tenemento in tali villa vnde redditus x. solid' cum pertinentijs prouenit, quem redditum A. de N. in curia nostra &c. clamat ut ius suum versus prædictum B. & dic. &c. ut supra vel sic: visum de tanta terra cum pertinentijs in N. vnde B. quæ fuit vxor C. nominatim dotata fuit. ¶ 3. Vel si forte aliquam certam partē & separatam petat pro diuiso, tunc sic: visum de tanta terra &c. quā A. quæ fuit vxor D. in curia &c. clamat in dotē versus eum. Si autē clamauerit tertiā partē incertam & indeterminatā alicuius totius, tunc sic: visum de tanta terra cum pertinentijs &c. vnde A. quæ fuit vxor C. in curia nostra &c. clamat tertiā partem in dotem versus eum. Et dic. &c. Si autem placitetur de communia pasturæ per breue de recto. Quo iure, tunc sic. ¶ 4. Præcipimus tibi quod sine dilatione habere facias A. visum de cōmunia pasturæ in tali villa quā B. de N. clamat ut pertinentem ad liberum tenementum suum in eadem villa, vel in alia, versus eundem A. & vnde idem B. summonitus est in eadem curia nostra ad ostendendum quo iure talem cōmuniam pasturæ clamat in terra ipsius A. desicut idem A. nullam cōmuniā habet in terra ipsius B. nec idē B. ei seruitium facit quare ibi cōmuniā habere debeat, & dic. &c. vel sic. Visum de communia pasturæ in tali villa quā B. in curia nostra coram iustic. &c. clamat versus eundē A. ut pertinentem ad liberum tenementum suum in eadem villa, vel in alia, & vnde idē A. dicit quod prædictus B. nullā cōmuniā ibi habere debet, eo quod idem B. nullam cōmuniā in terra ipsius habet, nec idem ei seruitium facit quare cōmuniā habere debeat, & dic. &c. Et sic sē per formāda erunt breuia de visu secundum formā breuiū originalium. Si autē fieri debeat visus in breui quo war-

DDDd.i.

ranto

ranto teneat quis terram aliquam quę debeat esse eschaeta domini regis, tunc sic: visum de tanta terra cum pertinentijs in tali villa, & vnde idem talis summonitus est ad ostendendum quo warranto tenet tantam terrā cum pertinentijs in tali villa quam nos in curia nostra clamamus versus eum vt eschaetam nostram de terris Normannorum.

1 ¶ *Ad diem datum post visum habitum reinciatur essonium. 2. Si loquela posita fuerit ad magnam curiam de comitatu & contentio fuerit de visu habito vel comitatu. Cap.ii.*

AD alium vero diem post visum concessum & factum, reinciāt partes si voluerint omnia essonia sua, tam petens quā tenens. Et siue venerint siue non, vic. dicere debet iiii. militibus qui visui illi interfuerint, quōd sint ad diem datum ad testificandum visum illum. Ad quē diem siue partes venerint, siue se essoniauerint, cū visus testatus fuerit per quatuor milites visores, sēper stabitur eorum recordo, & si forte essoniū interiectū fuerit, fiat mentio sēper in essonio q̄ visus testatus sit, & si forte testat⁹ non fuerit, & tenēs ad diē suū venerit, & docere possit q̄ visū non habuerit, habebit aliū diē, nisi ipse petens docuerit contrariū, sub piculo ioci partiti. ¶ 2. Cū autē placitū a com̄ translātū fuerit ad magnā curiā, & cū visum habuerit in com̄, obijciatur ei in magna curia q̄ visum habuerit in com̄, inquiratur de petente si de hoc ponere se voluerit super recordū com̄, qui de hoc habet recordum, vel non, & quo casu si petens hoc voluerit, fiat recordū de hoc per com̄, & veniat recordū corā iustic. sed raro cōtingit q̄ petēs eligat viā istā ad placitū suū differendum, cū comodius sit ei iterum visum concedere, quā de visu habito ad inquisitionem per comitatum procedere.

1 ¶ *Qualiter petens debet designare tenenti rem petitam vt sciri possit si illam tenuerit vel non. 2. Si contentio habeatur quantum terre positum fuerit in visu aliquando fit inde iocus partitus. 3. Si fiat inde inquisitio, tunc sic. 4. Habito visu tunc warrantum vocet tenens si voluerit si warrantum habeat. Cap.ii.*

IN visu autem faciendo, tenenti debet petens designare rem petitā omnibus modis quibus poterit, coram illis qui ad hoc conuocātur, tam in corpore ipsius rei quā in eius pertinentijs, cū difficile sit de incerta re certum proferre iudicium. Et talis erit designatio. s. vt si dicatur. Peto tale maneriū per metas & diuisas istas, & tales pertinētias, vt per hoc perpendi possit vtrū tenens totum maneriū cum pertinentijs teneat, vel eius partem, vel nihil. Et sufficit si maneriū petierit cum pertinētijs per certas diuisas, nec oportet glebas manerij circumire, & propter hoc non cadit breue, si forte sit aliquis qui terram tenuerit infra corpus manerij, de qua tenens nihil habuerit, nec in seruicio nec in dominico, dum tamen fiat protestatio a petente, quōd nihil inde clamat in dñico nec in seruitio. ¶ 2. Cū vero de visu factō aliquando inter partes fiat cōtentio, vt si dicat tenens quōd petens plus posuit in visu suo vel minus q̄ in breui continetur: vt de termino s. M. annū regni regis H. decimoquarto incipiente decimoquinto circa principium, sub pœna amissionis fiat inquisitio de veritate, & secundum quod inueniri poterit de termino sanctę Trinitatis anno

anno regni regis H. secundo post guerram in comitatu Wilt. de Galfrido de Chesswicke : cū partes se inde posuerunt in inquisitionem patriæ, & gratis se posuerunt in certas personas, quatuor vel sex, cū quibusdam qui visui interfuerint, tunc veniat inquisitio ad certificandum de veritate per tale breue. ¶ 3. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi quòd venire facias coram iustic. nostris tali die &c. A. seruiemem talis, & attornatum suū in loquela quæ est inter eundem A. talem & talem, de tanto terræ cum pertinentijs &c. Et similiter cum eo A. B. C. D. super quos prædicti tales se posuerunt, & præterea quatuor ex illis qui visui interfuerint, quæ prædictus A. attornatus talis petentis fecit tali tenenti. s. de prato vel terra cū pertinentijs in tali villa, quod pratum vel quam terram, idem talis clamat vt ius suum versus eundem talem, ad certificandum præfatos iustic. nostris quid & quantum prati vel terræ idem A. attornatus .s. ipsius talis petentis. s. posuit in visu suo. Et vnde idem talis tenens .s. dicit quod idem A. non posuit in visu suo nisi tantum prati vel tantum terræ, & in diuersis locis, & tot particulas, & ita se inde interim certificet, quòd præfatos iustic. nostros ad eundem diem plenius inde certificare possunt. Et habeas ibi hoc breue Teste &c. ¶ 4. Habito sic visu, statim perpendere potest tenens vtrum terram petitam teneat, vel eius partem, vel nihil : vt si totā teneat, sic statim ad diem suum respondeat, vel si warrantum habeat, illū vocet qui ipsum in seysina sua defendat. Si autem nihil inde teneat, nec in dominico nec in seruicio, vel nisi eius partem quòd de breui illo recedat quietus. Sed quoniam quandoquè melius erit & tutius tenenti warrantum vocare, quàm in personam suam defensionis periculum suscipere, cū plures forte & aliæ competant exceptiones warranto quàm tenenti, ideo prius tractandum erit de warranto & eius vocatione.

¶ Tractatus quartus

Libri quinti, in quo tractatur de Warrantia.

(. .)

- 1 ¶ De warranto vocato post visum. 2. Quid sit warrantizatio. 3. Quis possit warrantum vocare & de qua causa. 4. Quare debeat warrantizare. 5. Quis vocari debet ad warrantizandum. 6. Si minor vocatus fuerit ad warrantum. 7. Maritus vocat uxorem ad warrantum quandoquè. Cap. i.



Vm autem tutius sit warrantum vocare tenenti, quàm in propria persona subire defensionem, cū ex persona sua propria ad actionem omnino elidendam, vel ad tempus differendam non competit ei exceptio pemptoria vel dilatoria, tunc si warrantum habuerit, illum statim vocet, aliquando per auxiliū curiæ, aliquando sine, secundum quod warrantus fuerit sub potestate

DDDD. ij.

vocan-

vocantis, & ita quòd illum sine auxilio habere possit, vel secundum quod fuerit sub alterius potestate quòd illum sine auxilio pducere non possit. Sub alterius potestate dico, sicut sub potestate domini regis, siue in regno Anglię siue in Hibernia, siue in wallia, in aliqua parte quę sit sub potestate & dominio domini Regis. Si autē fuerit qui vocatus est extra potestatem domini regis, in vanum vocabitur per auxilium, quia tunc necesse habet tenens illum producere per se, si possit, alioquin amittet.

¶ 2. Inprimis videndum erit quid sit warrantizatio. Et sciendum quòd warrantizare, nihil aliud est, quàm defendere, & acquietare tenentem qui warrantum vocauit in seysina sua, quia quamuis warrantus warrantizauerit, non tamen propter hoc transfertur seysina ad warrantum, nec aliquid aliud nisi defensio rei petitę, quę quidem defensio, cum semel ad warrantum translata fuerit, postmodum resumere non poterit a tenente, sed omnia procedent sub nomine warranti, nec cum warrantus warrantizauerit, rem warrantizatam reddere potest petenti contra voluntatem tenentis, vel sine iudicio, quia defendere non est reddere sine voluntate tenentis, quin ei fiat disseysina. Sed cum voluntas tenentis vel iudicium interuenerit, tunc statim & non ante transfertur seysina rei petitę ad petentem, & tenens de re warranti excambium habeat ad valentiam.

¶ 3. Videndum etiam quis possit warrantum vocare, et qua de causa. Et sciendum quòd warrantum vocare poterit omnis qui non prohibetur, sicut ille qui rem aliquam corporalem habuerit, sicut terram, & tenementum ab aliquo ex quocunque iusto titulo vel iusta causa acquirendi, sicut ex causa donationis vel vēditionis vel pmutationis & hmoi, cū charta de warrantia expressa & homagio aliquando, nisi in eadē charta exprimat, ¶ non obstante homagio si donator ad warrantū vocat⁹ fuerit non teneat ad warrantiā, nec ad excambiū, & sic vincit conuentio legē. ¶ 4. Itē tenet quis warrantizare quandoq; ppter homagiū, etiam sine charta, & siue sit maior siue minor, dum tamen ante ætatem minor qui vocatus fuerit non respondeat ad warrantiam. Et idem dici poterit de iuribus, sicut de custodijs & maritagijs & huiusmodi. De hoc autem quòd dicitur omnis qui non prohibetur, quia non potest quis warrantum vocare in pñali actione, vbi quis conuincendus fuerit ex delicto, vel iniuria propria, & vbi fuerit pœna corporalis infligenda, cum pœna suos tenere debeat actores, & non alios. ¶ 5. Item videndum est quis vocari possit ad warrantum. Et sciendum quòd tam masculus quàm foemina, tam minor quàm maior, dum tamen (vt prædictum est) si minor vocetur remaneat placitum de warrantia in suspenso vsquē ad ætatem, nisi causa fuerit ita fauorabilis quòd ætas expectari non debeat, sicut ex causa dotis. Item non solum vocandus est ad warrantum ille qui dedit vel vendidit, verum etiam vocandi sunt eorum hæredes descendentes in infinitum, propter verba in chartis contenta. Ego & hæredes mei warrantizabimus tali & hæredibus suis &c. Et in quo casu, tenentur hæredes warrantizare siue sint propinqui siue remoti, remotiores vel remotissimi. Et quod de hæredibus dicitur, idem dici poterit de assignatis, & de illis qui sunt loco illorum hæredum, sicut sunt capitales domini qui tenentibus suis quasi succedunt,

cedunt, vel propter aliquem defectum, vel propter aliquod delictum, sicut de eichaetis dominorum. Et quod assignatis fieri debet warrantia per modum donationis: probatur in itinere w. de Ralegh in comitatu warf circa finem rotuli, et hoc maximè, si primus dominus capitalis, & primus feoffator, ceperit homagium & seruitium assignati. ¶ 6. Si autem minor fuerit vocatus ad warrantum, de aliqua libertate, siue per se, siue cum alijs, semper inquiratur in primis vtrum antecessor minoris seysitus fuit de tali libertate vt de feodo anno & die quo fuit viuus & mortuus, ad hoc quod detur dilatio warrantia vel non detur. Item vocari poterit ad warrantum, & vocare tam ille qui tenet ad vitam, sicut ille qui tenet in feodo, et eodem modo ille qui tenet ad terminum annorum. Et quod ille potest qui tenet ad terminum quamuis ratio se habeat in contrarium, probatur in itinere w. de Ralegh in comitatu warf de quadam Sibilla, quæ dotem petijt circa finem rotuli. ¶ 7. Maritus vxorem recte vocat ad warrantum etiam sine auxilio curia, (nisi ita sit quod foemina quæ de costa viri sumpta fuit, caput excedens, viro suo dominetur) si vxor in breui non nominetur, vt si recognitum fuerit vel conuictum quod vir nihil teneat nisi nomine vxoris suæ, quis secundum quosdam potius deberet cadere breue illud: aliud tamen erit (vt videtur) si donationes factæ fuerint ante matrimonium cum seysina & vsu per aliquod tempus, quod secus est constante matrimonio. Et quo casu, vir recte vocat vxorem sicut aliam quamcunque personam, & cum warrantizauerit, & vir amiserit, vxor tenebitur ad excambium, quod non est in primo casu. Si autem e contrario, si vir vxori donationem fecerit ante matrimonium, & vxor per se sine viro implacitetur, non magis sine viro respondebit quam de alia hæreditate sua, & ipsum (vt videtur) vocare poterit ad warrantum, & si amiserit quod vir teneatur ad excambium, secundum quod dicitur de vxore. Cum autem vir & vxor simul implacitauerint & petant, & vir attornatus fuerit vxoris, & ille qui tenet postmodum vxorem vocauerit ad warrantum, oportebit quod ipsa iterum compareat in curia, & attornatum faciat virum suum vel alium in placito warrantia, quia vir non est attornatus in placito illo quamuis in placito principali: secundum quod videri poterit de Itinere M. de Pateshull in comitatu Eborum anno regni regis Henrici decimo de Petro de malo lacu & Izabella vxore eius, & Iohanne de Besacre. Et sic fiat in omni placito cum tenens warrantum vocauerit quod petens faciat attornatum de nouo, quod quidem non est de tenente.

1. ¶ Quibus modis obligatur quis ad warrantizandum. 2. Si minor vocatus fuerit statim ostendat tenens chartam vel aliud. 3. Aliquando sine charta ostensione. 4. Aliquando per homagium. 5. Si vocatus ad warrantum homagium negauerit. 6. Per cyrographum & finem factum. 7. Item tacite vel expresse. 8. Si dominus capitalis ad quem terra peruenerit vt eschaeta vel alio modo cum non sit heres, quia res transit cum onere. 9. Si Rex debeat warrantizare, dicere poterit, q. sine Rege respondere non poterit. 10. Quod nullus vocat Regem ad warrantum nisi teneatur ad excambium. Cap. 2.

Item

Lib. v. De warrantia.

Item quis vocare debeat & warrantizare & cui dictum est. Nunc videndum qualiter & quibus modis quis obligetur ad warrantiam siue maior siue minor. Et sciendum quod per homagium, & finem factum, & per chartarum siue per aliorum instrumentorum obligationem. Per instrumentorum obligationem verbi gratia. A. vocat B. ad warrantum versus C. B. summonitus petit quod A. ostendat ei qua ratione vocauerit eum ad warrantum. Et si A. statim proferat chartam ipsius B. vel patris sui, vel alterius antecessoris sui cuius hæres ipse fuerit, & quæ dedici non possit. Et si A. talis sit hæres quod ei warrantizari debeat, vt si sit hæres eius qui feoffatus est per chartam illam, vel eius assignatus, vel hæres assignati, cum charta de assignatis fecerit mentionem. Et eodem modo si de illis quibus feoffatus dare voluerit, vendere vel legare, & charta fecerit mentionem de warrantizatione & puro feoffamento, tunc oportebit quod idem B. statim warrantizet, & incontinenti ad melius quod poterit respondeat. Et idem quod dicitur de charta, dici poterit de confirmatione, si confirmatio ad warrantizationem obligauerit confirmantem. ¶ 2. Si autem minor infra ætatem existens vocatus fuerit ad warrantum, & cõstiterit quod minor sit, ne friuola sit vocatio, ille qui vocat statim in ipsa vocatione ostendat chartas suas vel aliud, per quod præsumi possit quod minor teneatur ad warrantiam siue præsens fuerit siue absens, quia hec poterit esse ratio cum sint nonnulli de iure suo diffidentes, cum aliud remedium non haberent ad litem protrahendam, nisi minorem ad warrantum vocarent. Quod etiam de quolibet maiore dici posset warrantum vocante maiorem vel minorem. In assisis vero omnibus vbi si vocans de warranto suo defecerit, nulla alia subsequetur poena in odium defaultæ, nisi quod per defaultam capiatur assisa. Cum autem a vocante warrantum, ostensæ fuerint chartæ & instrumenta, tunc videndum erit vtrum pater vel alius antecessor minoris (si seruitium petatur) fuerit in seysina de seruitio illo, anno & die quo fuit viuus & mortuus. Et si ita fuit seysitus, tunc statim warrantizet suo feoffato, sed loquela principalis inter petentem & minorem qui warrantizauit tenenti vsq; ad ætatem warranti remanebit sine die: secundum quod probatur de Itinere Abbatis de Radinge & M. de Pateshull in comitatu warf. de Egidio de Erdinton qui summonitus fuit ad warrantizandum w. de Norf. Et quia pater ipsius Egidij obiit seysitus de seruitio ipsius W. postquam ipse E. warrantizauit ipsi W. remansit loquela principalis sine die versus petentem vsq; ad ætatem E. et sic minor infra ætatem warrantizabit suo feoffato & tenenti propter seysinam antecessoris de seruitio quod recepit a suo feoffato anno & die quo obiit. Si autem antecessor seysitus non fuit anno & die &c. tunc minor infra ætatem nec ad warrantiam nec ad principale placitum respondebit. ¶ 3. In casu tamen poterit minor vocari ad warrantum & summoniri sine chartæ ostensione, si infra ætatem vocatus fuerit ad warrantum ab aliquo suo tenente, ratione alicuius tenementi de quo infra ætatem feoffatus fuerit tenens, quia in vtroque placito tam warrantiæ quam principali respondebit. Et vnde cum minor sic vocatus fuerit ad warrantum, inquirendum erit vtrum tenementum ratione cuius vocatus est ad warrantum, sit hæreditas descendens vel per-

perquisitum, et quod dicitur de seruitio dici possit de homagio. 4. ¶ Per homagium vero captum obligatus est dominus ad warrantiam qui homagium cepit, quia esto quod tenens nullam chartam habuerit, vel cum habuerit, illam non habeat ad manum, siue feoffamentum illud fuerit nouum vel vetus, sicut a conquestu Angliæ, de quo raro contingit quod chartæ proferantur, si homagium interuenerit, & hoc probari possit, capitalis dominus sine charta warrantizabit. Et si forte dicat quod sine charta warrantizare non debeat, responderi poterit a tenente sic. Tu teneris michi terram petitam warrantizare, quia ego sum inde homo tuus, & tu inde homagium meum recepisti, et in feysina es de seruitio meo, & pater meus & antecessores patris mei inde fuerunt homines antecessorum tuorum. Et quod ita sit, producat sectam sufficientem, viuam vocem, vel aliquem qui paratus sit hoc disrationare per corpus suum si opus fuerit. Et si ille qui vocatus est hoc deducere non possit, sine charta warrantizabit, & hoc nisi ille qui vocatus est docere possit homagium esse conditionale s. salvo iure cuiuslibet in suo casu. ¶ 5. Si autem vocatus homagium illud omnino negauerit & defenderit, tunc iustic. audiant probationes tenentis qui se probare possit quod sit homo talis, & quod ipse talis homagium suum ceperit, vel antecessorum suorum in forma prædicta, per iudicium warrantizabit. Sed cum propter homagiū vocetur aliquis ad warrantum quod deduci non possit, nunquid poterit dominus pro voluntate sua homagium tenentis sui wayuiare & sic de warrantia euadere? nō, quia ex hoc tale sequeretur incōueniens, quod p. minimo seruitio magnum quid warrantizaret tenenti suo. Poterit tamen tenens quando voluerit tenementum suum wayuiare vel illud dño suo restituere simul cum homagio & ex causa. ¶ 6. Obligatur etiam quis ad warrantiam per cyrographum & finem factum, ita quod si A. proferat cyrographum de fine facto in curia domini regis inter ipsum & B. vel eorum antecessores quorum hæredes ipsi sunt, tunc secundum illud cyrographum (quod de facili deduci non poterit) fiet iudiciū de warrantizatione, in forma tamen supradicta de minore, si minor ad warrantū vocatus fuerit .s. si anno & die &c. Sed nonne tenet minor infra ætatē ad finē factū respondere etiā est non anno & die, & de hoc dicitur inferius de exceptionibus. ¶ 7. Non solū obligatur persona feoffatoris (vt prædictū est) & rationibus prædictis, poterit etiā tenementū obligari cū persona tacite vel expresse. Expresse, vt si quis ita dicat, in charta donationis quod ipsi & hæredes sui warrantizabunt donationē suā ex tali certo tenō quod tunc tenent ad quēcūq; postmodū peruenerit, & sic remanebit res expresse obligata ad warrantiā, vt probat in rotulo de termino P. añ regis H. decimosexto in com̄ Midd. de Alic. de warf & de R. de Renge, vbi Alic. warrantizauit per iudiciū cur̄ qui habuit tenētū literaliter & specialiter obligatū. Tacite, vt si feoffator tēpore donationis satis habuit vnde warrantizet etiā sine expressione, id qd̄ tūc habet remanet obligatū, quia nō valet obligatio personæ, nisi habeat si opus fuerit vnde possit excambium facere. Et per hoc sic obligatur tenementum tacite ¶ 8. Sed quid si tenementum sic obligatum tacite vel expresse, propter defectum vel propter delictum feoffatoris tanquam eschaeta deueniat in manum domini Regis vel capitalis dñi superioris?

Quæro

Quero an ille teneatur ad warrantiam cum ad warrantum vocetur & videtur quod sic, quia res cum homine transit ad quemcumq; ¶ 9. Poterit etiam ipse rex inter alios ad warrantiam obligari rationibus supradictis, sed tamen non potest vocari sicut vocantur priuatae personae, quia summoneri non potest per breue, et ideo dicere poterit ille cui rex warrantizare debeat, cum quadam curialitate, sic: quod sine rege respondere non poterit, eo quod habet chartam suam de donatione vel confirmatione, per quam si amitteret, Rex ei teneretur ad escambium, vel alia ratione, quod ipse rex est in seysina de homagio & seruitio suo & huiusmodi, & quoniam ita fieri solet multotiens quod tenens sine rege respondere non poterit, ut litem protraheret ratione cuiuslibet chartae quam proferret in iudicio de confirmatione, prouisum fuit & concessum coram ipso rege in dedicatione Abbathie de Hayles in praesentia ix. episcoporum, & coram comite Richardo & aliis pluribus comitibus sic. ¶ 10. Quod nullus de cetero regem nominet in iudicio (ut praedictum est) nisi ita sit quod rex teneatur ad escambium, si tenens amiserit, & secundum quod tunc iudicatum fuit inter Comitem Gloc. & Abbatem s. Edmundi, quia chartae Abbatis per quas dicebat quod sine rege respondere non potuit, loquebantur tantum quod rex reddidit, concessit & confirmauit, & de nulla warrantia per quam teneretur ad escambium si Abbas amitteret. Et sciendum quod nihil aliud est dicere, non possum sine rege respondere, quam vocare ipsum ad warrantum, licet per alia verba.

- 1 ¶ Quod warrantus debeat designare proprio nomine si possit vel quod tantundem valeat
2 Si warrantus de dote feloniam fecerit & inter duos capitales dominos de eschaeta consentio habeatur. Cap. 3.

Cum autem quis warrantum vocauerit, debet warrantum suum designare proprio nomine si possit si fuerit in rerum natura, Si autem in vtero matris, aliud erit dicendum, quia si in nomine erratum fuerit siue in persona, tenens de facili poterit amittere, vel si ita vocauerit: voco filium talis sine expressione nominis, non valet talis vocatio, cum talis plures habuerit filios, valet tamen si non nisi unum. Si autem ita vocauerit: voco talem filium & haeredem talis, valet talis vocatio, licet haeredes plures habeat remotos & propinquos, quia hoc de propinquiore erit intelligendum. Sed quid si plures appareant qui se faciunt haeredes, nec appareat quis eorum propinquior, videtur quod sub distinctione vocandus erit warrantus, ut si dicatur. Voco talem vel talem quicumque eorum haeres fuerit talis, vel si haeres in vtero fuerit sic, & ubi vxor petierit mitti in possessionem nomine ventris ut si dicatur: voco talem proprio nomine qui apparens est, vel illum qui in vtero est, nisi ad monstrum declinauerit, vel in vtero mortuus fuerit, & semper exprimi debet causa quae dubitationem inducit, vel incertitudinem: ut si dicat istum vel illum quicumque istorum obtinuerit, sicut inter auunculum & nepotem legitimum, & bastardum & huiusmodi. Sufficit enim si tantum faciat quantum facere potest, cum vterque se gerat pro haerede. Et hoc fieri possit (ut videtur) ad simi-

militudinem exheredationum, quia si quis debeat exheredari, nominatim debet exheredari, & eodem modo warrantus nominatim vocari. Ut si dicatur Titius filius meus exheres esto. Item valet exheredatio & sufficit si dicatur, filius meus exheres esto, non adiecto proprio nomine, maxime si alius filius non existat, quia non refert utrum quid fiat vel quod tantundem valeat. Cum autem sit aliquis qui se facit heredem & hereditatem petierit, & mulier similiter si petat mihi in possessionem nomine ventris, vel cum plures se faciant heredes, nec constare poterit quis eorum heres propinquior & rectior sit propter dubium euentum, & cum nullus warrantizare teneatur ante hereditatis aditionem, tutius & melius est warrantiam suspendere quousque inde haberi poterit certitudo & constiterit de veritate ad similitudinem istius casus. ¶ 2. Quia esto quod quis implacitatus fuerit de duabus partibus alicuius manerij, & mulier de tertia parte quam tenet nomine dotis & unde talis est warrantus de dote sua, & pendente placito quod ille qui tenuerit duas partes feloniam fecerit, & vlagatus fuerit antequam mulier de tertia parte eum ad warrantum vocauerit, & cum illae duae partes ratione termini sui fuerint in manu domini regis, & inter duos dominos de eschaeta contentio habeatur, nec sciri posset quis eorum debeat obtinere, loquela mulieris ponitur & remanebit sine die, vel ad diem diffusum & in suspensio, quousque inde habeatur certitudo: ut de Itinere ultimo w. de Ralegh in comitatu warri circa fine rotuli. Et ita (ut videtur) fieri deberet de praemissis. Item cum plures vocati fuerint ad warrantum erratum fuerit in nomine vnus vel plurium, perinde habendum erit (ut videtur) cum sint quasi vnum corpus ac si erratum esset in nominibus omnium, sicut videri poterit de pluribus petentibus vel pluribus tenentibus:

- 1 ¶ Si quis warrantum vocauerit qui sit sub potestate sua licet auxilium petierit non habebit auxilium curiae. 2. Item si talis qui non fuerit sub potestate regis, sed ipsum producat si possit. 3. Si warrantus fuerit infra libertatem alicuius vbi non currit breue Regis. 4. Breue si sine auxilio produci non possit. 5. Si minor vocatus fuerit ad warrantum de dote vel in placito de recto, tunc summonetur custos eius. 6. Si heres qui vocatus sit ad warrantum nihil teneat de hereditate materna, sed paraster suus, tunc summonetur vterque, siue heres fuerit maior siue minor.

Cap. 4.

Cum autem quis vocatus fuerit ad warrantiam qui fuerit sub potestate vocantis, licet auxilium curiae petierit, auxilium non habebit, quem quidem si non produxerit, amittere poterit de facili. ¶ 2. Si autem warrantus extra suam potestatem fuerit, & in potestate regis ubicumque, auxilium habebit. Si autem extra potestatem regis, cum Rex, ipsum producere non possit, auxilium non habebit, & ideo producat eum qui vocauit vel rempetitam amittat. ¶ 3. Si autem sit aliquis qui talem libertatem habeat, quod breue regis ibi non currat propter dominum regem qui sibi libertatem concessit, mandetur domino libertatis quod warrantum distringat, quod si non fecerit, distringatur ipse per terras suas extra libertatem quod warrantum producat. Si autem terras extra non habuerit, tunc non obstante libertate apponat Rex manum in defectum ipsius, ita quod ius non deficiat, cum autem warrantus sine

EEEce.i.

auxilio

auxilio p̄duci nō possit, tūc fiat br̄e de sūmonendo warantū in hac forma.

¶ 4. Rex vic. salutem. Summoneas p̄ bonos sūmonitores A. quōd sit coram iustic. &c. tali die ad warrantizandū B. tantū terræ cū ptinentijs in tali villa quā E. in eadē curia corā eisdē iustic. &c. clamat vt ius suum versus prædictum B. & vnde idem B. in eadem curia nostra coram eisdē iustic. nostris vocauit ipsū A. ad warrantū versus prædictum E. & habeas ibi sūmonitores & hoc br̄e Teste &c. vel aliter: ad warrantizandū B. custodia terræ quæ fuit E. & quam D. in curia nostra &c. clamat versus eundē B. ratione filij & hæredis ipsi⁹ E. quæ habet in custodia sua de dono I. regis patris nostri, vt dicit. Et vnde idem B. vocauit ipsū A. ad warrantū versus ipsū D. & habeas &c. vel aliter: ad warrantizandū tantum terræ B. &c. & vnde idē B. sūmonitus est in curia nostra coram nobis ad respondēdū nobis quo warranto tenet tantū terræ vel quid tale quod nos clamamus vt ius nostrū vel eschaetā, & huiusmodi, & in omni casu generaliter vbi iacet warranti vocatio, fiat mētio in breui de sūmonitione de forma placiti, & de modo petitionis in breui originali contento, siue tēntum petatur sicut terra vel redditus, vel quod ad tēntum petineat, sicut aduocatio ecclesiæ, ius pacendi, siue pastura, rationale estoueriū, iter vel actus & huiusmodi, vel quod ad aliquam pertineat ratione tēnti, sicut seruitium, releuium, custodia, & maritagium.

¶ 5. Si autem minor vocandus sit ad warrantum in placito aliquo, siue super recto ipso siue super dote, tunc fiat breue de sūmonendo custodem, quōd sit ad certum diem, & ibi habeant hæredem ad warrantizandū. Rex vic. salutē. Summoneas p̄ bonos sūmonitores A. custodē B. filij & hæredis C. & D. custodem terræ eiusdem hæredis quōd sit coram iustic. nostris tali die, & ibi habeat hæredē prædictum ad warrantizandum E. tantū terræ cū ptinentijs in tali villa quod prædictus A. in curia nostra &c. clamat vt ius suum vel in dotem versus eundem B. & vnde idem A. in eadem curia nostra coram iustic. nostris vocauit prædictum hæredem ad warrantum versus eum. Si autem vnus & idem habeat tam custodiam terræ quā hæredis, tunc summoneatur sine alijs, quōd sit & habeat hæredem. Si autem hæres aliquis teneatur ad warrantiam qui nihil tenuerit de hæreditate matris, ratione cuius vocatus est ad warrantum, sed paraster vel antecessor suus ad vitam suam, per legem Angliæ, & cū hæres in curia respondit post summotionem ei factam quōd nihil tenet de prædicta hæreditate matris suæ, sed paraster suus, propter hoc non differatur warrantia ad vitam parastri, sed summoneatur paraster, quōd sit &c. ad audiendum considerationem curiæ de prædicta warrantia, vel ad warrantizandū cum prædicto hærede per tale breue.

¶ 6. Rex vicecom̄ salutem. Summoneas per bonos sūmonitores A. quōd sit coram iustic. &c. ad audiendum considerationem eiusdem curiæ nostræ, de warrantia tantæ terræ cum pertinentijs in N. quā B. in curia nostra &c. clamat vt ius suum versus E. vel sic. Ad warrantizandum B. simul cum C. filio & hærede talis mulieris, scilicet tantam terram cum pertinentijs in N. quam B. in eadem curia nostra coram eisdem iustitiarijs nostris &c. clamat vt ius suum versus Edwardū & vnde idem Edwardus in eadem curia nostra &c. coram eisdem iustitiarijs vocauit

vocavit inde ad warrantum prædictum B. versus eundem E. Et vnde idē C. dicit quòd nihil tenet de hæreditate talis matris suæ, nec ad warrantiã illam respondere potest, sine prædicto A. qui hæreditatem illam tenet ad vitam suam per legem Angliæ.

- 1 ¶ Quod quis potest se effoniare. 2. Si defaultam fecerit capiatur terra in manū domini regis. 3. Breue ad capiendam terrã in manū dñi regis per defaultam, ad valentiam super warrantū, magnū Cape. 4. Si terra petita fuerit in vno comitatu & terra warranti in alio, tunc fiat exensio per tale breue. 5. Breue de capiendo terram pro defectu. 6. Si de aduocatione ecclesie vocetur warrantus, tunc capiatur terra ad valentiam & estimetur aduocatio, vt sciri possit quãtū capi debeat. 7. Breue q. capiat tãtã terrã quã sit de hæreditate. 8. Si mulier dotē petierit & minor vocatus ad warrantū et custos defaultã fecerit, capiatur de terra minoris pro defectu custodis. 9. Si minor vocatus fuerit ad warrantū cū parastre & vterq. eorū defaultã fecerit, vel vterq. eorum tantum, capiatur de terra minoris ad valentiã terre petite. 10. Si plures warranti defaultam fecerint. 11. Si warranti manentes fuerint in diuersis comitatibus & pro ea parte quam quislibet tenuerit facta prius estimatione. Cap. 5.

AD diem vero summonitionis legitimæ quindecim dierum poterit quislibet eorum se effoniare si voluerit, petens, tenens, & warrantus simul, vel vicissim, ita quòd quislibet eorū habeat vnicum effonium secundum quod superius dicitur de effonijs. ¶ 2. Et si ad diem summonitionis fecerit petens defaultam, præsentē tenente, & se liti offerente, recedat tenens quietus de breui illo, secundum quod superius plenius dicitur de defaulta. Et eodem modo si tenens, tunc capiatur terra in manum domini regis vt supra. Si autem warrantus defaultam fecerit præsentibus tam petente, quàm tenente, & antequàm warrantus in curia comparuerit capiatur de terra warranti in manum domini regis ad valentiã terræ petite si warrantus terram habuerit in eodem comitatu. Et idem si tenens se effoniauerit, & sic fiat irrotulatio. A. tenens scilicet vel A. effonior tenentis optulit se quarto die versus B. de placito quòd idem B. warrantizet ei tantum terræ cum pertinentijs in tali villa, quam C. clamat vt ius suum versus eum, & vnde idem A. in curia &c. vocauit ipsum B. ad warrantum versus prædictum C. & prædictus B. non venit & summonitio &c. Iudicium. Capiatur terra in manum domini regis de terra ipsius B. ad valentiam &c. & dies &c. & B. summonetur quòd sit tali die responsurus & ostensurus &c. vt supra de defaultis. Idem dies datus est tali petenti in banco. ¶ 3. Rex vicecom̄ salutem. Cape in manum nostram per visum legalium hominum de comitatu tuo de terra in balliua tua p defaulta ipsius A. ad valentiã tantæ terræ cū pertinentijs in tali villa quòd B. de N. in curia nostra &c. clamat vt ius suum versus C. & vnde idem C. in eadē curia nostra coram iustic. &c. vocauit eundē A. ad warrantum versus eundē B. & diem captionis &c. Et summeas per bonos summonitores prædictum A. quòd sit &c. vt supra. Et idem dies dabitur tam petenti quàm tenenti si præsentēs fuerint personaliter, vel per attornatos vel per effoniatōres si se effoniauerint. Si autem in eodem com̄ vbi terra petitur, nō habeat warrantus terram cū defaultam fecerit, de qua capi possit ad valentiam sed in alio, nec constare poterit quantum terræ vicecom̄ capere debeat

EEEe.ij.

debeat in suo comitatu in manum domini regis, quia nescit de valore terræ petite in alio comitatu, oportet igitur quod prius fiat extensio de terra petita, & facta extensione mandetur vicecom̄ de alio com̄ quantū terrę capere debeat per defaultam warranti per tale breue, per quod fiat extensio. ¶4. Rex vicecom̄ salutem. Præcipimus tibi quod assumptis tecum duodecem tam militibus quàm alijs liberis, legalib⁹ & discretis hominibus de visneto tali in propria persona tua accedas ad talem locum & per eorum sacramentum extendi facias & appreciari tantam terram in tali villa &c. vel aliter & breuiùs. Præcipimus tibi quod per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu tuo extendi facias & appreciari tantam terram cum pertinentijs in tali villa quam talis in curia nostra clamat &c. Et vnde idem talis vocauit talem ad warrantum &c. Et extensionem illam & appreciationem scire facias tali die vel sine dilatione euidenter, distincte & aperte per litteras tuas sigillatas & per duos legales & discretos homines ex illis per quos extensio illa & appreciatio facta fuit. Et habeas ibi hoc breue & nomina eorum per quorum sacramenta extensionem & appreciationem illam feceris Teste &c. Et cum per extensionem constiterit de valore, tunc primùm præcipiatur vicecom̄ vbi warrantus terram habet quod capiat in manum domini Regis ad valentiam per hoc breue. ¶5. Rex vicecomiti salutem. Cape in manum nostram per visum &c. de terra talis per defectum ipsius talis ad valentiam centum solidatarum terræ po vna carucata terræ cum pertinentijs in tali villa in tali comitatu quam talis in curia nostra &c. clamat vt ius suum versus talem, & vnde idem talis vocauit &c. & diem &c. & sumoneas talem quod sit ad talem diem &c. Teste &c. Quandoquē tamen sine tali inquisitione facienda, estimetur terra quæ petita est secundum solam assertionem petentis & capiatur in alio comitatu ad valentiam, vt si tenens retinuerit, non erit necesse vltteriùs procedere, si autem amiserit, tunc procedatur ad veram inquisitionem, quod prius non erit necesse, vt de termino Paschæ anno Regis Henrici decimo quarto.

¶6. Cùm petatur aduocatio & tenens warrantum vocauerit qui defaultam fecerit, tunc de terra warranti capiatur ad valentiam in manum domini regis, siue warrantus manens fuerit in eodem comitatu, siue in diuersis. Sed quoniam incertum erit quantum capi debeat de terra warranti, nisi prius constiterit de valore aduocationis, in primis estimanda erit ecclesia, & per consequens sciri poterit quantum valeat aduocatio. Extensio quidem aduocationum talis esse debet in partitionibus faciendis inter cohæredes, quod si ecclesia valeat viginti marc. plus vel minus, pro qualibet marca in extensione facienda computetur redditus duodecem denarioꝝ, sicuti p viginti marc. viginti solidi, & facta sic extensione, capiatur pro defaulta warranti ad valentiam per hoc breue. ¶7. Rex vicecom̄ salutem. Cape in manum nostram per visum &c. de terra talis mulieris in balliua tua, quæ sit de hæreditate eius, cum forte aliam terram habuerit, simul cum hæreditate, sicut nomine dotis, pro defectu ipsius mulieris, ad valentiam viginti solidatarum redditus cum pertinentijs pro aduocatione talis ecclesiæ quam A. in curia nostra &c. clamat vt ius suum versus

sus B. Et vnde idem B. in eadem curia vocauit ipsam ad warrantum
 versus prædictum A. & diem &c. Summoneas &c. Teste &c. Cùm autem
 mulier dotem petierit vel aliud tenementum, vel quid tale vt ius suum
 versus aliquem qui minorem vocauerit ad warrantum, si minor vel eius
 custos defaultam fecerit vbicunq; terra fuerit, habita tamen extensione
 (vt prædictum est) capiatur de terra minoris pro defectu custodis ad va-
 lentiam terræ petitæ per tale breue ¶ 8. Rex vicecom̄ salutem. Cape in
 manū nostram per visum &c. de terra talis filij & hæredis talis qui est in-
 fra ætatem & in custodia talis pro defectu ipsius custodis ad valentiam
 tantæ terræ cum pertinentijs, vel tertiæ partis tantæ terræ cum pertinen-
 tijs in tali villa, vel in com̄ tali, quam tertiam partem, talis quæ fuit vxor
 talis in curia nostra &c. clamat in dotem versus A. & vnde idem A. in ea-
 dem curia nostra coram &c. vocauit eundem talem qui est infra ætatem
 ad warrantum versus eum & diem &c. summoneas &c. Teste &c. ¶ 9.
 Si autem vocatus fuerit ad warrantum (vt prædictum est) ille qui nihil
 habuerit de hæreditate materna, nec sine parastre respondere poterit, si-
 ue vterquè defaultam fecerit siue alter ipsorum, capiatur de hæreditate
 materna ad valentiam terræ petitæ per defaultam per tale breue. Sed re-
 fert vtrum per paruum cape vel per magnum, cùm vnus in curia compa-
 ruerit & alius non. Sed videtur quòd per magnum vbi ambo defaultam
 fecerint, cùm ipse qui in curia comparuerit se defendere possit per le-
 gem, & cùm sint odiosa restringenda. Cùm autem vnus eorum tantum
 defaultam fecerit, tunc vtrum sit vel sic, certum erit quod terra hæredis.
 Si autem vnus sit custos terræ & hæredis simul vel vnus custos terræ & a-
 lius custos hæredis, in quo casu vltimo, õnes sūmonendi sūt in vno bre-
 ni quotquot sunt custodes & habeant heredem. Si autē paraster, per legē
 Angliæ quasi custos est. Rex vicecom̄ salutem. Cape in manū nostrā
 per visum &c. de terra quam A. tenet ad vitam suam per legem Angliæ &
 quæ est de hæreditate B. filij & hæredis talis mulieris, & ad ipsum reuer-
 ti debet post mortem prædicti A. ad valentiam tantæ terræ cum perti-
 nentijs in prædicta villa quam C. in curia nostra &c. clamat vt ius suum
 versus D. Et vnde idem D. in eadem curia nostra &c. vocauit inde ad
 warrantum prædictum A. simul cum prædicto B. versus eundem C. &
 quòd idem B. dicebat quòd nihil tenuit de hæreditate prædicta matris
 suæ, sed prædictus A. per legem Angliæ, sine quo de prædicta warran-
 tia non potuit respondere & diem &c. & summoneas &c. Teste &c.
 ¶ 10. Quòd autem de vno waranto dicitur, dici potest de pluribus si plu-
 res defaultam fecerint, secundum quod terras habuerint in vno com̄ vel
 diuersis, & vbi si in diuersis com̄, sūmoneantur sic. Rex vicecom̄ salutem.
 Sūmoneas p bonos summonitores A. quòd sit coram iustic. &c. ad war-
 rantizadū B. de N. simul cū C. de tali com̄ tantū terræ cū ptinentijs in tali
 villa &c. vt supra. Et sic de tribus vel plurib⁹ warratis, & si õnes defaulta fe-
 cerint, de terris õniū capietur ad valentiā, secundū quod tenuerint p di-
 uiso vel p indiuiso, & facta extensione, secundū quod fuerint õnes in vno
 com̄ vel diuersis. ¶ 11. Si autē vnus ex pluribus warrantis defaultam fece-
 rit ante apparitionem, & alij cōparuerint, absentia vnus non erit dānosa
 alijs,

alijs, quod non est in viro & vxore, sed illi qui præsentés fuerint defendant causam suam, sed pro defectu absentis capiatur de terra ipsius in manum domini regis ad valentiam pro ea parte quæ ipsum contigerit de warrantia facienda, facta tamen prius estimatione quantum valeat terra quæ petita est a tenente, & fiat tale breue. Rex vicecomiti salutem. Cape in manum nostram (per omnia vt supra) vsquè ad clausulam illam, scilicet: Et vnde talis in eadem curia vocauit talem ad warrantum versus talem petentem cum A.B.C. cohæredibus & participibus suis Teste &c. Et si talis ad secundum diem non venerit, amittet terram suam captam in manum domini regis per iudicium, & saluæ erunt alijs exceptiones & responsiones suæ.

- 1 ¶ Si warrantus ad secundam summonitionem post captionem nec primo die nec secundo nec tertio nec quarto comparuerit. 2. Quod petens recuperabit seysinam per defaultam. 3. Cum tenens amiserit quia warrantus non potest eum defendere in seysina sua, si warrantus tenentem habuerit in eodem comitatu, statim fiat ei exchambiū ad valentiam. 4. Si plures sint warranti & quidam defaultam fecerint & quidam non. 5. Cape de terra warranti ad valentiam. 6. Aliud breue de eadem captionem sed alio modo. 7. De viro & vxore cum simul vocati fuerint ad warrantum & aliter ipsorum defaultam fecerit. 8. Cum warrantus nullam habeat excusationem cum defaultam fecerit primo die, secundo, tertio, vel quarto. 9. Breue secundum iudicium supradictum. 10. Quod potest quis amittere per defaultam quam fecit primo die, sicut secundo, tertio & quarto. 11. Vbi quietus recedit de warrantia & terra petita capiatur in manum domini regis. 12. Si petens defaultam fecerit offerentibus se liti quarto die tenente & warranto, vterque quietus recedet. 13. Si warrantus christianus vel Iudeus terram non habuerint per quam stringi possunt ad warrantum vic habeat corpora eorum. Cap. 6.

Cum autem warrantus ad secundam summonitionem post captionem nec primo die, nec secundo, nec tertio, nec quarto comparuerit, petente se offerente liti contra tenentem, & tenente contra warrantum, recuperabit petens terram versus tenentem, & tenens versus warrantum exchambiū ad valentiam. Et fiat talis irrotulatio. A. petit versus B. tantam terram cum pertinentijs in tali villa vt ius suum, & ita quod prædictus B. venit in eadem curia nostra & vocauit inde ad warrantum C. ita quod summonitus fuit quod esset ad talem diem, ad quem diem non venit nec se esonauit, & ita de terra ipsius C. per iudicium capta fuit in manum domini regis ad valentiam prædictæ terræ. Et præceptum fuit vic. quod maderet iustic. diem captionis, & quod iterum summoneret prædictam D. quod esset ad talem diem responsurus de principali placito, & de defaulta. Et ad quem diem non venit, nec primo, nec secundo, nec tertio, nec quarto die, nec terra ad horam fuit replegiata, & ideo considerandum est quod prædictus A. recuperet terram suam versus prædictum B. per defaultam B. & B. in misericordia & habeat de terra ipsius C. in loco competenti exchambiū ad valentiam. Et quod dictum est de vno warranto, dici possit de pluribus si defaultam fecerint, breue de faciendo seysinam petenti tale erit. ¶ 2. Rex vic. salutem. Scias quod A. in curia nostra coram iustic. &c. recuperauit seysinam suam versus B. per defaultam ipsius B. de tanta terra cum pertinentijs in tali villa. Et ideo tibi præcipimus quod eidem A. de prædicta terra cum pertinentijs, sine dilatione plenariam seysinam habere facias T. &c. Post breue istud fiat aliud tenenti de escambio habendo

habendo facta prius extensione vt supradictū est, si warrantus terram nō habuerit in eodem com̄ sed in diuersis. Si autem in eodem com̄, tunc fiat breue sic: ¶ 3. Rex vic. salutem. Scias quōd cum A. de N. in curia nostra corā iustic. &c. peteret versus B. tantam terram cum pertinentijs in tali villa vt ius suū, idem B. venit in eadem curia nostra coram eisdem iustic. & vocauit inde ad warrantum E. de N. qui cum summonitus esset, postea defaultam fecit in eadem curia, per quā idem A. seysinam suā recuperauerit de prædicta terra versus eundem B. Et ideo tibi præcipimus quōd de terra ipsius E. in comitatu tuo propinquiore tali terræ ipsius B. eidem B. extambiū ad valentiā sine dilatione habere facias T. &c. Cum autem plures sint warranti vocati & quidam illorū defaultam fecerint & quidam non, tunc fiat breue in hac forma. ¶ 4. Rex vic. salutem. Scias q̄ cum A. in curia nostra &c. (vt supra) Idem B. venit (vt supra) & vocauit inde ad warrantum C. & D. qui cum sūmoniti essent in eadem curia nostra corā præfatis iustic. nostris, idem C. defaultam fecit versus eundem B. ita quōd prædictus A. coram præfatis iustic. &c. recuperauit seysinā suā versus eundem B. per defaultam de medietate totius terræ cum pertinentijs. Et ideo tibi præcipimus q̄ de terra ipsius C. in balliua tua propinquiore terræ ipsius B. escambiū ad valentiā prædictæ medietatis eidem B. sine dilatione habere facias Teste &c. Si post summonitiones & effonia cum tenens se forte effoniauerit & warrantus comparuerit vel quidam ex pluribus, & sic diem in banco habuerint & postea defaultam fecerint, capiatur de terra ipsorum &c. & fiat talis irrotulatio. Si autem contingat quōd warrantus semel post summonitionem vel effonium suam factum cum tenens se forte effoniauerit in iudicio comparuerit, vel cum plures warranti vocati fuerint simul vel vicissim se effoniauerint, quidam illorum in iudicio comparuerint, & sic diem habuerint in banco, & postea defaultam fecerint, capiatur de terra illorum per defaultam ad valentiā terræ petitæ, vel partis ipsius secundum quod plures warranti vocati fuerint vel vnus, per paruum cape in forma superius dicta, de petente & tenente cum tenens defaultam fecerit postquam semel in iudicio comparuerit, & fiat sic irrotulatio in persona warranti. B. optulit se quarto die versus C. de placito quōd warrantizet ei tantam terram cum pertinentijs in tali villa quam A. de N. in curia &c. clamat vt ius suum versus eundem C. vel quam talis mulier clamat vt dotem suam versus eundem B. & vnde idem B. in curia nostra vocauit &c. (vt supra) & idem C. non venit, & habuit diem in banco postquam comparuerat in curia nostra &c. iudicium &c. Capiatur de terra ipsius C. ad valentiā, & ipse C. summonetur quōd sit ad talem diem auditorus iudicium suum per paruum cape quod tale est.

¶ 5. Rex vic. salutē. Cape in manum nostram de terra C. in balliua tua p̄ defectu ipsius C. ad valentiā tantæ terræ cum pertinentijs suis in tali villa quā A. de N. in curia nostra &c. coram iustic. &c. clamat vt ius suū versus B. & vnde idem B. in eadem curia nostra coram iustic. &c. vocauit ipsum C. ad warrantum versus prædictum A. & summonetas per bonos sūmonitores prædictum C. q̄ sit coram iustic. nostris ad talem diem auditorus inde iudiciū suū, & habeas ibi summonitores & hoc breue T. &c.:

¶ 6. Ad

¶ 6. Ad quem diem si non venerit, amittet ad valentiam terræ petite p̄ defaultam versus D. qui tenet, & A. recuperabit versus B. terram petitam & fiat talis irrotulatio. A. optulit se quarto die versus C. de placito quod warrantizet ei tantam terram cum pertinentijs in tali villa quam A. clamat &c. (vt supra) versus B. & vnde idem B. vocauit ad warrantum ipsum C. & C. non venit sed aliàs fecit defaultam postquàm in curia comparuerat, ita quod terra capta fuit in manum domini Regis, & ipse C. summonitus ad audiendum iudicium suum. Et ideo consideratum est quod A. recuperet seysinam suam versus B. & B. in misericordia, & habeat excambium ad valentiam de terra ipsius C. & fiat vtriq; eorum seysina, scilicet A. de re petita & B. de eschambio in forma supradicta. Si christianus vel iudeus qui terram non habuerint de qua distringi possint cum vocati fuerint ad warrantizandum, præcipiatur vicecom̄ quod habeat corpora eorum, quia ibi non poterit captio terræ fieri ad valentiam. Iudeus vero nihil proprium habere potest, quia quicquid acquirit non sibi acquirit sed regi, quia non viuunt sibi ipsis sed alijs, & sic alijs acquirunt & non sibi ipsis. ¶ 7. Quid autem dicetur de viro & vxore cum simul vocati fuerint ad warrantum, & vnus illorum defaultam fecerit, tunc fiat ac si vterquè defaultam faceret, vel per paruum cape vel per magnum Cape, secundum quod defaulta facta fuerit antequam cõparuerint vel post. Sed cum vicissim se essoniauerint & vnus diem in banco receperit cum alius se essoniauerit & postquàm ambo defaultam fecerint, tunc pro defectu vtriusq; capienda erit terra in manum domini regis. Sed refert vtrum per paruum cape vel per magnum cape, quia ratione eius qui non comparuerit, videtur quod locum habet magnum cape, & ratione eius qui comparuerit quod paruum locum habebit. Sed cum sint loco vnus nec iura eorū diuisionē recipiūt, nec vtrūq; breue simul competere possit si ad iuris rigorem habeatur respectus, & cum lites restringēde sunt & ea tenenda quæ magis ligant, tunc ad paruum cape erit recurrendum, si autem ad partem benigniorem vbi defendi possunt summonitiones, sursum, & essonia, tunc locum habebit magnum cape quod melius est. Cum autem vnus illorum defaultam fecerit, in hoc casu fiat magnum cape vel paruum, secundum quod ille qui defaultam fecerit in iudicio prius cõparuerit vel nōn. ¶ 8. Cum autem warrantus nullam habuerit excusationem cum venerit quam pretendere possit & sanare defaultam q̄ ad primū diem non venerit nec secūndum, nec tertiu, nec quartū: tunc fiat irrotulatio sic. A. petijt versus B. tantū terræ cum pertinentijs, & ita quod idē B. vocauit ad warrantum C. qui postquàm in curia cõparuerit & diē habuerit in banco, vel postq̄ warrantizauit defaultā fecit, ita q̄ terra capta fuit in manū dñi regis, & ipse sūmonit⁹ ad audiēdū iudiciū suū ad hūc diē. Et ipse C. venit sed nō potuit sanare defaultā, & ideo cōsideratum est quod A. recuperet seysinā suā versus B. & B. in misericordia & habeat excabiū ad valētiā de terra ipsius C. Breue de faciendo seysinam ipsi A. tale est. ¶ 9. Rex vicecom̄ salutem. Scias quod cum A. in curia nostra &c. peteret versus B. tantam terram &c. vt ius suum, vel mulier vt dotem suam, vel aliud secundum formam breuis originalis, idem B. venit in eadem curia coram

coram eisdē Iustic. &c. & vocavit inde ad warātum C. & qui similiter venit in eadem curia, & eidem B. terram illam warrantizavit & postea in eadem curia nostra terram illam amisit per defaultam quam fecit versus eundem A. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem A. de prædicta terra cum pertinentijs sine dilatione plenariam seisinam habere facias, & de terra ipsius C. in balliua tua habere facias eidem B. escambium ad valentiam prædictæ terræ sine dilatione per visum legalium hominum. Teste &c. ¶ 10. Et quòd quis amittere poterit per defaultam quam fecerit ad primum diem, hoc est si primo die non comparuerit, ac si secundo die, tertio vel quarto defaultam fecerit, si summonitionem cognoverit vel si eam dedicere non possit, cum diem habuerit in banco postquam semel in curia comparuerit: probatur de termino sancti Michaelis anno Regis H. xvj. incipiente xvij. in comitatu Midd^e de Vv. de Ralegh & quodā tenente suo Iohanne Pigon qui tenuit de quadam præbenda s. P. Et etiam quòd defaulta facta primo die, & secundo die placiti nocet, probatur de termino sancti Hillarij anno Regis H. viij. in comitatu Berk. de Henry de Queynt qui se tenuit ad defaultam, quia tenens non venit primo die, nec secundo, sed postea remisit tenenti defaultam pro xv. marc. argenti. Sed quid si primo die comparuerit tenens coram aliquo Iustituario, & secundo, tertio, vel quarto die defaultam fecerit? idem erit dicendū quod prius, cum vocatus non comparuerit. Et eodem modo si vno die de licentia absens fuerit & per alium diem se absentauerit sine licentia. Et notandum, quòd si quis implacitatus sit per breue de recto & per defaultam amiserit, vix seysinam suam rehabebit per consimile breue, nisi maius ius habuerit in terra illa petita ille qui amisit quàm ille qui petit. Si autem minus vel nihil, nunquam recuperabit, sicut esse posset inter fratrem antenatum & postnatum, si postnatus per defaultam amitteret.

¶ 11. Sed quid si tenens defaultam fecerit cum petens præsens sit & warrantus, illis se liti offerentibus, si warrantus nondum warrantizavit, statim recedat quietus de warrantia, & terra petita capiatur in manum domini Regis per paruum cape, & tenens summonetur quòd sit ad alium diem auditurus inde iudicium suum, ad quem diem si non venerit, vel si cum venerit sanare non possit defaultam, amittet seysinam suam, eo quòd non est secutus versus warrantum suum quem vocavit per auxilium curiæ vel sine. Et de hac materia inueniri poterit de termino sancti Michaelis anno Regis H. quarto incipiente quinto. ¶ 12. Cum autem petens defaultam fecerit offerentibus se liti quarto die tenente & waranto, recedat vterque quietus de breui illo. ¶ 13. Cum quis ad warrantum vocatus fuerit Christianus vel Iudeus qui terram non tenuerit in feodo quæ capi possit in manum domini Regis vel per quam distringi possunt, præcipiatur vicecomiti quòd habeat corpora eorum primo die, Et de hac materia inueniri poterit de termino sanctæ Trinitatis anno Regis H. quarto de Isaac Iudeo de Northwico, & de termino sancti Hillarij & Paschæ circa principium.

FFFfj,

Item

1. Post effonia & dilationes presentibus in iudicio petentibus & warato & waratus gratis warantizauerit & in se suscepit defensionem, tunc remaneat tenens domi donec discussus fuerit iter petentis & warantii. 2. Proposita intentione versus waratum. 3. Breue de facienda seysina & sic de manu in manu de pluribus sicut de vno. s. q. fiat escambium. 4. Si waratus nihil habeat unde facere possit escambium. 5. Cum vnus vel plures ex pluribus feoffatus fuerit & ex pluribus tenentibus qui diuersis temporibus feoffati fuerit q. melior erit conditio eius quoad escambium qui primo feoffatus fuit si vno tempore fuerint implacitati, aliud si diuersis. 6. Cum waratus nihil habeat unde escambium faciat de hereditate eius cuius nomine vocatus fuerit ad warantum. 7. Si ille qui feoffauit tempore feoffationis satis habuit, res illa quam tunc habuit tacite obligatur vel expresse facta in modum donationis. Cap. 7.

Post effonia & distractiones & dilationes legitimas presentibus in iudicio tam petente quam tenente & waranto, aut statim warantizat aut de warrantia contendit q. warrantizare non debeat. Si autem sine contentione gratis warantizauerit & in se defensiones suscepit in placito principali, incipiet placitum esse principale inter petentem & ipsum warantum & extunc remaneat tenens cui warrantizatum est domi, donec constiterit quis eorum petentis vel waranti possit in placito obtinere, & proponat petens intentionem suam versus warantum sicut primo proposuit versus ipsum tenentem, quia de cetero procedant omnia sub persona waranti sicut procedere deberet sub persona tenentis, nec poterit de cetero tenens perdere, quia si warantus ipsum in seysina sua defendere non possit, habebit tenens de terra waranti, si quam habuerit escambium ad valentiam terrae quam tenens amiserit. ¶ 2. Proposita igitur intentione petentis versus warantum, statim respondeat waratus intentioni, & defendat ius petentis, per duellum vel per magnam assisam si voluerit, nisi exceptiones habeat competentes quas versus petentem proponat, vel nisi forte warantum habeat vel defensorum qui ipsum versus petentem defendere debeat, vnum vel plures quem incipienti vocet per auxilium curiae, vel sine, sicut superius paulatim dictum est. Et eodem modo procedatur (vt praedictum est) de warato in warantum vsque ad plures successiue, donec non sit aliquis ulterius qui vocari possit ad warantum, & unde cum plures vocati fuerint de warato in warantum, & vltimus warantus per defaultam vel per iudicium amiserit, ipse tenebitur escambium facere, & illud idem escambium quasi de manu in manum, & waranto in warantum vsque ad tenentem, cui primo fuit warrantizatum, & fiat talis irrotulatio. A. petit versus B. tantam terram in tali villa cum pertinentijs vt ius suum, vel talis mulier vt dotem suam & huiusmodi. Et idem B. venit in eadem curia & vocauit ad warantum C. qui venit & ei warrantizauit & in eadem curia coram eisdem Iusticijs. vocauit inde ad warantum D. qui postmodum per iudicium vel per defaultam terram illam amisit versus praedictum A. & ideo consideratum est, quod praedictus A. recuperet seysinam suam versus praedictum B. de praedicta terra cum pertinentijs & quod B. habeat de terra D. escambium ad valentiam, sed per manum ipsius E. & ita fieri potest de pluribus warantis in infinitum, & erit tale breue de seysina facienda. ¶ 3. Rex vic. salutem. Scias q. cum A. in curia nostra & c. peteret versus B. tantum terrae & c. vt ius suum, idem B. venit in eadem curia nostra coram Iusticijs nostris, & vocauit inde ad warantum C. & qui venit in eadem curia & terram illam eidem B. warrantizauit, & vocauit inde ad warantum B. qui postea in eadem curia ei warrantizauit, & postea terram illam

illam per defaultam vel per iudicium amisit, vt prædictum est. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem A, de prædicta terra cum pertinentijs sine dilatione plenariam feysinam habere facias, & de terra ipsius D. in balliua tua eidem C. escambium habere facias ad valentiam prædictæ terræ sine dilatione, & illud idem escambium per manus ipsius C. sine dilatione habere facias prædicto B. Teste &c. vel si plures sint ibi waranti vocati q̄ duo, vt si dicatur. A. petit versus B. tantam terram &c. & idem B. venit & vocauit inde ad warantum C. & qui ei warantizat & qui inde vocat ad warantum D. & qui ei warantizat & vocat ad warantum E. & qui ipsi warantizat, & cum ipsum D. feoffatum suum & tenentem suum defendere non possit & per iudicium amiserit vel per defaultam, idem A. recuperet versus prædictum B. & D. faciet escambium de terra sua eidem B. ad valentiam, & illud idem escambium fiet prædicto A. quasi per manum ipsius D. nulla facta mentione de ipso C. nisi tantum de ultimo waranto, scilicet de E. & de D. suo tenente cum idem C. de suo nihil attribuit, & ideo dicatur sic in breui de feysina facienda, de terra ipsius E. in balliua tua eidem B. escambium ad valentiam prædictæ terræ sine dilatione habere facias, & illud idem escambium sine dilatione habere facias eidem B. Et eodẽ modo fiat si plures vocentur successiuè, vsq; ad x. vel amplius in infinitum. Sed quid erit si E. vltimus warantus qui in se defensionem suscepit & amisit, nihil habeat vnde facere possit escambium, & D. habet ad sufficientiam qui warantizauit C. & omnes alij vsque ad B. qui warantum vocauit, & iniquum esset quòd B. esset sine escambio: æquum esset (vt videtur) quòd de terra ipsius D. fieret escambium ipsi B, & quòd D. expectaret tempora meliora versus ipsum E, & tunc dici posset in breui de feysina. ¶ 4. Et quia idem E. nihil habet vnde escambium facere possit ipsi D. ideo de terris ipsius D. in balliua tua eidem C. escambium ad valentiam prædictæ terræ, sine dilatione habere facias, donec idem E. aliquid habeat vnde escambium facere potest, & illud idem escambium sine dilatione habere facias prædicto B. & sic fieri debet de pluribus warantis de waranto in warantum ab vltimo vsque ad primum, & idem fiat si vltimus warantus escambium facere nõ possit ad plenum, quòd id quod defuerit suppleatur de terris aliorum qui medij sunt de waranto in warantum, ordine tamen obseruato ab vltimo vsque primum. ¶ 5. Cum autem vn̄ a pluribus qui diuersis temporibus feoffati fuerint vocatus fuit ad warantum & cum defendere nõ possit amisit, & omnibus tentatur ad escambium, si omnibus satisfacere non possit, semper melior erit conditio ipsius qui primò fuit feoffatus, vt ipse escambium suum prædeducat in parte vel in toto, & alij expectent tempora meliora, & sic omnes secundum prioritatem feoffameti habebunt priuilegium escambij, & hoc est eo, si omnes simul & semel ipsum vocauerint ad warantum, & de omnibus redditu sit iudiciu vno & eodẽ die de warrantia, & omnes simul cum implacitati fuerint vnũ warantum vocauerint. Et de hac materia inueniri poterit in vltimo Itinere M. de P. in com̄ Suff. de Matilda quæ fuit vxor Mathie de Thurfenne in placito dotis, secus tamen est (vt videtur) si diuersis temporibus fuerint implacitati & diuersis temporibus warantus vocatus qui

amiserit. ¶ 6 Sed quid si warantus cum warantizauerit & amiserit nihil habeat unde escambium facere possit nec alienauerit rem obligatam ad warrantiam tacite vel expresse, nec dolo fecerit quo minus habuerit, vel nihil, non erit propter hoc absoluendus omnino de escambio faciendo, imo quod faciat escambium si quid ad eum peruenerit postea de hereditate patris vel matris vel alterius antecessoris, ratione cuius vocatus fuerit ad warantum, vt de termino s. M. anno Regis H. xiiij. incipiente xiiij. in comitatu Hertf. de B. quæ fuit vxor R. Russel. ¶ 7. Item quod illi qui primò feoffati fuerunt prærogatiuam habent, propter prioritatem feoffamenti, cum ille qui feoffauit tempore feoffamenti satis habuit unde posset escambium facere. Et quod licet illud postmodum alienaret, rem quasi tacite obligatam relinquit, ad quencunque postmodum peruenerit: inueniri poterit in rotulo de termino s. M. anno Regis H. ix. incipiente x. in com. Kanc. de Rosia quæ fuit vxor Roberti de Goldingford, vbi quædam mulier petijt dotem versus quendam & vxorem suam, & ipsi vocauerint ad warantum quendam qui fuit infra ætatem, & quæ respondit quod nihil habuit de hereditate patris ratione cuius vocata fuit ad warantum, de quo posset warantizare & escambium facere, responsum fuit ex aduerso quod tempore quo ipsi feoffati fuerunt, habuit eorum feoffator, scilicet vir mulieris petentis, quandam terram in manu sua quæ plenè sufficere posset ad warrantiam & escambium, & postea illam dedit cuidam qui præsens fuit & hoc cognouit, & unde consideratum fuit quod mulier petens recuperaret de terra ipsius qui vltimò feoffatus fuit escambium suum, & quod postfeoffati tenerent in pace.

1. ¶ Si warantus dicat qd warantizare non debeat, quo casu oportet qd qui eum vocauit ratione ostendat quare warantizare non debeat si warantus contendere velit. 2. Confirmatio hæredis cum ius ei descenderit facit primam chartam conalescere quæ ab initio fuit inualida. 3. Finis factus. 4. Homagium. 5. Homagium factum capitali domino de concessione medij. Cap. 8.

DICUM est supra quid iuris cum warantus gratis warantizauerit. Nunc autem dicendum si de warrantia contendat, & dicat qd warantizare non debeat, & quo casu oportet eum qui warantum vocauit ratione ostendere quare vocatus warantizare debeat, cum a vocato fuerit super hoc requisitus. Et unde videndum qualiter warantus teneatur ad warantizandum, & quibus modis, & quando non. Et sciendum quod ad omnes chartas de simplici donatione competit tenenti warantizatio, & tenentur donatores & eorum hæredes ad warrantiam, si hora congrua, & modo debito, cum prosecutione competenti, vocati fuerint ad warantum, nisi forte in charta de feoffamento contrarium exprimat, scilicet qd donator ad warrantiam non teneatur nec ad escambium, si vero charta fuerit de confirmatione, nõ sequitur inde warantizatio, nisi in se contineat donationem. Vt si dicatur, do & confirmo tali & hæredibus suis vel cuiuscunq; dare, assignare, vendere, vel legare voluerit, tantam terram &c. & siue pcedat charta siue non de donatione, talis charta sufficit ad warrantiam. ¶ 2. Sufficit etiam charta de confirmatione quadoq; per se, quadoq; cum charta

charta præcedente ubi ab initio inualida fuit donatio, eo quòd donatorius feysinam rei donatæ non habuit in vita donatoris, quia ex charta de confirmatione subsequente facta ab hærede cùm ei ius descenderit, cõualefcit prima charta de donatione quæ ab initio fuit inualida, & sic quælibet illarum iuuat aliam. Item valet charta quòd ad warrantiam si specialiter faciat mentionem de warantia, vt si dicatur. Et ego & hæredes mei warrantizabimus &c. Item valet etsi nõ exprimitur, dum tamen homagiũ & seruiçiũ interuenerit siue seruiçiũ factum fuit donatori per manum donatorij, sine capitali domino donatoris pro donatore per manum donatorij.

¶.3. Item sufficit finis factus in curia domini Regis, licet expressa warrantia, vel homagium, & seruiçium non interuenerit, dum tamen constiterit per finem & cyrographum, quod ille qui tenet, tenere debeat de eo qui vocatur ad warrantum. ¶.4. Est etiam casus specialis, ubi quis tenetur ad warantiam & excambiũ, quãuis alius in feysina fuerit de homagio & seruiçio tenentis sui, sicut capitalis dominus donatoris, ubi vñ tenens cum domino suo homagium suum obtulerit & seruiçium, & dominus suus ea recusauerit sine iusta causa, poterit tenens impune ad capitalem dominum donatoris ire, & facere ei homagiũ & seruiçium pro defectu domini sui, & idem dominus suus nihilominus tenebitur ei ad warrantiam. ¶.5. Item tenetur dominus ad warrantiam, ratione homagij per se, licet nullum seruiçium de tenente suo receperit: vt cùm quis districtus fuerit pro seruiçio quod domino capitali debetur, pro defectu domini sui qui medius est, & totum seruiçium percipit, & propriæ bursæ infundit, & idem tenentem suum erga suum feoffatorem non acquietat, pro defectu domini sui cum protestatione proborum hominum poterit domino capitali de seruiçio suo acapitare & se attornare pro defectu ipsius domini sui, & dominus suus nihilominus tenebitur ad warrantiam.

1 ¶ Cum warrantus warrantizauerit, suspenditur prosecutio contra tenentem donec placitum de warrantia terminetur. 2. Non tenebitur warrantus ad maius excambiũ quam ad id ad quod vocatus est ad warrantum. 3. Si Rex uocetur ad warrantum de dono antecessoris, quis sit antecessor Regis videndum. 4. Si primatũ persona uocetur ad warrantum ratione chartæ suæ, vel antecessoris suorum. In quibus casibus non tenetur warrantizare. 6. Exceptio q. donator nunquam fuit in feysina. 7. Quod non est hæres nec suus feoffatus. 8. Non tenetur alij hæredibus warrantizare quam illis qui sunt in charta comprehensi secundum modum donationis. 9. Vbi quis remisit & quietum clamauit. 10. Si saluo iure cuiuslibet. 11. Si non tenuerit nisi ad vitam, vel si ceteri homines excepti sunt. 12. Si modus in donatione contentus q. donator non tenebat ad warrantiam & q. conuentio vincit legem. 13. Propter variationem si tenens semel cognouit q. non tenuit tenementum nisi ad vitam vel ad voluntatem domini qui uocatur ad warrantum. 14. Non tenetur quis ad warrantiam nec excambiũ de feoffatorem & incubratione tenentis sui vel de iniuria & iniuria detractione. 15. Non tenetur quis de incubramẽto tenentis sui. 16. De excambio reuocato si factũ fuerit. Ca. 9.

Post essonia & dilaciones, de quibus factis dictum est supra, comparēribus in iudicio tam petente q̄ tenente, q̄ warranto, & vicecom miserit breue de sumnonitione warranti, suspenditur placitum principale, donec placitũ de warrantia terminetur, & audito breui excipere poterit warrantus cõtra breue de warrantia, si forte ibi fuerit error in nominibus perso-

personarum, vel villarum ad breue de warrantia posternendū, & secundū quod aliās plenius dicitur de erroribus. ¶.2. Visum autem petere non potest, quia satis sufficit pro visu id quod dicitur, ad warrantizandum tantam terram quam talis petit, sed statim inquireat warrantus a tenente, an aliquid habeat propter quod teneatur ad warrantiam, chartam, vel aliud: & si chartas, vel instrumentum habeat, illud statim ostendat, instructus enim venire debet ad probandam intentionem suam, non est enim ei tempus indulgendum nisi ex causa, ut si instrumenta ita deposita sint quod copiam inde habere non possit, nisi ad tempus, & quo casu dabitur ei dilatio legitima ad exhibendum & proferendum instrumenta. Si autem dicat quod instrumenta habuit, sed tamen casu deperdita sunt vel aliud simile, nihil aliud video, nisi quod probet casum. Cū autem tenens instrumenta exhibuerit, & ostendat rationem quare vocatus ad warrantum warrantizare debeat, (secundum quod superius dictum est in parte) respondeat vocatus, & doceat quare warrantizare non debeat. ¶.3. In primis si ipse Rex vocetur ad warrantum, secundum suum modum, & de puro feoffamento antecessorum suorum, videndum erit qui sunt antecessores sui. Non enim tenetur warrantizare donationem & feoffamenta regum qui regnauerunt ante cōquestum, ipse enim Rex non est eorum heres, & perinde ad warrantiam non tenetur, nisi de facto suo, si se ad warrantiam obligauerit per confirmationem. Si autem de puro feoffamento suo, vel antecessorum suorum: warrantizare tenetur, nisi conditio vel modus aliud inducat, sed semper erit sua voluntas expectanda, cū non possit ei necessitas imponi. Si autem de puro feoffamento antecessorum suorum, & de sua pura confirmatione, tunc warrantizare tenetur. Si autem pura sit donatio, & confirmatio condicionalis, vel modalis, ut si dicatur, secundū quod charta talis Regis antecessoris nostri rationabilis testatur, tunc præiudiciale erit istud. Ideo illud in primis debet inquirere vtrum donatio prima rationabiliter facta sit vel non, & secundum hoc terminare negotium: & cū quis dominum Regem ita warrantum nominauerit, solet hoc aliquando cum protestatione fieri, quod si hoc non sufficeret, tenens diceret aliud, quod quidem modo recessit ab aula, quia vocatio illa aliquādo friuola inuenta fuit & quasi nulla. ¶.4. Si autem priuata persona vocetur ad warrantum ratione chartæ suæ vel antecessorū suorum, contra chartas poterit multipliciter responderi. In primis quod charta viciosa est in se, vel propter rasuram in loco suspecto habitam, vel propter signum falsum quod oppositum est, quorum vnum probari potest per aspectum & aliud per collationem signorum. Item quod si charta sufficiens sit & bona, excipi poterit contra illam quod valere non debeat, quia confecta fuit dum donator non fuit compos sui, nec bonæ memoriæ quod quidem probari potest per testes in charta nominatos, & per patriam, & qualiter hoc probari debeat, dicitur infra plenius in titulo de warrantia chartæ. ¶.5. Item excipere poterit warrantus contra tenentem qui vocauit, quod licet charta de feoffamento sufficiens sit in se, tamen donū illud est insufficientes: quia donatoris qui chartam profert, vel eius antecessor, cui donū fieri debuit, nūq̄ seysinā habuerit de terra data in vita donatoris, nisi post mortem

De warrantia. Ca. 9 Fol. 390.

tem eius per intrusionem, & propter quod ille qui vocatus est ad warrantum, intendit petere illam in dominico de seysina antecessoris sui qui inde obiit seysitus vt de feodo. ¶. 6. Item excipere poterit, q̄ antecessor qui donum fecisse debuit nunquam in seysina fuit de tali terra q̄ donationem facere potuit. Poterit quidem charta esse sufficiens quæ non est nisi vestimentum donationis, & donum illud insufficiens pro defectu seysinæ, & ecõtra, donum sufficiens, & charta vitiosa: & aliquando vtrũq; vitiosum & insufficiens, & sic vtrumq; nullum. Et vnde si charta de donatione proferatur, oportet q̄ warrantus vtrumq; defendat, scilicet chartam & donum, & ex hoc habet tenens necesse probare vtrumq; propter copulatiuam coniunctionem (&) interiectam: vnde si in probatione vnius defecerit, perinde haberi debet ac si in probatione vtriusque defecerit, non enim sufficit probare chartam sufficentem si donum sit insufficiens. Item quicumq; donum cognouerit, warrantizare tenetur, quauis ostendere possit chartam esse vitiosam vel falsam, quia donum valere possit, etiam si charta non interuenerit, vt de itinere VV. de Ralegh in com̄ Buck. de Alicia de Rupella. Itẽ et si donatio ab initio inualida fuerit propter non seysinam, poterit postmodum cõualescere ex facto hæredis: vt si cum donatorius quocũq; modo in seysina fuerit, cum ius ad heredem descenderet, recognoscat hæres chartam patris sui & donum, & homagiũ donatorij ceperit, vel donum patris cõfirmauerit, terram illam petere non poterit in dominico, sed illam warrantizare tenetur contra alios: vt de Itinere M. de P. & sociorum suorum in diuersis com̄ post guerram de loquelis quæ remanserunt ad iudiciũ si wilhelmus de Grembale. ¶. 7. Excipere etiã poterit vocatus ad warrantum contra tenentem qui vocauit, q̄ ipse tenens non est feoffatus suus, nec hæres eius quẽ feoffauit, & cum charta donationis mentionem non faciat nisi tantum de suo feoffato, & eius hæredibus: & vnde si suus feoffatus vel eius hæres alios feoffauerit, ipse talibus immediate warrantizare non tenetur, cum charta de talibus non faciat mentionem: vt de term̄ P. Anno Regni Regis Henrici nono in com̄ Midd. de quadam Iuliana quæ petijt dotem versus quendam Henricum, qui vocauit inde ad warrantum quendam VV. filiũ Herewardi, & qui respondit q̄ warrantizare non debuit, quia nec ipse nec pater suus eundem Henricum feoffauerint, sed cognouit quod pater suus feoffauit quendam Thomam, & ipse Thomas feoffauit ipsum Henricum, & desicut ipse Henricus non fuit hæres ipsius Thomæ (quamuis ab eo feoffatus) nec ipse VVilhelmus fuit in seysina de homagio & seruicio ipsius Henrici, nec ipse Henricus chartam habuit de ipso VVilhelmo nec aliud per quod ei warrantizare deberet, ideo consideratum fuit quod wilhelmus quietus esset de warrantia. ¶. 8. Item ad warrantiam non tenetur quis alijs hæredibus quam illis qui in charta comprehensi sunt per modum donationis, vt si cui facta fuerit donatio, scilicet sibi & hæredibus suis quos de carne sua & vxore desponsata sibi procreatos haberet, vel de certa vxore tali. ¶. 9. Item non tenetur quis ad warrantiam ratione alicuius quiete clamantiæ: vt si quis terram petat versus aliquem vt ius suum, & postea illam remisit & quietum clamauerit, ex hoc autem vocare non poterit ad warrantum illum, a quo ius fuerit remissum: vt de itinere Abbatis de Radig & M. de P. in com̄ Gloc.

Anou

Anno Regis H. quinto de Radulpho Chandos. ¶.10. Item non tenetur ad warantiā quis ratione homagij quod ab aliquo ceperit. saluo iure cuiuslibet: vt si dubitetur an alius sit hæres, nec sit alius hæres apparēs, vt si dicatur: capio homagium vestrum saluo iure cuiuslibet. Vel sic. Catio homagiū vestrū de iure vestro cū quasdam terras de pluribus terris teneat, de quibus alij ius habent, & quas ipse warrantizare non debeat. Si autē nullum sciat esse hæredem, vel dubitet an sit alius hæres, quia bastardus forte se gerat pro hærede, & se domino offert sicut hæres, vel si dominus petat versus tenentem sicut eschaetam suam, & per consequens nullum esse hæredem. ¶.11. Item non tenetur hæres alicui, qui cognouit in curia quod non tenuit tenementum de quo vocat warantum nisi ad vitā antecessoris eius quem nunc vocat ad warantum. Item non tenetur quis ad warrantiam per modum donationis contra certas personas in donatione exceptas, vt si dicatur. Ego & hæredes mei warrantizabimus contra omnes gentes, p̄terquā contra talē & talē: vt de Itinere Abbatis de Radginge & M. de P. in comitatu war̄ assisa mortis antecessoris si wilhelmus Trussell. ¶.12. Item non tenetur quis ad warantiā quāuis homagium interuenit per modum donationis ex consensu donatorij, vt si quis donationem fecerit alicui pro homagio & seruicio, & dicatur in charta pro se & hæredibus suis q̄ si donatoriū contingat implacitari quod nec ipse nec hæredes sui ad excambium teneantur nec ad warrantiam, sicut de VVilhelmo de Bruere in multis chartis suis, & sic vnicit summa conuentio legem, sicut in multis alijs locis & casibus supradictis. Sed quid si cū donatorius implacitatus fuerit propter homagium, (quod probari poterit) feoffatorem suum vocauerit ad warantum, & cū ipse feoffator exceptit quod ad warantiā non teneatur per modum donationis, donatorius noluerit chartam exhibere cū faciat contra ipsum: quæritur an ad hoc cōpelli possit? & si compellatur, respondeat quod chartam non habuerit: & si habuerit q̄ illam casu amisit: sic videtur quod deficiat probatio, licet ius non deficiat, nisi sit qui dicat hoc per patriam esse dirimendum. Consultè igitur faceret donator si per scriptum aliquod de tali conuentione in initio donationis sibi cautius prospiceret. ¶.13. Item nec ad excambium tenetur nec ad warrantiam quis propter variationem, vt si quis semel cognouerit quod terram non tenuerit nisi ad voluntatem talis domini sui, & si postea dicat quod in feodo, cadit ab intentione sua propter variationē: vt de Termino Sancti Hillarij Anno Regni Regis Henrici octauo. Et eodem modo non admittitur variatio, vt si quis fuerit requisitus in placito de proparte, an teneat pro hærede, & confiteatur quod sic, & postea dicat quod inde feoffatus sit, & warantum vocauerit, non audietur propter variationem, cū ista variatio sit contra breue, & contra intentionem petētis, cui primò consensit: sed si primò confiteretur quod teneret sicut feoffatus, & non hæres, & sic contra breue: & postea variaret, & confiteretur se esse hæredem, talis variatio admittenda esset, quia non in præiudicium petentis, prima autem non, quia in præiudicium. ¶.14. Item non tenetur quis ad warrantiam de iniuria & iniusta detentione tenentis sui versus feoffatum a suo tenente. Vt si A. feoffauerit B de aliquo tenemento, &

to, & idem B. de eodem feoffauerit C. & C. relictis hæredibus infra ætatē existentibus decedat, & B. ratione custodiæ ceperit tenementum illud in manum suam, & cum hæres ad ætatem peruenerit tulerit assisam super ipsum B. & B. inde ad warantum vocauit ipsum A. idem A. ad warrantiam non tenebitur de iniuria & iniusta detentione tenentis sui, quia ex hoc sequeretur quòd si ipse hæres recuperaret tenementum suum, quòd idem A. teneretur B. ad excambium, quod esset iniquum, & de hac materia inueniri poterit in rotulo de termino Sancti Hillarij, Anno Regni Regis Henrici decimoquarto assisa mortis antecessoris si Galfridus pater Gilberti, & quam terram Prior de Colum tenuit, & qui vocauit inde ad warantum quendam warinum de Monte Cauiso versus prædictum Gilbertum, & ubi idem warinus venit & cognouit quòd domus illius prioris de Colum feoffata fuit per antecessores suos de tenemento unde assisa arramata fuit, sed prædecessores ipsius prioris feoffauerunt prædictum Galfridum de cuius morte assisa arramata fuit, & unde ibi consideratum fuit quòd warinus non tenebatur ad warrantiam propter incumbramentum prædecessoris ipsius prioris. Et sic videtur quòd siue feoffatus medius fuit detentor iniustus siue alios inde feoffauerit & sic tenementum incubrauerit, siue ipse implacitatus fuerit per assisam, siue vocatus ad warantum a tenente suo & facto proprio, quòd feoffator suus non tenebitur ad warrantiam, licet teneatur contra extraneas personas de waranto in warantum usque ad plures, contra extraneas personas quæ ius habuerint in re data ante feoffamentum suum, quod primum fuit & principale, & in quo casu tenet warrantizatio ab ultimo feoffato usque ad primum feoffatorem, & quilibet tenetur suo feoffato warrantizare per ordinem, cum feoffati fuerint sibi & hæredibus suis. Si autem sic, sibi & hæredibus suis, vel cui dare vel assignare voluerit, tunc habebit assignatus vel donatorius electionem, utrum velit vocare ad warantum suum feoffatorem, vel feoffatorem sui feoffatoris propter modum primæ donationis immediatè & sic considerare oportet utrum quis feoffatus fuerit sic vel sic. Item esto quòd A. primò feoffauerit B. & B. relicto hærede infra ætatem moriatur, & cum A. in manum suam ceperit hæreditatem ratione custodiæ, feoffauerit C. qui inde seysitus moriatur relicto hærede infra ætatem, & A. eodem modo ceperit terram in manum suam ratione custodiæ, & cum uterq; hæredum assisam mortis antecessoris proferat super ipsum A. idem A. de incumbramento suo warantum vocare non poterit, propter factum & proprium incumbramentum suum, sed assisa ultimi feoffati procedet primò super ipsum A. & cum recuperauerit, tunc cadit assisa primi feoffati impetrata super ipsum A. & reincipiet super ultimum feoffatum, ut ipse ad warantum vocet ipsum A. & cum hæres primi feoffati recuperauerit versus A. habeat hæres ultimi feoffati ad valentiam de terra waranti. Et quod dicitur de vno feoffato erit obseruandum in pluribus feoffatis, & eorum hæredibus in infinitum, ut si A. feoffauerit B. & B. C. & C. D. & D. E. & E. F. sic in infinitum. Si aliquis capitaliū dominorum usque ad primum feoffatorem iuste sicut ex causa donationis, vel nomine custodiæ, vel aliqua alia iusta de causa: vel iniuste, sicut per intrusionem,

GGGgg.j.

sionem,

tionem vel disseysinam, siue tenementum tenuerit in manu sua & inde im-
 placitatus fuerit, siue alios feoffauerit a latere vnum vel plures, & ipse ali-
 os vnum vel plures, simul vel successiue, et ipse talis vocetur ad warantū,
 nunquam de facto et incumbramento suo suum feoffatorem vocare po-
 terit ad warantum. ¶.15. Item esto quod quis de proprio facto & in-
 incumbramento feoffatorem suum vocauerit ad warantum, & cum ipse
 warrantizauerit, & excambium fecerit, qualiter & per quod breue debe-
 at excambium reuocari: verbi gratia, A. feoffat B. B. vero feoffat C. ami-
 tam D. mortua C. D. profert assisam versus B. capitalem dominum qui fe-
 offauit C. B. vocat inde ad warantum A. A. venit & warrantizat. D. recu-
 perat feysinam suam versus A. A. facit excambium ipsi B. ad valentiam.
 Ad querelam igitur ipsius A. restituetur ei excambium per breue quod
 tale erit ¶.16. Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod venire
 facias coram nobis vel Iustitiarijs nostris apud Westmonasterium ad
 terminū talem Benedictū ad respondendum Adæ quare excambium cepit
 de terra ipsius A. ad valentiam tantæ terræ cum pertinentijs in tali villa,
 quam D. in curia nostra coram Iustitiarijs nostris talibus recuperauit,
 versus eundem B. per assisam mortis antecessoris inde captam, inter præ-
 dictum D. & eundem B. & vnde idem B. vocauit ad warantum prædic-
 tum A. versus prædictum D. & qui venit & ei warrantizauit terram illam
 quam pater suus dederat ipsi B. sed excambium inde facere non debuit
 (vt dicit) eo quod C. amita prædicti D. de cuius morte prædictus D. tu-
 lit assisam illam feoffata fuit de prædicta terra a prædecessoribus prædicti
 B. postquam pater prædicti A. eandem terram dederat ipsi B. vt idem A.
 dicit. Et habeas ibi summonitorum nomina & hoc breue. Teste &c.
 Et vnde cum idem Benedictus conuictus fuerit tale recepisse excambi-
 um, illud restituet quasi iniuste receptum. Et quod ita sit, inueniri po-
 terit de termino Sancti Hillarij Anno Regni Regis Henrici decimoquin-
 to in comitatu Berkshire de Priore de Bradley & VVilhelmo de Cyfre-
 wast.

1. ¶ Suspenditur quandoque warrantia ad tempus propter minorem aetatem vel propter mor-
 tem. 2. Fallit hoc quandoque propter finem factum, vel si antecessor minoris obiit fey-
 situs vt de feodo, quia minor respondebit ad finem. 3. Cum minor warrantizauerit propter
 finem, non respondebit petenti ante aetatem. 4. Videtur quod teneatur respondere de qui-
 bus antecessor non obiit feysitus vt de feodo, si vice versa non teneatur respondere de qui-
 bus obiit feysitus vt de feodo. 5. Suspenditur quandoque per mortem waranti. 6. Si quis
 duos vel plures vocauerit ad warantum, vt si virum & uxorem. 7. Vbi plures vocan-
 tur ad warantum successiue, refert quis prius moriatur & in persona cuius debeat pla-
 citum warrantia suscitari & vnus ex principalibus personis moriatur. 8. Quod remane-
 bit totum placitum ad minorem aetatem vnius waranti & post feysinam. 9. Si plures
 waranti vocentur sicut vnus heres. 10. Suspenditur warrantia propter dubium euen-
 tum propter partum qui in vtero est. 11. Si warantus vocatus appellatus sit de vita &
 membris. 12. De eo qui debet esse loco heredis vt de eschaeta. 13. Refert vtrum warantus
 qui obiit tenuit in feodo vel ad vitam. 14. Poterit quis intrare gratis ad warrantiam si
 non vocetur ad propriam iuris tuitionem. Cap. 10.

Susten-

Suspenditur quandoq; warantia ad tempus propter minorem ætatem. Quandoq; propter mortem waranti, & quandoq; propter casum fortuitum superuenientem, & non perimitur sed durat actio principalis, cum adhuc durat fundamentum, scilicet placitum principale super quod construi poterit ædificium, vt si durantibus partibus principalibus, petere vz & tenente, moriatur warantus. Si autem aliqua partium vel ambæ partes principales moriantur, sic cadit causa principalis & totum fundamentum, & per consequens placitum incidens de warantia. Suspenditur autem warantia ad tempus propter minorem ætatem ipsius waranti in placito proprietatis: vt si pater vel mater, vel alius antecessor, de aliquo tenemēto obiit seysitus vt de feodo, quo casu, ille qui minor est siue vnus siue plures ante plenam ætatem non respondebit, licet petere possit aliquando in causa proprietatis ante plenam ætatem viginti & vnus anni, secundum quod tenementum fuerit socagium vel feodum militare, & cum warantia propter ætatem suspendatur, merito debet esse in suspenso vsq; ad plenam ætatem placitum principale. ¶.2. Fallit tamen istud in casibus tum propter finem factum in curia domini Regis, tum quia antecessor minoris non obiit seysitus vt de feodo de re de qua vocatus est ad warantum in dominico nec in seruicio, sed forte ad terminum annorum vel ad vitam, vel vt de vadio vel nomine custodiæ, & huiusmodi: propter finem factum, quia esto quod A. petat versus B. tantam terram cum pertinentijs &c. & B. vocet inde ad warantum C. qui nolit respondere infra ætatem, quia antecessor suus obiit inde seysitus vt de feodo. Si B. proferat cyrographum vel finem factum in curia Domini Regis inter ipsum & prædictum C. vel inter eorum antecessores, tunc quamuis idem C. infra ætatem existat, respondebit ad finem illum, quod de facili reprobari non poterit, & procedetur ad iudicium de warantizatione, sicut ad simplicem chartam, vel ad homagium, vel seruicium infra ætatem non teneatur respondere, sed in hoc casu respectum habebit respondendi tam de warantizatione versus B. quam de principali placito versus A. ¶.3. Sed si finis & cyrographum interuenerit, ætas ipsius C. non expectabitur versus B. qui ipsum vocauit ad warantum propter finem illum, quin statim warantizet, non expectata ætate sua, quia ad finem factum respondebit quilibet minor, etsi non esset nisi vnus anni, & cum C. sic warantizauerit ipsi B. expectabitur ætas sua versus ipsum A. qui petit de placito principali, & sic videtur prima facie quod in vno & eodem placito expectatur ætas & non expectatur, quod quidem verum est, sed tamen secundum diuersos respectus, cum hic sint duo placita, vnum vz principale, quod est inter ipsum A. & B. & aliud incidens, quod est inter B. & C. de warantia. ¶.4. Item cum minor non teneatur de aliquo respondere de quo pater vel mater vel alius antecessor obiit seysitus vt de feodo in dominico vel in seruicio ante plenam ætatem, præterquam ad finem factum (vt prædictum est) videtur a contrario sensu quod respondere debeat tam ad warantiam, quam ad principale placitum, de omnibus de quibus non obiit seysitus vt de feodo nec in seruicio nec in Dominico, sicut sunt ea de quibus paulò

GGGg.ij.

ante

Lib.v. De warrantia.

ante dictum est. Et vnde siue placita sint per breue de recto, siue assisæ sicut mortis antecessoris, & aliæ huiusmodi in quibus ostendi poterit, quòd antecessor minoris qui vocatus est ad warantum non obiit seyfitus de re petita vt de feodo, nec in dominico nec in seruicio, ad warrantiã respondere tenebitur, & post warrantiam ad placitum principale, non obstante minori ætate. Si autem inde seyfitus obiit vt de feodo, in dominico vel in seruicio, aliud erit. Et de hac materia dicerur plenius infra de exceptionibus, vbi dicitur ad quæ debet minor respondere, & ad quæ non.

¶.5. Suspenditur autem quandoq; warrantia per mortem waranti, vbi scilicet quis vocatus fuerit ad warantum & obierit antequàm warrantizauerit, vel postquàm warrantizauerit, vel quãdocunquẽ, dum tamen ante iudicium & loquelam terminatam inter ipsum & principalem dominum petentem. Et quo casu, siue hæres eius infra ætatem fuerit siue non, non propter hoc cadit loquela, nec ex toto erit reincipienda per mortem waranti, cum semel warrantizauerit, & in se susceperit defensionem: & per hoc fit quasi tenens, cum adhuc duret fundamentum, scilicet petens & tenens, vt supradictum est, inter quos vertitur contentio, & ideo de nouo vocetur hæres eius ad warantum, qui obiit. Et quòd hæres vocari debeat: probatur in rotulo de Termino Paschæ, Anno Regni Regis Henrici decimosexto in comitatu Kanc. de Alicia de Bendenges. Ad idẽ facit quod habetis de termino sanctę Trinitatis Anno Regni Regis Henrici octauo in principio Rotuli. Et quod dicitur de hæredc, obseruari debet de successore, sicut episcopis, Abbatibus & prioribus: vt de termino Paschæ Anno Regni Regis Henrici septimo in comitatu Deuon de wylhelmo Paynel & abbate de Doneckswell, & sic non peribit lis, quamuis pereat instantia litis.

¶.6. Item esto quòd quis duos vel plures vocauerit ad warantum, sicut virum & vxorem, verbi gratia: A. petit versus B. terram, B. vocat inde ad warantum C. & D. vxorem eius qui veniunt & warrantizant, & vocant inde ad warantum E. & pendente placito warrantiæ inter eos, moritur C. vir ipsius D. quo casu oportebit quòd D. vxor C. de nouo vocet ad warantum ipsum E. & per nouum breue, & qui non respondebit nisi ad warrantiam sine noua summonitione: vt de termino Paschæ Anno Regni Henrici decimosexto in comitatu Linc. de Richardo de Elings. Sed quid si vterq; moriatur tam C. quàm D. tunc summonentur hæredes ipsius D. Item esto quòd warantus cum vocatus fuerit ad warantum warrantizauerit & amiserit, sed excambiũ non fecerit in vita sua, hæres ipsius (sine alio breui) tenebitur excambium facere: vt de termino sanctę Trinitatis Anno Regni Henrici octauo de Hugone de Bailol.

¶.7. Refert tamen vtrum ex pluribus primus moriatur vbi plures successiuè vocati fuerint ad warrantizandum de waranto in warantum & warrantizauerint vsq; ad vltimũ, & ille qui vltimò vocatus fuerit ad warantũ, siue warrantizauerit siue non, & siue ad placitum principale respondet siue non, dum tamen moriatur ante iudicium in principali, & quo casu erit placitum warrantiæ reincipiendum in persona hæredis ex noua summonitione. Si autem iudicium redditum sit, sine noua summonitione & nouo breui, erit executio iudicij facienda de bonis hæredis, quoad excambiũ.

Si au-

Si autem ille primus qui warrantizauit moriatur, vel tenens cui warrantizatum est, vel illi qui sunt medij, pendente placito warrantie inter vltimos warantos, & aliquis ipsorum antiserit: fiat escambiū hæredibus ipsius vltimi warranti, & illud idem tenēti, si superstes fuerit: Si autē non, tunc cadit principalis loquela, & erit de nouo reincipienda. De warrantis vero qui medij sunt, si moriantur pendente placito warrantie inter vltimos warantos, non est multum curandum, quia eorum hæredes nō versantur nec in lucro, nec in damno suo quoad escambiū, ex quo vltimò vocatus non respondet ad warrantiam, sed hæres mortui qui vocauit, & qui alijs warrantizaret si plene ætatis fuerit sūmonitus ad warrantizandū in statu quo pater fuit, & si fuerit infra ætatem expectetur ætas. ¶ 8. Si autem ibi sint plures warranti vocati, qui sunt quasi vnus hæres de feoffamento antecessorum suorum, quorum vnus fuerit infra ætatem, propter ætatem suā remanebit placitum warrantie vsq; ad ætatem, ac si omnes essent infra ætatem, cum distinctione supradicta. Si autem vnus vel plures moriantur, & hæredes habuerint de corpore suo qui sunt infra ætatem, vel plenæ ætatis, tūc sūmoneantur hæredes in forma supradicta, & fiat vt supra. Si autem alios non habuerit nisi cohæredes quibus descendit ius defunctorum per ius accrescendi, iniquum esset & onerosum si pro parte illa quæ eis de nouo accreuerit essent omnes sūmmonendi de nouo, non allocatis essonij & dilationibus suis præhabitis: cūm lites & dilatiōes potius restringendæ sunt q̄ laxandæ. Igitur non erit de nouo sūmonitio reincipienda, sed teneat processus secundū quod inceptus est. ¶ 9. Item si plures warranti simul vocentur qui sunt quasi vnus hæres, tunc refert vtrū partitio facta sit inter eos vel non: Si autē non, omnes simul nominandi sunt & vocandi quasi vnum corpus, & nullus sine alio respondebit. Si autē partita fuerit, tunc refert vtrum feoffamentum, de quo vnus vocatus est ad warrantum, factum sit a particepe post partitionē vel ante, a communi antecessore omnium. Si autem tantū a particepe sine alijs, ipse solus vocetur & respondeat de facto suo proprio. Si autē a communi antecessore, tunc omnes vocentur: nec expedit tantum vnum nominare sed omnes, licet vnus possit respondere quòd sine participibus ad warrantum non teneretur respondere nisi sūmmonerentur ad warrantizandum cum eo.

¶ 10. Suspenditur autem warrantia propter dubium euentum de warranto, vt si duo se gerant pro hærede, de quibus ante iudicium constare non possit quis eorum sit hæres legitimus. Item si mulier habens in vtero partum, de quo constare non possit vtrum nascatur viuus vel mortuus, vel cūm sit natus, vtrum sit homo vel declinet ad monstrū. ¶ 11. Item remanet warrantia in suspenso, si quis vocatus fuerit ad warrantiā qui appellatus sit de vita & mēbris, donec cōstiterit vtrum se defendere possit vel nō de feloniam: quia nō magis tenetur respondere ad warrantiā pendente accusatione, q̄ tenetur ad placitum principale, quia subsequente condēnatione, omnia quæ cum ipso facta essent post feloniam factā, sunt irritanda & reuocāda, & etiā generatio sua suscepta post feloniam exhæredāda, & ideo suspendit warrantia donec cōstiterit quis ei succedere debeat post delictū.

¶ 12. Item

Lib. v. De warrantia.

¶12. Item idem erit si warantus obierit pendente placito warantia, donec constiterit ad quem terra sua debeat reuerti si obierit sine hærede, cum talis esse debeat loco hæredis, ut de donationibus factis ante feloniam. Et si talis forte suspensus fuerit pendente warantia vel utlagatus, tunc eodem modo reincipiatur loquela, & in eodem statu in quo fuit quando tenens primo warantum vocauit, cum constiterit cuius eschaeta debeat esse hæreditas talis: ut de Itinere VV. de Ralegh. in com. warant de quodam VVilhelmo filio Roberti. ¶13. Videndum est etiam utrum warantus qui obiit, tenuit in feodo vel ad vitam tantum, sicut nomine dotis, vel alio modo sicut liberum tenementum, quod post mortem ipsius waranti reuersurum est ad dominum proprietatis. Si autem in feodo, fiat ut supradictum est, si autem ad vitam, & dominus proprietatis implacitauerit, tunc non cadit breue nec loquela principalis, sed tantum placitum de warantia, quod in personis hæredum reincipere non potest: & procedet placitum principale, ac si tenens ab initio warantum non vocasset. ¶14. Poterit etiam quis intrare in warantiam etsi non vocetur ad warantum, ad proprii iuris tuitionem: ut si quis tenuerit ad vitam suam, sicut mulier nomine dotis, vel alio modo, vel ad terminum terram aliquam quæ post vitam vel terminum reuersura esset ad dominum proprietatis si se in fraudem & exhæredationem ipsius permiserit implicitari ab aliquo, & cum posset dominum proprietatis inde vocare ad warantum ad defensionem suam, hoc omiserit: bene poterit dominus ille proprietatis, cum sibi viderit exinde periculum imminere, comparere per se, & si non vocetur, intrare in warantiam ad sui proprii iuris defensionem: cum melius & utilius sit in tempore occurrere, quam post causam vulneratam querere remedium, & sic malitijs hominum obuiare. Quia cum mulier vel alius qui tenet ad vitam, sine waranto suo placitare vel respondere non possit, statim cum implacitata fuerit de aliquo ad dotem suam pertinente, quod in corpore vel in iure consistat, vocare debet warantum suum: ut de termino s. H. & P. anno Regis H. iiii. circa finem, & si hoc in fraudem omiserit, vel forte defaultam facere voluerit, ille cuius interest intret in warantiam etiam si non vocatus. Si autem cum warantus vocatus fuerit defaultam fecerit, petens recuperabit rem petitam, & tenens excambium. Si autem tenens, & warantus non, tunc amittit tenens, & escambium non habebit.

1. ¶ Cum warantus se de warantia defendere non possit vel cum gratis vel per iudicium, tunc reincipiet petens principale placitum versus warantum sicut fecit versus tenentem & eodem modo proponat intentionem.
2. Si ille qui warantizauerit ulterius vocet warantum, tunc fiat ei tale breue pro auxilio curie.
3. Si ille qui vocatur ad warantum non tenuit nisi ad vitam quando seoffauit & mortuo eo qui vocatus est.
4. Cum ultimus warantus ulterius warantum vocare voluerit, tunc statim defendat ius petentis. Cap. II.

CUm autem warantus de warantia defendere se non possit, quin per iudicium warantizat, vel si gratis hoc fecerit, tunc reincipiet petens placitum suum principale versus ipsum qui warantizauit, & proponat eodem modo intentionem suam versus ipsum warantum, sicut pro-

De warrantia. Ca. n. Fol. 394.

proposuit versus ipsum principalem tenentem, & dicat sic: quòd iniuste intrat in warrantiam, quia terra, vel res de qua agitur est ius suum, quia talis antecessor suus inde obiit seysitus vt de feodo & iure, & sic per omnia sicut versus ipsum principalem tenentem, & sic incipit placitum esse inter petentem & warrantum, & sic tenens & alij warranti medij quibus warrantizatum est remaneant in pace, donec constiterit quid actum sit inter petentem & warrantum: & quo casu bene poterit warrantus warrantum vlteriùs vocare si warrantum habuerit, vnum vel plures, simul vel successiue: & quo casu, si warrantus summoniri debeat, nulla fiat mentio in summonitione de tenente nec de warrantis medijs, quibus warrantizatum est, sed dicatur. ¶ 2. Rex vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores A. quòd sit coram Iustitiarijs &c. ad warrantizandum B. scilicet warranto qui vltimò warrantizauit, tantam terram, &c. quam C. in curia nostra coram Iustitiarijs &c. clamat vt ius suum versus ipsum B. & vnde idem B. in eadem curia &c. vocauit ipsum A. ad warrantum versus ipsum C. & qualiter vlteriùs de warrantis sit procedendum si vocati fuerint, satis perpendi poterit ex premissis. ¶ 3. Item esto quòd ille qui vocatus est ad warrantum non tenuit rem petitam nisi ad vitam suam, & antequàm warrantizauerit moriatur, & terra reuerti debeat ad dominum proprietatis qui petit, non cadit breue principale, nec warrantia, sed reincipiat placitum warrantiæ in persona hæredis, si ille qui ad vitam tenuit feoffauit in feodo. Si autem ad vitam suam, tunc cadit omninò warrantia & tenebit placitum principale. Si autem ad vitam tenentis, tunc tenebit warrantia: & de hac materia supra de donationibus. ¶ 4. Cum autem ille qui vltimò warrantizauit warrantum vlteriùs vocare voluerit, vel non possit, tunc aut statim defendit ius ipsius petentis & seysinam & totum per corpus liberi hominis sui, & per duellum, vel ponat se in magnam assisam, vel rem petitam recognoscit petenti cum voluntate tenentis, nisi exceptiones habeat contra petentem quas proponat. Et sunt exceptiones communes quæ competunt tam tenenti quàm warranto, & quas ipse warrantus proponat si voluerit. Sunt etiam quædam exceptiones quæ competunt tantum tenenti & non warranto, quas quidem non proponat warrantus, & e contrario, quia etsi aliquando competat exceptio contra aliquem, non pertinet ad omnes qui illam proponant, nisi ad ipsum tantum cuius interest. Et vnde videtur quòd ad illum cui warrantizauit non competant exceptiones quæ propositæ fuerint a principali tenente, & per iudicium cassatæ, vel quibus ipse tenens tacitè renuntiauit, vocando warrantum, scilicet antequam illas proponeret, sicut contra breue de errore & huiusmodi, si ita sit quòd tacita renuntiatio tenentis principalis nocere possit warranto.

1 ¶ Proposita intentione contra warrantum si warrantus visum petat denegabitur ei. 2. Si warranto competat alia exceptio quæ primo non competierit principali tenenti, proponatur ille incontinenti. Cap. 12.

Propo-

Proposita autem intentione petentis (vt prædictum est) si warātus visum petat, denegabitur ei: quia aut scit aut scire debet quā terram tenenti suo warrantizauit, & de qua terra homagiū ceperit & seruitiū. Si excipiat & dicat q̄ totam terram petitam non teneat, de qua vocatus est ad warrantum, non valebit ei, quia non tenetur ei ad maius escambiū. Et visu ei denegato, si dicat q̄ totam terram illā petita non teneat, de qua vocatus est ad warrantum, siue tenens primò illam proposuerit tunc non, & licet totam warrantizare debeat, quamuis tenens totam nō teneat, talē exceptionem proponendo non audietur, cum ad maius escambium non teneatur principali tenenti, quā ipse tenens tunc tenuerit, quando warrantus per iuditiū amisit, licet ista exceptio ab initio competeret ipsi tenenti contra petentē. ¶ 2. Si autem sint exceptiones vel defensiones quæ cōperant ipsi warranto, & quæ prius non competierunt ipsi principali tenenti tunc illas proponat warrantus, vt si finis in curia domini Regis & cyrographum factum fuit inter ipsum warrantum & petentem, vel eorū antecessores per quem finem ipse petens vel eius antecessores remiserunt, vel quietum clamauerunt ipsi warranto, vel eius antecessoribus totum ius suū quod habuit in terra illa petita, vel si antecessores petentis, vel ipse petens feloniam vel quid tale fecit, propter quod terra illa fuit eschaeta ipsius warranti vel antecessorum suorum. Item si recognitio, & redditio, donatio vel venditio, cum warrantia expressa, vel pro homagio & seruitio interuenit, vel si forte antecessores ipsius petentis terram illam amiserint versus warrantum per iudicium, vel per magnam assisam vel per duellum vel eius hæredes: Et plures possunt esse huiusmodi exceptiones warranto competentes, quæ non competunt principali tenenti, & vnde cum warrantus per huiusmodi exceptiones vel per duellum vel p̄ magnā assisam, vocantem legitime defenderit, retinebit tenens seysinam suam, & petens in misericordia remanebit.

¶ Si nulla sit exceptio vel defensio de escambia rebabendo & cum warrantus tenentem suum defendere non possit. 2. Non tenetur quis factum patris warrantizare vel escambium facere de hereditate matris vel e contraria. 3. Si warrantus tenuerit de domino Rege per warrantiam. 4. Si de escambio fieri debet extensio. 5. Casus ubi quis habere possit ipsam rem principalem & nihilominus escambium. Cap. 13.

SI autem non sit exceptio, nec defensio, sicut duellum vel magna assisa per quam possit warrantus tenentem suum defendere, secundum quod inferius dicitur, amitter tenens terram petitam, & warrantus ei tenebitur ad escambium, quatenus habuerit de hereditate eius ratione cuius vocatus fuerit ad warrantum. ¶ 2. Non enim tenetur quis factum patris, vel matris, vel alterius antecessoris (cuius hæres ipse fuerit) warrantizare, vel escambium facere de suo perquisito. Itē nec de hereditate matris warrantizare debeat quis, vel escambium facere de hereditate patris, vel e conuerso de hereditate patris warrantizare debet quis, vel escambium facere de hereditate matris. Vt de Itingre episcopi Dunholū & M. de P. in com̄ Eborū anno Regis H. iij. circa mēdiū rotuli. Et q̄ donū patris

patris warrantizare debeat de hæreditate patris, inueniri poterit in eodem rotulo de eodem itinere de wilhelmo de Vauzfour : vbi hæres factis habuit ad warrantizandum de hæreditate patris. Si autem non habeat vnde totum, sed partem, fiat excambium quatenus fieri possit, & de residuo expectet tenens tempora meliora. Si autem nihil, non erit omninò absoluendus de excambio, dum tamen sit aliquid quod ei accidere possit de hæreditate eius, ratione cuius vocatus fuerit ad warrantum.

¶ 3. Item quamuis quis teneatur ad warrantiam, ad excambium tamen non tenetur ratione rei quam tenet, licet ei hæreditarie descendat, vt si teneat de domino rege in capite per seruicium quod diuidi nò potest, vt per seriantiam, ne dominus rex cogatur seruicium suum, & officium seruiantis recipere per particulas, cum particularis solutio multa habet incommoda, & quæ reuocari & coadiuari debet si fuerit dispersa, nisi ita sit quòd ille qui seriantiam vel eius partem alienauerit, tantum retinuerit quod sufficere possit ad plenum seruicium. Et quod dictum est de seriantia, dici poterit de alijs feodis quæ tenentur de domino rege in capite. Si autem de excambio fieri debet extensio & estimatio, estimari debet res quæ admittitur in eo statu in quo fuit quando primò data fuit. Item nec si ille qui warrantum vocauit aliquid adiecit de alterius feodo, nò enim admittitur melioratio tenentis qui amisit: vt si post feoffamentum suum ipse vel antecessores sui ibi ampla construxerit ædificia, sicut castra, parcos vel viuaria. Et si plures sint warranti qui amiserint quilibet contribuat ad excambium pro portione virili, & fiat excambiũ & extensio per hoc breue.

¶ 4. Rex vic. salutem. Scias quòd cum A. in curia nostra &c. peteret versus B. tantam terram cum pertinẽ &c. vt supra. idem B. venit in eadem curia & vocauit inde ad warrantum C. & qui venit in eadem curia & ei warrantizauit, & postea per iudicium eiusdem curiæ nostræ terram illam amisit versus prædictum A. quæ quidem per rationabilem extensionem inde factam per præceptum nostrum in com̃ tali, valet per annum x. li. Et ideo tibi præcipimus quòd de terra ipsius C. in comitatu tuo eidem B. in excambium prædictæ terræ sine dilatione habere facias & assignari x. libratas terræ per visum legalium hominum de comitatu tuo, & per rationabilem extensionem, & quid & vbi & per quas particulas terram illam ei assignaueris, nobis scire facias per litteras tuas sigillatas, & per duos ex illis per quorum sacramentum extensio illa & assignatio facta fuit, & habeas ibi hoc breue & nomina eorum per quorum &c. Teste &c. Et si causetur extensio, fiat sicut alibi de extensionibus.

¶ 5. Poterit etiam quis in casu habere ipsam rem principalem, & nihilominus excambium, verbi gratia. Dominus capitalis cum in possessione fuerit alicuius terræ ratione custodię de duobus fratribus, feoffat postnatum de eadem terra, primogenitus profert assisam mortis super fratrem postnatum, & ipse vocat ad warrantum capitalem dominum, & cum ipse warrantizauerit recuperat antenatus feysinam versus eum, & ipse dominus capitalis facit postnato excambium, mortuo autem antenato sine hærede de se seyfiat dominus capitalis terram in manum suam, frater postnatus petit illam versus eum per assisam mortis antecessoris de morte fratris sui, obijcit ei do-

minus suus capitalis quòd non potest petere terram cum inde habeat excambium, Reuera poterit diuersis respectibus terram in dominico ppter descensum, & excambium similiter retinere propter feoffamentum, & sic vtrumq;, tamen ex diuersis causis.

- ¶ *1. Si tenens warrantum vocauerit qui manens sit extra regnum & nihil habuerit in regno per quod distringi possit. 2. Breue si implacitatus in Anglia warrantum vocauerit qui manet in Hibernia. 3. Si warrantus non venerit nec tenentem suum warrantizauerit. 4. Si implacitatus in Hibernia warrantum vocauerit qui manens sit in Anglia. Ca. 14.*

DICTUM est de illis qui warrantum vocant per auxilium curiæ infra regnum, & vbi dominus Rex distractionem habeat vt vocatus veniat ad warrantizandum. Nunc autem dicendum si tenens warrantum vocauerit qui sit manens extra regnum, & nihil habuerit in regno Angliæ per quod distringatur, & tunc refert si extra regnum si Rex habuerit potestatem vel non ad distringendum talem, quòd si nullam, sicut in potestate Regis Franciæ, vel Alemanicæ, vel huiusmodi, licet auxilium tenenti concedatur, non valebit: sed oportebit tenentem talem producere si voluerit, quia auxilium nõ habebit, alioquin in defaultam remanebit, debet etiam illos producere sine auxilio curiæ, quos habuerit sub potestate sua, quamuis infra regnum manentes sint, & sub regis coertione, sicut vxorem propriam, & liberos proprios, & alios quibus possit imperare. Esto etiam qd cum tenens implacitatus fuerit in Anglia, warrantum vocauerit qui manens sit in Hybernia, vel in Wallia, sub potestate Regis, & vbi breuia sua currunt, et hoc per auxilium curiæ. Videtur quòd ei dari debet auxilium, & placitum principale in suspenso manere, & sine die, quousquẽ in Hybernia discussum fuerit de placito warrantiæ, & qd tenens sequatur placitum de warrantia, vel quòd per defaultam amittat, & fiat breue domini Regis iusticiarijs suis in Hyberina in hac forma.

¶ 2. Rex dilecto & fideli suo tali iustic. Hybernicæ salutem. Scias quòd cum A. in curia nostra coram iusticiarijs nostris apud westm̄ peteret versus B. tantam terram &c. vt ius suum, idem B. venit in eadem curia nostra &c. et dixit quòd terram illam tenuit de dono C. vel alicuius antecessoris ipsius C. cuius hæres ipse C. est per chartam suam quam obtulit & ibi ostendit, & vocauit inde ad warrantum prædictum C. versus eundem A. per auxilium eiusdem curiæ nostræ, & quia idem C. manens sit in Hybernia sub potestate nostra, & nullam terram habet in Anglia, vbi summoniri possit & distringi, vobis mandamus quòd summoniri faciatis prædictum C. certis die & loco secundum quod videritis expedire, ad warrantizandum prædicto B. prædictam terram, vel ad ostendendum quare warrantizare non debeat, & recordum illius loquelæ de prædicta warrantia, secundum quod coram vobis deducta fuerit, nobis sine dilatione scire faciatis per litteras vestras sigillatas, & remittatis nobis breue istud simul cum recordo. Et si prædictus C. warrantizare debeat, detis ei diẽ coram nobis ad audiendũ recordũ & iudiciũ suum de warrantia prædicta, & ad respondendum eidẽ A. in placito principali T. &c.

¶ 3. Et

¶ 3. Et quo casu si C. in Angliam non venerit, nec tenentem suum defenderit versus A. A. recuperet terram petitam versus B. & B. de terra ipsius C. in Hibernia habebit excambium ad Valentiam. Sed si cum C. venerit in Angliam & defenderit B. versus A. B. tenebit in pace, & C. quietus erit de excambio. Sed esto quod cum C. in Anglia warrantizauerit forte warrantum vocauerit in Hibernia, & qui nihil habet in Anglia per quod distringi possit, tunc fiat breue eodem modo quo supra, & quod contineat totum recordum cum vtraque warrantia & sic in infinitum. ¶ 4. Et vice versa fiat de Hybernia in Anglia, nisi sit qui dicat quod immediate distringi debet warrantus quod veniat in Angliam ad warrantizandum cum suis dilationibus. Sed si sit aliqua libertas vbi non currat breue domini Regis, manderetur eodem modo domino libertatis, ut predictum est, vel distringatur quod faciat eum venire ad warrantizandum per terras suas, infra libertatem vel extra non refert, quia rex qui libertatem dat, potestatem regiam seruituti non supponit, quamuis illam de gratia in parte restringat.

1. ¶ Si warrantus contenderit de warrantia & charta producat calumniata & petens se posuerit super patriam & testes in breui nominatos. 2. Summoneantur testes sed quid si manentes in diuersis comitatibus. 3. Si charta bona sit in se & recognita pro bona, sed cum donator non fuit compos sui nec sana mentis quando fecit donum illud. 4. Inquisitio si fuit sana mentis. 5. Si per testes de consensu patriam. 6. Si res vna data fuerit duobus, tunc inquiratur de prioritate. 7. Si advocatio data fuerit duobus. 8. Si inquisitio fieri debeat per testes & per patriam. 9. Si fieri debeat inquisitio in comitatu & non coram Iustitiarijs. 10. Si testes manentes sint in diuersis com. 11. Si in com breue interlaqueatum. 12. Si testes & recognitores non venerint ad primum diem. 13. Quod variatur huiusmodi inquisitiones secundum varietatem placitorum. 14. Cum comparuerint testes & recognitores. Cap. 15.

Item cum ille qui ad warrantum vocatus est contendere velit de warrantia, & ille qui vocauit chartam proferat pro se in iudicio, & contra quem exceptum sit quod minus sufficiens sit vel falsa, oportebit eum qui profert chartam docere illam esse sufficientem & veram. Ut si scripturae & signo contradicatur, & defendatur donum illud, & ille qui chartam profert dicat esse donum rite factum, & chartam esse validam, & inde ponat se super patriam & super testes in charta nominatos. Et tunc fiat inde inquisitio & per tale breue. Rex vic. salutem, summeas per bonos summonitores A. B. C. testes in charta nominatos quam D. in curia nostra coram iustitiarijs nostris &c. profert sub nomine E. de tanta terra cum pertinentijs in tali villa, et preterea xij. tam milites quam alios legales, liberos & discretos homines de visineto tali, quod sint coram iustic. nostris, tali loco, tali die, ad recognoscendum super sacramentum suum, si predictus E. terram illam dedit predicto D. & chartam suam ei inde fecit, & homagium suum inde cepit, & ipsum D. inde in seysinam posuit, sicut idem D. dicit vel non, quod tam predictus D. quam ipse E. posuerunt se inde in Iuratam illam, & ita se inde interim certificent, quod prefatos iustic. nostros ad prefatum terminum plenius inde certificare possunt, & habeas ibi nomina militum & hoc breue Teste &c. ¶ 2. Si vero testes fuerint in

HHHh.ij.

diuer-

diuersis comitatibus manentes, tunc fiat breue interlaqueatum singulis vic. in hac forma, ita quòd milites assumantur de com̄ illo vbi terra sita est. Rex vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores A. B. C. testes nominatos vt supra. Et præterea octo tam milites quàm alios &c. vt supra, quòd sint tali die &c. ad recognoscendum super sacramentum suum simul cum D. E. F. alijs testibus nominatis in eadē charta, & simul cum octo vel duodecem liberis & legalibus hominibus de alio tali com̄ (& sic de pluribus com̄ si testes & milites sint euocadi) ad recognoscendum super sacramentum suum &c. vt supra. ¶ 3. Item eodem modo si charta recognita fuerit, scilicet scriptura & signum, sed contra chartam excipiatur quòd valere non debeat, quia facta fuit dum donator fuit impotens sui, vel non sanæ mentis, vel postquam memoriam amisit in infirmitate qua obiit, vel dum donator fuit infra ætatem constitutus, vel dum fuit in vinculis detentus donator, fuit charta illa per vim & per metum extorta, & vbi ipse donator reclamauit cum potuit. Item si per dolum, vt si donatorius fecit sibi chartam de feoffamento, vbi fecisse debuit cyrographum de termino. Item vbi charta fieri debuit ad vitam fecit illam in feodo & huiusmodi. Dum tamen nihil sit quod imputari possit imperitiæ suæ vel negligentæ, vt si sigillum suum seneschallo suo vel vxori traderet, quod cautiùs custodiri debuit, cum vxor & sigilla ad paria iudicentur, & huiusmodi secundum varietatem recordorum, & quo casu oportebit ipsum qui chartam profert, docere contrarium & probare, scilicet quòd donator fuit compos mentis suæ, & bonæ memoriæ, & plenæ ætatis, & huiusmodi, et exempli causa fiat inquisitio in singulis casibus in hac forma. ¶ 4. Rex vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores A. & B. testes nominatos &c. et præterea octo tam milites &c. vt supra, ad recognoscendum super sacramentum suum si prædictus C. in ligea potestate sua, et dum fuit compos sui, vel bonæ memoriæ, vel sanæ mentis & compos sui dedit prædicto B. tantam terram cum pertinentijs in tali villa, vel aduocatione talis ecclesiæ, vel aliud quid tale, & chartam suam ei inde fecit vel non. Et vnde E. filius & hæres prædicti C. (versus quem prædictus B. in curia nostra &c. clamauit prædictam terram, vel prædictam aduocationem, vel aliud quid tale) dicit quòd prædictus talis pater suus, vel alius antecessor, nunquam dedit prædictam terram, aduocationem, vel quid tale prædicto B. & si hoc vnquam fecit, hoc fuit in infirmitate sua, de qua idem talis antecessor obiit, & postquam memoriam amiserit, & dum aut non fuit sanæ mentis vel dum fuit infra ætatem in custodia ipsius antecessoris, vt idem C. dicit, quia tam prædictus C. quàm prædictus D. posuerunt se &c. vt supra. ¶ 5. Et quandoquæ fit inquisitio tantum per testes, & quandoquæ per alios quam per testes si partes hoc voluerint, hoc tamen obseruato, quòd si per alios quàm per testes fieri debeat inquisitio, semper in fine addatur hec clausula: & interim terram illam videant, ecclesiam illam, vel aliud quid tale. Item aliter: Ad recognoscendum &c. Si prædictus C. in bona voluntate sua & sponte dedit ipso D. terram illam vel quid tale, vt idem D. dicit, vel si hoc fecit coactus & per metum sicut idem C. dicit, & si hoc fecit coactus & per metum,

tum, tunc diligenter inquiras qualem metum & qualem coactionem idē talis ad hoc exhibuit, & inquisitionem &c. Item aliter: Ad recognoscendum &c. Si A. pater B. dedit C. tantam terram cum pertinentijs in tali villa, et cum inde in seysinam posuit, & ita quòd pet donum illud fuit inde in seysina positus in vita ipsius A. per tantum tempus. Et si idem C. postea dimisit terram illam prædicto A. patri ipsius B. ad firmam vel ad vitam, vel si idem A. semper fuit inde seysina, & inde obiit seysitus vt de feodo absquē aliqua seysina quam idem C. inde haberet in vita ipsius A. vel non, quia tam prædictus B. quàm prædictus C. inter quos contentio est de prædicta terra posuerunt se inde in inquisitionem illam. Et notandum quòd huiusmodi inquisitiones locum habent generaliter & vbiquē vbi contentio habita est de chartis & donationibus factis per chartas.

¶ 6. Si quis autem vnicam rem dederit duobus, & contentio habeatur de prioritate quis eorum habuerit primam seysinam, vel si quis dederit aduocationem alicui, post donationem illam dicat donator se præsentasse ad ecclesiam illam, & donatorius quòd non, tunc fiat inquisitio tam de prioritate doni quàm de præsentatione per hoc breue. ¶ 7. Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd venire facias coram iustitarijs nostris &c. tali die, tali loco duodecem tam milites quàm alios liberos & legales homines de visneto tali per quos rei veritas &c. et tales qui non sunt essoniabiles, ad recognoscendum &c. Si A. antecessor B. vxoris talis postquàm idem A. dederit C. aduocationem illius ecclesiæ, & postquàm chartam suam (quā inde habet) ei fecit, præsentauit D. ad eandem ecclesiam ita quòd ad præsentationem suam fuit admissus, & vltimò obiit in eadem ecclesia persona, vel non, quia tam talis quàm D. vxor eius quàm idem C. inter quos contentio est de eadem aduocatione, posuerunt se inde in iuramentum illam, & similiter ad recognoscendum super sacramentum suum simul cum D. E. F. testibus nominatis in charta quam prædictus A. fecit tali Abbati de eadem aduocatione & simul cum G. & H. testibus nominatis in charta quam idem A. fecit tali Abbati de eadem aduocatione, videlicet vtrum prædictus A. prius dedit aduocationem illam prædicto tali & B. vxori suæ vel prædicto Abbati. Et interim ecclesiā illam videant, et se ita inde interim certificent, quòd præfatos iustitarios nostros &c. et habeas ibi nomina recognitorum & hoc breue Teste &c. Si autem fieri debeat inquisitio de prioritate per testes, et per patriam, tunc fiat sic. ¶ 8. Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd venire facias coram iustic. &c. A. & B. testes nominatos in charta quam C. fecit Priori & canonicis talibus de aduocatione talis ecclesiæ, ad recognoscendum super sacramentum suū simul cum xij. tam militibus quàm alijs &c. Et simul cum E. F. G. testibus in charta nominatis quam idem C. fecit tali Abbati & conuentui de eadem aduocatione, vtrum scilicet prædictus C. prius dedit aduocationem illam prædicto Priori, & chartam suam ei inde fecit, vel prædicto Abbati, & interim &c. vt supra. Et sic fit aliquando inquisitio de prioritate donationis, & aliquando de seysina & prima præsentatione. Cū autem fieri debet aliquando inquisitio in comitatu & non coram iustitarijs, tunc fiat breue in hac forma.

¶ 9. Rex

¶ 9. Rex vice. salutem. Præcipimus tibi quod venire facias coram te & custodibus placitorum coronæ nostræ in pleno com̄ tuo A. B. C. testes nominatos in charta &c. vt supra. Et præterea xij. tam milites &c. vt supra de visneto tali per quos rei veritas &c. et qui D. & E. nulla affinitate attingant, & qui nullo modo sunt effoniabiles, & per eorum sacramentum diligenter inquiras si prædictus E. &c. vt supra, quia tam prædictus D. quam prædictus E. posuerunt se inde in iurata illam, & inquisitionem quam inde feceris scire facias iustic. &c. ad talem terminum, euidenter, distincte & apertè per litteras tuas sigillatas sigillo tuo, & sigillis prædictorum custodum placitorum coronæ nostræ, & per quatuor vel duos legales & discretos homines ex illis, per quorum sacramentum inquisitionem illam feceris, & habeas ibi hoc breue & nomina eorum per quorum sacramentum inquisitionem illam feceris Teste &c. ¶ 10. Si vero testes degentes sint in diuersis com̄, oportet quod omnes testes conueniant coram vic. cui demandata fuerit inquisitio facienda, & tunc fiat breue interlaqueatū vt supra in hac forma. Rex vic. Essex salutem. Præcipimus tibi quod venire facias coram te & custodibus placitorum coronæ nostræ ad diē certum & locum secundum quod videris magis expedire quādo ad hoc intendere possis A. B. C. testes nominatos in charta, quam D. in curia nostra coram iustic. nostris &c. profert sub nomine E. et præterea octo vel. xij. tam milites quā alios liberos & legales homines &c. et per eorum sacramentum &c. et similiter per sacramentum F. & G. testium nominatorum in eadem charta de comitatu Suffex, & similiter xij. tam militum quā aliorum &c. de eodem com̄ quos vic. noster Suffex coram te venire faciat, & etiam per sacramentum H. & I. testium nominatorum in eadē charta de comitatu Surrey, & præterea viij. tam militum quā aliorum &c. de eodem com̄ quos vic. noster Surrey coram te venire faciat, diligenter inquiras si prædictus &c. vt supra. Et inquisitionem quā inde feceris scire facias &c. vt supra. Mandauimus enim præfatis vic. nostris Suffex & Surrey quod præfatos testes & recognitores coram te venire faciant ad diē & locum quē eis scire feceris, & habeas ibi hoc breue & nomina eorum &c. vt supra. Breue autē quod sequitur fiet in hac forma. ¶ 11. Rex vic. Suffex vel Surrey salutem. Præcipimus tibi quod ad diem & locum quē vic. noster Essex tibi scire faciet, venire facias coram eo A. & B. testes nominatos in charta quam D. in curia nostra coram iustic. &c. pfert sub nomine E. &c. vt supra, & præterea octo vel xij. tam milites quā alios &c. de comitatu tuo per quos rei veritas &c. ad recognoscendū super sacramentum suum simul cum F. & G. de com̄ Surrey alijs testibus nominatis in eadem charta, & simul cum octo tam militibus &c. de eodem com̄, et sic de pluribus com̄ si testes fuerint in diuersis & pluribus com̄ degentes sic: prædictus E. &c. vt supra. Et ita se inde interim certificent quod præfatum vic. nostrum Essex inde plenius certificare possunt, & habeas &c. Teste &c. Et consimilia breuia fiant alijs vic. Si autem testes & recognitores non venerint ad diem eis datum, tunc præcipiatur vic. sicut prius p breue quod sic incipiat. ¶ 12. Rex vic. salutem. Bene recolimus alijs tibi præcepisse quod ad diem & locum quem vic. noster talis tibi scire faceret venire

venire faceres &c. Et per omnia vt supra. Et in fine breuis addatur istud comminatorium .s. et ita te habeas in hoc negotio ne nos ad te grauiter capere debeamus. ¶ 13. Variatur autem huiusmodi inquisitiones multipliciter, secundum varietatem placitorum, & partium responsiones, sicut sæpius contingit in assisis & in breuibus de ingressu, vt si vnus dicat quod terram teneat in feodo, & alius quod non nisi ad terminum vitæ vel annorum & huiusmodi, secundum quod superius dicitur in tractatu, de ingressu. ¶ 14. Cùm autem in curia comparuerint testes & recognitores, & facto sacramento dicant se interfuisse vbi donatio facta fuit, & sub eorū præsentia charta donationis lecta & audita, & homagium captum & seysina donatorio legitime facta in eorum præsentia & cum debita solemnitate, valida erit charta & donatio erit legitima. Si autem sic dicant & loquantur de auditu, quod audiuerint dici quod charta facta fuit & homagium captum, sed nullus eorum tunc ibi præsens fuit, sed præsentibus fuerint vbi seysina facta fuerit donatorio per senescallum, vel per nuntium, per fustim, vel per baculum, vel per haspam, et quod donatorius inductus fuit in vacuam possessionem, ita quod nullus ibi remansit ex parte donatoris, valebit donatio vt supra. De hac materia inueniri poterit de termino sancti Hillarij anno regni regis Henrici decimo quarto de Rogero de Danuder & Matilda vxore eius qui per iudicium warrantizauerit in consimili casu. Si autem dicant se interfuisse vbi donatio facta fuit & charta, & homagium captum, sed de seysina nihil sciuerint, probatur charta legitima, sed donatio erit inualida, quia nihil probant de seysina. Et vice versa fieri poterit si seysinam probauerint legitimam, quod donatio erit valida, licet nihil probauerint de homagio capto, nec de charta: vt si testes & Iuratores dicant quod chartam illam nunquam antea viderunt, nec vnquam audita fuit in comitatu nec hundredo, licet dicant quod rogati fuerint quod essent testes, tamen non valebit charta: vt de termino Paschæ añ regni regis Henrici duodecimo in comitatu Hunf de Egidio de Merk. Idem erit si dicant se nunquam interfuisse confectioni chartæ, nec recitationi, hoc enim multum derogat chartæ & ipsius fidei: vt de ultimo Itinere M. de P. in com. Suffolk, assisa noua disseysinæ si Mabilla. Itē si omnes testes dicant, vel si omnes præter vnum vel duos dicant se nihil scire de charta & chartæ confectione, & vnus vel duo dicant quod nihil sciant de charta nec de donatione, sed dicant quod interfuerunt vbi confirmatio chartæ facta fuit, adhuc non valebit charta, ex quo nihil probant de principali. s. de chartæ confectione, vt de termino sancti Hillarij anno regni regis Henrici octauo in comitatu Norf. de Radulpho de Lerlinge & Priore de Thefford de aduocatione ecclesiæ de Russeworth. Si autem dicant testes quod præsentibus fuerint confectioni notæ in quâ vtraque pars consentit donator & donatorius, hoc sufficit ad probationem, licet præsentibus non essent vbi charta scripta fuit & assignata: vt de Itinere M. de P. ad assisam noua disseysinæ capiendā & Gaolas deliberandas in com. Norff. Jurata de consensu partium p. Iohanne de wanton añ regis H. octauo, & sic poterit charta esse valida & donatio nulla vel e contrario. Si autē nullus testis apparet quia omnes mortui sunt, vel extra regnum, de fide chartæ erit de necessitate

necessitate ad patriam recurrendum. Sed quid si cùm testes appareant dicant quòd de charta nihil sciant, vel inde dubiè respondeant, & ille qui chartam profert suspectus habeatur quòd per fraudem chartam acquisiuerit, quia fuit camerarius donatoris, vel per fraudem vxoris, vel sit alia vehemens præsumptio quæ faciat contra ipsum, non valebit charta nec donatio propter præsumptionem, & maximè quia nihil probat.

¶ *1. Probari poterit charta alio modo quàm per testes .s. per collationem signorum, & de vitijs charta. 2. Probatur sigillum per collationem. 3. Si plura proferantur instrumenta.*

Cap. 16.

PROBARI etiam poterit charta alio modo quàm per testes & per patriam, sicut per collationem signorū, vt si fortè chartæ contradicatur, cōferant alia signa quæ aliquādo in iudicio, plata & ap. pbata fuerint, & a donatore recognita, & si modis omnibus conueniant & per omnia, ita quòd nulla in eis appareat differentia: hoc solum sufficit ad probationem chartæ, & omnia in ea contenta erunt tenenda, nisi forte aliquid in charta inueniatur quod manifestam suspicionem inducat, vt si rasura facta fuerit in loco suspecto. s. in narratione facti, secus tamè si in narratione iuris. Iura autem vbiquè scribi possunt, quia non variantur nec mutantur p rasuram. Apparere autem debet charta in prima sui figura absq; omni vituperatione, rasura, vel cancellatura, quia calumpniosam scripturam inde in iudicio obtinere non conuenit. Sunt tamen in scripturis quædam quæ leuem inducunt præsumptionem, quæ quidem conuinci possit per veram testium probationem in contrarium, & per patriam, vt si in scriptura inueniatur diuersitas calami, & diuersitas scribendi, & diuersa manus, aliter enim scribit vnus, & aliter alius, aliter Iuuenis & aliter senex: Item diuersitas incausti & atramenti, vt si in vna pars scribatur incausto nigro & altera pars incausto rubro non atramento. ¶ 2. Item cum sigillum probari debeat per collationem, & signa plura proferantur sub nomine eius confecta, qui ad probationem tenetur, non erit eis fides adhibenda, quia omnes possunt esse adulterina, nisi ita sit quòd aliquod illorum prius in iudicio probatum sit, & a donatore recognitum, vel a proferente probatum, vt si quis fortè terram aliquam ab initio alicui concesserit ad terminum & ad firmam, & inde conficiatur instrumentum & signatum, & firmarius postmodum dicat se inde esse feoffatum & inde proferat chartam vel instrumentum, cui ab eo qui dimisit fuerit contradicendum, si terminum recognouerit & instrumentum de termino confectum & sigillum recognouerit, si in omnibus cōueniant sigilla tam de termino quàm de feoffamento, chartam de feoffamento contradicere non poterit propter cōuenientiam sigillorum, nisi ita sit quòd excipere possit contra chartam vel instrumentum de dolo vel metu: et sic probantur chartæ & instrumenta per collationem sigillorum. ¶ 3. Si vero cùm ex parte probantis plura prolata fuerint instrumenta & signa, nec sit aliquod eorum prius a parte aduersa recognitum, vel a proferente probatum, tunc de necessitate recurrendum erit ad instrumenta aliorum eodem sigillo signata vel sigillata, et quæ quidem prius recognita fuerunt vel probata, cùm vtraq; in se possent

possent esse vitiosa, & sufficit si vnum probetur, dum tamen vtraq; sint conuenientia.

¶ *Aliud genus warrantie, sicut de warrantia charta. 2. Breue de warrantia charta. 3. Si nõ venerit attachiatus obseruetur ordo attachiamentorum. 4. Si sumonitus ad warrantizandũ vexauerit tenentẽ suũ erga dñm seoffasorẽ. 5. Si tenẽs in breui de recto nullũ habuerit warrantiã quẽ vocare possit vel velit, tunc ad elidẽdã actionẽ presentis, tenẽs proponat exceptionẽ si quam habuerit & illã probet, cũ quodammodo actor sit in hac parte. Cap. 17.*

EST etiam aliud genus warrantizationis quẽ dicitur warrantia charte, vbi quis de facto vel feoffamento suo proprio vel antecessorum suorum tenetur alium defendere & acquietare in seysina sua, per seruitium in charta sua nominatum, cum ab alijs, sicut a dominis capitalibus districtus fuerit & vexatus fuerit ad faciendum plura seruitia quẽ in charta exprimatũ, & vbi ipse nõ implacitatur de tenemẽto quod tenet, sed vexatur vt prædictum est; vbi hoc fit in com̃ & nisi warrantum vocauerit cum fuerit implacitatus, & quo casu currendum est ad curiam domini Regis & summonitur ille qui warrantizare tenetur per tale breue. ¶ 2. Rex vic. salutem. Præcipe tali quod iuste & sine dilatione warrantizet tali tantum terre cum pertinentijs in tali villa quod tenet, & de eõ tenere clamat, & vnde chartam suam habet vt dicit, vel sic. Et vnde chartã talis patris vel matris, fratris vel sororis, auunculi vel amitæ, Aui vel Auix, proauis vel proauix talis, quamuis ipse qui queritur hæres sit valde remotus, & tunc dicatur cuius hæres ipse est vt dicit, & nisi fecerit, & talis fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc summonneas per bonos summonitores præfatum talem quod sit coram iustic. nostris apud westm̃ tali die, vel coram iustic. nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, ostensus quare non fecerit, & habeas ibi summonitores & hoc breue Teste &c. Ad talem vero summonitionem bene iacebit essonium vnicũ, antequam cõpareat summonitus si voluerit. ¶ 3. Et si nõ venerit, nec se essoniauerit, propter defaultam suã nõ erit aliqua terra capienda in manũ domini Regis, sicut in warrantijs supradictis, sed attachietur per vadium & saluos plegios quod sit ad certum diem ad warrantizandum vel ad ostendendũ quare non, eodem modo quo prædictum est, & obseruetur ordo attachiamentorum secundum quod alibi obseruatur de attachiamẽtis donec cõparuerit, cum autem cõparuerit in iudicio, respondere poterit contra chartam, & quod warrantizare non debeat secundum formam breuis: vel quia querens terram non tenet de qua petit warrantiã, vel quia chartam non ostenderit nec aliud quare summonitus warrantizare debeat, vel quia ipse querens non est hæres ipsius sub cuius nomine petit warrantiã propinquus nec remotus. Et plures aliæ sunt responsiones, secundũ quod superius videri poterit per exemplum de vocatione warranti. ¶ 4. Si autem ille qui ad warrantizandum summonitus est, tenentem suum contra chartam suam vexauerit, & grauauerit, exigendo alia seruitia vel plura quã deberet facere, sunt qui dicunt quod locum non habet erga dominũ breue de warrantia charte, sed breue de recto de seruitijs & consuetudinib; ,

IIIij. i.

per quod

Lib.v. De Exceptionibus.

per quod peruenire possit ad duellum vel magnā assūam, quamuis obijci poterit & sustineri quòd ille qui contra alios tenetur defendere tenentem suum, ipse illum contra chartam suam grauare non debet, nec ei iniuriam facere, et ideo videtur quòd teneatur de iniuria per tale breue, quia qui tenetur defendere non debet destruere, & quia cum quis ex officio suo alios prohibere necesse habet, id ipsum in persona sua committere non debet. ¶ 5. Ad diem summonitionis post dilationes & essonia reuertamur, ad quam cum partes comparuerint, si non habeat tenens warrantum quem vocare potest vel si habuerit & nullum vocat, proposita in iudicio coram iustic. vt prædictum est, intentione petentis, & fundata, & illo eam probare offerente, ad elidendam actionem proponat tenens exceptionem si quam habuerit & illam probet, & doceat quòd exceptio ad illum pertineat, secundum quod dicitur de actionibus & eodē modo. Exceptiones enim loco actionum sunt. Nam qui excipit, videtur agere, quantum ad onus probationis, & respectu actionū dicuntur exceptiones, vnum enim alterum impugnat, & sicut actores armantur actionibus & quasi accinguntur gladijs, ita rei econtra muniuntur exceptionibus, & defenduntur quasi clipeis.

¶ Tractatus quintus

Libri quinti, in quo tractatur de Exceptionibus.

(..)

¶ Quid sit exceptio, & de diuisione exceptionū q. quædā dilatoria quædā generales quædā speciales. 2. Quando proponenda sunt & quando nō. 3. Quædā ante visū & quædā post. 4. Contra exceptionē cōpetit replicatio. 5. Ad replicationē cōpetit replicatio. 6. Quædam sunt perpetua quædam sunt tēporales. 7. Quòd quis potest pluribus vii. 8. Probari poterit exceptio multis modis. 9. Non per scētā. 10. Non per simplicem vocem. 11. De exceptione qua ponitur cōtra iurisdictionem. Cap. 1.



In primis videndū quid sit exceptio, & qualiter diuidatur, & sciendū q. exceptio est actionis elisio, p. quā actio perimitur vel differtur. Exceptio quidē sic diuiditur. Exceptionū quædā sunt dilatoriæ quædā pemptoriæ, & hæc est prima & breuis diuisio. Itē dilatoriarū quædā sunt pemptoriæ iurisdictionis, & dilatoriæ actionis, & non pemptoriæ. Et eodē modo aliæ pemptoriæ breuis & dilatoriæ actionis. Itē quædā exceptiones sūt generales ad omnia placita siue actiones, & quædā speciales, quæ cōpetūt & dātur cōtra actiones singulares: quælibet enim actio habet suas exceptiones approprias, secundū formā actionū: vt supra videri poterit de assis & placitis de ingressu. Generales vero sūt q. se habēt generaliter ad omnia placita, sicut exceptio cōtra iurisdic. exceptio cōtra psonā agētis, exceptio cōtra bñe, exceptio q. puenit ex tēpore secundū diuisā genā pñtorū: & exceptio q. cōpetit ratiōe loci p. er-

per errorem impetrationis, secundum quod superius dictum est, & quæ sunt dilatoriarum actionis & quasi extra actionem, & ideo actionem non perimunt quamuis illam ad tempus differant. ¶ 2. Item sunt quædam exceptiones proponendæ in initio litis, & in præparatorijs iudicijs, & ante visum petendum, ad perimendum iudicium ne præcedat: sicut sunt illæ quæ proponuntur contra iurisdictionem, & contra personas iudicantiũ quibus deficit autoritas iudicandi. Item exceptiones illæ quæ competunt contra personam petentis. Item exceptiones illæ quæ competunt contra breue, quæ quidẽ exceptiones si in initio litis omittantur, & ad petendum visum procedatur, si tenens illas post visum petitem velit alias proponere, non audietur: quia per petitionem visus videtur tenens huiusmodi exceptionibus tacite renunciasset, & in iurisdictionem iudicantis concessisset; & quod omnia quoad iudicium ratificandum rite processerunt. ¶ 3. Sunt etiam quædam quæ visum sequuntur & de quibus certificari poterit tenens antequam petens ei visum fecerit, & certa res in iudicium deducatur, de qua debeat tenens respondere, ut tunc sciri possit si totam rem petita tenuerit, vel eius partem vel etiã nihil, & sic fiat de pertinentijs. Item post visum competit exceptio si error fuerit in loco ubi res sita est, de qua agitur & istæ præcedunt contestationem. Et quid si nullus visus petatur, tunc per ordinem proponi debent & suo loco & erit a digniori incipiendum, sicut a iurisdictione iudicantis, & persona iustic. cum iustic. sit pars principalis iudicij. Postea vero contra personam petentis, si qua competat contra ipsam ex persona sua propria. Postea contra breue, si qua competat ex persona tenentis contra petentem, & postmodum si qua competat ex ipsa re, ut si nihil inde teneat, vel non nisi eius partem, & idem de pertinentijs, & postmodum si qua competat ratione loci, & cum nulla prædictarum competat, vel si illis tacite renuntietur (ut prædictum est) tunc proponatur illa quæ competit ratione iuris, quæ multiplex est, ut si nihil iuris descendere posset ad petentem. Et sicut fit ordo petendi sic debet fieri ordo excipiendi: ut si diceretur coram talibus iustic. A. petit versus B. tantam terram cum pertinentijs in tali villa ut ius suum. Item sunt duæ exceptiones quæ proponi possunt omni tempore & post iudicium, sicut iudicis non sui, & falsi procuratoris, cum quibus nullum iudicium, controversia nulla. Et sicut necesse est actionem proponere & fundare & probare (ut prædictum est) ut prima facie iusta videatur, ita oportebit exceptionem, ut per hoc sciri possit an pertineat ad excipientem exceptio, sicut ad agentem pertinet actio, quia cum aliquando contra actionem pertineat exceptio, tamen (ut supra dictum est) non semper pertinet ad omnes ut illam proponant. ¶ 4. Contra exceptionem vero licet ab initio competens videatur, subueniri poterit petenti ope replicationis, ut si quis petat, excipere poterit tenens de pacto postea interueniente ne petat, contra quã replicari poterit a petente de pacto posterius interposito quod petat, ut si dicatur. Pactum ne peteret postea convenit ut peteret, quo casu, primum pactum per posterum eliditur, non quidẽ ipso iure sed ope replicationis, & sic de similibus de modis & conditionibus in contractibus appositis, ut si convenit in initio contractus quod quid fiat vel ne quid fiat, & si fiat vel non fiat, quod tunc liceat contractanti sic facere

Lib.v. De Exceptionibus.

vel non sic, vel si tali modo non fiat, & tunc sic fiat vt supra de donationibus. ¶5. Ad replicationem vero sequitur triplicatio, & ad triplicationem quadruplicatio ex causa, & sic vltcrius in infinitum, & ita poterit ab initio concedi quòd actio bona sit prima facie, elisa tamen p̄ exceptionē, & eodem modo quòd exceptio bona, elisa tamen p̄ replicationem & sic deinceps. ¶6. Exceptiones vero perpetuæ sunt quamuis ex temporali- bus actionibus descendant, quia non erit in voluntate tenentis quando velit excipere, licet in voluntate actoris sit quando velit agere. Et talis or- do (secūdum quod prædictum est) necessarius est ad proponēdū excep- tiones, quamuis quidam illum non obseruant, quia forte credunt quòd dum vnā ante tempus vel non suo loco proposuerint cum protestatio- ne, saluum sibi fore beneficium cæterarum indistinctè, & si in probati- one vnus defecerint quòd possint ad alias habere recursum. ¶7. Pluri- bus autem poterit quis vti exceptionibus dilatorijs, varijs & diuersis, dum tamen suo loco. Sed si plures peremptoriæ actionum concurrant, vnā debet tenens proponere & probare, sicut contingit superius de actionibus: vt si alicui plures competant actiones, vnā debet expectari, quia si tenens, cū duas peremptorias proponeret vel plures exceptio- nes, in probatione vnus deficeret, posset recursum habere ad alias, & probare sicut posset se pluribus baculis defendere, quod esse non debet cū ei sufficere debeat tantum probatio vnus. ¶8. Probari autem po- terit exceptio multis modis, tum per vocem mortuam, sicut per instru- menta: tum per viuam, sicut per patriam, & inquisitiones, non per fa- miliares & domesticos & alia ratione suspectos, sed per tales qui neu- tram partem aliqua affinitate attingant. ¶9. Item non per sectam quæ fieri poterit p̄ domesticos & familiares, secta enim probationē non facit, sed leuem inducit præsumptionem, & vincitur per probationem in con- trarium, & per defensionem per legem. ¶10. Item non per simplicem vocem, quia vox simplex nec probationem facit nec præsumptionem in- ducit. Si quis autem in probatione exceptionis vel replicationis & sic vltcrius defecerit, amittet per iudicium. ¶11. Item in primis dicatur de vna illarum quæ generalis est ad omnes actiones, scilicet de illa quæ ap- ponitur contra iurisdictionem. Et nihil aliud est iurisdicctio quàm habere autoritatem iudicandi siue ius dicendi inter partes de actionibus p̄sonarū & rerū, secūdū quod deductæ fuerint in iuditiū p̄ autoritatē ordinariā vel delegatā, de quibus supradictum est de potestate iudicantium.

1. ¶ Quid sit iurisdicctio & de eius diuisione. 2. Quale forū actor sequi debeat & quæ pertine-
āt ad forū seculare. 3. Ratione criminis & ratione contractus. 4. Si quis elegerit vnū iudicem
ad aliū recurrere non potest de facili, & debet estimari si sit sui iuris. 5. Quæ pertinent ad fo-
rum ecclesiasticum & quæ ad forū seculare. 6. Quòd laicus non est conueniendus corā iudi-
ce ecclesiastico de aliquibus quæ pertinent ad coronā & dignitatem regis. 7. Quòd quis pos-
sit renūtiare ijs quæ pro se introducta sunt, sed non in præiudicium alterius. Cap. 2.

EST etiam iurisdicctio quædam ordinaria, quædam delegata quæ per-
tinet ad sacerdotiū & forū ecclesiasticum, sicut in causis spiritualib⁹
& spiritualitati annexis. Est etiam alia iurisdicctio ordinaria vel dele-
gata quæ

gata quæ pertinet ad coronam & dignitatem regis & ad regnum in causis & placitis rerum temporalium in foro seculari, & vnde videndum cuius iudicium & forum actor adire debeat, & verum est quòd siue laicum siue clericum velit quis conuenire, debet adire iudicem & sequi forum rei, & iudicem habebit illum apud quem reus habet domicilium, siue domicilium habuerit sub iurisdictione vnus vel duorum. ¶2. Et licet generaliter verum sit quòd actor forum rei sequi debeat, fallit tamen in casibus propter diuersitatem iurisdictionum & causarum de rebus spiritualibus & temporalibus & earum sequela, sicut in causa matrimoniali, & rebus præmissis ob causam matrimonij, quæ in foro ecclesiastico terminari debent, quia cuius iuris. i. iurisdictionis est principale, eiusdem iuris erit accessorium. Et eodem modo sicut si in foro seculari agatur de aliquo placito quod pertineat ad coronam & dignitatem regis, & fides fuerit appositæ in contractu, non propter hoc pertinebit cognitio super principali ad iudicem ecclesiasticum. ¶3. Item fallit in causa testamentaria, & alijs pluribus causis ecclesiasticis. Item ratione criminis conuenitur quis vbi deliquit, vt si quis crimen comiserit in terra aliena, quia vbi deliquit ibi subiaceat iuri, sicut videri poterit de *vtfangthes* per exemplum. Item ratione contractus, quia conueniendus vbi contraxit ille qui contraxit. Item ratione rei petitiæ, vt si clericus petat versus clericum vel laicum debitum quod non sit de testamento vel de matrimonio, sequi debet forum laicale, & eodem modo si petat laicum feodum, sub domino feodi erit actio, sicut petitio hæreditatis per breue de recto erit tractanda coram domino feodi, vel coram vicecom̄ si dominus negligens fuerit, quia ratione negligentia proprii iudicis videlicet domini, transfertur loquela ad comitatū & sic corā rege & suis iustitiarijs, multis & varijs de causis. ¶4. Item si quis vnum iudicem de voluntate sua elegerit, ad alterius audientiam recurrere non debet voluntate propria, cum talis per consensum effectus sit suus iudex quamuis generaliter verum sit, quòd sententia a non suo iudice lata non teneat, & hoc verum est nisi hoc faciat Regia prohibitio, quia iurisdictionem Regis non poterit quis mutare per renuntiationē in præiudicium Regiæ dignitatis, secundum quod inferius dicitur: quamuis expediat aliquando actori conuenire reum sub iudice de cuius factus est iurisdictione per consensum, magis quàm sub eo cui subest domicilij ratione, quia si proprius iudex fuerit negligens, alius iudex (licet non suus) poterit esse diligentior, dum tamen coertionem habeat quòd possit iudicium suum demandare executioni. Et vnde cum diuersæ sint hinc inde iurisdictiones & diuersi iudices & diuersæ causæ, debet quilibet ipsorum in primis estimare an sua sit iurdictio, ne falcem videatur ponere in messem alienam. ¶5. Quia clericus in nullo conueniendus est coram iudice seculari quod pertineat ad forum ecclesiasticum, sicut in causis spiritualibus vel spiritualitati annexis; vt si pro peccato vel transgressione fuerit pœnitentia iniungenda, & quo casu iudex ecclesiasticus habet cognitionem, quia non pertinet ad Regem iniungere pœnitentias, nec ad iudicem secularem, nec etiam ad eos pertinet cognoscere de ijs quæ sunt spiritualibus annexa, sicut

Lib. v. De Exceptionibus.

sicut de decimis & alijs ecclesiæ prouentionibus. Item nec de catallis quæ sunt de testamento vel matrimonio. Item nec de pecunia pmissa ob causam matrimonij, quæ est quasi sequela matrimonij, vt superius dictum est, & huiusmodi, quia iudex ecclesiasticus in ijs omnibus habet ius reuocandi donum, & quauis in omnibus alijs actionibus siue placitis ad forum seculare pertinentibus videatur quod clericus sequi debeat forum seculare, & ibi agere & respondere ratione rei vel contractus vbi agitur realiter vel personaliter sicut in actione iniuriarum vel criminis, dum tamen ciuilitur agatur, secundum quod videri poterit tota die, quod si clericus conueniendus, quia laicum feodum non habet, summonitionem suscipere noluerit, nec plegios inuenire, mandabitur episcopo vel ordinario loci quod faciat talem venire coram rege vel iustitiarijs suis, ad respondendum & satisfaciendum de quocunq; placito ad intentionem petentis vel querentis: quamuis sunt qui dicant quod de nullo placito tenentur respondere, nec ratione rei, contractus vel delicti coram iudice seculari, & salua pace eorum, videtur quod fit in omnibus actionibus & placitis ciuilibus & criminalibus, præterquam in executione iudicij in causa criminali, vbi laicus condemnandus esset ad amissionem vitæ vel membrorum, & quo casu, quamuis iudex secularis habet cognitionem vt cognoscat de crimine, tamen non habet potestatem exequendi iudicium sicut in causis ciuilibus, non enim possit degradare clericum, magis quam ad ordines promouere, & ideo propter eius defectum habet ordinarius executionem iudicij, licet aliter obseruetur quod in causa criminali vbi poena capitalis infligenda est, habet ordinarius vtramque, videlicet cognitionem & iudicij executionem. ¶ 6. Vice versa non est laicus conueniendus coram iudice ecclesiastico de aliquo quod pertineat ad coronam & Regiam dignitatem & ad regnum, quod in foro seculari terminari potest & debeat, sicut nec de laico feodo vel eis pertinentijs, ratione supradicta, vt si iura pertineant sicut aduocatio, ius pascendi, eundi, agendi & huiusmodi. Item nec de debitis, nec catallis, nisi sunt de testamento vel matrimonio & huiusmodi, quia Rex ius habet reuocandi donum propter suum priuilegium, quamuis ipse qui conuenitur coram iudice ecclesiastico de placitis quæ pertinent ad coronam & dignitatem Regiam per se effectus sit per consensum de alterius foro & iurisdictione. ¶ 7. Poterit enim quis renuntiare ijs quæ pro se introducta sunt, sed tamen non in præiudicium aliorum, sicut in præiudicium Regiæ dignitatis, quia iniuste non trahitur ad alienum forum ex quo renuntiando priuilegio suo hoc voluit, iniuste tamen propter priuilegium ipsius Regis. Et vnde si quis se obligauerit per scripturam ad respondendum in foro vetito, non obstante suo priuilegio. i. Regia prohibitione, se ipsum obligat & non Regem, & vnde si ille idem postmodum prohibitionem impetrauerit quod iudices non pcedant, & contra factum suum multipliciter delinquit, delinquit enim per hoc quod placita quæ pertinent ad coronam & dignitatem Regis trahit ad alienum forum. Delinquit enim ex hoc quod venit contra factum suum proprium, & vnde cum iudices & partes comparuerint, iudices puniuntur, eo quod post prohibitionem contra prohibitionem processerunt, et si

et si conuincantur, gaolæ committantur, & poena pecuniaria grauer puniantur, & ille eodem modo de quo queritur qui hoc procurauit, sed nõ propter querelam querentis & iniuriam ei factam, sed propter iniuriam factam ipsi Regi, non est enim ei aliqua iniuria facta propter consensum, quia trahi voluit ad alienum forum, & quia sic voluit, puniatur vt primi, & quia venit contra factum suum, & per impetrationem suam redijt ad forum debitum, vt ibi respondeat de placito principali, etiam sine alio breui, & iudices & ille de quo queritur quantum ad placitum prohibitionis recedat versus eum sine die, & ipse in misericordia versus eos pro falso clameo.

1. ¶ De prohibitionibus dñs regis. Item dictum est si per consensum, nunc autem si contra voluntate
 2. Breue ad prohibendum si contra coronam & dignitate dñs regis iudicibus ne teneant placitum de catallis quæ non sunt de testamento vel matrimonio. 3. Breue iudicibus ne teneant de laico feodo. 4. Breue parti ne sequatur. Cap. 3.

Dictum est qualiter per consensum fit de alterius iurisdictione: Nunc autem dicendum si contra voluntatem trahatur in placitum coram iudice ecclesiastico de placitis quæ pertinent ad coronam & dignitatem Regis, vnde cum quis ita tractus fuerit coram iudice ecclesiastico contra voluntatem suam qui estimare noluerit an sua sit iurisdictione sed iurisdictionem Regis sibi vsurpauerit, & delinquant tam iudices qui placitum tenent quam ille qui sequitur, ad querelam illius qui sic ad non suum iudicem trahitur, fiat breue domini Regis iudicibus ne procedant & ei qui sequitur ne sequatur in hac forma. Et si iudicassent, iudicium exequi non possent, quia vicecom̄ nihil faceret ad mandatum ipsorum.

¶ 2. Rex talibus iudicibus salutem. Prohibemus vobis ne placitum teneatis in curia christianitatis inter A. petentem & B. tenentem de tanta terra cum pertinentijs, vel de laico feodo ipsius B. in tali villa vel aliter: de catallis vel debitis quæ non sunt ex testamento vel matrimonio, & vnde prædictus B. queritur quod prædictus A. eum iniuste trahit in placitum coram vobis, quia placita de laico feodo & de debitis & catallis quæ non sunt de testamento & matrimonio spectant ad coronam & dignitatem nostram. Et huiusmodi prohibitio locum habet cum scribitur iudicibus qui ordinariam habent iurisdictionem. Si autem delegata, vt si delegati fuerunt a domino papa, vel alio ordinario tunc sic.

¶ 3. Rex talibus iudicibus salutem. Prohibemus vobis ne teneatis placitum in curia christianitatis de laico feodo A. in tali villa, & vnde idem A. queritur quod B. de N. trahit eum in placitum coram vobis in curia christianitatis autoritate literarum domini papæ de laico feodo suo vel debitis & catallis &c. vt supra. Et idem dici poterit de aduocationibus ecclesiarum vel de alijs placitis quæ pertinent ad coronam & dignitatem domini Regis, & tunc sic: ne teneatis placitum in curia christianitatis de aduocatione ecclesiæ de tali loco vnde talis queritur &c. vt supra, quia placita

Lib. v. De Exceptionibus.

placita de aduocationibus ecclesiarum spectant ad coronam & dignitatem nostrā T. & c. Et sic fiet de omni iure quod pertinere potest ad laicū feodum de quo Rex habere debet cognitionem. Et eodem modo scribatur parti aduersæ ne sequatur in hac forma. ¶ 4. Rex tali salutem. Prohibemus tibi ne sequaris placitum in curia christianitatis de laico feodo tali in tali villa vel de debitis, cattallis vel aduocatione ecclesiæ & huiusmodi, & vnde prædictus talis queritur quod tu trahis eum in placitum in curiam christianitatis corā tali iudice, ordinario videlicet, vel coram talibus iudicibus, videlicet delegatis autoritate literarum domini Papæ, vel autoritate literarum alicuius alterius ordinarij, vel autoritate literarū alterius subdelegati a iudicibus a domino papa delegatis, quia huiusmodi placita & c. vt supra, & ita quod huiusmodi breuia semper conueniant breuib⁹ ad iudices transmissis.

¶ De prohibitionibus & aduocationibus ecclesiarū. 1. Prohibitio de aduocationibus Indicauit iudicibus. 2. Prohibitio si rectores ecclesiarū cōtēdāt iter se sine patronis. 3. Prohibitio si clericus presentatus ab eo q̄ optinuerit iplacitatus fuerit a clerico ipsius qui amisit in curia regis. 4. Breue prohibitionis (ostendit nobis) formatū a iustic. secundū querelā. 5. Breue prohibitionis contra eū qui sequitur contra iudiciū factū in curia dñi regis. 6. Prohibitio si fiat contra ea que in curia dñi regis rite acta sunt. 7. Si de his que pertinet ad laicū feodū ratione alicuius aduocationis sicut de exennijs & redditibus que pertinere possunt ad coronā. 8. Si minus idoneus fuerit recusatus & idoneus admissus ad querelā breue formatū a iustic. 9. Prohibitio iudicibus si clericus ad presentationē regis vel antecessoris admissus implacitetur in curia christianitatis. Cap. 4.

Sunt etiam alia genera prohibitionū q̄ plura & diuersa quarum quedā sūt de aduocationibus ecclesiarū, vbi non agitur directē inter patronos vt hic, sed indirecte: vt si inter rectores qui tenēt ecclesias de aduocatione & donatione diuersorum patronorū inter se contendant de decimis, oblationibus, & obuentionibus ecclesiarum, & ita q̄ si petēs obtineret, posset patronus iacturā suā aduocationis incurrere, sit iudicibus ne pcedant prohibitio in hac forma, si de tota aduocatione fiat contentio. ¶ 2. Rex talibus iudicibus salutem. Indicauit nobis A. q̄ cum B. talis clericus v2 tenet ecclesiā de tali loco de aduocatione sua C. talis clericus in curia clamans eā de aduocatione D. trahit eū in placitū coram vobis in curia christianitatis autoritate literarū dñi Papæ. Quia vero manifestū est quod præfatus A. iacturā aduocationis suæ incurreret si prædict⁹ C. in causā illa optineret, vobis prohibemus ne in causā illa pcedatis donec discussum fuerit in curia nostra ad quē illorum. s. A. vel D. ptineat eiusdem ecclesiæ aduocatio, quia placitū de aduocatione & c. vt supra Teste & c. Est & alia prohibitio de eodē vbi agitur indirecte de parte sicut de toto, vt si agāt rectores de medietate alicui⁹ ecclesiæ vel de tertia parte inter se de ecclesia quæ diuisa fuit ab antiquo inter patronos & de aduocatione ratiōe diuersorū feodorū, & tūc fiat prohibitio in forma supradicta. Si autē cōtētio fuerit inter rectores de aliquibus decimis quæ estimari possūt vsq; ad quartam, quintam, vel sextam partem aduocationis, & vltra quam partē non extēditur prohibitio vt videtur, tunc fiat iudicibus prohibitio in hac forma. ¶ 3. Rex

¶3. Rex talibus Iudicibus salutem. Indicauit nobis A. quòd cùm B. teneat de aduocatione sua sextam partem ecclesię de N. talis abbas clamās prædictam sextam partem de aduocatione B. trahit eum in placitum coram vobis in curia Christianitatis, quia vero manifestū est quòd prædictus A. iacturam aduocationis prædictæ sextæ partis illius ecclesię incurreret si prædictus Abbas in causa illa obtineret, vobis prohibemus ne in causa illa procedatis, donec discussum fuerit ad quem illorum pertineat prædictæ sextæ partis aduocatio, quia placitum &c. vt supra. Et fiat clerico prohibitio qui sequitur in forma quæ consona sit prohibitioni factæ Iudicib⁹. Poterit aliquando sine præiudicio alicuius de consensu patronorum, ab breue quod dicitur Indicauit, si contingat quòd decimæ petantur in foro ecclesiastico quæ sunt de alteri⁹ aduocatione siue in toto siue pro parte maiore, fieri inquisitio in curia domini Regis tanquam de aduocatione propter estimationem decimarum vbi ecclesia enormiter læsa est, vt si ecclesia recenter spoliata fuerit in hac forma: vtrum videlicet talis præsentatus a tali patrono recenter fuerit in seysina de talibus decimis tanquam spectantibus ad ecclesiā suam quam tenet de præsentatione talis patroni sui vel si talis alia persona inde fuit in seysina tali tempore vt de decimis spectantibus ad ecclesiam suam talem quam tenet de aduocatione talis patroni sui. ¶4. Est & aliud genus prohibitionis, vt cùm inter patronos cōtentio fuerit aliquādo de iure præsentationis & quilibet eorū clericū suū præsentauerit & pendente præsentatione vnus obtinuerit, ad cuius præsentationē clericus admissus fuerit, si clericus qui ab aliquo alio patrono præsentatus fuerit clericū ita admissū coram iudicibus ecclesiasticis implacitauerit ratione præsentationis eius qui amisit, fiat eis prohibitio talis in hac forma. ¶5. Rex tali priori & coniudicibus suis salutem. Ostendit nobis A. quòd cùm ipse ad ecclesiā talē vacantem aliquādo præsentasset B. C. gerēs se patronū illius ecclesię ad eandē ecclesiā præsentauit clericū suū. s. D. & cùm idem A. seysinā præsentandi in curia nostra &c. recuperasset versus ipsum C. & B. clericus ad præsentationem suam ad mandatum nostrū sic admissus, idem D. trahit eū in placitū in curia Christianitatis corā vobis ratione præsentationis de se factæ, autoritate literarū domini Papæ, & quia ea quæ in curia nostra ritè acta sunt irritari non debent, vobis prohibemus ne in causa illa procedatis ad irritanda ea quæ in curia nostra ritè acta sunt. Teste &c. Item alia forma de eodem & quasi per breue de Indicauit. ¶6. Rex tali priori & coniudicibus suis salutē. Ostendit nobis A. prior de N. quòd cùm nuper in curia nostra corā Iustic. nostris &c. recuperasset versus B. priorē de tali loco aduocationē capellæ de N. vt pertinet ad matricem ecclesiā ipsius A. prioris per recognitionē magnæ assisæ inde ibi inter eosdē priores captam, & idē A. prior de tali loco teneat eandem capellā in proprios vsus per ordinariū loci cui per considerationē curiæ nostræ mandauimus processum illius loquelę, vt quod suū esset inde exequeretur, C. s. clericus de N. trahit ipsum A. priorē de tali loco in placitum coram vobis, petēs capellam illam vt persona eiusdem ex aduocatione & donatione prædicti B. prioris de tali loco qui aduocationē illā in curia nra amisit per recognitionē magnæ assisæ, & tanquā inde spoliatus desicut nūquā fuit in

KKKkk.j.

cadem

eadē institut^o vt p̄dictus A. prior de tali loco dicit. Et quia p̄dictus B. prior de tali loco (de cuius aduocatione dictus C. petit capellam illam) nihil iuris habet in illa sicut recognitum est per assisam, & ea quæ in curia nostra rite acta sunt non debeant in foro ecclesiastico ab aliquo infirmari, vobis mandamus, quòd si ad mandatum dicti ordinarij vobis constiterit q̄ p̄dictus C. clericus nunq̄ fuit in eadem capella institutus tēpore quo p̄dictus A. prior de tali loco nec ante recuperavit in curia nostra p̄dictam aduocationem, vobis prohibemus quod in causa illa quæ est corā vobis (vt dicitur) non procedatis, quia hoc esset manifeste contra coronam & dignitatē nostram Teste &c. Item q̄ ea quæ in curia domini Regis rite acta sunt irritari non debent, & vbi consensum est in aliquem clericum eo quòd hæres alicuius fuerit infra ætatem si clerici primo præsentati velint institutum implacitare, tunc fiat prohibitio in hac forma.

¶ 7. Rex talibus Iudicibus salutē. Prohibemus vobis ne teneatis placitū in curia Christianitatis de ecclesia de N. de cuius aduocatione nuper placitum fuit in curia nostra coram Iustic. &c. inter A. querentem & B. custodem C. filij & hæredis A. impediētē ratione iuris quod idem B. dicebat eundem C. habere in p̄dicta aduocatione, & vnde inter eosdem A. & B. conuenit in curia nostra coram Iustic. nostris quòd vterq; illorum cōsensit in E. cancellariū talem eo q̄ iudicium procedere non potuit, quia p̄dictus C. (de quo dicitur quòd ius habet in p̄dicta aduocatione) ad chartas antecessoris sui vel huiusmodi respondere nō potest cū sit infra ætatem. Et quia si placitum quod est coram vobis in curia Christianitatis procederet, idem C. dum infra ætatem fuerit iacturam aduocationis suæ posset incurrere, & placita de aduocationibus ecclesiarum pertinent ad coronam & dignitatem nostram &c. Teste &c. Est & aliud genus prohibitionis ratione rerum temporalium quæ ad ipsum Regem pertinere possunt ratione custodiæ Archiepiscopatum & Episcopatum vacantium, & quæ occasionem inducunt prohibendi sicut pro sancto Edmundo Archiepiscopo Cantuar̄ & fit prohibitio in hac forma. ¶ 8. Rex priori & Conuentui Roff. salutem. Ex relatione quorundā nuper didicimus q̄ cū venerabilis pater E. Cantuar̄ archiepiscopus habeat custodiā episcopatus Roff: nunc vacātis cum omnibus exitibus & p̄ficuis ad dictum episcopatum spectantibus, vos trahitis in placitum in curia Christianitatis eundē Archiepiscopū autoritate literarum domini Papæ super quibusdā exennijs quæ præstanda sunt de manerijs nostris, & eodem modo consuetudo quo alij annui redditus reddi solent episcopo si vineret, eo q̄ idem archiepiscopus ea sibi reddi postulat ratione custodiæ eiusdem episcopatus tempore vacationis. Et quoniam si vos in causa illa obtineretis, manifestum esset nobis inde damnū incurrere si contingeret aliquādo archiepiscopū Cantuar̄ simul cū episcopatu Roff: vacare & vtrūq; in manu nostra existere, vobis prohibemus ne placitum illud sequamini in curia Christianitatis, quia hoc esset contra coronā & dignitatem nostram & ad damnum nostrum & præiudicium libertatis nostræ quam habemus de episcopatibus vacantibus in regno nostro. Teste &c. Et fiat aliud breue in eadem forma Iudicibus ne procedant. Est & aliud genus prohibi-

prohibitionis vbi quis clericus presentatus ad ecclesiam per dominum Regem propter insufficientiam recusatus fuerit & alius idoneus institutus, si velit inquietare institutum & tunc fiat prohibitio in hac forma.

¶ 9. Rex talibus Iudicibus salutem. Satis meminimus nos iam pridem presentasse venerabili patri E. Cantuar Archiepiscopo A. de N. ad ecclesiam talem tunc vacantem, quem quidem cum idem archiepiscopus minus idoneum inuenisset, ipsum ad eandem admittere recusauit, & cum idem archiepiscopus a nobis licentiam obtineret de idonea persona eidem ecclesie prouidenda, illam B. de N. viro poudo & honesto & laudabilis conuersationis contulit, cuius collationi & ordinationi de eadem factae Regium adhibuimus assensum & fauorem. Et cum idem A. iam pristinae presentationi ad dictam ecclesiam de persona sua per nos factae adhæreat, & de qua nihil consequi potuit propter suam insufficientiam, trahit ipsum B. in placitum de eadem ecclesia coram vobis autoritate literarum domini Papae, & quoniam iniustum est & contra dignitatem nostram quod idem A. cui fuit propter suam insufficientiam institutio denegata, ipsum B. implacitet & inquietet qui per ipsum archiepiscopum sicut persona idonea ad eandem admissus & canonicè institutus nostro interueniente assensu & fauore, vobis prohibemus quod de cætero placitum illud non teneatis Teste &c. Et fiat breue in consimili forma clerico ne procedat. Est & aliud genus prohibitionis, cum ipse Rex vel aliquis antecessor suus, ratione alicuius vacationis alicuius episcopatus, Abbatiae vel prioratus, & in manu sua existentis, presentauerit clericum, & qui ad presentationem suam fuerit institutus: & Episcopus, vel Abbas, vel prior substitutus veniat contra presentationem Regis vel patris sui, tunc fiat prohibitio in hac forma. ¶ 10. Rex talibus Iudicibus salutem. Monstrauit nobis A. de N. q. cum teneat aduocationem talis ecclesie de donatione I. Regis patris nostri, quam ei contulit ratione talis prioratus vacantis, & in manu sua existentis, prior illius loci iam infirmare nititur institutionem illius A. de prædicta ecclesia, quam sic ad presentationem dicti patris nostri canonicè est adeptus, & grauans, & inquietans eum multipliciter, trahit eum coram vobis in curiam Christianitatis, autoritate literarum domini Papae de eadem ecclesia. Et quoniam hoc est manifestè in opprobrium & præiudicium Regiae dignitatis, si prædictus prior in causa illa obtineat: vobis prohibemus ne in causa illa procedatis, cum vobis & vniuersis de regno nostro notorium sit & esse debet, quod ecclesie vacantes, & pertinentes ad collationem episcoporum, Abbatum, & priorum sede non vacante dum viuerent: pertinere debent ad nos, ratione custodiae tempore vacationis. Teste &c. Et quod dictum est de episcopatibus, Abbatibus, prioratibus, dici poterit de baronijs & alijs dum fuerint in custodia domini Regis.

1 ¶ De donationibus qua pertinent ad Regem in vacationibus episcopatum, abbatiarum prioratum & huiusmodi. 2. Prohibitio si clericus implacitauerit balliuum vel alium ministrum eo quod arrestauit eum pro pace Regis vel pro latrocinio. Cap. 5.

Est etiam inter alias prohibitiones quædam prohibitio, vbi videlicet clericus implacitauerit balliuum domini Regis in curia Christianitatis aliqua de causa, eo forte quod idem balliuus eum arrestauit pro aliqua transgressione, & pro pace domini Regis, & de quo petita fuit curia Christianitatis per episcopum: & forma prohibitionis talis est. ¶ 2. Rex talibus Iudicibus salutem. Mōstrauit nobis talis vic. maior, præpositus talis villæ, vel balliuus quilibet, quod cum A. clericum tanquam malefactorē & reatum de roberia & societate latronū, vel inuentum tali loco in conuētu & societate latronū, & certa suspitione notatū, p officij sui debito, & p pace nra per legem terræ secundū regni nostri consuetudinē nuper arrestari fecisset, quoniā etiam postmodum tali episcopo, qui ipsum petijt sibi liberari tanquam clericum a carcere & custodia nostra fecimus liberari, Idem A. clericus præfatum balliuum nostrum, occasione prædicta trahit in placitum coram vobis autoritate literarū domini Papæ, & quoniā hoc est manifestè contra coronā & dignitatē nostram, & etiam contra pacem nostram, quod aliquis balliuus noster occasione ministerij sui, vel pro aliquo quod ad cōseruationē pacis nostræ pertineat, vel pro Iustitia faciēda, trahatur in placitum in curia Christianitatis, cum eorum facta nra reputem⁹ in hac parte, vobis phibem⁹. &c. vt supra. T. &c. Et cōsimile breue fiat clerico qui sequit⁹, & qui poti⁹ capi debeat & in prisōn mitti.

¶ Prohibitio de eo qui dicebat se tenere per legē Angliæ & in curia Christianitatis probare voluerit pueros suos legitimos qui reuera bastardi sunt. 2. Si quis voluerit in curia Christianitatis legitimatōnem suam probare, antequam inquisitio esset Iudicibus per curiam Regis demandata per W. ihelmuū Muschet. 3. Si petens tenenti vel econtrario bastardiā obiecerit, & mortuo eo cui fuit obiectum velit iudex inquirere de legitimatōne filij, cum hoc non sit ei demandatum. Cap. 6

Est etiam breue prohibitionis in casu vbi quis tenere se dicebat per legem Angliæ, & cum disseysitus esset & tulisset breue de noua disseysina ad seysinam recuperandam, obiectum esset ei quod recuperare nō potuit, eo quod pueri ratione quorū ad vitam suam tenere debeat, cum in curia Christianitatis illos probare velit ad legitimos, quod facere non debuit, secuta fuit prohibitio in hac forma. Rex tali episcopo salutem. Ostensum est nobis ex parte A. quod cum B. nuper in curia nostra &c. nu p arramauerit assi. no. diss. versus eundē A. de tenemto in tali villa qd idē B. dicebat se tenuisse p legē Angliæ, & idē A. per considerationem eiusdē curiæ nre idē recessisset sine die versus eundē B. eo q pueri quos habuerat de vxore sua tali, cuius hæreditas tenementū illud fuerat, & ratione quorū puerorū idē B. clamauit tenere illud tenementū ad vitam suā per legē Angliæ secundum regni nostri consuetudinē, nati fuerunt ante matrimonium contractum inter ipsum B. & talem vxorem suam, sicut in eadem curia nostra recognitum fuit per confessionem ipsius B. & etiam contra eum præsumptum, eo quod idem B. prius fuit in curia nostra cum præfata tali quam nunc dicit vxorem, & cum in probatione esset in curia nostra, idem B. venit cum ea sicut seruiens, & non vt maritus, nec aliqua facta fuit mentio in breui per quod ipsa placitaret q virum haberet, præ

prædictus B. postea ad deceptionem curiæ nostræ & ad infirmandum iudicium in curia nostra factum, trahit ipsum A. in placitum coram vobis in curia christianitatis, autoritate litterarû domini Papæ, ad prædictos pueros legitimandos, vt sic per aliâ viam rehabere posset tenementû qd̄ amisit, & q̄ pueri sui sic succedere valeât in bonis paternis & maternis. Et cû nõ possint iudices aliqui de legitimitate cognosceŕ quoad hereditatē & successionem habendam, nisi fuerit loquela prius in curia nostra incepta per breue, & ibi bastardia obiecta, & postea ad curiam christianitatis trãsmissa, vobis prohibemus quòd in placito illo vlteriùs non pcedatis, nos enim cûm prædicti pueri ad nos venerint, in prædicta curia nostra de prædicto tenemento eis Iusticiam exhibeamus, secundum consuetudinem regni nostri, vbi si eis bastardia obiecta fuerit, mandabimus ordinario loci vt de ipsorum legitimatione cognoscat, si ad ipsum fuerit in hac parte cognitio demandanda. Est etiam prohibitio huic cõsimilis, & magis aperta de quodam VValtero Muschet quòd non valet cognitio de legitimitate quoad successionem, nisi sic fuerit a curia Regiã demandata, & est prohibitio talis. ¶.2. Rex talibus iudicibus salutem. Ostensum est nobis ex parte A. quòd cûm in curia nostra coram iusticiarijs nostris pximo itinerantibus in tali com̄ arramauit quandam assisam mortis antecessoris versus B. de quadam terra in N. idem B. timens sibi posse opponi notam bastardiæ in eadem assisa, & antè prædictum aduentû iusticiarioŕ, & anteq̄ ei bastardia opponatur in curia nostra in eadem assisa, & anteq̄ fuerit per nos ordinario loci inquisitio de legitimitate pbanda secundû regni nostri consuetudinem damandata, literas dñi Papæ ad vos directas impetrauit, vt de legitimitate sua cognoscatis, & ad p̄bationē illius testes admittatis, vt per hoc remaneat hereditas & successio contra cõsuetudinē regni nostri quæ hucusq; obtinuit, vt approbata & a sede apostolica cõfirmata, & in causâ successionis & hereditatis petitiõe debet prius placitû moueri in curia nra, & cû ibi obiecta fuerit bastardia, tunc deinde trãsmitti debet recordû loquelę & cognitio bastardię ad curiã christianitatis, vt ibi ad mandatû nrm̄ de legitimitate inquiratur, qd̄ quidē non est in hac parte obseruatû. Et cû hoc sit manifestè cõtra cõsuetudinē regni nri, & habita vel habenda inter alios cõtentione de iure successionis debeat ad inquisitionē de legitimitatiõe pcedere anteq̄ a nobis hoc fuerit vobis demandat: vobis p̄hibem⁹. &c. vt supra. ¶.3. Est etiã alteri⁹ modi p̄hibitio, cû petens tenētī bastardiã obiecerit, & ordinario loci fuerit inquisitio demandata, si mortuo petente vel tenēte velit ordinari⁹ sine nouo mādato in p̄sona heredis ad inquisitionē procedere. Rex tali ordinario salutē. Ostendit nobis A. fili⁹ & heres B. q̄ cû C. in curia nra corã iustic. vltimò itinerarib⁹ in com̄ tali, peteret versus eudē B. tantû terrę &c. p assisã mortis antecessoris inde ibi inter eos sūmonitã, & idē B. obiecerit eidē C. bastardiã in eadē curia, & cognitio vobis esset demādata, & p̄dēte iquisitiõe illa, idē B. diē clausit extrem̄: vos p̄fatû A. filiû & heredē p̄dicti B. vocari fecistis in iudiciû p̄dicta occasione, vt in p̄sona heredis defuncti procedat inquisitio sine alio mandato, & quia si contingat quòd altera partium inter quas agitur in curia nostra decedat, tota loquela illa cadit & remanet nec super eodē procedi

procedi poterit contra hæredem defuncti, nisi per breue nostrum de no-
tio contra ipsum perpetratum, vobis mandamus q̄ in cognitione prædictæ
causæ contra præfatum A. de cætero non procedatis, donec a nobis aliud
indē habueritis mandatum, Teste &c.

¶ *Quibus fieri debet prohibitio.*

Cap. 7.

Quibus fieri debet prohibitio videndū, & sciendum q̄ tam ei qui te-
net placitum q̄ ei qui sequitur, siue plures, sint iudices delegati si-
ue subdelegati, siue vnus, sicut ordinarius quicūq̄, si vn⁹ qui se-
quitur siue plures, licet prima facie videat q̄ sufficere debeat si tantum iu-
dici fiat prohibitio, quia si Iudex procedere noluerit, non valebit, quāuis
querens sequi velit, quia non ibi erit iudiciū quasi deficiente iudice, si autē
parti tantū & ipse sequi voluerit, nullū erit iudiciū ratiōe supradicta, quia
non valet si iudex tenere vellet, si non sit qui sequatur, & sic non erit iudi-
ciū. Melius tamen erit q̄ omnibus fiat generaliter, ne iudices vel querens
impunè possit procedere. Sed quid si iudices delegati alios sibi subdele-
gauerit, & qui cognouerit de causa, videndum quibus fieri debeat phibi-
tio, vtrū vʒ principalibus vel subdelegatis, & tunc refert vtrū ita subdele-
gauerint, vʒ ad certum diem, vel sic quòd sibi reseruauerint principalia
iudiciorum, videlicet principium, medium, & finem, scilicet contestationem
& dispensationem super contestationibus & diffinitiuā sentētiā, &
quo casu videtur q̄ locū habere debet prohibitio, cū sic sibi aliquid refer-
uauerint, & ipsi autoritatem subdelegatis præstiterint, cū ipse facere vi-
detur cuius autoritate sit. Si autē se ad totam causam excusauerint & ni-
hil sibi reseruauerint, tūc refert vtrū hoc fecerint ante prohibitionē, vel post.
Si autem ante prohibitionem, non credentes aliquā interuenire posse phi-
bitionē, tūc sufficit si prohibitio fiat subdelegatis. Si vero post phibitionē,
tunc præsumi possit q̄ hoc fecerit per fraudem. Et ideo tenebit prohibitio
facta in personis eorū, quasi nulla facta subdelegatione.

¶ *Si iudices prohibitionē admittere recusauerint & superueniat illa prohibitio, estimare de-
bent an eorum sit iurisdictio, & si dubitauerint, debent consulere iustic. & de huiusmodi cō-
sultationibus dicatur. 2. Breue ad respondendum consultationi iudicum per iustic. de noua
garba. 3. Aliud breue & alterius modi si clericus clericum de eodem. Cap. 8.*

Proposita sic exceptione cōtra iurisditionē (vt p̄dictū est) & cū illā
admittere recusauerint, superueniat prohibitio, & facta examinatio-
ne an eorū sit iurisdictio vel non, decreuerit supersedendū, tūc rema-
neat querentis prosecutio. Si autē dubitauerint vtrū supersedendū sit vel
non, solēt iudices aliquādo iusticiarios cōsulere vtrū p̄cedere possent vel
necesse haberent supersedere, & vtrū ad eos pertinet cognitio vel non p̄-
tinet, & quo casu fuit eorū consultationib⁹ per iudices multis modis res-
ponsū, secundū quod prohibitio locū habere debet vel non habere, & sic
breue huiusmodi de respōsione faciēda sub nomine iusticiariorū. ¶ 2. Vi-
ris venerabilibus, vel dilectis sibi in christo tali & cōiudicibus suis salutē.
Literas vestras suscepi, continentes q̄ cū quædā causa quæ vertitur co-
ram vobis inter A. priorē & conuentū talē & B. talem clericū vel laycum,
facta vobis editione (vt dicitis) super noua garba terrē ipsi⁹ B. p̄dictis A.
priori

De Exceptionibus. Fol. 406.

priori & cōuentui quondā in perpetuā elemosinā collata, auctoritate litterarū dñi Papæ examini vestro sit cōmissa, & cū ex earundē auctoritate litterarū, in eadē causa iam inceperitis pcedere: Idem B. ne de layco feodo suo in curia christianitatis procedatis, vobis literas dñi Regis prohibitorias porrexerat, vnde a nobis consiliū requiritis vel petitis, vtrū in causa illa procedendum sit vel supersedendū, ad quod vobis vel cōsultationi vestrę duximus respondēdum, vel aliter sic. Desiderio igitur vestro satisfacere cupientes vel volentes, cōsultationi vestrę in hac parte sic duximus respondendū, q̄ si prædictus A. prior & conuentus, nouam garbam illam aliquo tempore perceperunt, & inde in possessione p̄cifica fuerint per aliquod tempus, & inde spoliati iniustē, super restitutiōe illius nouę garbę, (si vobis hoc cōstiterit in veritate) in foro ecclesiastico secure potestis pcedere non obstante Regia prohibitione. Si autem in possessione inde nō fuerint nec inde recēter spoliati iniuste, tūc magis expedit vobis supersedere q̄ procedere, quia si pcederetis, hoc esset in præiudiciū Regię dignitatis. Fiat quandoq; respōsio cōsultationibus sub nomine regis, quādoq; sub noīe iustic. breuius tamen & rectius poterit cōsultationibus respōderi examinata iudiciū cōsultatione hoc modo. Talibus Iudicibus salutem. Inspectis literis vestris quas nobis transmisistis & plenius intellectis (sine præiudicio melioris sententię) cōsultationi vestrę duxim⁹ respōdēdum, q̄ si res ita se habet sicut in cōsultatione vestra nobis exposuistis, videtur nobis q̄ in causa ista bene potestis procedere, non obstante Regia prohibitione. Est etiam alius modus cōsultationis & responsionis per M. de P. q̄ phibitio locū non habet inter ecclesiasticas personas, vt si viri religiosi teneantur alicui clerico in annuo reddito per chartam & sub præstatione sacramenti, si clericus velit agere in foro ecclesiastico. ¶ 3. Tali N. & coniudicibus suis talibus salutem. Literas cōsultationis vestras benignē suscepi, & qua decuit diligētia inspexi, & quibus inspectis & intellectis, vobis & cōsultationi vestrę si duximus respondendū, q̄ cū iur canonico sit contrariū, q̄ si clericus clericum & maxime viros religiosos conuenerit coram iudice ecclesiastico, quod ijdem religiosi quasi religionis suę imemores, & de ecclesia (salua pace eorū) male scientes, vt negotij pcessū impediāt, & iudiciū ecclesiasticū subterfugiāt, & maxime super annuo reddito per eorū chartā & iuramēto obligati, ad prohibitionē Regiā maliciose recurrant, aduertat discretio vestra, q̄ in casu proposito non obstat Regia phibitio, & procedatis secure, ne subterfugiēdi detur perniciofa occasio, quia si ipsi conueniantur in seculari iudicio, se ibi tuerentur fori priuilegio, quia forte dicerēt q̄ clerici essent, & ideo q̄ non tenerentur respondere in foro seculari ratione ordinis clericalis & psonę suę, & sic videtur quod causa secularis & res trahitur ad forum ecclesiasticum propter priuilegium personę ecclesiasticę, quod esse non deberet (vt videtur) quia si illud priuilegium haberet pro se ne responderet in foro seculari, merito illud contra se haberet ne ei in eodem foro responderetur. Nec etiam valere deberet (vt videtur) illud quod superius dictum est, quod propter recentem spoliatiōē mutari debet iurisdictio de re temporali, non magis de reddito quā de layco feodo, vbi remedium habere possēt

Lib. v. De Exceptionibus.

possit in foro seculari per assisam nouæ disseysinæ, vel huiusmodi, secundum quod redditus fuerit talis vel talis.

¶ Vbi & quando & quibus rebus locum habet prohibitio, ratione personarum & rei. 2. Ratione contractus. 3. Ratione delicti. Cap. 9.

VT autem consultationibus Iudicum melius possit responderi, videre non est inutile, vbi, & quando locum habere debeat prohibitio, & de quibus rebus, & quando non. Et si non in toto, in parte tamen per exceptionem. Et sciendum quod locum habet prohibitio ne iudiciū procedat in foro ecclesiastico, quādoq; ratione personarum & rei de qua agitur, vt vbi cognitio merè pertinet ad coronam & dignitatem Regiam, vt si laicus laicū implacitauerit coram iudice ecclesiastico, de aliquo layco feodo, vel de aliquo quod ad laicum feodum pertineat, quia iurisdictionem Regiam in hac parte mutare non poterit aliquod priuilegium, sicut priuilegium cruce signatorū, vel alicuius alterius, etiam etsi Rex hoc vellet, dissimulat tamen hoc quandoq; quamuis hoc sit contra priuilegium coronæ & dignitatis suæ. Item iurisdictionem suam non mutat fidei interpositio, sacramētum præstitum, nec spontanea renuntiatio partium, quamuis sibi ipsis in hac parte præiudicent per consensū. Et illud idem dicendum erit de debitis, & catallis quæ non sunt de testamento, vel matrimonio, vel eorum sequela. Item locum habet prohibitio ratione personarum vel rei, vt si clericus laycum, vel laycus clericum, in foro ecclesiastico traxerit de aliquo prædictorum. Item ratione rei tantum, vt si de aliquo prædictorum clericus in foro ecclesiastico clericum traxerit in placitum, quia si iudex ecclesiasticus inter tales iudicauerit, iudicium suum executioni mandare non poterit, quia non est vicecom̄ nec alius minister qui in executione facienda ei obtemperet, & si ipse exequi voluerit, locū habebit contra ipsum assisa nouæ disseysinæ, & contra eum qui sequitur, de laico feodo dico, ad differentiam liberę elemosinę, quæ magis p̄prie dicitur libera, cū sit quasi deo dedicata, sicut terra data ecclesiæ nomine dotis tempore dedicationis, quæ magis priuilegiata est, & cuius cognitio ad forum spectat ecclesiasticū, quā sit pura & libera elemosina data ecclesijs & viris religiosijs, & de qua iurdictio & cognitio pertinet ad forum seculare. Item locum habet prohibitio ratione rei, sicut de laico feodo quod alicui descendit ex causa successionis, vt si iudex ecclesiasticus cognoscere vellet de successionē, ad querelam clerici vel laici locum habet prohibitio ratione rei. ¶. 2. Item & eodem modo ratione contractus, vt si clericus contrahat cum laico in causa alicuius emptionis & venditionis de aliqua re seculari, de qua cognitio pertineat ad forum seculare. ¶. 3. Item & eodem modo locum habet prohibitio ratione delicti, vt si clericus delinquat contra clericum vel laycum, vel laycus contra laicum in re temporali: ratione delicti, vel facti, pertinet cognitio ad forum seculare, tam in actione iniuriarum quā criminis, dum tamen ciuilit̄ agatur, & in quibus casibus omnibus iudex secularis habet cognitionem

onem & coercionem, & iudex ecclesiasticus non nisi per dissimulatione. Si autem criminaliter agatur & super crimine, iudex ecclesiasticus non habebit iurisdictionem, licet habere debeat iudicij executionem. In causa enim sanguinis iudicare non potest nec debet, ne committat irregularitatem. Pertinet igitur (vt videtur) ad iudicem secularem cognitio, & ad iudicem ecclesiasticum iudicij executio, quia iudex secularis degradare non potest, non magis quam ad ordines promouere, sicut superius dictum est in parte.

¶ Quando & in quibus locum non habet prohibitio sicut de re sacra vel quasi. 2. Quod ratione accessionis locum non habet prohibitio. 3. Quod actiones legari non possunt. 4. Item non in causa testamentaria. 5. Si de facto suo effectus sit alterius iurisdictionis. 6. Non habebit prohibitionem de recenti spoliatio. 7. Item in causa restitutionis. Cap. 10.

Quando & in quibus locum non habeat prohibitio dicendum. Et sciendum quod locum non habebit prohibitio in curia christianitatis de aliquo spirituali vel spiritualitati annexo, siue agatur inter clericos siue inter clericum & laicum, vel vbi agatur ex causa testamentaria vel matrimoniali, vel de aliquo de quo fit poenitentia iniungenda pro peccato. Item locum non habebit prohibitio si in curia christianitatis agatur de aliquo tenemento quod sit sacrum, & per pontifices deo dedicatum, sicut sunt abbatia, prioratus, & monasteria, & horum cemiteria. Item quasi sacra, quia spiritualitati annexa, sicut sunt terrae datae ecclesijs tempore dedicationis, cum aedificijs in eadem contentis, & in pertinentijs eorum. Vnde si ecclesia vel monasterium de huiusmodi terra in dotem data, vel de eius pertinentijs sicut de communia pasturae & huiusmodi fuerit spoliata, si in foro ecclesiastico de restitutione agatur, locum non habebit prohibitio, quod quidem non est intelligendum de libera elemosina quamuis sit pura. Nota quod non iacet prohibitio in dote ecclesiae, iacet tamen in libera & pura elemosina. Et de hac materia habetis de termino P. Anno Regis. H. xv. in com. Som. de Richardo persona de Hidesford. Et ad hoc facit expresse quod habetis de termino s. H. Anno Regis H. vii. in com. Bedf. de Gylberto persona de Denha. Item nec locum habebit prohibitio si in foro ecclesiastico agatur, & hoc ratione personarum, sicut de cattallis clericorum eis violenter ablati, vt de termino s. H. Anno Regis. H. viii. in com. Cornubiae de Ewerino de le Lynd. Item locum non habebit prohibitio si de decimis agatur, vel si erratum fuerit in forma prohibitionis, vt si fiat prohibitio de debitis vbi fieri debet de cattallis, vel e contrario: vt de termino s. H. anno Regis. H. vi. in com. warf. de quodam praecentore Lyncoln. Sed contra de decimis quod locum habet prohibitio si decimae petantur, vel earum precium si vendantur ex venditione: vt de termino s. M. anno Regis H. ix. incipiente. x. in com. Eborum de Richardo persona de Mapeldon. Sed hoc soluitur sic, quod in primo casu conuenit fuit primus & principalis debitor, vbi locum non tenuit prohibitio, & in secundo casu conueni fuerint fideiussores & implacitati, cum ipse principalis debitor soluendo esset, & vbi post prohibitionem iudicatum fuit in foro seculari quod persona se caperet ad principalem debitorem, qui soluendo fuit, & fideiussores inde quieti: Et vnde videtur quod si principalis debitor soluendo non esset,

LLLj.

quod

quòd persona agere posset in foro ecclesiastico cōtra fideiussōres, nō obstante prohibitione. Itē locū non habebit prohibitio in causa testamentaria vel matrimoniali, quia huiusmodi genera placitorū specialiter excipiuntur, cū sint spiritualia vel spiritualibus annexa. Item nec de aliquib⁹ quę sunt eis accessoria, vel ānexa: accessoria dico, sicut est obligatio fideiussōnis, vt in venditione decimarum, de qua superius dictū est. Item de promissionibus factis, de pecunia danda ob causam matrimonij in initio contractus nomine maritagij. Secūs autem si tenementū promittatur. Et q̄ huiusmodi pecunia peti possit non obstante prohibitione: inueniri poterit de termino s. M. an. Regis H. xiiii. incipiente. xv. in com̄ Suff. de Hugone de Monte Causo. Ad idem facit quod habetis de termino s. T. anno regis H. xv. in com̄ Oxon̄, & vnde prior de Berncestre fuit iudex. Et sēper videndū erit, propter quid aliquid factū sit vel promittatur. ¶. 2. Item ratione accessionis in causa testamentaria non habet locū prohibitio si pecunia legatur, & petatur vt debitū in foro ecclesiastico ex causa testamentaria: Itē nec locū habebit prohibitio, si testator pecuniā sibi debitā legauerit, dum tamen debitū in vita testatoris recognitū sit & probatū, quia huiusmodi pecuniā inter bona testatoris cōnumeratur, & pertinet ad executores. Si autē petatur debitū per executores, de quo debitores in vita testatoris confessi non fuerint nēc cōuicti, vel nec post mortem gratis recognouerint, huiusmodi debitū inter bona testatoris non cōnumeratur, & si ab executoribus, vel ab hærede in foro ecclesiastico petantur, locum habebit prohibitio, & in foro sēculari oportebit agere, huiusmodi enim actiones hæreditarię sunt & pertinent ad hæredes, & ideo legari non possunt, & sicut dantur hæredibus contra debitores & non executoribus, ita dantur actiones creditoribus cōtra hæredes & non contra executores. ¶. 3. Et q̄ actiones legari non possunt, nec iudices ecclesiastici inde recognoscere, nec executores petere debitum quod in vita testatoris nō est recognitum, probatur de termino s. H. anno regis H. vi. in com̄ North. de Radulpho persona de Irclimbourgh. Et q̄ actiones legari non possunt, nec inter bona testatoris connumerantur, maxime de antiquo debito: probatur de termino P. anno Regis H. xv. in com̄ Essex de Geruasio de Aldermābury. Ad idem facit quod habetis de termino P. anno Regis H. xvi. in com̄ South: de Engeldardo de Cygoiny. ¶. 4. Item nec locum habet prohibitio in causa testamentaria, si catalla legentur & inde agatur in foro ecclesiastico. Item nec si in ciuitatibus & burgis legentur domus vel ædificia, quę habuit testator de perquisito, cū sint quasi catalla testatoris. Secus tamen est in quibusdam locis si proueniant ex descensu antecessoris, in quibusdam locis sicut in ciuitate London, vbi locū habet prohibitio si inde agatur. Item locum non habet prohibitio si legatur vsus fructus alicuius terrę, vt si testator aliquam terram tenuerit ad terminum annorum, & vsum fructum legauerit, quia vsus fructus inter catalla connumeratur, tenemento in suo statu duraturo sicut laicum feodum. Sed cū terra ad terminum ita alicui data fuerit, refert vtrum testator tantum, vel testatori & hæredibus suis. Si autem testatori tantum, tunc poterit testator in vita dare & in morte legare sine præiudicio hæredum.

Si

Si autē sibi & hæredibus suis, non sic: nisi in vita dederit, vbi hæredes tenentur ad warrantiam, & eodem modo si legauerit expressē, si autem nullā mentionem inde fecerit, tunc transit vsus fructus ad hæredes. ¶ 5. Item locum non habet prohibitio vbi quis de facto & cōsensu suo proprio effectus est alterius iurisdictionis, scilicet quantum ad se ipsū, sed non quantum ad Regē ad quē pertinet iurisdictione, secundū quōd superius dictū est: & ibi iudicium de renunciatione, q̄ non potest quis in præiudiciū alterius renunciare, factum tamen fuit contrariū, vt in Rotulo de termino P. anno Regis H. xvi. in com̄ Deuon̄ de Thoma de Buttyler, Alfrido de Cottonē q̄ renūciatio alijs p̄iudicat q̄ renuntianti. Itē & eodē modo non habebit locū prohibitio si quis effectus fuerit de alterius iurisdictione de facto suo proprio per appellationem, vt si implacitatus fuerit corā iudice ecclesiastico & non suo, appellauerit ad alium iudicē non suū, si ad prohibitionē Regiā conuolauerit ratione rei secularis quæ petitur, quantum ad personā suam audiri non debet, licet non quantum ad personā Regis, vt supra dictū est, quia quos semel approbavit eos post reprobare non potest. ¶ 6. Itē locū non habebit prohibitio de recēti spoliatione, vt si clericus clericum spoliauerit de decimis vel alijs de quibus cognitio pertinet ad forum ecclesiasticū, quia de huiusmodi restitutione non generatur præiudiciū patronis, quantum ad ius aduocatiōis. ¶ 7. Item nec locum habet prohibitio in causa restitutionis, cū ecclesia recēto spoliata fuerit de aliqua libertate quæ ei concessa fuerit tempore dedicationis, sicut habendi rationale estouerium in bosco patroni, sicut de houbote & heybote & ad arrendū, & hmoi. Item habendi cōmuniā pasturæ ratione terræ datæ ecclesiæ in dotē: recēter dicitur, quia si non est recēter, aliter erit. Itē nec locū habebit prohibitio, vbi quis negligens & criminis sui contēptor tardius sibi prospexerit q̄ deberet, quia tūc primō iuris prohibitionē cū puerum esset ad sententiam diffinitiuā ferendā, vel forte cū lata esset sententia, quia extūc non esset qui sequeretur placitū, quia prius fuit placitū vel iudex qui placitum teneret, q̄ post prohibitionē non fuit factū, qd̄ quidem querens propriæ poterit imputare negligentia, quod si tempestiue fecisset, non esset ei imputandū & q̄ iudicibus non sit negligentia querētis imputanda, habetis de termino. f. H. anno Regis H. x. in com̄ North. de Richardo Oliue.

¶ De iudicibus qui fraudulenter simul faciūt suas cōmunionēs vt facilius procedat ad cōmunionē. Breue de capiēdo excommunicato dāuim Regi pet̄ ep̄iscopū directū. Si ep̄iscopū vel alius ordinarius fraudulenter procurauerit captiōem. Cum quis iuste fuerit excommunicatus. Cum iuste excommunicatus paratus sit satisfacere deo & ecclesiæ. Breue ad deliberandū eum qui captus fuerit.

Sunt remota iudices qui cū citatus cōparuerit de re ad cognitionem suam non pertinente, vt prohibitionem euadere possint, facta editio ne sine scriptis, & denegato ei beneficio deliberationis, faciūt et tunc cōmunionēs, qualibet post aliam primo die litis, & vbi satisfecerit eorū voluntat, innodant eum vinculo excommunicationis, & pēdente prohibitione, cū talis in huiusmodi excommunicatione p̄siterit per. xl. dies. ¶

in scriptis

prohibitionibus persecutionē euadāt, ad impetrationē eorundē iudicū significat ordinarius Regi q̄ talis in excōmunicatione extitit per tantum tempus, & procurat captionem per hoc breue. ¶.2. Excellentissimo domino suo H. dei gratia &c. talis N. permissione diuina Exōn episcopus salutem in eo qui dat salutem Regibus: Serenitati Regiæ præsentibus intimamus q̄ A. de N. propter ipsius contumaciam manifestam excommunicationis vinculo inodatus p. xl. dies & amplius in excōmunicatione perseuerans ecclesiasticæ negligit parere censuræ, clauēs ecclesiæ contemnēdo. Quia vero Regia maiestas eorum solertiam reprimere consuevit qui ecclesiasticis præceptis obedire negligunt & mandatis, celsitudinis vestræ brachiū inuocamus, rogantes attentius quatenus dei & honoris ecclesiæ intuitu, quod minus valet ecclesia in hac parte dignetur Regia supplere maiestas. Conseruet vos altissimus. Si autem sit qui conqueratur domino Regi q̄ ordinarius, Iudex, vel delegatus ita maliciose procurauerit captionem quo minus sequi possit suam prohibitionē, statim fiat breue vicecōm de non capiēdo talem in hac forma. ¶.3. Rex vic. salutem. Ostendit nobis A. q̄ cū B. persona de tali loco implacitasset eum in curia christianitatis coram Archidiacono tali, & officiali tali, de quodam prato, vel aliquod tale quod est laicū feodū ipsius A. & idem A. tulisset eidem Archidiacono & officiali suo breue nostrum de prohibitione ne placitum illud teneret, & eidem B. personæ aliud breue nostrū ne illud sequeretur, & postmodum resistere voluerit, tulisset breue nostrum de attachiādo eos, ipse Archidiaconus & officialis & persona, vt processum prohibitionis nostræ quam idem A. secutus est fraudulenter impedirent, suggererunt tali Episcopo q̄ idem A. excommunicatus fuit, & per. xl. dies & amplius in excōmunicatione illa contumaciter perseuerauit, ad quorum fraudulentam suggestionem idem episcopus impetrauit a nobis breue nostrum de capiēdo ipsum A. prædicta occasione. Et quia non debet fraus sua alicui patrocinari nec valere, tibi præcipimus q̄ ipsum A. occasione breuis nostri quod tibi venit de capiēdo eum non capias, quo magis impediāt in causæ suæ prosecutione, & si occasione prædicta captus fuerit, ipsum sine dilatione faciās deliberari. Et si prædictus Archidiaconus officialis & persona laicum feodum habuerint in balliua tua, & idem A. fecerit te securū de clamore suo prosequendo, tūc illos ponas per vadiū & saluos plegios q̄ sint corā nobis tali loco, tali die, inde responsuri & habeas ibi &c. ¶.4. Cū autē quis meritis suis exigētib⁹ iuste excōmunicat⁹ fuerit, & ad mandatū ordinarij captus & imprisonatus, nō erit per dñm regē nec per aliū deliberādus, anteq̄ deo & ecclesiæ satisfecerit cōpetenter. Sed si cū hoc fecerit vel cautionē præstiterit de parendo iuri & satisfaciēdo cōpetēter, & ordinarij vterius ipsū maliciose in prisona detineri fecerit, extūc ptinebit ad Regē deliberatio ppter maliciā, dū tamen pcedat satisfactio vel sufficiens cautio de satisfaciēdo (vt p̄dictū est) qđ pri⁹ fieri non deberet, nisi tūc demū cū ipse Rex literas ordinarij de satisfactioe reciperet, & in hoc casu fiat breue vic. in hac forma. ¶.5. Rex vic. salutē. Ostenū est nobis ex pte A. de N. qui meritis suis exigētib⁹, vel prop̄t manifestā cōtumaciā suam excommunicatus fuerit, & ad præceptum nrm captus & in prisona nostra detētus, eo q̄ per. xl. dies & amplius in excōmunicatione illa cō-

tuma-

tumaciter perseverauit, donec deo & ecclesie satisfecerit competenter, paratus sit deo & ecclesie satisfacere, talis ordinarius facit eum malitiose in prisona detineri ad grauamen & damnum ipsius A. non modicum. Et quoniam in hac parte propter malitiam ipsius ordinarij ad nos prinet deliberatio. Tibi precipimus quod si idem A. eidem ordinario tali sufficientem fecerit securitatem de parendo iuri, & satisfaciendo competenter deo & ecclesie, tunc illum A. sine dilatione facias deliberari. Et si ordinarius hoc recusauerit, tunc tu ipse vice nostra capta securitate (vt predictum est) illum sine dilatione deliberari facias. Cum autem ad prohibitionem Iudices supersedere noluerint, nec ille qui prosequitur a prosecutione desistere, attachientur omnes quod sint coram Rege, vel Iustic suis de baco, vel itinerantibus, per tale breue, ad respondendum quare &c.

1 ¶ De Iudicibus attachiendis si procedant contra prohibitionem. 2. Breue de Iudicibus attachiendis si autoritate litterarum domini Papae. 3. Item quod attachiet per meliores plegios. Cap. 12.

Rex vic. salutem. Si A. fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc pone per vadium & saluos plegios B. talem ordinarium quod sit coram nobis vel Iustic, nostris apud VVestm. vel coram Iustic. nostris ad primam assisam &c. ostensus quare tenuerit placitum in curia Christianitatis de laico feodo ipsius A. in tali villa contra prohibitionem nostram, vel de aduocatione talis ecclesie, vel de debitis & catallis que non sunt de testamento vel matrimonio, & huiusmodi. Pone per vadium & saluos plegios E. qui tunc sit ibi ostensus quare secutus est idem placitum in eadem curia Christianitatis contra prohibitionem nostram, & habeas ibi nomina plegiorum & hoc breue Teste &c. Et ita fiant breuia de attachiamento, que conueniant cum breuibus de prohibitionem. Si autem fieri debeat attachiamentum de Iudicibus delegatis vel subdelegatis, tunc fiat breue in hac forma. ¶ 2. Rex vic. salutem. Si A. fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc pone per vadium & saluos plegios B. C. D. (nominibus proprijs expresse, videlicet B. episcopum, vel Abbatem, vel priorem talem. C. archidiaconum talem, & D. officialem talem) qui sint coram nobis vel Iustic. nostris &c. vt supra. Ostensuri quare tenuerunt placitum in curia Christianitatis de laico feodo & huiusmodi &c. (vt supra) autoritate litterarum domini Papae, & huiusmodi, contra prohibitionem nostram. Pone etiam per vadium & saluos plegios C. qui tunc sit ibi ostensus quare secutus est idem placitum in curia Christianitatis contra prohibitionem nostram, & habeas ibi &c. (vt supra.) Et ita fiat attachiamentum si iudices & ille qui sequitur manentes fuerint in eodem com. Si autem in diuersis, tunc fiant breuia diuersa singulis vic. per se. ¶ 3. Si autem ad diem non venerit, tunc aut vicecomes mandat quod attachiati sunt, in quo casu attachientur per meliores plegios & quod distingatur per omnes terras &c. quod fiat ad alium diem, & obseruetur ordo attachiamentorum, sicut obseruatur in alijs actionibus personalibus. Si autem mandauerit vicecomes quod clerici sint, & plegios inuenire noluerint, nec laycum feodum habuerint per quod possint distingi, tunc mandetur ordinarijs & episcopo quod faciant eos venire, sicut alibi in actionibus personalibus obseruatur.

Regula-

Regulariter verum est quòd Iudex clericus cognitionem non habet de laico feodo alicuius. Sed quid dicitur de tenementis quæ sunt in ciuitatibus & villis quæ legari possunt sicut catalla siue tenementa sicut de perquisito, vel hæreditas descendens, an locum habeat prohibitio? videtur quòd non, quia de voluntate testatoris qui legare potest huiusmodi de iure communi effecta sunt huiusmodi tenementa quasi catalla testatoris, & ideo non habet locum prohibitio. Item de hoc quòd dicitur de laico feodo talis, oportet quòd ille qui queritur doceat laicum tenementum illud esse suum. Et vnde si quis teneatur alicui domino suo ad redditum aliquem, tenens prohibitionem non habebit, quia redditus erit ipsius domini non tenentis. Si autem de huiusmodi non fiat prohibitio cum sint quasi catalla vel pecunia promissa ob causam matrimonij, non habet locum prohibitio, cum illud quòd principale est trahat ad se debitum & catalla quasi accessoria testamento vel matrimonio. Item si fiat prohibitio vt de laico feodo, non valet de iure nec quantum ad petentem redditum, nec quantum ad tenentem tenementum de quo prouenit, quia laicum feodum versus est in catallum & causa testatoris, vt cum legaretur ex tali causa obtinuerit. Item incipit tale tenementum esse laicum feodum & non ante, quòd non erit de decimis cum semel efficiantur laicum feodum nunquam reincipient esse decimæ, & hæc vera sunt secundum Bialtos: sed contra de termino sancti Michaelis, anno Regis H. filij Regis I. secundo incipiente tertio in com. Kanc de Matilda filia Simonis quæ attachiata fuit quia secuta fuit placitum, & Abbas sancti Augustini & prior sanctæ Trinitatis Cantuariensis, & prior sancti Gregorij Iudices, quia tenuerint placita de quadam domo quam Matilda petijt ex causa testamentaria in London. Et vnde Simon filius Simonis questus fuit quòd laico feodo suo ibi defenderunt omnes & adiudicatae fuerunt leges sed remissæ, cum ad petijt legari, & Iudices securitatem præstiterunt quòd ulterius non procedant, sed quale remedium habeat legatarius in foro laicali. Et sciendum quòd semper locum habet prohibitio quousque discussum fuerit in curia Regis vtum legata fuerit vel non. Et tunc primo procedant Iudices de licentia, quia ipsi non possunt estimare a b initio.

2. Cum partes comparuerint in iudicio. 3. De probatione intentionis. 4. De legis radiatione si defendat. 5. Qualiter formantur verba legis. 6. Quòd refert quis eorum prius purgauerit. 6. De responsionibus iudicum. Cap. 13.

Cum autem partes cõparuerint in iudicio tam querens quàm ille de quo queritur, & Iudices, vel quidam illorum: proponat querens intentionem suam in hunc modum. Ego A. conqueror de B. quòd me iniuste vexauit & grauauit trahendo me in placitum in curia Christianitatis de laico feodo meo, scilicet tali, & exprimat qualitatem terræ, vel huiusmodi, vel alterius tenementi, vel si de debitis & catallis quæ non sunt &c. tunc exprimat cuiusmodi debita & cuiusmodi catalla de quibus implaci-

implacitatus fuerit, & quòd hoc fecerit contra prohibitionē & vnde dānum ad valentiā &c. ¶2. Item ad intentionem suam confirmandam & iuuandam, proferat æditionem ei factam in iudicio & in scriptis redactū, si possit, & dicat quòd porrexit ei prohibitionem domini Regis tali loco, tali die in pleno cōsistorio tali, & ipsi nihilominus p̄cesserunt ad p̄secutionē ipsius de quo queritur, ita q̄ admiserunt p̄bationes testiū & huiusmodi, vel quia ipse querens noluit obtemperare iudicatis, excōmunicauerit eū non obstante p̄hibitione sua, & inde statim p̄ducat sectam sufficientem, duos ad minus vel tres vel plures, si possit. Et si de veritate dubitetur, examinentur diligenter de die & loco & alijs circumstantijs, secundum quod obseruatur de testibus p̄ducendis, qui si in examinatione faciendā inuenti fuerint discordes, perinde erit ac si nullam sectam p̄duxerit, & vnde ad simplicem vocem querentis non habent Iudices necesse, nec pars de qua queritur, defendere se per legem. Sed quoniam deficere possit probatio licet ius non deficiat, cum tales fuerint absoluti forte pro defectu probationis, dicatur eis: q̄ quicquid actum fuerit, non procedat de aliquo placito, quod pertinet ad coronā & dignitatē Regiam. Si autē in oībus inueniātur cōcordes, audire debēt Iustic. respōsiones Iudicū & partis. Respondere itaq; poterunt multis modis, vel q̄ locū habere nō potuit prohibitio, quia res quæ acta est mere spiritualis est vel spiritualitati annexa, & hoc docere possunt per æditionē factā, vt si causa fuerit testamentaria vel matrimonialis, in quo casu in nullo p̄sumptum est contra Regiam dignitatem, & sic absolui poterunt ab obseruatione iudicij. Si vero per æditionem vel p̄ confessionem constiterit q̄ res de qua actum fuerit mere fuit temporalis, ita quòd cognitio pertinet ad Regem, bene poterunt defendere contra querentem & sectam suam, q̄ nunq̄ p̄secuti fuerint post prohibitionem si quam inde habuerint, vel q̄ nullam habuerint omninò prohibitionem. ¶3. Et quo casu vadiet legem quilibet se xij. manu, qua vadiata & plegijs inuētis de lege faciendā, dabitur eis dies ad legem faciendā, ad quam si voluerint possunt se effoniare, & habebunt aliū diem p̄ effoniatōres suos. Et si ad diē sibi datum nō venerint, nec se effoniauerint p̄ cōuictis habebūtur, iuditiū habebunt, & dāma querenti restituent. Cum autem comparuerint & producant cōpurgatores suos, quāuis familiares & amicos, secundū quod secta producta fuerit de familiaribus & amicis, facilius enim admittuntur purgatores alicuius ad legē & defensionem propriam, q̄ recognitores ad recognitionem, & non est necesse quòd omnes sint eiusdem ordinis, conditionis, vel dignitatis cuius est ille qui legem vadiat, sufficit enim si fideles sint & bonæ opinionis, vt si episcopus, Abbas, vel prior ad legem teneatur, non oportebit quòd omnes compurgatores sint Episcopi, Abbates, vel priores, nec si clerici sint ordinati, milites, vel coniungati, dum tamen alio modo sint idonei, vt p̄dictū est. ¶4. Formantur autem verba legis secundum formā recordi sicut in omnibus alijs legibus faciendis obseruatur, in qua si quis eorum defecerit, si laicus fuerit, pro conuicto habeatur de eo quod imponitur, & Gaolæ cōmittatur sicut p̄sumptor contra Regiam dignitatē ac si crimē læsæ maiestatis cōmisset. Si autē clericus, aliquādo cū eo mitiūs agitur

agitur de gratia ob reuerentiam ordinis clericalis. Si autem conuicti dāna restituent querenti, adhibita tamen taxatione aliquando debita secundum quod Iustic. viderint iustum. ¶ 5. Refert (secundum quosdā) quis prius se purgauerit, Iudex vel ille de quo queritur. Dicunt quidam quod si iudex se purgauerit prius, vnus vel plures, quod ille qui secutus est non propter hoc liberabitur, & quod quilibet in hoc casu defendat causam propriam, licet videatur prima facie quod non est qui sequatur, cum non sit qui teneat placitum (quod non est verum secundum quosdam) sed vice versa, si ille qui sequi debeat se purgauerit, Iudices per hoc liberantur, cum non sit qui teneat placitum cum non sit qui sequatur, quod non est in ipso casu vbi quis sequi poterit de facto suo & voluntate: licet Iudex in probatione defecerit, ille qui sequitur non est propter hoc condemnatus, nec eodem modo si vnus ex pluribus Iudicibus, quia quilibet in hoc casu defendet causam suam propriam secundum quod legitur ff. ad legem Iulianā de adulterinis lege vlt. Denunciasse. C. Quare: vbi dicitur quod expectabit mulier sententiā de adulterio prolatam, qui si absolutus fuerit, mulier per eum vincet, nec vltra accusari possit. Si autem condemnatus fuerit, mulier non est condemnāda, sed agat causam suam, & fortassis obtinere vel gratia vel iustitia poterit vel legis auxilio. Quid enim si adulter ab inimicis oppressus sit, aut similibus argumentis testibusq; subornatis, apud praesidem grauatis, quia aut voluit aut non potuit mulier prouocare iudicem religiosum. Mulier vero fortita pudicitiam suam defendat, sed hoc antequam fuerit condemnata, quod quidem (vt videtur) melius esset obseruare in omnibus casibus supradictis, vt si vnus iudex se purgauerit quod hoc prodesse debet conuictibus suis & parti. Si autem in purgatione defecerit, quod hoc alijs non noceat, quin se defendere possit & causam suam. ¶ 6. Item respondere possunt Iudices, secundum quod superius in parte dictum est, quod quamuis res de qua agitur temporalis sit, & cognitio pertineat ad forum seculare, ipse querens expressē renūciauit priuilegia fori in scriptura & Regiā prohibitioni, & q̄ cōueniri possit vbiq; creditor vellet, & in quocunq; foro. Et ideo q̄ ipse querens audiri non debet propter renunciationē, ex quo gratis trahi voluit ad forum vetitū, & Iudicem non suū. Et cum Iudices super hoc, & creditor, instrumentum protulerunt de renunciatione, quod querens deducere non possit, statim & ante omnia in iudicio seculari compellatur ipse querens q̄ reddat illud quod debet, vel faciat quod conuenit, & sic in misericordia pro iniusta detentione versus suum creditorem, etiā sine alio breui, sicut supradictum est, ppter dolum & malitiam suā, quia p se reuersus est ad iudiciū Regiū cui prius renūciauit in ipsius Regis prauiditium. Et ijs ita peractis, tunc demum procedatur in causa prohibitionis, & si conuictum sit q̄ aliquando gratis processit in foro ecclesiastico, tunc prosecutione & renunciatione concurrentibus, aggrauetur poena propter multiplicem iniuriam, & debitor in causa prohibitionis puniatur propter renunciationem cum poena praecedenti propter iniustam detentionem, & propter fraudem in veniendo contra factum suum proprium. Iudices vero puniantur, quia tenuerunt placitum

placitum in præiudicium domini regis, et similiter creditor quia debitorem traxit ad forum vetitum. Et secundum quod dicitur quòd laicus nò poterit renunciare foro seculari in præiudicium regie dignitatis, eodem modo videtur quòd nec clericus si velit in causa criminali vel alia cuius cognitio pertineat ad ecclesiasticam dignitatem & ordinem clericalem, & est eadem fere ratio habita inde. Iudex vero ecclesiasticus si iudicauerit de layco feodo, non poterit sententiam demandare executioni, quia si illam demandauerit vicecomiti exequendam, non erit ei parendus. Si autem illam legem per ipsum vel suos exequatur, locus erit nouæ disseysinæ. Eodem modo videtur quòd si laicus cognouerit in causa criminali de clerico, vbi sequatur degradatio si iudicium faciat contra clericum, siue se gratis posuerit in inquisitionem siue non, quòd non valebit quòd actum est: quia episcopus nunquam ad mandatum Iudicis secularis sine se procedet ad degradationem. Igitur alia conuictione opus erit in foro ecclesiastico vt ipse cognoscat & iudicet, qui poterit iudicium demandare executioni. Igitur quodocunque petatur clericus in tali actione ab episcopo, erit illi deliberandus, quia non habebit rex prisonam de eo quem iudicare non poterit. In causis vero ciuilibus vbi non agitur ad degradationem, videtur quòd clerici se tueri non possunt quin respondeant in foro seculari in placitis quæ pertinent ad coronam & dignitatem Regis, quia Rex poterit iudicium demandare executioni sine præiudicio ecclesiasticæ dignitatis, maxime si voluerit qd clericis in huiusmodi actionibus ciuilibus in foro seculari respondeatur quòd huiusmodi placita pertinent ad dignitatem & coronam regiam ratione rei & ratione dilecti.

1 ¶ *Qualiter procedendum sit contra iurisdictionem alicuius Iudicis. Cap.14.*

SVperius dictum est qualiter reuocatur iurisdictione, cum quis tractus fuerit in placitum ad iudicium vetitum, & ad iudicem non suum. s. ad forum ecclesiasticum in placitis & actionibus quarum cognitio pertinet ad coronam & Regiam dignitatem, per exceptionem oppositam contra iurisdictionem. Nunc autem dicendum est qualiter excipiendum est contra iurisdictionem alicuius Iudicis, qui se facit iudicem de placitis & actionibus quæ pertinent ad coronam & regiam dignitatem, cum quis tractus fuerit in placitum coram eo. Et sciendum quòd imprimis, ad hoc quòd rata sint iudicia, videre oportet an iustic. warrantum habeat a Rege quòd iudicare possit, quia si warrantum non habuerit, non valebit quòd coram eo actum fuit quasi coram non suo iudice, quia primò legi debet breue originale, & postmodum breue per quod Iustic. constitutus est, & si nullum omnino habuerit, vel si habuerit non tamen ad manum, non erit ei parendum, nisi forte ita sit quòd breue originale de iusticiaria sua faciat mentionem. Item nec est ei parendum si contra iurisdictionem suam excipiatur quòd fuit ab eo subdelegatus qui iudicem dare nò posset, vt si iustic. sub se iustic. fecerit ad totam causam, non magis quam si procurator faceret procuratorem. Item nec erit ei obtemperandum cum

MMMmm.i.

con.

contra eum excipiat, licet warrantum ostendat, ubi per ipsum qui se delegauit translata fuerit iurisdictio & cognitio ad alium, quia si quis diuersis temporibus duos dederit Iudices, posteriorem dando videtur prohibuisse Priori. Item nec est ei parendum si excipiat, licet legatus fuerit & warrantum habuerit, si sub prætextu vnus placiti velit cognoscere de alijs ad quæ non extenditur sua iurisdictio, vel sicum habeat iurisditionem ad vnum placitum, fines mandati excedat & iurisditionem extendat ad alia quæ sequuntur assisam post captionem assisæ, cum sit functus officio suo sicut ad certificationem & conuictionem, cum generalem nõ habeat iurisditionem sibi delegatam, sicut habent iustic. itinerantes in comitatu ad omnia placita, vel sicut iustic. capitales. Item excipitur cõtra iurisditionem inferioris iusticiarij ubi præfertur iurisdictio iurisditioni, vt si quis implacitatus fuerit de vna & eadem re, ab vno vel diuersis, in diuersis curijs, sicut in curia domini regis, curia baronũ, vel alterius alicuius inferioris, quo casu maius auditorium præferri debet minori. Et si in maiori curia ostenderit tenens quod de eadem re in minori curia implacitatus fuerit, prohibebitur ex parte regis quod de placito illo in inferiori curia non procedatur, et quamuis processum fuerit, quandoquæ siue prohibitio interuenerit siue non, omnia quæ acta sunt in minori curia reuocabuntur. Item datur exceptio contra iurisditionem propter priuilegiũ implacitati, vt si quis respondere non debeat de aliquo placito nisi coram ipso rege vel capitali iustic suo, quale habent hospitalarij, tẽplarij, & plures alij. Item datur exceptio contra iurisditionem propter priuilegium proueniens ex concessa libertate, vt si vniuersitas vel communitas ciuitatis alicuius, sicut Londoniũ respondere non teneatur de aliquo placito extra ciuitatem, quale habent Barones ciuitatis Londoniũ, qui de nullo respondebunt extra ciuitatem, nisi tantum de tenuris & contractibus forinsecis. Item exceptio datur contra iurisditionem propter libertatem alicuius vniuersitatis, quæ de nullo placito respondebit nisi certo loco, quale habent baronũ de quinque portibus qui non respondebunt de aliquo nisi apud Shypwey. Item datur exceptio contra iurisditionem propter vtilitatem alicuius vniuersitatis .s. ne trahantur extra com ad faciendam assisam nouæ disseysinæ & mortis antecessoris. Itẽ datur exceptio contra iurisditionem sicut in curia Baroniũ, qui placitum de recto tenere nolunt vel non possunt, vel si iurisditionem remiserint in curia sua, & eam velint post modũ repetere. Item datur exceptio contra iurisditionem ratione contractus, ratione delicti, & ratione renuntiationis, de quibus superius dictum est.

1 ¶ De exceptione contra personam iusticiarij & de causa recusationis. 2. De iurisditione maiorũ iudicũ sicut Papa. 3. Quid iudex debet examinare & estimare an sua sit iurisdictio. Cap. 15.

Dictum est de exceptionibus quæ competunt cõtra iurisditionem: Nunc videndum si sit aliqua quæ competere possit contra personam iustic. vt si aliqua ratione habeatur suspectus, timore, odio vel amore, & non video quare non debeat recusare, quia si male iudicauerit ex certa scientia, litem suam facit, & tenebitur ad restitutionem dānorũ, cum de

de hoc per superiorem fuerit conuictus. Si autem per imperitiam, nec sic, sed summoniri poterit quod veniat & faciat recordum vt ea quæ correctione indigent corrigantur, & in statum debitum reformentur. Melius tamen est (vt videtur) in tempore occurrere, quàm post causam vulneratam remedium querere: vt suspectus amoueat, & ei substituatur non suspectus, cum nihil detur gratis inimico quàm si detur ei quis adiudicandus quem damnificare intendit, & valde meticulosa res est sub iustic. litigare suspecto, quia sæpius tristissimum sortitur euentum. Iusticiarius potest recusari ex causa, causa vero recusationis vnica est suspitio, quæ confurgit multis ex causis. s. si iustic. sit consanguineus petentis, homo vel subditus, parens vel amicus, vel inimicus tenentis, affinis vel familiaris, vel commensalis, consiliarius, vel narrator suus extiterit in causa illa, vel in alia, & huiusmodi. ¶ 2. In fine notandum de iurisdictione maiorum & minorum, & imprius sicut dominus Papa in spiritualibus super omnibus habet ordinariam iurisdictionem, ita habet Rex in regno suo ordinariam in temporalibus, & pares non habet, neq; superiores, & sunt qui sub eis ordinariam habent in multis, sed non ita meram sicut papa vel Rex. Et pares esse poterunt illi qui inferiores sunt in iurisdictione sua multis rationibus, sed par in parem non habebit iurisdictionem non magis quàm imperium, & multo fortius nec in superiorem. ¶ 3. Item sicut a Papa poterit quis habere iurisdictionem delegatam in spiritualibus, ita poterit quis a rege in temporalibus, sicut iustic. maiores vel minores, vel alij qui sunt quasi iustic. v. quibus rex concessit libertates aliquas quæ pertinent ad coronam & libertatem suam, & ideo quamuis in temporalibus sicut in spiritualibus debet Rex estimare vel iustic. sui, an sua sit iurdictio an non, vt sciri possit vtrum summonitus venire debeat an non: Tamen si iudex ecclesiasticus falcem ponens in messem alienam aliquid præsumpserit contra coronam & dignitatem regiam, sicut de laico feodo vel de cattallis, cum prohibitionem a rege susceperit, superfedere debet in omni casu, saltem donec constiterit in curia regia, ad quem ptineat iurdictio, quia si iudex ecclesiasticus estimare posset an sua esset iurdictio, in omni casu indifferenter procederet non obstante regia prohibitione. Debet igitur vel omnino superfedere, vel cum attachiatus fuerit venire, vel mittere quod examinato placito in curia regia de consilio curiæ superfedeat, vel procedat, quod si non fecerit, pæna debita puniatur vt supra.

¶ Quod quandoque mutatur Iurdictio de iurisdictione in iurisdictionem & quandoq; de persona in personam mutat nomine rerum. 2. An priuatorum consensus mutare possit iurisdictionem. 3. Quod mutat iurisdictionem aliquando contractus aliquando delictum. Cap. 26.

MVtatur quandoq; iurdictio de iurisdictione in iurisdictione mutatis rerum nominibus, vt si de layco catallo fiat spirituale: vt cum res fuerint decimate, sicut de laico catallo res spirituales, & sic mutatur iurdictio secularis in spirituale. Item econuerso cum decimate vendite fuerint, & ad alium translata, reincipiunt iterum esse laicum catallo. Eodem modo dici poterit de laico feodo, quod mutato nomine in causa

MMMmm.ij.

testa-

testamentaria fit laicum feodum quasi res spiritualis, secundum quosdam, sicut videri poterit in domibus, terris, & tenementis legatis in ciuitatibus, burgis, & villis, & iterum redeunt in laicum feodum executo testamento. Eodem modo fieri deberet (vt videtur) de rebus datis vel promissis ob causam matrimonij principaliter, & illud idem de rebus quæ accidunt de matrimonio, vt si pecunia promissa fuerit ob causam matrimonij. Et quia eiusdem iuris .i. iurisdictionis esse deberet accessorium, cuius iuris fuerit principale, & quamuis prædictorum pertineat cognitio ad iudicem & forum ecclesiasticum, tamen ad prohibitionem Regiam erit supersedendum. Sed re vera locum habet prohibitio, quia si in burgo domus vel prædium legatum fuerit, in foro seculari terminabitur negotium, sicut de assignatione fieri oportet. Et si legatarius fuerit in seysina, habebit exceptionem contra hæredem & assignam nouæ disseysinæ si fuerit eiectus. Si autem extra seysinam, tunc habebit actionem in foro seculari per modum donationis versus omnes. ¶ 2. Item videndum est an priuatorum consensus commutare possit regiam iurisdictionem in contractibus priuatis, vt si quis sic consentiat ad alterius iurisdictionem, ad vetitum examen conuolando non obstante prohibitione, & verum est quod non, quia imponi non potest necessitas regi quod suam iurisdictionem amittet, secundum quod superius dictum est in parte. Item nec mutari poterit per modum donationis siue per conuentionem priuatorum, licet ipse qui modum imposuerit sibi & suis præiudicet, vt si priuata persona bastardo dederit & suis hæredibus, vel cui dare vel assignare voluerit, & si hæredes non habuerit reuersura esset terra ad donatorem, sed quia donator modum adijcit, quia dare possit & assignare, valebit donatio & assignatio, quæ aliàs nõ valerent. Eodem modo videtur, quod adijcere possit quod bastardus legare possit, sed per huiusmodi modum adiectum non mutatur iurisdictionis Regis, sed in curia Regis terminabitur negotium si legatarius fuerit extra seysinam, et per tale breue. Præcipe &c. Et quæ ad talem reuerti debent per modum donationis quam talis ei fecit, quod illam dare potuit legare & assignare, quia eadem ratione qua bastardus per modum donationis dare potest & assignare, licet hæredes non habuerit: eadem ratione poterit legare, & ita quod res data nec ad se, nec ad hæredes suos reuerti possit, quia nulla ex hoc fit eis iniuria, quia donator hoc voluit, & nihilominus tenentur hæredes factum illud warrantizare legatario, licet hæredes bastardi defecerint, & quod dicitur de bastardo idem obseruari poterit de legitimo, quia poterit in persona omnium lex imponi & modus, siue donatorius liber sit vel seruus, legitimus vel bastardus, quia oportet vtrumquæ, tam donatorem quam donatorium facere quod conuenit, ex quo vterquæ ab initio hoc voluit. ¶ 3. Item mutat aliquando iurisdictionem contractus, & aliquando delictum. Vt si clericus contraxerit aliquo modo cum layco, conueniendus est vbi contraxerit, & aliquando vbi deliquit, dum tamen ciuilitè agatur & non ad poenam corporalem infligendam, nisi degradatio vel alia capitis diminutio imponatur. Item mutat aliquando iurisdictionem, priuilegium ordinis clericalis, vt si clericus

ricus clericum conuenerit in actione iniuriæ, vel de rebus spiritualibus, sicut de decimis, vel alijs rebus mobilibus, vel huiusmodi clericorum, sicut de catallis & debitis ubi ad vetitum examen conuolare non debent. Si autem de laico feodo agatur, aliud erit nisi fuerit: dedicatum & deo sacratum, & efficiatur res sacra, quod quidem dici non poterit de te in liberam & perpetuam elemosinam datam.

1 ¶ De exceptionibus contra breue & ubi cadit competere debet & ubi non. 2. Quæ sunt breuia originalia & qua sunt magistralia. Cap. 17.

Confirmata sic iurisdictione Iudicis, consequenter audiatur breue p quod expediri & exponi debet ius actionis, quo audito, perpendere poterit tenens an ex ipso breui ei competere poterit exceptio, quia multæ sunt exceptiones quæ competunt tenenti contra breue. Oportet quidem quod breue conueniat actioni, & quod in suo casu impetratum sit, alioquin non valebit, verbi gratia. Si magnum breue de recto patens impetratum fuerit, ubi paruum breue clausum impetrari deberet in dominicis domini regis secundum consuetudinem manerij, & sic cadit breue, licet actio non cadat vel econtrario, & nihilominus redire poterit ad aliud breue de recto quod competit casui, non obstante eo quod prius egit cum breui quod non competit, quod pro nullo computatur: vt de itinere w. de Raleigh anno regni Regis Henr tricesimo in comitatu Not. Item si ordo breuium non obseruetur, vt si alicui plures competant actiones, et primò agere incepit per breue de recto super ipsa proprietate, vel super ipso iure & possessione simul, non poterit postmodum descendere ad inferiores actiones de ipsa possessione, quod si fecerit, cadit actio simul de ipsa possessione cum breui. Sed licet processum sit per breue de recto quousquè visus petatur, ex pœnitentia poterit petens reuerti ad inferiora placita sicut ad assisam nouæ disseysinæ, mortis antecessoris, & alia plura: vt de termino Paschæ anno regni Regis Henrici duodecimo in comitatu Berk. de Henrico de Siccario, quia ibi descensum est ad assisam nouæ disseysinæ post breue de recto. De ordine breuium satis perpendi possit per ea quæ supradicta sunt. Item cadit breue si super modo & qualitate alicuius facti impetratum fuerit breue, ubi impetrari deberet super ipso facto, per quod terminari potest vtrum tam ipsum factum quam modus & qualitas, quia semper debet prius terminari principale cum quo terminari possit accessorium. Verbi gratia. Si quis disseysitus fuerit de aliquo tenemento cum violentia & armis, & impetrauerit breue Quare vi & armis, valere non debet breue, quia per hoc agitur de qualitate disseysinæ, & non de ipsa re, v. de ipso tenito, p quo fiat violentia, nec acquirit querens aliquid de ipso tenito, sed si plura breuia impetrata fuerint de vno facto contra aliquem quod sub se contineat plures actiones, sicut plures disseysinas, & in vno breui & in vna actione terminari possint, si sic agatur, tamen propter hoc alia breuia non cadunt nec actiones sed terminantur, & extunc erunt huiusmodi breuia superuacua. Et notandum quod esse poterit exceptio preemptoria breuis & nō iuris, quia

quia quādoq; vertitur vna actio in aliam propter priuilegium hæredis ad rem consequendam, & cadit omnino breue super ipsa possessione, & retorquetur ad ipsum ius, sicut assisa mortis antecessoris non iacet inter cohæredes & personas sanguine coniunctas, sed breue de recto. Item pemptoria esse poterit, tam breuis quā ipsius iuris, per exceptionem rei iudicatæ, recognitiones, et remissiones & quietum clamantiæ, & in omni casu vbi perimitur actio perimitur breue sed non e contrario, vt prædictū est. ¶ 2. Breue quidem cum sit formatum ad similitudinem regulæ iuris, quia breuiter & paucis verbis intentionem proferentis exponit & explanat, sicut regula iuris, rem quæ est breuiter enarrat. Non tamen ita breue esse debeat quin rationē & vim intentionis contineat. Et sunt quædam breuia formata super certis casibus, de cursu & de communi consilio totius regni concessa & approbata, quæ quidem nullatenus mutari poterint absquē consensu & voluntate eorum. Sunt etiam breuia ex eis sequentia quæ dicuntur iudicialia, & sæpius variantur secundum varietatem placitorum proponentis & respondentis, petentis, & excipientis, secundum varietatem responsionum. Sūt etiam quædam quæ dicuntur magistralia & sæpius variantur secundum varietatem casuū factorū & querelarū & quædam sunt psonalia quædam realia quædam mixta secundū qd sūt actiones diuersæ & variæ, quia tot erunt formulæ breuium quot sunt genera actionum, quia non potest quis sine breui agere, cum non teneatur alius sine breui respondere nisi gratis voluerit, et ex hoc ei nō iniuriatur, cum scienti & volenti non fit iniuria. Item cum de eadem re alicui plures competant actiones eodem modo competunt ei plura breuia, sed vno oportet experiri sicut vna actione, ordine tamen (vt conuenit) obseruato. Breue quidem domini regis in se nullam continere debet falsitatem. Itē nullum errorē. Apparere etiam debet in prima sui figura, non vitiosum, maxime si fuerit patens siue apertum, quia originalium quædam aperta quædam clausa, & siue aperta siue clausa apparere debent non abraſa, nō obolita, & si inueniatur abraſio, tunc refert quo loco, & a quo, & quādo. Quo loco, vtrum vtz in narratione facti vel iuris, si autem in narratione facti, cadit breue quasi suspectum, facta enim & nomina mutari nō debēt sed iura vbiq; scribi possunt. Item a quo, vtrum vtz per ipsum Cancellarium vel ausu temerario per alium, sicut per clericum iustic. vel vic. ad procuracionem alicui^o partis, vbi omnes tam agentes quā cōsentientes de omnibus bonis suis sunt in misericordia & voluntate domini regis, & ipsi tanquam falsarij nihilominus puniantur. Et quòd tales argui possūt de falsitate: probatur de termino sancti M. anno regni regis H. quarto incipiente quinto in comitatu Hereford de Radulpho Harang. Item quando, videlicet vtrum hoc fiat antequam breue fuerit in curia recitatum & publicatum vel post & sic breue suspectum & cadit si hoc fuerit a petente impetratum. Item cadit breue si in se contineat talem falsitatem quòd signum appositum sit adulterinum ipsius domini regis, siue omninò falsum siue verum, falso tamen appositum per industriam falsariorum. Et quo casu committitur crimen læsæ maiestatis, & puniuntur tales vltimo supplicio si laici fuerint, si vero clerici, poenam degradationis sustinebunt cum per-

De Exceptionibus. Ca. 17. Fol. 414

perpetua infamia, nisi warrantum habuerint: secundum quod inueniri poterit in itinere M. de P. in com. Eborum anno regis H. decimo de Rogero de Fanborne & Agnete vxore eius qui protulerunt quoddam breue de recto cui signum verum appensum fuit falso breui & per industriam falsarii, & vbi ipse Rogerus suspensus fuit, quia warrantum non habuit, sed vxor sua liberata siue conscia sceleris siue non, quia fuit sub virga viri sui. Item cadit breue simul cum actione ad dampnum ipsius impetrantis quod impetratum fuit per falsam suggestionem vel per veri suppressionem. Per falsam suggestionem, vt si dicat quis se esse heredem cum non sit: vt de termino sancte Trinitatis anno regni regis H. quarto in comitatu Midd. de Hamond de Brood. Idem erit si quis dicat se tenere in feodo cum non teneat nisi ad terminum & huiusmodi, vel si mulier cum dote petierit partem dotis habuerit cum dicat se nihil habere & sic breue de dote impetrauit & huiusmodi. Item per veri suppressionem, vt si quis dicat se ingressum habere per alium quam per illum per quem ingressus fuerit. Item cui talis dimiserit qui nunquam dimisit, eo quod inde nullam seyfinam habuit, vel si aliquem gradum impetrando omiserit. Et de hac materia inueniri poterit inter placita que sequuntur Regem Henr. anno tricesimo primo inter Michaellem Abbatem Glaston & Rogerum Episcopum Bathon. Et vnde idem Abbas dixit Regi quod Episcopus non habuit ingressum nisi per episcopum L. cui Prior Eustachius terras illas dimisit, qui nunquam inde seyfinam habuit. Et illud idem dici poterit in breui de warrantia charte vbi impetrator impetrando dixerit se tenere terram quam non tenuerat, & sic impetrauerat, quo expresso non impetrasset & huiusmodi. Et cum breue ita in se fuerit visiosum in aliqua parte, in nulla parte valebit quantum ad vnam actionem, secus esset si plures sint ibi actiones ratione plurium tenentium. Et si vnus petat per vnum breue feodum vnus militis in vna villa & versus alium in eodem breui feodum alterius militis in eadem villa vel in diuersis, quamuis cadat breue de feodo vnus militis, nihilominus stabit de feodo alterius militis versus eundem, quia ibi sunt diuersae actiones propter diuersitates tenementorum quamuis breue vnicum. Item eodem modo erunt actiones plures ratione diuersarum personarum & rerum, vbi plures sunt tenentes. Et de hac materia inueniri poterit de termino sancti Hillarij anno regni regis H. octauo in comitatu Hereford de Richardo filio Godfrey. Et sic vel cadit breue omnino, vel stabit quantum ad quosdam & cadet quantum ad alios. Item cadit breue quantum ad mortem vnus partis siue petentis siue tenentis, simul cum actione. Item si plures sint petentes vel plures tenentes qui sunt cohæredes & participes & vnu ius habentes, morte vnus vel pluriu cadit breue sed non actio, quia quandoq; cadit breue sed non actio, & quandoq; stat breue simul cum actione sed corrigitur propter errorem vel defectum, quandoq; cadit breue simul cum actione, quia vbi cadit actio ibi cadit breue. Item quandoq; tenet breue & differtur actio, quia vbi tenet actio ibi & breue, licet corrigat quandoq; propter errorem. Item quandoq; cadit breue sed mutat petitio in aliam actionem de eadem re sed per aliud breue, secundum quod superius dicitur in parte super possessione & proprietate. De hoc autem quod dicitur quandoq; stat breue

Lib. v. De Exceptionibus.

breue simul cum actione, sed corrigatur propter errorem vel defectum de errore impetrantis, videndum est & sciendum quod error multiplex esse poterit. s. in personis & in nominibus, & cognominibus personarum. Itē in rebus & in locis, sicut in comitatu & villis & eorum nominibus, secundum quod superius dicitur in tractatu de seysina. Sed esto quod quis summonetur in alio comitatu quam in quo res est de qua agitur, & vbi summonitus nullum tenementum habet nec feodum in actione reali, licet vicecomites præsit duobus comitatibus, sicut dici poterit de vic. Essex & Hereford & nominatur tantum in breui vic. Essex, & res petita fuerit in comitatu Hereford, cadit breue. Si autem vterque comitatus nominetur, valet. Si autem actio fuerit personalis, videtur tamen adhuc quod valere debeat, licet summonitus terram non habeat in comitatu expresso. Item cadit breue si impetratum fuerit contra ius & regni consuetudinem & maxime contra chartam libertatis, sicut breue quod vocatur (præcipe in capite) per quod liber homo posset curiam amittere. Si autem præter ius fuerit impetratum, dum tamen fuit rationi consonum & non iuri contrarium erit sustinendum, dum tamen a rege concessum & a consilio suo approbatum. Sed esse debet personale, sed non debet concedi nisi de gratia speciali, nec refert vtrum magnates expresse non præbuerint assensum, dum tamen expresse non dissentierint, nec ostensa ratione sufficienti quare valere non debeat, pertinet enim ad regem ad quamlibet iniuriam compescendum remedium competens adhibere, breuia tamen communia inter omnes pro iure generaliter debent obseruari cum sint originalia & actionibus originem præstent. Item cadit breue si tenens minus teneat quam petens petat, secus tamen si plus teneat. Item cadit breue si tempore impetrationis nulla subfuit causa impetrandi, quia tempore datæ & impetrationis nulla petenti competijt actio nec causa petendi. Item nec causa conquerendi, quia tunc nulla fuit disseysina nec aliqua iniuria. Item nec valet breue, quia ille qui nunc tenet tempore impetrationis non fuit in seysina de tota re petita vel aliqua eius parte, licet statim visum petat cum nihil teneat vel non totum, tamen propter hoc non amittet exceptionem suam contra breue. Et hæc vera sunt, licet post impetrationem incipiat tenens totum possidere, quamuis videatur quod actio peruenerit in eum casum a quo incipere poterit. Item cadit breue si cui plures competant actiones de eadem re & plura breuia, & vna actione agere incipiat facta electione & per vnum breue, si pendente actione in breui illo ad aliam actionem conuolauerit, cadit breue posterius impetratum, quia a primo non est recessum: vt de placitis quæ sequuntur regem anno tricesimo primo in loquela inter Petrum de Solandia & Abbatem de Ryuall in forgijs de foresta de Glaxtoll, & hoc verum est si se tempestiue retraxerit ante iudicium, post iudicium vero non poterit. Sed quero an quis poterit retrahere se a quibusdam articulis breuis & de quibusdam non? Item videndum vtrum ita sint connexi quod vnus sine alio terminari possit vel non & secundum hoc procedatur vel non. Item cadit breue mortuo eo qui impetrauit, vel deposito si forte Episcopus fuerit, Abbas vel prior vel huiusmodi, sed non econtrario, si episcopus Abbas vel Prior tenentes fuerint, quia dependet actio cum breui donec fuerit

De Exceptionibus. Ca. 17 Fol. 415.

fuerit alius ei substitutus, maximè si actio fuerit ciuilibus & non pœnalis. Si autem ciuilibus sit & pœnalis, durabit actio quantum ad pœnam & quantum ad restitutionem quamdiu depositus vixerit. Si autè depositus mortuus fuerit vel ante depositionem, extinguitur pœna cum persona, sed durabit in persona substituti quoad restitutionem, sed tamen per aliud breue. Item cadit breue sed non actio per mortem tenentis in actione personali siue mortuus fuerit morte ciuili vel naturali, dum tamen per fraudem se non dimiserit post impetrationem si mortuus fuerit morte ciuili. Item cadit breue mortuo eo qui mandauit vel præcepit re integra. Item si quis pro eadem re duo breuia impetrauerit & utroquè simul & semel agere incepit tam super iure quàm super possessione, & differtur actio super ipso iure, & pendet breue donec discussum fuerit super possessione: vt de termino sanctę Trinitatis anno regis Henrici decimo quarto in comitatu Surrey de priore de nouo loco, & hæc siue breuia impetrata fuerint ab vno vel duobus vel pluribus. Idem erit si mulier dotem petat per breue de dote aliquam partem, & alius petat totum in actione proprietatis, suspenditur actio dotis donec de proprietate constiterit. Item si duo vnum implacitauerint de vna & eadem re, vna & eadem actione & eodè breui, ille præfertur qui prius incepit agere, & aliud breue simul cū actione in suspensio remanebit siue hoc sit in eadem curia siue in diuersis, exceptis curijs domini regis vbi nulla attenditur prioritas propter maiorem & dignitatem suam, & vbi fallit regula, Qui prius incepit agere ille alijs præferatur vt supra de actionibus. Item cadit breue vbi quis clamat tenere de Rege & alius ab alio quàm de Rege. Item eodem modo si duo tenere clamauerint de rege p certum seruicium, quorum vnus p minus seruicium & alius per maius, breue illius cadit qui per minus seruicium, propter vtilitatem Regis. Item cadit breue si quis impetrauerit super certa re & certa actione, & postmodum se retraxerit & in alio iudicio velit agere de eodem. Item quædam exceptio contra breue substantiam capit ex tempore. Sunt autem quædam breuia limitata infra certa tempora, sicut sunt actiones vltra quas non extenditur breue non magis quàm actio propter defectum probationis, secundum quod actio fuerit prodita super possessione vel super proprietate, sicut assisa nouæ disseysinę, mortis antecessoris, assisa de vtrum, breue de ingressu, aut breue de recto vt supra. Itè cadit breue, vt si quis per narrationē in iudicio factam recesserit de breui suo, excedendo virtutem & naturam breuis, vt si agatur in causa possessionis p breue de consanguinitate, & petens in narratione sua mentionē fecerit de ipso iure, vel si vnum ore petat, & p breue diuersum, nisi ita sit cū dicat diuersum quòd dicat quod tantūdem valet. Et fere omnes exceptiones quæ competunt alicui licet vel contra aliquē cōnumerari poterunt inter exceptiones contra breue, quia cū terminatur actio finitur breue, & vbi cadit actio cadit & breue, & vbi differtur actio vel suspenditur vel mutatur, ita & breue. Cū autem plures competāt exceptiones contra breue, non possunt (secundum quosdam) proponi temporibus diuersis, sed in potestate iudicis erit arcandi tenentem quòd simul & semel vno die pponat omnes exceptiones cōpetentes contra breue, & sic præcludi

NNNnn.i.

pæcludi

Lib. v. De Exceptionibus.

præcludi poterit via proponendi vterius exceptiones contra breue. Sed cum tenēs vnā p̄ posuerit quod rem petitam totam non tenuerit sed alius, illa terminata, vterius non redibit ad consimilem, vt infra dicitur plenius. Et notandum quod cum breue ceciderit per defectum & errorem si corrigatur, consimile erit correctum & eadem erit actio quæ prius & idē breue sed correctū, licet aliud p̄gamenū & aliud incaustū, & ideo nec mutari debet narratio prius facta in iudicio nec attornatus qui prius fuerit, cum eadē sit hinc inde actio & breue idem.

1 ¶ Si competat exceptio ex persona petentis vnde quadā dilatoria quadam perēptoria multis rationibus. 2. Exceptio contra petentem ex persona tenentis. Cap. 18.

Cum autē nihil sit quod excipi possit contra breue, tunc videndum si sit exceptio quæ competat tenenti ex persona ipsius petentis quod omnino petere nō possit vel non nisi post tempus omnino, vt si petens seruus fuerit vel bastardus vel seculo mortuus, sicut ille qui habitū religionis assumpsit. Item p̄pter defectum scientiæ, vt si furiosus & non sanæ mentis. Item propter defectum sensuum, vt si fuerit naturaliter surdus vel mutus. Item propter morbum incurabilem, vt si leprosus fuerit & a communione hominum seperatus. Item quod ei non competat actio cum sit amotibilis, sicut monachus vel canonicus non perpetuus. Item propter feloniam propriam vel antecessorum. Item si non nisi post tempus, quia minor infra ætatem agere non potest in causa proprietatis, licet agere possit in causa possessionis, & hoc propter defectum scientiæ cum non multum distet a furioso, nec furiosus a bruto. Item propter dubium rei euentum, vt si quis fuerit in statu dubio dignitatis vel corporis, & sic in pendenti donec quid fiat vel non fiat: vt si quis appellatus sit de vita & membris in causa criminali, in ciuili causa agere nō potest antequam defendit se in criminali, non magis quam tenens tenetur respondere in consimili: dignitates, vt si Abbas vel prior vel alius a dignitate depositus, & ad tuitionem status sui ad superiorem appellauerit, quia si cum talibus ageretur vel ipsi agerent contra alios, sic possent iudicia esse delusoria cum a tali casu omnia possent reuocari. Item competit exceptio tenenti ex persona petentis propter defectum nationis, vt si petens copulauerit se inimicis domini Regis, vt si fuerit ad fidem domini Regis Franciæ, saltem donec terræ & regna communia extiterint actio talibus denegatur. Item competit tenenti exceptio propter lepram animæ petentis, vt si fuerit excommunicatus nominatim, sed non in genere, quia sicut lepra esse poterit in corpore ita & in anima, & sicut leproso interdicitur communio gentium, sic & excommunicato, & quod plus est, omnis actus legitimus. Item competit tenenti exceptio non tantū ex persona petentis sed ratione cohæredum & participū, sine quibus agere nō possit, quia tantundē iuris habet quantum ille qui petit vel aliunde: quia ille qui petit nihil iuris habet sed ali⁹, vel cum alius plus iuris habeat & sic quod petens sine alijs agere non potest vel omninō

omnino non. Itē cōpetit tenenti exceptio ratione petentis vel ratiōe ad iuncti, vt si vir agere velit de re vxoria sine vxore, & quo casu non magis audiatur q̄ vxor sine viro, sed non cadit breue si vir sine vxore, quia vocare poterit vxorē ad warrantū sed non econtrariō. Itē cōpetit exceptio tenenti contra petētē ratione superioris quē res tangit in aliquo, sicut sunt priores ppetui & quandoq; amotibiles sine Abbate vel priore, clerici & canonici sine episcopo & patrono. Item fratres alicuius domus sine curatore domus, & aliquādo nec sanctimoniales siue sorores sicut sorores de Bockland sine priore hospitalis, & quo casu vocandi sūt curatores ad sequēdū, sine quibus fratres & sorores sequi non poterūt. Exceptiōne vero seruitutis pposita cōtra petentē, satis ppendi poterit quid fieri oporteat tā in causa possessionis q̄ pprietatis p ea quæ superius dicta sūt in tractatu de assisa nouæ disseysinæ vbi respondetur contra assisam. ¶ 2. Itē cōpetit exceptio tenenti contra petentē ex psona ipsius petentis peremptoria vt excludat eum ab actione imppetū, eo quod nihil iuris habeat cū sit bastardus, & aliquādo opponitur in modū exceptionis, secundum quod hic dicitur, & cū pponatur a tenente quandoquē cadit loco actionis quasi pponitur a petente contra tenentem, vt ita a possessione amouearur. Et vnde videndum imprimis qualiter opponi debeat &c. & cui, & a quo, & in qua actione, & qualiter contra exceptionē respōdeatur alij cū fuerit opposita. Itē qualiter pbari debeat, & vbi opponi, & vbi terminari, & ad quē sequi ptineat, & quod sit officiū iudicis ecclesiastici & quod sit officium secularis. Item quis legittim^o dici debeat & quis bastardus quoad successionē secundū legem & consuetudinē Angliæ. Itē quid iuris si vterq; bastardus, tam petens q̄ tenens. Item quid iuris si cū legittimatio pbata fuerit moriatur ille qui pbauerit antequām ad curiā Regiam puenerit cum pbatione.

- 1 ¶ De exceptione bastardia in casibus bastardia q̄ nulla bastardia simplex sed qualibet causa habet certā. 2. De mittendo ad curiā Christianitatis vtrū ante vel post matrimoniū constitutio cōcessa & approbata corā rege & consilio suo clericis & laicis. 3. Quis possit apponere bastardia. 4. Contra quē cōpetat. 5. Inter quas personas. 6. Cū obiecta fuerit cū causa, oportet q̄ sequatur probatio. 7. Quod mittatur inquisitio bastardia ad curiā Christianitatis per breue. 8. Forma breuis. 9. Oportet q̄ ille cui opponitur bastardia probet se esse legitimum. 10. Breue q̄ opponitur ei bastardia qui est in scyina. 11. Quod pater nūquā desponsauit matrē. 12. Breue q̄ natus ante matrimoniū. 13. Cū loquela transmissa fuerit ad curiā Christianitatis & remaneat placitū in curia regis donec veniat inquisitio. 14. De officio ordinarij. 15. Facta inquisitione, breue per quod statim resummonetur loquela. 16. Quod ad diē resummonitionis poterit esse essoniatas si voluerit. 17. Quis sit effectus legitimationis cū probata fuerit. Cap. 19.

Q Valiter opponi debeat bastardia imprimis vidēdum. Proponi quidē solet aliquādo cum adiectione causæ quare bastard^o sit & quandoq; sine causa, sed quoniā vbi causa nō adijcitur sub tali responsione poterit esse obscuritas & incertitudo, quia cū sciri nō poterit ad quod forū ptinere debeat cognitio, nō refert vtrū quis omnino nō respondeat vel obscure vt si dicat tenens simpliciter q̄ petēs nihil iuris habet in re petita, quia bastardus est, & paratus est pbare bastardia, vbi

NNNnn.ij.

& quando

Lib. v. De Exceptionibus.

& quando debuerit, si prohibio ex tali pbatione & responsione statim mittatur ad curiam christianitatis, ita poterit quidem pbatio quolibet indifferenti fieri in curia christianitatis quæ in quibusdã cõtraria est legi & cõsuetudini Angliæ, quod esse non debet cum nihil aliud sit sub tali obscuritate transmittere inquisitione de bastardia faciendam ad curiam christianitatis, quæ venire contra legem & consuetudine Angliæ. Ad talem igitur errorem tollendũ, necesse est causam addiscere, vt si dicat tenens, frater nihil iuris habes in terra petita quia bastardus es, quia pater tuus nõquã desponsauit matrem tuam, talis cognitio bastardiæ recte pertinet ad iudicẽ ecclesiasticum ex quo præcisẽ deductum est matrimoniũ, quia nõ pertinet ad iudicem secularẽ discussio vtrum sit ibi matrimoniũ vel non, cum ipse cui obijcitur dicat contrariũ. Idem erit si dicat, frater nihil iuris habes in terra illa licet matrimoniũ interuenerit, quia inter patrẽ tuũ & matrẽ tuã contractũ fuit matrimoniũ illegittimũ ex quo prius contraxit cum quadã quæ vixit tẽpore quando contraxit cum matre tua. Est igitur ad curiam christianitatis inquisitio in hoc transmittenda quia ad iudicẽ secularẽ nõ pertinet discussio quis eorum & quæ illarum sit legitima vxor & quæ nõ. Itẽ opponi poterit bastardia cũ adiectione causæ vt supra, sed non erit ad curiam christianitatis inquisitio demandanda, quia nihil pertinet ad iudicem ecclesiasticum cognoscere de prioritate vel posterioritate natiuitatis eius cui opponitur bastardia cum sponsalia vel matrimonium hinc inde concessa sint, non magis quàm si quis ita diceret, frater nihil iuris habes in terra illa, & si ius haberes petere nõn potes quia petis de tẽpore Regis Henrici senis vel vltierius quod omnem excludit actionem, vel si dicat tenens sic: frater, nihil iuris habes in terra petita quia bastardus quia natus fuisti per tantum tẽpũ ante sponsalia vel matrimonium contractum inter patrem tuum & matrem tuam. Et quia hinc inde conceditur matrimonium, bene poterit Rex in curia sua inquirere sine aliquis præiudicio vtrum talis cui obijciatur natus sit ante matrimonium vel post, sicut inquirere poterit in alijs casibus vtrum natus in tẽpore Regis Henrici vel Regis I. & maxime in defectum episcoporum, quia contrarij sunt legibus & consuetudinibus Angliæ, nec etiam magis iniuriosum est quàm si Rex in placito dotis in curia sua fieri faciat inquisitionem vtrum mulier dotem petens dotata sit ad ostium ecclesię vel alibi, vel vtrum sponsalia vel matrimonium publicum sit vel clandestinum. Et cum in curia domini Regis anno Regni sui vicesimo in crastino sancti Vincentij apud Merton coram venerabili parte tunc Cantuar Archiepiscopo & coram suffraganeis suis omnia & coram maiore parte comitũ & Baroñ Angliæ tunc & ibidem existentium pro coronatione Regis & Regina, p. quo omnes vocati fuerũt generaliter tractatum esset de communi vtilitate totius regni super pluribus articulis Regem & Reginam tangentibus, inter alia tractatum esset de huiusmodi obiectione bastardiæ, vtrũ vz quis natus ante sponsalia & matrimoniũ haberi possit p legitimo sicut ille qui post matrimoniũ natus fuit. Ad quod omnes episcopi responderũt q omnes illi qui nati fuerunt ante sponsalia vel matrimoniũ, ita erũt legitimi sicut illi qui nati erũt post matrimoniũ quoad dominũ

De Exceptionibus. Ca. 19 Fol. 417.

dñm deū & quoad ecclesiam, nec voluerunt nec potuerunt sine præiudicio ecclesiasticæ dignitatis respondere ad breue super huiusmodi inquisitione facienda de bastardia sic obiecta, rescribere dño regi vñ vtrum ante vel post, quia hoc esset in præiudiciū sanctæ ecclesiæ, vt dicebāt, sed rogabant regē & magnates q̄ ad hoc consensum præberent q̄ nati ante matrimoniū quoad omnia legitimi esse possent, sicut illi qui post, & õnes comites & baronē, quotquot fuerunt, responderunt vna voce quòd noluerunt leges Angliæ mutare quæ vsquē ad tempus illud vsitatæ fuerunt & ap̄pbata: ¶ 2. Postea vero die Iouis proximè post festum sancti Dionisij anno eodem coram ipso domino Rege & subscriptis, conuocato consilio p̄uisum fuit & concessum ab ipso domino rege coram venerabili patre E. Cantuariensis Archiepiscopo R. Cycest̄r episcopo domino regis Cæcellario, R. Dunolm̄ episcopo, H. Eliens. episcopo, episcopo Norwic. episcopo Londoñ, episcopo Bathon̄, episcopo Exon̄, episcopo Karleol, episcopo Hereford & episcopo Roffen̄. Itē corā baronib⁹ subscriptis. Richardo com̄ Corūbiæ & Petro G. com̄ Marr. I. com̄ Linc. W., com̄ warhā, I. com̄ Cest̄r, w. com̄ Fer̄ T. com̄ war̄, H. com̄ Kác. H. de Ver com̄ Oxoñ, H. com̄ Hereford, Simon de monte forte com̄ Leyc. Itē coram baronib⁹ subscriptis, Radulpho de Tony, Phillippo de Albinaco. R. filio Michaelis, H. filio Machute, I. Marescall, G. de Lucy, R. de Argenton, H. dispensatore, w. de Say. w. Bardolph. w. de Cantelupo seniore & w. iuniore, R. Sylkard, w. de Bromich. A. de f. Amando, B. Curiall. E. de Synгой R. de Muffengoy. B. de Pancy, G. de Lucy, R. filio Hug. & alijs quā pluribus tunc ibidem presentibus, quòd de cætero cūm bastardia obiecta fuerit alicui de tali causa in curia domini reg. quòd bastard⁹ sit, & ideo bastardus quia natus ante sponsalia vel matrimoniū cōtractum inter patrem suum & matrem suam, mittatur loquela ad ordinariū loci & fiat inquisitio p̄ hæc verba, vtrum videlicet talis natus fuerit ante sponsalia siue matrimonium vel post, & rescribat ordinarius p̄ eadem verba domino regi sine aliqua cauellatione. Et in inquisitione illa facienda cesset omnis appellatio sicut in omni alia inquisitione de bastardia de qua inquisitio demandanda fuerit alicui ordinario facienda, & maxime q̄ nulla fiat appellatio extra regnū si de necessitate contingat appellari, & tunc præceptum fuit q̄ ita teneretur & obseruetur in futuro tā de illis q̄ de quibus iudicium extunc faciendum esset in curia domini regis, tam de placitis inceptis q̄ incipiendis, cūm huiusmodi bastardia obijciatur ex tali causa. Et quòd assisa mortis antecessoris p̄cessit in curia domini regis sup̄ huiusmodi bastardia infra ætatē petentiū, & vbi iurata dixit quòd non fuerunt hæredes p̄p̄iniores, quia nati fuerunt in adulterio ante matrimoniū: p̄batur in itinere M. de Pateshull in com̄ Cant̄, anno regis H. filij I. vndecimo Assisa mortis antecessoris, si Henricus Pamsore deceñ Norlington. Rationibus igitur supradictis & ex tali cōmuni cōsensu, in electione dñi regis esse poterit vtrū velit inquisitionē illā faciendā demandare ordinarijs vel illā facere in curia sua, q̄a si illā in curia sua fecer̄, cū exceptio ei data fuerit & apta & ex certa causa, non debet respōsio esse obscura, sed sicut opponitur exceptio q̄ secūdū legē & consuetudinē Angliæ bastard⁹ est, eo quòd natus

Lib. v. De Exceptionibus.

quòd natus ante sponsalia vel matrimonium, & sic ex tali causa replicare debet petens & dicere quòd legitimus est ex causa contraria, quia natus est post sponsalia vel matrimonium, & sic contradicere intentioni tenentis, quia non contradicit sed dicit simpliciter quòd legitimus sit & paratus probare se legitimum ubi debuerit, quia ad causam non responderet. Debet igitur dicere causam quòd legitimus, quia natus post sponsalia vel matrimonium. Si autem ex tali obscura responsione mittatur ad curiam christianitatis, & rescribatur obscurè quòd legitimus, vel si causa obiecta fuerit & non rescribatur per eadem verba sed quòd legitimus sit, in defectum curiæ christianitatis fiat inquisitio in curia domini Regis utrum ante matrimonium vel post, quia videtur per hoc quòd ibi possit esse fallacia, & verum rescribatur & falsum sed diuersis respectibus, quia poterit esse legitimus secundum statuta ecclesiæ quantum ad ordines & quantum ad dignitates, & quantum ad leges & cõsuetudines Anglicanas bastardus quantum ad successiones, quia ibi licet legitimus ad prædicta siue ante siue post. Et cum taliter obiecta fuerit bastardia ex causa tali, si petens obscurè respondeat, denegetur ei actio ac si nihil respondisset, & tenens se teneat in pace. Si autem tenenti obiecta fuerit & sic obscurè responderit, quasi indefensus rem possessam amittat, quia non omninò respondere vel obscurè ad paria iudicantur. Ad papam & ad sacerdotium quidem pertinent ea quæ spiritualia sunt, ad Regem vero & ad regnum ea quæ sunt temporalia, iuxta illud, cælum cæli domino, terram autem dedit filijs hominum. Et vnde ad papam nihil pertinet ut de temporalibus disponat vel ordinet, non magis quàm Reges vel principes de spiritualibus, ne quis eorum falcem immittat in messem alienam. Et sicut papa ordinare potest in spiritualibus quoad ordines & dignitates, ita potest Rex in temporalibus de hæreditatibus dandis vel hæredibus constituendis secundum consuetudinem regni sui. Habet enim quodlibet regnum suas consuetudines & diuersas, poterit enim vna esse consuetudo in regno Angliæ & alia in regno Franciæ quantum ad successiones. Et notandum quòd si quis apponendo bastardiam mentionem non faciat de hac dictione (bastardus) amittet per iudicium: ut si dicat, frater nihil iuris habes in terra illa quia natus fuisti ante matrimonium, nulla facta mentione de bastardia: ut in itinere w. de Raleigh in comitatu Warĩ, assisa mortis antecessoris si Wilhelmus de Munworth pater Thomæ. Opponi etiam poterit bastardia multis de causis instituta actione, aliquando in iudicio aliquando ad querelam eius qui dicit se esse verum hæredem, & de quibus non oportet transmittere loquelam ad curiam christianitatis vel inquisitionem, ut si partus nascatur post mortem patris (qui dicitur postumus) per tantum tempus quòd non sit verisimile quòd possit esse defuncti filius, & hoc probato, talis dici poterit bastardus. Item dici poterit bastardus & illegittimus & partus alienus falsò suppositus & nutritus ad exhæredationem veri hæredis, ubi mulier fecerit se prægnantem cum non sit. Item si inquiratur per quantum tempus natus fuerit post humationem patris cuius filius esse debuit, ita quod non possit esse verisimile quòd sit filius talis. Idem dici poterit bastardus



bastardus partus suppositus mortuo vero hærede sub custodia, vt supra de qualitate & differentia hæredis de partu supposito. Item dici poterit bastardus ab alio quàm a patre progenitus, vbi non sit veri simile aliqua ratione quòd possit esse hæres mariti, vt si pater abfuerit per longum tēpus in terra sancta, quod veritas vincere possit præsumptionem. Sed aliud erit, si vir in patria vel extra patriam prope quod accessum habere possit ad vxorem occulte, & maximè si maritus eum deaduocauerit omnino, nisi præsumptio faciat contra ipsum quod partus possit esse hæres, vt supra, & ibi de hac materia, vbi perpendi poterit quis sit legitimus & quis bastardus. Et sciendum quòd liberorum quidam possunt esse legitimi & quidam bastardi, & aliquando omnes legitimi & aliquando omnes bastardi, vel vnus ex pluribus legitimus, & alij omnes bastardi & econtrariò, vt supra perpendi poterit de qualitate hæredum. Item notandum quòd cum quis partum suppositum semel aduocauerit, non poterit illum vltèrius readuocare si hoc probari poterit, & erit talis filius & hæres de quocunquè antecessore tenuerit. Et cum capitales domini vel quidam illorum hæreditatem tali restituerint & quidam restituere contradixerint, opposita bastardia non valet contradictio, nec erit in hoc casu inquisitio demādāda ad forum ecclesiasticum vel mittenda ad curiā Christianitatis: Vt de itinere R. de Leinton de quodam Adamo de Aston qui in tali casu voluit transmittere loquelam ad curiam Christianitatis, quod quidem reuocatum fuit & correctum per M. de Pateshull.

¶ 3. Item videndum quis bastardiam opponere potest, & sciendum quòd ab eo ad quem pertinet, sicut a vero hærede contra eum qui se facit hæredem cum non sit, siue petens sit qui opponit siue tenens. Itē ille qui loco hæredis est, sicut dominus capitalis cum in seysina fuerit hæreditatis sicut de eschaeta sua propter defectum hæredum tenentis sui, cum non sit alius nisi ille qui petit, & sit bastardus. Si autem plures sunt qui se faciant hæredes, tunc non pertinebit ad dominum capitalem bastardiam obijcere; quia quamuis competat contra hæredem, tamen non pertinet ad dominum capitalem vt illam opponat. Et quòd ad capitalem dominum non pertineat, probari poterit de termino Paschæ anno Regis Henrici duodecimo in comitatu Berk. de Roberto Hachard, vbi terra esse debuit eschaeta sua: vt de itinere Martini de Pateshull in comitatu Eborum āno regis Henrici decimo, Assisa mortis antecessoris si Radulphus de Bully, sed cum capitalis dominus bastardū semel cognouerit ad hæredem, vel si reddiderit ei aliquam partem hæreditatis vt legitimo, si postmodum ei velit bastardiam obijcere, non audietur vt illam opponat: vt de termino sancti Hillarij anno Regis Henrici decimo quarto ī com̄ Midd' de Abbate L. Albani & Willo filio Radulphi. Sed cōpetit vero hæredi contra fratrem & aliū qui se facit hæredem cum sit bastardus, siue vnus eorū sit hæres siue plures legitimi, vel vnus vel plures bastardi qui se faciūt hæredes, siue tenētes sint siue petētes. Et si vterq; bastardus fuerit tā petēs q̄ tenēs, & petēs bastardiam obiecerit tenenti, si tenēs replicādo dixerit petētē esse bastardū, oportet petētē se docere legitimū alioquin nihil capiat, cū melior sit in hoc casu cōditio possidētis, &

tunc

Lib.v. De Exceptionibus.

tunc capitalis dominus petat & pertinet ad ipsum exceptio. ¶ 4. Item contra quem competat, & sciendū quòd contra quemlibet tã masculinum q̄ foeminam, tã contra minorē q̄ maiorē, dū tamen si infra ætatem sit minor cui opponitur, non pcedat inquisitio de bastardia ante ætatē, dū tamen minor tenens fuerit, quia non magis tenetur respondere ad exceptionē de bastardia ante ætatem, q̄ ad assisam, cum exceptio bastardie tã in causa possessionis q̄ proprietatis terminet negotiū, vt de itinere M. de P in com̄ Kanc ad festū s. M. año regis Henrici vndecimo incipiente duodecimo, assisa mortis antecessoris si wilhelmns de Herst, vbi assisa venit super custodem, qui dixit q̄ nihil habuit nisi nomine custodie cum quodam qui fuit infra ætatē, & de quo responsum fuit quòd bastardus erat. Si autem a maiore contra minorē petentē, procedat assisa, vt in eodem itinere, assisa mortis antecessoris si Henricus Paufurere, quibus a petentibus obiecta fuit bastardia, & de quibus dixerunt iuratores quòd bastardi fuerunt, quia nati ante matrimonium, & processit assisa mortis antecessoris in curia regis. ¶ 5. Itē non cōpetit exceptio bastardie nec locum habet inter coniunctas personas, sed inter extraneas, in causa possessionis, nec in placito de cōsanguinitate, nō magis q̄ in assisa mortis antecessoris, quia vbi eadē ratio ibi erit & idem ius, inter tales personas agitur de ipso iure, & non de aliqua possessione, si fuerit hæreditas descendens a communi stipite, quia si iter eos teneretur huiusmodi exceptio, sic terminari posset p̄prietas ipsa in placito possessionis: licet obijci posset quòd bastardus sit tanquã extraneus quantū ad verū hæredem. Sed tamen inter eos non pcedat ista exceptio, non magis q̄ assisa, quia adhuc in pendentem est vtrum ille cui obijcitur bastardia se probare posset legitimū vel non. ¶ 6. Cū autem sic obiecta fuerit bastardia adiecta causa, non valet exceptio nisi probetur quod tenens dicat petentem esse bastardum, & idem petens replicando dicat se esse legitimum vel econtrariò. Videndum ad quem illorum p̄tineat probatio bastardie vel legitimationis, & videtur quòd ad ipsum p̄tinebit in omni casu qui est extra seysinā, cū ille qui est in seysina non habeat necesse p̄bare nec exceptionem si ipse exceperit de bastardia, neq; replicationem de legitimitate si bastardia obiecta fuerit cōtra ipsum, p̄pter cōmodum possessionis: quia cū tenens obiecerit exceptionem bastardie contra petentem, petens arctatur ad probationem legitimitatis, tenens ad probationem bastardie pcedat & excipiendo, oportebit petentem docere legitimum esse replicando, alioquin cadit a causa, & tenentī remanebit possessio. Si autem econtrariò a petentī tenentī opponatur bastardia, & q̄ nihil iuris habeat in terra quam tenet, quia bastardus: responderi poterit a tenente quòd ipse est in seysina, sicut hæres legitimus, vnde oportebit petentem replicare quòd bastardus, & sic replicando probare bastardiam, & sic oportet petentem sequi, quia tenens nunquam sequeretur, & sic in vtroquē casu incumbit probatio replicationis ipsi petenti, vel quòd probet se legitimum sicut in primo casu, vel quòd tenentem probet bastardum sicut in secundo casu. ¶ 7. Cū igitur in suo casu aliquando trāsmissēda sit loquela ad curiā christianitatē ī casu licito, modo cōsueto & debito, q̄a cognitio bastardie & īq̄sitio fieri debeat

De Exceptionibus. Ca. 19. Fol. 419.

debeat in curia Christianitatis : tunc fiat breue ordinario loci sub hac forma. Ex parte Regis, infra Regnum si ordinarius fuerit sub potestate Regis. Si autem extra regnum fuerit ordinarius qui cognoscere debuit & non sub potestate Regis, & non teneatur obedire nisi velit, nec inquirere possit nisi fuerit ei demandatum, cadere poterit actio petentis propter defectum probationis. Et notandum q̄ antequā loquela & inquisitio bastardie transmittatur ad curiam Christianitatis, oportebit quod visus fiat de terra quæ petitur, quia cum per inquisitionem sic factam tota causa decidatur, & nihil supersit post inquisitionem nisi iudicium reddendum in curia domini Regis, præposterè ageretur si tunc primò visus peteretur. Et ideo necesse est quod prius fiat visus, vt Iustic. de re certa certum dare possit iudiciū. Et cum remissa fuerint inquisitio ad ordinarium domino Regi, non erit vterius aliqua exceptio opponenda, pro qua minus procedat iudicium.

¶ 8. Rex. venerabili in Christo Patri A. eadem gratia London episcopo salutem. Sciatis q̄ cum A. in curia nostra coram nobis, vel coram Iustic. nostris peteret versus B. tantam terram cum pertinentijs in tali villa, idem B. venit in eadem curia coram &c. & obiecit eidem A. quod nullum ius habuit in terra illa, eo quod bastardus est, quia natus antequam talis pater ipsius A. desponsauit matrem ipsius A. Et ideo vobis mandamus, q̄ cōuocatis coram vobis conuocandis, rei veritatem inde diligenter inquiretis, videlicet vtrum prædictus A. natus fuit antequam prædictus talis desponsauit talem matrem ipsius A. vel post. Et inquisitionem quam inde feceris scire facias nobis vel Iustitiarijs nostris talibus per literas vestras patentes Teste &c. Et cum in voluntate Regis sit trās mittendi huiusmodi inquisitionem ad curiam Christianitatis vel non, nō dicatur in breui, & quoniam huiusmodi inquisitio pertinet ad forum ecclesiasticum, sicut in alijs causis sequentibus vbi pertinet ad forum ecclesiasticum, & non ad forum seculare, & in hoc casu cum a tenente proponatur exceptio bastardie versus petentem, oportebit quod petens sequatur & probet se legitimum replicando contra exceptionem bastardie.

¶ 9. Henricus dei gratia &c. venerabili &c. vel tali officiali salutem. Sciatis quod cum A. de N. in curia nostra coram &c. peteret versus B. & C. vxorem eius, tantam terram cum pertinentijs in tali villa, per assisam mortis antecessoris inde ibi inter eos summonitam & captam, & prædicta C. diceret se esse propinquiorem hæredem D. de cuius morte A. tulit assisam illam, idem A. obiecit eidem C. quod nullum ius habere potuit in terra illa eo quod bastarda est, quia nata fuit antequam pater suus desponsauit matrem suam, & ideo vobis mandamus &c. vt supra, & in hoc casu quia petens opponit exceptionem bastardie versus C. quæ tenet replicando contra eam quæ dicit se esse legitimam & hæredem & in seysina esse excipiendo, oportebit petentem probare bastardiam replicando illam esse bastardam. Et quod dictum est supra de bastardia eius qui natus est ante sponsalia, idem dici poterit de eo qui natus est post mortem antecessoris sui per tantum tempus, quod non possit esse verisimile quod possit esse filius & hæres. Item aliud breue consimile de eodem cōtra tenentem masculum vel foeminam

OOOoo.j.

minam

Lib. v. De Exceptionibus.

minam qui natus est de illegittimo matrimonio, sicut de adultera, scilicet ubi quis duas habuerit uxores, vnam videlicet de iure & aliam de facto, & ille parrus qui de legitimo fuerit in seysina, & huiusmodi cognitio ad forum pertinet ecclesiasticum & non ad forum seculare. ¶10. Rex tali episcopo salutem. Sciatis quòd cùm A. peteret versus B. tantam terram cum pertinentijs in tali villa vt ius suum, & idem B. veniret in eadem curia, & diceret quòd fuit in seysina de eadem terra sicut de illa quæ ei hæreditariè descendit de quodam C. patre suo cuius hæres ipse est vt dicit, Idem A. obiecit eidem B. in eadem curia nostra quòd nihil iuris potuit habere in terra illa petita quia bastardus est, & natus de adultera, asserens se esse filium legitimum ipsius C. & hæredem, & quoniam huiusmodi cognitio ad forum pertinet ecclesiasticum, vobis mandamus quòd conuocatis conuocandis &c. (vt supra) Est etiam alia exceptio bastardia, quæ ad curiam Christianitatis transmittenda est, & non terminanda in curia regia, siue proponatur a petente tenèri, vel a tenente petenti adiecta tali causa quòd pater talis nunquam desponsauit matrem talis petentis, vel tenentis, & tunc fiat tale breue. ¶11. Rex tali episcopo salutem. Sciatis quòd cùm A. in curia nostra coram &c. peteret versus B. tantam terram cum pertinentijs in tali villa vt ius suum, idem B. venit in eadè curia & dixit quòd prædictus A. nihil iuris clamare poterit in terra illa, quia bastardus est eo quòd C. pater suus, cuius hæredem se facit, nunquam desponsauit matrem suam. Et quoniam huiusmodi cognitio, de tali bastardia obiecta ad forum pertinet ecclesiasticum, vobis mandamus quòd conuocatis conuocandis coram vobis &c. vt supra. Item si quis crediderit alium esse bastardum, quia natus fuit tempore interdicti, adhibita solennitate quæ tunc potuit adhiberi, siue solennitas fuerit adhibita in facie ecclesiæ, siue non, talis cognitio transmittenda est ad forum ecclesiasticum per tale breue. ¶12. Rex tali episcopo salutem. Sciatis quòd cùm A. in curia nostra &c. peteret versus B. tantam terræ cum pertinentijs in tali villa vt ius suum, Idem B. venit in eadem curia & obiecit eidè A. quòd nihil iuris inde clamare potuit, quia bastardus est, eo quòd natus fuit per tantum tempus ante matrimoniū cōtractum solenniter in facie ecclesiæ inter talem patrem ipsius A. & talem matrè ipsius A. responsum fuit a prædicto A. quòd legitimus est & natus post matrimonium contractū inter patrem & matrem suam tempore interdicti, adhibita omni solennitate quæ tunc potuit adhiberi. Et quoniã huiusmodi causæ cognitio vt supra. ¶13. Cùm autem loquela & huiusmodi inquisitio transmissa fuerit ad curiam Christianitatis, remanebit placitum in curia domini Regis sine die, quousq; venerit inquisitio ad curiam, postquam discussum fuerit de bastardia in curia Christianitatis. ¶14. Officiū vero ordinarij erit, quòd cōuocatis partibus, in earū p̄sentia si interesse voluerint, fiat diligens & summaria inquisitio secundū formā breuis, & si sp̄salia vel matrimoniū sint cōtracta, vel omninò nullū, vel si matrimoniū, tamē illegittimū. vidēdū igif erit de matrimonio de quo supradictū est in tractatu, quis hæres sit legitimus, & ubi dicitur quòd hæres est legitimus, quæ iustæ nuptiæ demonstrant, siue clādestinū fuerit matrimonium siue publicum, siue per verba de præsentī siue per

ver-

De Exceptionibus. Ca. 19 Fol. 420.

verba de futuro, siue sub conditione contractum, dum tamen dissolui nō
 possit, nec in vita contrahentium fuerit dissolutum, cum spōsalia siue ma-
 trimonium sit conjunctio maris & foeminae indiuiduam vitæ retinens cō-
 suetudinem. Et per hoc de facili perpendi poterit quis legitimus fuerit
 & quis bastardus. Cum autē iudex ecclesiasticus inquisitionē fecerit, nō
 erit ab eo appellandum ab aliquo, nec a petente nec a tenente: a petente
 nō, quia talem iurisdictionem & talem iudicem elegit, a tenente nō, quia
 sic posset causam in infinitum protrahere de Iudice in Iudicem vsque ad
 Papā, & sic posset Papa de layco feodo indirecte cognoscere. Itē notandū
 quod tantū operatur tenentis absentia q̄ p̄sentia, sed a delegato & ab of-
 ficiali si dicatur errasse vel collusionem fecisse, potest appellari ad episco-
 pū, vel aliū ordinariū, quia ordinarius errorem taliū & sententiā poterit
 reuocare vel corrigere, licet nō possit propriū, nisi cū difficultate. Facta
 igitur inquisitione secundū quod p̄dictū est, cum pars sequens venerit ad
 curiā cum inquisitione, statim summonetur loquela quæ remansit sine
 die & summonetur tenens per hoc breue. ¶ 15. Rex vic. salutem. Sum-
 moneas per bonos summonitores B. tenentem quod sit coram Iustic. n̄ris
 apud talē locū auditurus recordum & iuditiū suū de loquela quæ fuit in
 eadem curia n̄ra corā &c. inter A. petentē & eundē B. tenentem, de tanta
 terra cū p̄tinentijs in tali villa, quā idem A. in eadem curia nostra clamat
 vt ius suū versus eundem B. & vnde idem B. dixit q̄ idem A. nullum ius
 habuit in terra illa eo quod bastardus fuit, quia pater suus nunquam des-
 ponsauit matrem suam, vel alia tali de causa: & vnde inquisitio bastardie
 transmissa fuit ad curiam Christianitatis, & habeas ibi summonitores &
 hoc breue Teste &c. ¶ 16. Ad primū vero diem summonitionis bene
 poterunt se essoniare tam petens quam tenens si voluerint, simul vel vi-
 cissim, quousque habuerint essonium. Si autem ad primū diem vel post
 essonium tenens defaultam fecerit post resummonitionem, cum sum-
 monitione p̄uentus sit, statim testata summonitione capiatur terra
 in manū domini Regis per defaultam per parvū capē, & tenens ille
 summonetur quod sit ad alium diem auditurus inde iudiciū suū: Et
 ad quem diem siue venerit siue non, amittet seysinam suam per defaultam,
 siue inquisitio fecerit pro eo siue contra ipsum, nisi docere possit ratio-
 nem sufficientem quare non venerit. Si autem summonitione p̄uentus
 non fuerit, sed malitiosē ante resummonitionem pendente inquisitione
 cōtumaciter se trāstulerit ad partes trāsmarinas & extra regnū absētaue-
 rit, ita q̄ sequi noluerit nec interesse inquisitioni, cum episcopus vel ordi-
 narius Iustitiarijs hoc mandauerit, nihilominus faciant Iustic. eū sumone-
 ri, ac si in regno esset, q̄ sit auditurus recordū & iudiciū suū, vt supra. Et
 ita procedant quousq; talis amiserit per defaultam: vt de Itinere M. de P.
 in com̄ Norff. de Henry de la Stoke. ¶ 17. Effectus vero legitimatōnis
 probatæ hic est, quod cum semel probata fuerit & iudiciū pro tali red-
 datur in curia Regis, semp̄ quoad omnes legitimus erit, nisi in p̄batio-
 ne interuenerit fraus, non erit itaq; ad plures curias Christianitatis trans-
 mittendus, obiecta ab aliquo tali exceptiōe, quia si ad diuersos mitteretur
 episcopos, posset curiæ regiæ cōtraria vel diuersa rescribere. Sed fraudu-

lenter posset fieri inquisitio hoc modo, vt si quis plures terras vel amplas hæreditates peteret a diuersis, procurare poterit petēs per fraudem q̄ ab aliquo ipsorū eiopponeretur bastardia, & ita pacisci cū eo ne quid diceret in testes & cōtra testificata, & sic fraudulenter probare possit legitimatiōnē, & sic oprinere versus omnes, quod quidem esset iniquum. Item esto q̄ quis cum legitimationem suā probauerit coram quibuscunq; iudicibus, antequam ad curiam venerit cum inquisitione moriatur, si talis hæredes habuerit de carne sua procreatos, tales habendi sunt sunt pro legitimis, & alijs præferendi in successione, & ex tali inquisitione erit iudicium reddendum pro hærede, quod pro antecessore redderetur si viueret, quia legitimitas antecessoris probata, extenditur ad hæredes quoad omnia, videlicet successiones, ordines, & dignitates. Et notandum quòd post mortem non valet talis exceptio proposita contra eum qui mortuus est, cū ad exceptionem talem respondere non posset, inquiri tamen poterit per patriam vtrum talis fuerit necne, secundum quod inquiri poterit vtrum quis libere tenuerit, vel in villenagio, licet de statu talis inquiri non potest post mortem, vt de termino l. M. anno Regis H. vj. incipiente vij.

1. ¶ *Exceptio competens ex persona petentis si fuerit non sana mentis s. furiosus & sunt plures peremptoriae.* 2. *Exceptio ex persona petentis si fuerit sardus & mutus naturaliter.* 3. *Exceptio propter morbum incurabilem sicut de leproso.* 4. *Exceptio ex cognitione vbi quis se cognouit ad villanū.* 5. *Exceptio si de crimine commissus fuerit de feloniam vel aliquis antecessorum.* 6. *Exceptio per mortē ciuilem si quis contulerit se religioni & habitum religionis suscepit.* Cap. 20.

Competit etiā exceptio perēptoria tenenti ex p̄sona petentis, si petēs furiosus fuerit vel non sanæ mētis q̄ discernere nesciat, vel omninò nullā habeat discretionē. Tales em̄ non multū distāt a brutis quæ ratione carent, nec valere debet quod cū talibus agitur durāte furore, possunt enim quidā dilucidis gaudere interuallis, & quidam habent furorem p̄petuū. Quod autē actū fuerit cū talibus tēpore quo dilucidis gaudent interuallis, ratū erit ac si cū alijs ageretur, siue furorem simulauerint siue non. Acquirere quidem non poterunt in ipso furore, vel cū non fuerint sanæ mentis aliqui, quia consentire nō possunt, nec acquisita alienare vel dare, quia alienationi non magis consentire possunt quàm acquisitioni, sed seyfinam retinent, quia animum mutare non possunt, quem acquirendo dum essent sanæ mentis habuerint, & furor superueniens nihil adimit non magis quàm morbus incurabilis sicut lepra, secundum quod dicitur quòd multa impediunt contrahendo quæ non dirimunt contractum, & ita sunt multa quæ impediunt pmouendo, quæ non deiciunt iam promotum. Et talibus de necessitate dandus est tutor vel curator. Sed quid dicendum erit de fatuo: Fatuus quidem acquirere poterit, non tamen in aliquo discretionem habet, & talibus similiter datur curator, nisi autem expresse renunciauerit, quia contra voluntatem expressam non acquirit, sicut contigit coram ipso Rege & fratre & hærede Herberti filij Petri, qui publicè renuntiāuit hæreditati, & ita quòd successit ei Reginaldus frater minor. Si autem ita fatuus fuerit quòd nihil sciat discernere-

cernere inter tēnemēta nec inter iura, talis nunquā acquirit, quia non cōsentit. Sed discussio huiusmodi exceptionis discretioni iudicis relinquatur. ¶. 2. Competit autē tenenti exceptio peremptoria ex persona petentis ppter defectū naturæ: vt si quis fuerit surdus & mutus naturaliter. s. q̄ oīno loqui non possit nec audire, non tamen si tardē audiat, vel loqui fuerit aliquantulū impeditus. Et talis cū naturaliter surdus fuerit & mutus, acquirere non potest, quia non potest cōsentire, quia verba stipulātis audire non potest omnino, & cū oīno audire non possit nec omnino loqui, voluntatem & consensū exprimere non potest, nec verbis nec signis. Naturaliter dico, hoc est a nauitate, sicut dicitur de cæco, qui cæcus fuit a natiuitate, quia si hoc aliter alicui euenerit a casu, inquirendū erit qualis fuerit ante huiusmodi infortunium, quia si loqui potuit ab initio & audire & cōfētire, per se & p̄ p̄curatorē acquirit, & acquisita retinet, sed tamen de facili non transfert ad alium acquisita, sed cū surdus & mutus naturaliter acquirere non possit, per officiū iudicis inuenienda sunt ei necessaria quoad vixerit pro qualitate personæ, & hæreditatis quantitate si hæres esse debuit, & si semel autoritate curatoris acquisierit, si fuerit inde eiectus recuperabit per assisam sicut minor. ¶. 3. Datur etiā exceptio tenenti ex persona petentis peremptoria, propter morbū petētis incurabilem & corporis deformitatē: vt si petens leprosus fuerit & tam deformis quòd aspectus cum sustinere non possit, & ita quòd a cōmuniōe gētium sit seperatus, talis quidem placitare non potest, nec hæreditatem petere: vt de termino s. T. anno Regis H. xi. in cōm Hereford de Agnete quæ fuit vxor Iohannis de VWestwickam petēte dotē eius. Huiusmodi vero morbus repellit petentem ab agendo, sed hæreditatem iam habitam non adimit morbus superueniens sed habendam. ¶. 4. Datur exceptio tenenti ex persona petentis peremptoria, per confessionem & cognitionem petētis, siue liber sit siue seruus, vt si quis in curia domini Regis semel cognouerit se esse villanum, licet liber sit, semper obstat ei exceptio villenagij, vt supra in pluribus locis: & similiter de itinere M. de P. de loquela quæ fuerit super iudiciū in diuersis cōm anno Regis H. iij. in cōm Dorf. de Hamelino filio Radulphi. ¶. 5. Datur etiā exceptio tenenti ex persona petentis peremptoria, ex crimine & delicto petentis, de quo per iudicium fuit cōuictus vel vtlagatus, vel si terram abiurauerit & postea per Regem fuerit restitutus ad pacem, & quæ eodem modo competit tenenti ex persona antecessorum petētis, sicut ex persona sua p̄pria, ita q̄ hæreditas vel tēmentū petitū descendere non possit ad petentē, vt si ipse petens feloniam fecit, pater vel mater, frater vel soror, a quo vel p̄ quē ius descēdere deberet ad petentē, refert tamē qualiter quis fuerit vtlagatus, & qualiter restitutus, & vtrum vtlagatus fuerit per legē terræ, vel cōtra legē terræ & per voluntatē: & contra istam exceptionē respōdere poterit petens multis modis, q̄ nō est secūdū legē terræ. Itē q̄ nō in loco debito, sicut in cōm. Itē q̄ nō interrogatus de cōm in cōm, sed in mercatis & in alijs publicis locis clamat, vel vtlagatus p̄ breue dñi regis & p̄ solā volūtatē dñi régis, ordine iuris nō obseruato: vt de term̄ s. M. an. regis H. xv. in cōm Salop de Fulcōn filio w. Et qualiter & quādo talis exceptio valere debet videri poterit de placito coronæ

coronę de vtlagatione vtlagatorum, & eorum inlagatiōe; & ad quę restituantur & ad quę non. ¶.6. Competit exceptio tenenti ex persona petentis peremptoria, propter mortem ciuilem, vt si quis se religioni contulerit, & postea ad seculum reuersus agere velit & hęreditatem petere, non audiętur. Cũ semel quis se religioni contulerit renunciat omnibus quę seculi sunt, habita distińtione, vtrum habitum probationis suscepit, vel habitum professionis, & cũ sic obiecta fuerit huiusmodi talis exceptio, inquisitio curię christianitatis demandabitur facienda, cũ contra exceptionem talem fuerit replicatum, & secundũ illã inquisitionẽ in foro seculari erit iudicãdũ, sicut cõrigit de VV. Burdon de Deseburgh qui vxorem duxit quandã postq̃ effecta fuit monialis. Est etiã mors ciuilis in seruo in seruitute sub potestate dñi cõstituto. Huiusmodi vero seruitus mortalitati cõparatur, quia fuit aliquãdo in manu dñi vita & mors, sed modo nõ, ppter seueritatẽ dominorũ sed in manu domini Regis, sed cũ tales potestates domini sui effugerint, quasi resuscitati ad vitam aliquãtulũ respirant, secũdum quod superius perpendi poterit de exceptione seruitutis.

1. ¶ De exceptionibus qua competunt ex persona petentis & quę peremptoria sunt sicut de minoris etate. 2. De quibus minor infra etatem debeat respondere & de quibus non. 3. Breue ne minor respondeat infra etatem de libero tenemẽto suo donec sit talis etatis. 4. Si plures sint heredes quorũ vnũ quidam infra etatem & quidam non. 5. Exceptio ratione adiuncti sicut de particeps & vxore. 6. Si mulier cum hac etate nupta fuerit minori vel e contrario. 7. Status minoris in iudicio debet nec de tenementis nec de seruitio & consuetudinibus. 8. Replicatio, si in assensu mortis antecessoris vel in placito per breue de recto obijciatur minori q̃ placitare non possit quia minor est. 9. De probatione etatis ex presumptione per aspectum corporis. 10. Si iustis dubiis auerint cum venerint. 11. Qualiter probatur etas per patriam cum per aspectum corporis probari non possit & per quos. 12. Ex presumptione vt si quis alio placitauerit sicut maior. 13. De resumendo loquelam ad curiam qua remansit sine die propter minorem etatem. 14. Breue cum seysina recuperauerit iam maior factus versus dominum captalem & similiter de vasto facto in vno loci. Cap. 21.

Dicũdum est in proximo superius de exceptionibus quę cõpetũt tenenti ex persona petentis, & quę peremptoria sunt & perpetuę: Nunc autẽ dicendũ est de exceptionibus quę cõpetunt eidem ex persona eiusdẽ quę dilatoria sunt, & tẽporales. Et in primis de illa quę petenti opponitur qui ante tẽp^o agere non potest eo q̃ est minor & infra etatẽ, maxime in causa proprietatis nec etiam cõueniri, qua obiecta si cõstitit ipsũ esse minore, differtur actio quousq̃; maior effect^o fuerit, sed non cadit breue, sed resumoneatur loquela cũ peruenerit ad etatẽ, nisi forte talis sit actio ad quã infra etatẽ respondere teneatur. Et quoniã diuersę sunt etates & diuersimodẽ iudicãdę secundũ diuersitatẽ actionũ, personarũ & tenemẽtorũ, ideo de etatibus qualiter inter se differãt videam^o: sed de hac materia & differentia etatũ dicitur in parte supra in tractatu de custodia minorũ qui esse debent sub custodia & cura dominorũ & per quantũ tẽpus Sed quoniã minor quandoq̃; infra minore etatẽ agere poterit & cõuenire maiorem & quandoq̃; cũ fuerit in seysina tenetur respõdere infra minore etatẽ in quibusdã casibus tam minori q̃ maiori, in quibusdã autẽ nec maiori nec minori ante plenã etatẽ, videndũ in primis in quib^o casibus infra etatem agere possit & petere, & quę, & qua actione. Et sciendum

endum q̄ in qualibet etate petere poterit seysinam propriam si fuerit disseysitus, per assisam nouæ disseysinæ quancūq; & qualitercūq; fuerit disseysitus. Itē seysinam antecessorum cuiuscūq; per assisā mortis antecessoris, sed cum ita recuperauerit, non respondebit inde ante plenā ætatem ad aliquod breue impetratum super possessione vel proprietate, sed liberum socagiū petere nō poterit ante tēpus de seysina antecessoris per breue de recto, ante ætatem. xiiii. annorū non magis q̄ feodū militare ante q̄ effectus fuerit etatis. xxj. anni, hoc est antequā impleuerit. xxj. annū & xxij. attigerit. Et cum sic per breue de recto seysinam propriā recuperauerit de socagio inde non respondebit ante plenam ætatē nec de feodo militari nec minori nec maiori. Itē nec feodum militare petere poterit ante tempus præfinitum, sed tūc cum recuperauerit per breue de recto & maior effectus fuerit, respondebit inde cuilibet maiori cum fuerit implacitatus, minori tamen non nisi in causa possessionis. Sed esto q̄ ipse minor vel custos suus alienauerit, quæritur an minor ante ætatē possit reuocare factū propriū vel custodis: videtur q̄ factū propriū reuocare non possit ante ætatem, quia cum ad ætatem peruenerit ratificare poterit donū suum & facere validum quod ab initio non valuit. Eodem modo nec factum custodis sui, cum alienatio illa non multum noceat minori ante ætatē, & tūc recuperare suum habebit per breue de ingressu, nisi sit qui dicat q̄ facta alienatione statim possit minor per assisam nouæ disseysinæ infra ætatē sibi prouidere. Si autem plures sint minores non participes qui in causa possessionis petant vnicam rem versus eundē maiorem, non possunt simul agere nec simul recuperare, sed semper de vltima seysina erit iudicandum, vt supra in tractatu de assisā mortis antecessoris plenius. ¶. 2. Cum autē minor fuerit in seysina, videndum de quibus teneatur respondere infra ætatem & de quibus non. Et sciendum q̄ respondere tenetur, non obstante ætate, maiori in omni casu tam super proprietate q̄ super possessione, & minori in causa possessionis si fuerit feoffatus in minori ætate, & fere omnia habebit remedia in exceptionibus & effonijs tam de malo veniēdi q̄ de malo lecti, & in waranti vocatione p̄terquā in hoc q̄ attornū facere non possit. Et si hoc, sequitur q̄ effoniū de malo lecti habere non poterit, vt si languor ei fuerit adiudicatus & post languorem venire non possit, responsalem pro eo mittere non poterit non magis q̄ facere attornatum. Respondebit etiam in minori ætate de facto suo & iniuria sua propria, tam in causa criminali q̄ ciuili, dum tamen ciuiliter agatur: vt si minor disseysinam fecerit, ad assisam nouæ disseysinæ respondebit. Respondebit etiam non obstante minori ætate mulieri dotem petēti propter fauorē dotis. Fallit tamen in casu speciali, scilicet vbi auus alicuius minoris dotauit vxorem suam & ipsa mortuo viro suo dotem non petijt per longū tempus, scilicet. x. xx. vel. xxx. annos in vita hæredis viri sui, & mortuo hærede illo ante assignationē dotis hærede suo infra ætatē relicto, si mulier tunc petere poterit ex causa dotis, talis hæres non ita respōdebit ei ante ætatē suam, sed obstabit ei exceptio minoris etatis vsq; ad ætatem hæredis, & eo q̄ per tantū tēpus tacuit, p̄sumi poterit q̄ inter ipsā & hæredē antecessoris interuenit pactū de non petēdo, vel quod remisit, & huiusm.

Item

Lib.v. De Exceptionibus.

Item respondebit infra ætatem aliquando si res tangat ipsū regē, quia infra ætatem inquiri poterit, saluo iure minoris & saluo iure cuiuslibet, vtrum antecessor hæredis qui rem tenuit obiit inde seysitus vt de feodo vel non, sicut de VVilhelmo lungespey Comite Sarum & Elena vxore eius quæ fuit infra etatē, & vbi facta fuit inquisitio de castro Sarum coram Simone de Pateshul & focijs eius, vtrum castrū illud cum com̄ pertineret ad Regem scilicet vel ad prædictum VVilhelmū ratione Elenæ vxoris eius, & vbi Rex Henric^o postmodum retinuit per prædictam inquisitionem. Item respondebit minor ad finem factum non obstante ætate si implacite- tur. Si autem alius fuerit implacitatus & per finem factum minorem vocauerit ad warantum, in placito warantiæ respondebit propter finem factum, sed cum warantizauerit petenti non respondebit in principali placito ante ætatem: vt probatur de termino sancti Michaelis anno regni Regis Henrici. xv. incipiente, xvi. in comitatu Essex de Alicia quæ fuit vxor Lucæ Brokenhed. Ad idem facit in rotulo de termino sancti M. anno Regis H. xvi. incipiente. xvij. in com̄ Suff. de Iuliana quæ fuit vxor Alani de Gyseham. Item infra ætatem respondebit petenti ad assisam mortis antecessoris & ad alia breuia & ad alia placita siue res corporalis siue iura petantur de omni de quo antecessor minoris non obiit seysitus in dominico vt de feodo. Item si minor in minori ætate amiserit per assisam in placito possessionis sicut per assisam mortis antecessoris, recuperabit maior factus per breue de recto in placito proprietatis. Item infra ætatem respondebit minor tam de facto alieno quàm proprio quoad restitutionem licet non quoad poenam, si pater vel alius antecessor suus (cuius hæres ipse fuerit) disseysinam fecerit cum immediate succedat in rem vitiosam si contra ipsum agatur post mortē antecessoris per breue de ingressu. Quia vice versa de nullo respondebit de quo antecessor minoris in seysina obiit seysitus in dominico suo vt de feodo. Item infra ætatem respondebit quandoquē ex obligatione antecessorum facta in curia domini Regis de consilio curiæ, vt si antecessor obligauit se ad respondendū alicui certo die, vel hæredes suos siue fuerit plenæ ætatis siue infra ætatem si de eo humanitus cōtigerit, sicut de hæredibus Iohannis de Monumew versus Regem. Minor etiam cum placitatus fuerit ante ætatem non respondebit de aliquo de quo antecessor suus (cuius hæres ipse est) obiit seysitus vt de feodo, & quia (vt prædictum est) quandoquē tenetur respondere infra ætatem & quandoquē non, ideo sine præiudicio suo fieri poterit inquisitio infra ætatem vtrum antecessor seysitus obiit vt de feodo sibi & hæredibus suis, vel tantum ad terminum vitæ, vel annorum vel vt de vadio vel in custodia vel huiusmodi vt de VV. Lungesper. Et si forte infra ætatem de huiusmodi arctatus fuerit ad respondendum, succurritur ei per tale breue ne respondeat ante ætatem, quia status minoris mutari non debet. Et facta sic inquisitione aut remanebit placitum aut procedet. Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd non implacites vel implacitari permittas talem qui est infra ætatem (vt dicitur) de libero tenemento suo in tali villa, donec idem talis, talis sit ætatis quòd possit & debeat secundum legem & cōsuetudinē Angliæ de tenemēto respōdere. T. &c. Itē si aliquis minor
voca-

De Exceptionibus. C. 21. Fol. 423.

vocauerit ad warrantū in com̄, ne tenens cogatur petenti in principali placito respondere, vel ne ulterius procedat in principali ante ætatem fiat ei tale breue. ¶. 3. Rex vic. saluf. Præcipimus tibi q̄ nō permittas q̄ A. implacitet B. de tanta terra cū pertinētijs in tali villa, vnde idē A. trahit ad warrantū C. qui est infra ætatem & warrantus eius esse debet vt dicit, donec idem C. sit talis plenæ ætatis q̄ possit & debeat secundū legem & cōsuetudinē Anglię terram warrantizare. Et hoc locum habet si minor in com̄ vocetur ad warrantū. Et cū minor non teneatur respōdere de aliquo de quo antecessor suus seysitus obierit vt de feodo, a cōtrario sēsu videtur q̄ respondere debeat de omni de quo antecessor suus non obiit seysitus vt de feodo, facta prius inquisitione, siue res corporales petantur siue iura. Scifiri autē poterit quis de re corporali in qua ius habet, siue de iure ad rem vel ad personam pertinēte. Et vnde si de re corporali agatur & fuerit seysitus anno & die quo fuerit viuus & mortuus, locū habet quod dicitur. Si autem iura sint, & in seysina fuerit anno & die quo moriebatur, licet non fuerit vsus anno & die quo moritur dum tamen non sit deusus, hoc est q̄ non amittat per non vsū, sicut dici poterit de seruitutibus de pastu pecoris, & alijs cōsimilibus. ¶. 4. Item cū nullus teneatur respondere ante plenā ætatē, tamē si plures sint vnū ius habētes quasi vnū corp⁹, licet plures sūt plenæ ætatis & vnus vel duo infra, illi qui plenæ ætatis sunt exceptionem dilatoriā habebunt ex persona taliū, quousq; omnes plenā ætatē habuerint, & sic exceptionē consequantur ex personis aliorū quā ex personis proprijs non habebunt. Et quod dicitur de tenente, dici poterit de petente, vt si tenēs sine participibus suis qui sunt infra ætatem respondere non teneatur, vice versa tenenti a petente sine participibus non debet responderi, vt infra dicitur plenius de participibus. ¶. 5. Item exceptionē poterit habere quis ratione adiūcti quod ex se ipso habere non poterit, sicut inter virum & vxorē, vt si vir plenæ ætatis existens ducat in vxorem aliquam cum hæreditate quæ fuerit infra ætatem, & implacitati fuerint de re vxoria, propter minorem ætatem vxoris remanebit loquela sine die, quousq; vxor (de cuius iure agitur) effecta fuerit plenæ ætatis. Si autem vir tenēs fuerit infra ætatem, & vxor plenæ ætatis, cum implacitati fuerint non remanebit loquela sine die propter minorem ætatē viri, siue nupta sit ante impetrationem breuis vel post, quia mulier implacitata de iure suo si propter minorem ætatem viri possit differre iudicium, ita possit quælibet mulier in fraudem nubere viro minori cū participes haberet vel non, quod esset iniquū, & siue hæreditas partita esset siue non. Et idem dici poterit si qua mulier nuberet villano, cū fraus talibus patrocinari non debeat. Et de hac materia inueniri poterit. s. de vxore maioris ætatis & viro minoris, in rotulo de termino s. H. apud west: anno regis H. xv. in com̄ North. de VV. Lungesper minore & Idonea vxore eius maiore. ¶. 6. Si autem vir. & vxor vel econtrario hæreditatē & rem vxoriam simul petant, quorū vnus eorum sit infra ætatem, si vir plenæ ætatis fuerit & vxor infra, siue ante breue impetratum siue post contraxerint, remanebit loquela sine die vsq; ad ætatem vxoris quæ fuerit infra ætatē, & hoc si nupserit ante breue impetratū. Si autē post, cadit omnino breue si tenēs

PPPPP.j.

volue-

Lib. v. De Exceptionibus.

voluerit, vel differtur actio usque ad ætatem vxoris de cuius iure agitur. Si vero maritus fuerit infra ætatem & vxor plenæ ætatis, non remanebit loquela propter minorem ætatē viri (vt supra) si cōtraxerint ante breue. Si autem minor petat contra minorē, vel maior cōtra maiorē, vel ecōtrariō in causa possessionis, quid fieri debeat satis dictum est supra in tractatu de ass. mor. atec. Si autē in causa pprietatis, nec petēs petere poterit, nec tenēs tenebit ei respōdere, siue petēs maior fuerit siue minor a te plenā ætatē. ¶ 7. Status enim minoris mutari non debet non magis de seruicio & cōsuetudine q̄ de tenemēto, vt si de minori petatur seruicia & cōsuetudines de quib⁹ pater vel alius antecessor suus quietanciā habuit anno & die quo fuit viuus & mortuus, minor ante ætatē petenti non respōdebit. Itē nec mutari debet status suus, vt si seruicia & consuetudines debite exigantur a minore, & pater vel alius antecessor illa fecerit alij domino capitali q̄ ei qui nunc petit, anno & die quo fuit viuus & mortuus, minor petenti non respondebit ante ætatē, quia ab eo cui antecessor soluit recedere non potest ante ætatē: & sic non mutatur status minoris ante ætatem, siue sit tenementū siue seruiciū, siue libertas, siue quid tale, dum tamē per inquisitionē constitit de veritate, cū tali ptestatione, q̄ saluū sit ius minoris cū ad ætatē peruenerit, non obstantibus chartis vel instrumentis antecessorū ī cōtrariū faciētibus, cū minor ad chartas infra ætatē respōdere non possit, vt si custos nomine minoris cōsuetudines & seruicia petat de quibus pater vel alius antecessor minoris seysitus obiit, licet tenentes chartas sufficientes vel alia instrumēta ostenderint quōd aliter tenere debeant & per alia seruicia, pro seysina antecessoris & pro minore iudicabitur, quia ad chartas respondere non potest. Et vice versa si minor indebita petat seruicia & consuetudines, & tenentes sui quietanciam allegauerint quōd die & anno & c. ante ætatē minoris non respondebit. Eodem modo si dominus capitalis minoris indebita seruicia consuetudines & incōsuetas petat a minore. Idem etiam erit quōd status minoris mutari non debet, vt si pater vel alius antecessor minoris aliquem tenētem suum acquietauerit de seruicio illo versus superiores dominos capitales anno, die & c. ille minor eundem sine aliqua conditione acquietabit. Quod quidē dici poterit de illo qui terram aliquam dederit alicui domui Religiosæ in liberam, puram & perpetuam elemosinam, si Abbas vel Prior distringatur p aliquo seruitio forinsecō, vel alio, si anno & die quo antecessor minoris donator obiit, fuit talis querens in seysina de acquietancia, ita quōd antecessor minoris eum acquietauerit, hæres quamuis minor eum acquietabit: vt de termino sancti Michaelis Anno Regni Regis Henrici nono incipiente decimo in comitatu Kanc. de priore de Merton & Nigello de Mumbrey. Et idem erit licet warantus nihil soluerit nec acquietauerit, cū a capitali Domino anno & die nihil sit petitum. Item si de maritagio alicuius vel de alia re agatur, vnde minor vocatus fuerit ad warantum, si anno & die quo antecessor minoris fuit viuus & mortuus, fuit idē antecessor seysitus de maritagio illo, minori infra ætatē respondebitur: vt de termino Sancti Michaelis Anno Regni Regis Henrici nono incipiente x. in com̄ Eborū de VV. de Carleton & R. de Percy. Item casus de minore quōd

De Exceptionibus. C. 21. Fol. 424.

quod si quis pepigerit cum domino capitali ne hæres suus sit in custodia cum fuerit infra ætatē, vel ne releuium det cum plenam ætatē habuerit, & talis dominus capitalis superiorem capitalē habeat dominum, si cōtingat vtrūq; tenentem mori hæredibus eorum infra ætatem existentibus, & custodia hæredis tenentis mediij deuenit in manum superioris capitalis domini, non possit hæres tenētis inferioris liberari quin sit in custodia superioris capitalis domini, vel quin releuium det si maior fuerit, non obstante charta vel conuentione facta cum tenente medio, nisi talis hæres ostendere poterit q̄ charta sic v̄sitata fuerit q̄ alius hæres præcedens quietanciam habuerit, q̄ per talem cōuentionem sub custodia superioris capitalis domini non extiterit, vel q̄ releuiū non dederit, vt de Comitissa de Insula capitali domina, & w. de Creure tenente suo, & w. de Honywel tenente w. de C. & vnde idem w. de Creure fuit medius inter Comitissam & w. de Honywel. Quod autem dicitur q̄ status minoris mutari non debet in rebus corporalibus, sic nec in iuribus nec in libertatib⁹, vt si alicui concedatur libertas de faciendo aliquid in alieno, vel in proprio, vel de vtēdo fruendo in alieno, vel de habendo in alieno, vel in proprio: de faciedo gurgitem, stagnum, molendinū, piscariam, vel huiusmodi, de vtendo fruendo, sicut eundi, agendi, aquam ducendi, falcandi, fodiendi, vel huiusmodi. Item de habendo in proprio, ferias, mercata, furcas, vel huiusmodi, Tol & theam, licet ille cui huiusmodi iura conceduntur statim non vtatur, tunc est quasi in seyfina, & ius illud transmittit ad heredem suum maiorem vel minorem, & semper videtur vti, donec amiserit per non vsum, hoc est donec omninō eiectus fuerit & disseyfis⁹, vel quōd commode vti non possit, & sic nihil transmittit ad heredem nisi tantū actionem de seyfina sua, vel quasi recuperanda quam in vita sua amisit, quā hæres licet minor sit in minori ætate recuperabit per breue de ingressu: quia sicut minor ad tale breue de ingressu infra ætatem respondere tenetur, sic a fortiori ratione ei in consimili casu respondebitur. Cum autem quis huiusmodi iura ex donatione Regis vel alterius, vel ex constitutione dominorum fundi & libertatis, talis habuerit & illis vsus fuerit, seyfinā & vsum trāsmittit ad heredē. Et eandē seyfinā habebit hæres, siue maior fuerit siue minor, quā habuit antecessor. Et cū semel in seyfina fuerit, status suus mutari non poterit, secundum quod antecessor suus obiit seyfis⁹ vel quasi. Et in huiusmodi non amittit quis, licet statim non vtatur, licet vti possit donec fuerit disseyfis⁹, vel cū statim vti non possit quia casus non euenit quōd vti posset. Sed si casus euenierit quōd vti posset & tunc non vtatur, sed alius, vel cū vti velit impediatur quōd vti non possit, vel non commode, & sic disseyfis⁹, in minore ætate hæredis non poterit status antecessoris mutari, nisi ex noua actione per hæredem de seyfina. Sed si hæres in seyfina fuerit, nemini infra ætatem respondebit. Et sic status suus mutari non poterit. ¶. 8. Cum autem minori opposita fuerit exceptio minoris ætatis quōd petere non possit per breue de recto, vel seyfinam antecessoris sui versus custodem, respondere poterit & replicare & dicere, maior sum & plenæ ætatis, & hoc bene patet, quia omnes Domini mei de quibus teneo præter te reddiderunt mihi hære-

PPPPP.ij. hære-

Lib.v. De Exceptionibus.

hæreditatem meam, & me habent pro maiore, vel respondere poterit, & ætatem suam probavit coram talibus. Et quoniam aliquando de ætate dubitari poterit, videndum erit qualiter probatur ætas, quia respondere poterit tenens replicationi suæ quod non est plenæ ætatis, quia si restituta sit ei hæreditas hoc fuit in fraudem, nec illi debet præiudicare fraus illa. Item si respondeat petens quod plenæ ætatis sit quod ætatem suam probauerit per inquisitionem & per patriam, responderi poterit a tenente quod hoc ei nocere nõ debet, quia Iuratores male iurauerint, vel quod Iusticiarij male decepti fuerint, si probata fuit ætas per aspectum corporis. Item responderi poterit quod non est plenæ ætatis quantum ad focagium, nec quantum ad feodum militare. Item licet quantum ad Socagium, non tamen ad feodum militare. Item si dicat quod maior sit quia in curia domini Regis placitavit, sicut ille qui plenæ ætatis est, & ibi per iudicium recuperavit. ¶. 9. Sed omnis talis responsio plenam & sufficientem probationem ætatis non inducit, nisi tantum vna, quæ sit per parentes & testes sufficienter examinatos, & omnes aliæ inducunt præsuppositiones, sicut aspectus corporis & aliæ. Sed tamen quædam admittunt probationem in contrarium & quædam nullam, sicut per aspectum corporis per visum Iusticiarij, vt si appareat talis quod præsumi possit de eo vehementer quod plenæ ætatis fuerit, vt si fuerit barbarus, statura magnus, vel huiusmodi, & cum iusticiarij talem adiudicauerint pro maiore, pro maiore habebitur quantum ad omnes, & non erit ulterius contra eorum iudicium disputandum. Sed quoniam appareat sæpius quod aliquis maior sit cum sit minor, & econtrario cum minor sit apparet esse maior, & ex hoc dubitauerint Iusticiarij, de necessitate recurrendum est ad probationem patriæ & parentum, siue minor petat siue petatur ab eo. Sed qualiter hoc fieri debeat videndum. ¶. 10. Et sciendum quod per duodecem legales homines vel plures si opus fuerit, quorum quidam de parentela eius qui dicit se esse maiorem, & quidam qui non sunt de parentela eius, per quos rei veritas melius sciri poterit, & qui examinati nulla ratione inueniantur suspecti, sed certis iudicijs manifesti: & est forma sacramenti. ¶. 11. Iurate enim debent quod talis habet ad minus viginti & vnũ annum & plus, vel quod non sit viginti & vnus anni. Iurare autem debet primus sic, quod habet viginti & vnũ annum & amplius si fuerit masculus. Si autem femina quod habet quatuordecem vel quindecim annos & amplius sic me deus adiuuet & sancta dei Euangelia, &c. Et post primum alius sic: Et illud sacramentum quod talis fecit verum est, sicut me deus adiuuet, & sic alij omnes. Et sic admittetur minor ad agendũ vel respondendum secundum diuersitatem tenementorum, vel si dixerit contrarium non admittetur. Et quod ita probari debeat ætas, habetis de Termino Sancti Michaelis Anno Regni Regis Henrici tertio incipiente quarto in comitatu Suffex de Iohanne de Bruse & Rinaldo Bruse, quia Iusticiarij per aspectum corporis non possunt esse certi de ætate prædicti I. Et ideo consideratum fuit quod fieret probatio per patriam & per parentes. Sed hic quod assumi debeant parentes, videndum erit vtrum fieri debet probatio p minori vel contra minore, quia siue sic siue sic, in omni casu

De Exceptionibus. Ca. 21. Fol. 425.

casu possunt parentes esse testes suspecti. Aliæ vero responsiones omnes quia leuem inducunt præsumptionem admittunt probationem in contrarium. ¶ 12. Probatur quandoq; ætas ex præsumptione etiam indirectè, & sine corporis aspectu, & sine testium productione, vt si quis agat cōtra alium & gerat se pro maiore, siue maior sit siue non, alijs agentibus cōtra se respondebit, si forte contra processum & factum suum dicat se esse minorem, quia ex quo semel se fecit maiorem & pro se, contra se habeatur pro maiore. Item ex præsumptione, vt si aliquis alios implacitauerit sicut maior, alijs respondebit vt maior. Item probari poterit quandoque ætas per assisam, & per Iuratores assisæ tantum, quandoq; exhibitis alijs ex causa parentibus & vicinis, vt si quis qui in custodia extiterit petat hæreditatem suam versus capitalem dominum per assisam mortis antecessoris, & obijciatur ei quòd non sit plenæ ætatis, & quo casu cū sic probata fuerit ætas, sufficit, nec in contrarium admittitur conuictio, vel alia probatio propter consensum, maxime quantum ad illum qui huiusmodi exceptionem obiecit, licet (secundum quosdam) non teneat quantum ad alios, quia huiusmodi Iuratores falli possunt vel falsum facere sacramentum prece vel precio corrupti. Si autem minorem se dicat quis cū sit maior, & ad tuitionem sui prætendat minorem ætatem quòd nõ respondeat, sufficit quòd probetur ætas quocunq; modo, vt sic respondeat petenti, & per hoc tenebitur respondere omnibus alijs. Item vbi & quando debeat ætas probari videndum, & sciendum quòd in curia domini Regis sine resumptione, vbi ille cui obijcitur minor ætas petens fuerit per assisam mortis antecessoris versus dominum capitalem. Si autem obiecta fuerit pro se ne respondeat ante ætatem, vel contra se a tenente ne ei respondeatur, tunc post resumptionem fiat probatio ætatis si inde dubitetur, & fiat resumptio ad instantiam petentis per hoc breue. ¶ 13. Rex vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores A. quòd sit coram Iusticiarijs nostris apud &c. auditorus recordium & iudicium suum de loquela quæ fuit in eadem curia coram &c. inter B. petentem & prædictum A. tenentem, de tanta terra cum pertinentijs in tali villa, ita quòd loquela illa tunc fuit ibi in eodem statu in quo fuit quando remansit sine die, eo quòd prædictus A. tunc fuit infra ætatem, & nunc habet ætatem vt dicitur. Et habeas ibi summonitores & hoc breue Teste &c. Cū autem ad curiam venerit, si de ætate dubitetur, fiat probatio vt supra. Si autem constiterit quòd plenæ ætatis fuerit, tunc procedat loquela inter partes. Si autem nondum plenæ ætatis, tunc inquiratur infra quod tēpus plenæ ætatis esse possit, & fiat inde mentio in rotulis. Cū autem probata fuerit ætas contra dominum capitalem cū petens recuperauerit seysinam, tunc si vastū factū fuerit, vel destructio, fiat breue de seysina facienda & de inquisitione de vasto simul & in vno breui in hac forma. ¶ 14. Rex vic. salutē. Scias qd A. filius & hæres B. in curia nostra corā &c. p iudiciū eiusdem curiæ nostræ sicut ille qui in eadem curia nostra ætatem suā pbauerit legitime recuperauit seysinam suam versus C. de terris & tenemētis quæ fuerūt prædicti B. patris sui in balliua tua, quarū terrarum & tenemētorum idem C. habuit custodiā de con-

concessione nostra. Et ideo tibi precipimus quòd eidẽ A. de omnibus terris & tenementis quæ fuerunt prædicti B. patris sui, vel quæ fuerunt in manu prædicti C. de eadẽ cõcessione nostra in balliua tua, sine dilatione plenariã scyfinã habere facias. Et quoniã testatũ est corã præfatis Iustic. nostris q̃ prædictus C. dum terra illa fuit in manu sua de prædicta cõcessione nostra magnum inde fecit vastũ & exiliũ, in domibus, gardinis, boscis, & alijs ad exhæredationem ipsius A. Tibi præcipimus quòd assumptis tecum xij. tã militibus quàm alijs liberis & legalibus hominibus &c. vtsupra, accedas ad prædictam terram & per eorum sacramentum &c. Et vnde idem A. queritur quòd prædictus C. vastum fecit & destructionem ad valentiam tanti, & inquisitionem mittas &c.

- 1 ¶ De loquela ad curiam resummonendam quæ posita fuit sine die. 2. Breue de resummonendo loquelam vbi remansit sine die propter ætatem minoris qui vocatus fuit ad warrantum. 3. Item propter iter Iusticiariorum & pro seruitio Regis. 4. Item propter peregrinationem in terram sanctam. 5. Item si ad curiam Christianitatis quacunque de causa vel in placito dots. 6. Si in partes transmarinas in seruitio Regis de aduocatione. 7. Si generalis fieri debet resummonitio ad bancum. 8. Breue vic. quòd clamare faciat. Cap. 22.

Quoniam vero multis de causis & rationibus possunt loquelæ poni sine die in curia domini Regis, & cessantibus vel terminatis causis illis necesse sit loquelas illas resummonere, ideo videndum qualiter fieri debeant resummonitiones ex causis diuersis, & de aliquibus dictum est supra, videlicet qualiter debet resumoneri loquela quæ propter bastardiam transmittatur ad curiam Christianitatis, & sic in curia Regis remansit sine die. Item si propter minorem ætatem si minor petat vel ab eo petatur: nunc autem dicendum si remanserint sine die eo quòd minor vocatus sit ad warrantum, & tunc sic. ¶ 2. Rex vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores A. quòd sit &c. vt supra, auditurus recordum & iudicium suum de loquela quæ fuit in eadem curia nostra inter B. petentem & C. tenentem de tanto terræ cum pertinentijs in tali villa, & vnde idem C. (qui tenens est) vocauit ad warrantum prædictum A. & ita quòd loquela illa tunc sit in eodem statu quo fuit quando remansit sine die, eo quòd idem A. tunc fuit infra ætatem, & qui nunc habet ætatem vt dicitur. Et summoneas per bonos summonitores prædictum A. quòd tunc sit ibi ad warrantizandum prædicto C. terram illam, vel ad ostendendum quare warrantizare nõ debeat, & habeas ibi summonitores & hoc breue Teste &c. ¶ 3. Si autẽ remanserit sine die propter iter Iustic. tunc sic: summoneas &c. vt supra, ita quòd loquela illa tunc sit ibi in eodem statu in quo fuit quando remansit sine die propter iter Iusticiariorũ per singulos com, vel sic: quando posita fuit coram Iusticiarijs ad primam assisam cum ad partes illas venissent, ad quas nondũ venerint sicut p̃sum fuit, vel aliter: si remansit sine die p̃ seruitio domini Regis tunc sic. Ita quòd loquela illa tunc sit in eodem statu in quo fuit quando remansit sine die eo quòd prædictus talis profectus fuit in partes transmarinas in seruitio nostro, vel alibi per præceptum nostrum, & de quibus

quibus idem talis reuersus est vt dicitur. ¶4. Item aliter si in terram sanctam, & tunc sic. Ita quòd loquela illa tunc sit in eodem statu in quo fuit die quo remansit sine die, eo quòd prædictus talis profectus fuit in terram sanctam de qua nunc reuersus est vt dicitur. ¶5. Item si placitum dotis in curia domini Regis remanserit sine die propter inquisitionem tràsmiffam ad curiam Christianam & tunc sic. Summoneas per bonos summonitores A. quòd sit ad respondendum B. mulieri quare non reddidit ei dotem suam, quæ eam contingit de libero tenementò suo quod fuit talis viri sui &c. ita quòd loquela illa tunc sit ibi in eodem statu in quo fuit quando remansit sine die, eo quòd prædictus A. obiecit eidem B. quòd non debuit inde dotem habere, eo quòd prædictus talis vir suus per quæ dotem petijt viuus fuit. Et vnde prædicta B. coram prædictis Iustic. nostris factam sufficientem produxit quòd mortuus est, & sic de alijs, vbi inquisitio facienda est in foro seculari. Si autem facienda sit inquisitio in curia Christianitatis in suo casu in placito dotis, tunc sic: & ita quòd loquela illa, vel: vnde loquela illa transmissa fuit ad curiam Christianitatis eo quòd prædictus A. obiecit eidem B. quòd non debuit inde dotem habere, quia nunquam fuit tali viro suo desponsata, vel aliter: videlicet legitimo matrimonio copulata. ¶6. Item si de aduocatione ecclesiæ fuerit loquela, & remanserit sine die propter seruitiũ domini Regis, tunc fiat resummonitio vt supra. Si autem de assisa vltimæ præsentationis tunc sic: Auditurus recordum & iudicium suum de assisa vltimæ præsentationis quæ summonita fuit coram eisdem iusticiarijs nostris &c. inter A. petentem & eundem B. deforciatorẽ, ita quòd assisa illa tunc sit in eodem statu in quò fuit quando remansit sine die, eo quòd prædictus B. profectus fuit ad partes transmarinas in seruitio nostro per præceptum nostrum. Et ex prædictis sumi poterit exemplum qualiter in casibus consimilibus fieri debeat resummonitio. ¶7. Si autem generalis fieri debeat resummonitio ad bancum, eo quòd omnes loquelæ de bāco positæ sunt sine die propter itinerationem Iustic. in diuersis com̄, tunc fiat resummonitio in diuersis com̄ in hac forma. ¶8. Rex vic. salutẽ. præcipimus tibi quòd sine dilatione clamare facias in com̄ tuo, & per com̄ tuum in diuersis hundredis, & mercatis, & per omnes partes de com̄ tuo, quòd omnia placita quæ per breuia nostra, vel per præceptũ Iustic. nostrorũ de bāco atterminata fuerunt apud Vvest. infra octabas s. Hillarij vltimò præteritas & paschæ proxime sequentes, & quæ per præceptum nostrũ posita fuerunt sine die occasione itinerationis talis, vel occasione exercitus nostri in VValliã, vel alterius, sint corã Iustic. nostris &c. apud VV. ad talem terminũ in eodem statu in quo fuerũt quando remanserunt sine die per præceptum nostrum occasione prædicta, tam de essonijs faciendis & non faciendis, quàm de omnibus alijs circumstantijs eorũdem placitorum. Alia vero placita quæ per præceptum nostrum vel præceptum prædictorum Iustic. nostrorum itinerantium posita fuerunt post certum diem ad talem terminum apud talem locum ad talem terminum, & talem ibi deducantur & teneantur, sicut ibi posita fuerunt, & habeas ibi hoc breue, & alia breuia omnia quæ penes te habes pertinentia ad prædicta placita. Teste &c.

Exceptio

¶ *1. Exceptio ex persona petentis propter lepram & propter excommunicationem. 2. Si vir uxoris appellatus sit de feloniam, non cadit actio prius ante conuictionem instituta. 3. Si quis rite excommunicatus fuerit & extiterit in excommunicatione per 40. dies. 4. Breue de excommunicato capiēdo. 5. Si appellatus de feloniam ad appellum declinandū falso dedit intelligi episcopo & appellans excommunicatus fuit & captus fuit, breue ad deliberandum cum. Cap. 23.*

Competit etiam tenenti exceptio dilatoria ex persona petentis, eo quod seperatus est a comunione gentium propter lepram quæ est in anima, ut si fuerit specialiter excommunicatus, quia sicut quis poterit habere lepram in corpore, ita & in anima. Excommunicatio enim interdicitur omnis actus legitimus, ita quod agere non potest nec aliquem conuenire, licet ipse ab alijs possit conueniri. Qui autem huiusmodi exceptionem opposuerit, oportebit eum habere probationem, quia simplici voci tenentis non erit fides adhibenda, nec etiam cuiuslibet de populo testimonio, quia oportebit eum qui excipit in hoc casu, habere literas ordinarij, sicut archiepiscopi, vel episcopi, vel alterius Iudicis ordinarij, vel delegati, rei veritatem testificantes quod talis nominatim excommunicatus sit, & ex tali causa, vel si ordinarius præsens sit & hoc testificetur viua voce. Functam enim vocem interdici oportet, potius quam audiri, nec solum vox eorum interdicitur, sed si quid ab ipsis fuerit impetratum firmitatem non obtinebit. Cum excommunicato autem nec orare, nec loqui, nec palam nec abscondite nec vesci licet, exceptis quibusdam personis.

¶ *2.* Conueniri autem potest (sicut prædictum est) ne melioris conditionis sit quam non excommunicatus, vel ne de malitia sua possit lucrum deportare. Ut si vir & uxor implacitati fuerint de hæreditate uxoris, si vir de feloniam appellatus fuerit & conuictus, tamen propter hoc non cadit actio prius ante conuictionem instituta, & sic ex malitia lucrum non reportant, quod cadere possit actio, licet differri possit ad tempus propter dubium euentum appellati, dum tamen conuictus non fuerit condemnatus ad mortem naturalem vel ciuilem. Naturalē, ut si suspensus fuerit, quo casu cadit actio. Si autē ciuilem, eodem modo, ut si utlagatus fuerit. Si autē tale fuerit crimē quod vltimū non inducat supplicium, sed tantum membrorum amissionē, sicut oculos, aut testiculos, vel vtrunq; propter hoc non cadit actio prius instituta: ut de itinere M. de P. in com̄ Lync. de Thoma de Rasue. &c. A petente vero in contrarium sic poterit responderi, frater, si essem excommunicatus, absolutus sum a tali superiore Iudice ordinario vel delegato, ad quem appellauit. Item dicere poterit, quod si excommunicatus fui, hoc fuit de facto, quia nulla subsuit causa alia, nisi quod iudici ecclesiastico obtēperare noluit cognoscēti de layco feodo, vel de catallis & debitis quæ non sunt de testamento vel matrimonio, & vnde hora congrua exhibui eis literas dñi Regis prohibitorias ne pcederēt, & quibus prædicti Iudices differre noluerūt. Itē responderi poterit quod excommunicatio nulla fuit, vel iniusta, quia a tali sētētiarite fuit appellatū, & plures alias pretendere poterit respōsiones ad tuitionem stat⁹ sui, sed ad manū statim habeat probationē, quia cum cōstiterit de excommunicatione, de absolutione constare oportebit. ¶ *3.* In fine vero notandū, quod vbi quis fuerit rite excommunicatus, & in ea pertinacia & excommunicatione pertinaciter perseuerauerit per. xl. dies, clauis ecclesiæ

ecclesiæ contemnendo, tunc (vt gladius gladium adiuuet) ad mandatum episcopi vel eius officialis capiatur excommunicatus. Sed nunquam capietur aliquis ad mandatum iudicum delegatorum, vel Archidiaconum vel alterius Iudicis inferioris, quia rex in episcopos coercionem habet propter baroniam. Cum autem talis capi debeat rationabili de causa, cum cancellarius litteras episcopi receperit, fiat breue in hac forma.

¶ 4. Rex vicecomiti salutem. Significauit nobis venerabilis pater N. p litteras suas patentes, quod talis ob manifestam contumaciam suam excommunicatus est, nec se vult per cēsuram ecclesiasticam iustificare. Quia vero potestas Regia sacrosanctæ ecclesiæ in querelis suis deesse non debet, tibi præcipimus quod prædictum talem per corpus suum (secundum consuetudinem Angliæ) iusticias, donec sacrosanctæ ecclesiæ tam de contemptu quam de iniuria ei illata ab eo fuerit satisfactum. Teste me ipso apud westmonasterium &c. Qui cum captus fuerit & ecclesiæ satisfecerit, deliberabitur ad mandatum episcopi per tale breue. Rex vicecomiti salutem. Quia venerabilis pater talis episcopus, significauit nobis quod talis quantum ad mandatum suum, vel ad mandatum talis venerabilis patris talis episcopi, a te capi & per corpus suum tanquam contemnentem clauis ecclesiæ iusticiari præceperimus, beneficium absolutionis impendit, tibi præcipimus quod a prisona nostra qua detinetur ipsum deliberari facias quietum &c. Et notandum quod ad nullius mandatum deliberari debet, nisi ad mandatum domini episcopi, nec antequam ipse mandauerit quod ecclesiæ sic satisfecerit, nisi captus fuit per falsam suggestionem ordinarij, vel aliorum prælatorum, vel si per maliciam aduersarij, vt eum excludat ab actione quam versus eum instituit. Et si ita, tunc fiat tale breue ad ipsius deliberationem. ¶ 5. Rex vicecomiti salutem. Ostensum est nobis ex parte talis, quod cum aliquando appellasset quendam talem in comitatu tuo de roberia & huiusmodi, & tibi a nobis præceptum esset quod talem appellatum attachiaret: Idem appellatus vt ipsum talem appellatē grauaret & appellum suum adnihilaret, falso suggestit episcopo tali, quod idem appellans in quadam excommunicatione perseverauit contumaciter per quadraginta dies & amplius, & ita quod litteras ab eodem episcopo impetrauit ad nos directas quod extenderemus brachium seculare, per cuius deceptionem idem appellans captus est, & in prisona nostra detentus, vt dicit. Et quia nemini debet fraus sua patrocinari, tibi præcipimus quod si prædictus talis appellans fecerit te securum de clamore &c. tunc pone per vadium &c. prædictum talem appellatum, quod sit coram &c. inde responsurus. Et interim facias prædictum talem appellatē deliberari a prisona nostra, nisi captus fuerit alia occasione quare deliberari non debeat Teste &c. Si autem forte captus non fuerit, & iudex aliquis maliciosè suggesterit episcopo, quod quis excommunicatus fuerit, fiat breue vic. de non capiendo talem, vt supra, de prohibitionibus.

1 ¶ Exceptio ex persona petentis quia alienigena & ad fidem regis Francia. 2. Exceptio contra petentem propter statum dubium multis rationibus. 3. Exceptio ex delicto spoliationis donec fuerit restitutus. Cap. 24.

EST etiam & alia exceptio quæ tenenti competit ex persona petentis propter defectum nationis, quæ dilatoria est & non perimit actionem, vt si quis alienigena qui fuerit ad fidem Regis Franciæ, & actionem instituat versus aliquem qui fuerit ad fidem Regis Angliæ, tali non respondeatur, saltem donec terræ fuerint communes, nec etiam siue rex ei concesserit placitare, quia sicut Anglicus non auditur in placitando aliquem de terris & tenementis in Francia, ita nec debet Francigena & alienigena qui fuerit ad fidem Regis Franciæ, audiri placitando in Anglia. Sed tamen sunt aliqui Francigenæ in Francia, qui sunt ad fidem vtriusq; & semper fuerunt ante Normaniam deperditam & post, & qui placitant hic & ibi ea ratione qua sunt ad fidem vtriusquæ, sicut fuit W. Comes Marr. et manens in Anglia, & M. de Feynes manens in Francia, & alij plures, & ita tamen si contingat guerram moueri inter Reges, remaneat personaliter quilibet eorum cum eo cui fecerit ligeantiam, & faciat seruicium debitum ei cum quo non steterit in persona. ¶ 2. Competit etiam tenenti exceptio ex persona petentis propter statum dubium, & dubium rei euentum. Status quidem hominis dubius esse poterit multipliciter, tum propter dignitatis mutationem, vt si quis fuerit in aliqua dignitate constitutus, & electus fuerit vel postulatus ad aliam dignitatem, & cum consensum præbuerit, pendet status suus quousquæ fuerit confirmatus, & sic ratum esse non poterit quod cum eo actum fuerit pendente statu suo. Idem dici poterit si quis fuerit in aliqua dignitate constitutus, & fuerit in causa depositionis, & meritis suis exigentibus vel non exigentibus, & cum fuerit depositus iuste vel iniuste appellauerit, pendente appellatione non valet quod cum eo actum fuerit, quia si teneat depositio, omnia erunt reuocanda, & sic iudicium delusorium. Item poterit status esse dubius propter causam criminalem impositam alicui vbi vertitur periculum vitæ vel membrorum, in causa ciuili respondere non tenetur nec ei respondebitur antequam se defenderit vel non defenderit in causa criminali, quia si prius in causa ciuili ageretur, conuictio crimine retrahendum erit tempus vsquæ ad tempus commissi criminis, & sic quicquid actum fuerit in medio tempore inter conuictionem & crimen commissum erit reuocandum: et ita cum talibus agi non poterit donec status confirmetur, vt supra de placitis coronæ plenius de hac materia. De causa vero depositionis sumi poterit exemplum de Episcopo Bathonensis & Abbate de Glaston coram Iusticiari. de banco. ¶ 3. Competit etiam exceptio tenenti ex persona petentis, & ex delicto dilatoria, vt si tenens spoliatus fuerit a petente & non restitutus in toto vel in parte, non respondebit tenens ante restitutionem, quia nudi contendere, nec inermes nos inimicis debemus opponere, nec videtur quis restitui qui nõ in totum restituitur, sicut nec videtur res reddita quæ deterior facta redditur, secundum quod superius videri poterit de spoliatoribus & disseysinis & restitutionibus.

1. ¶ Exceptio dilatoria quia ius commune ita q. sine alijs respondere nō potest vel quia in parte tangit alios sine quibus &c. 2. Exceptio q. participes habet sine quibus &c. 3. Exceptio q. particeps est ad fidem Regis Francia. 4. Cū particeps sine particeps obtinuerit forte per fraudē & per fraudē sequi noluerit. 5. De summonendo participes. 6. Si vnus de participibus moriatur cū omnes in breui nominentur. 7. Cū vnus ex participibus totam teneat hereditatem. 8. Si hereditas partita sit inter participes. 9. Sane qui terram tenent in communi sed non vt cohæredes. 10. Exceptio q. viro non respondetur cuius hereditas sit terra. 11. Exceptio q. sine assensu talis superioris. Cap. 35.

Competit etiam exceptio tenenti peremptoria ex persona petentis, & quandoq; dilatoria tam ex persona alterius quam petentis, quia sine alio agere non poterit per se, qui tantundem iuris habet quam ipse qui petit, vt sunt plures participes, vel quia nihil iuris habet sine alio sicut vir de re vxoria sine vxore, vel quod vxor agere nō poterit sine viro de re propria, cū vir sit ei adiunctus & caput vxoris, vel quia petēs actionem non habet aliquam quod rem deducere possit in iudicium sine alijs, sicut sunt canonici & monachi simplices vel amotibiles sine Abbate vel Priore. Item decanus & capitulum sine episcopo. Item si petens ius habeat cū sit cohæres iustus & propinquus, alius tamē maius ius habet quia propinquior: sicut videri poterit supra in tractatu de assisa mortis antecessoris. ¶ 2. Sed in primis dicendum erit de exceptione illa quæ cōpetit tenenti eo quod participes qui tantundem iuris habent in breui nō nominantur. Et sunt plures participes quasi vnum corpus in eo quod vnum ius habent, & oportet quod corpus sit integrum, & quod in aliqua parte non sit defectus. Et sunt participes quasi partem capiētes, sicut partis capaces, vt supra de qualitate & differentia hæredum, eo quod communis est inter eos res ratione plurium personarum, vel ratione vicinitatis, vel ratione ipsius rei quæ partibilis est, & non ratione personarum, quæ non sunt quasi vnus hæres & vnum corpus, sed diuersi hæredes, vbi tenementum partibile est inter plures cohæredes petentes qui descēdūt de eodem stipite, & semper solet diuidi ab antiquo. Possunt autem plures participes esse & cohæredes petentes, & plures tenentes cohæredes & participes, vel vnus petens sine particeps, & plures tenētes participes, vel vnus tenens particeps vel plures, et plures cohæredes qui nihil inde tenent nec in proparte nec in compensatione, & alij qui tenēt in proparte, & alij in compensatione pro parte sua. Item possunt esse plures petentes participes, vel vnus sine particeps, & vnus tenens sine particeps, vel plures tenentes qui omninō sibi sunt extranei & non cohæredes, sed participes vt vicini. Item plures petentes sine particeps, vel vnus sine particeps totam hereditatem, siue ibi sint plura maneria siue non, siue versus plures participes vel extraneas psonas, vel versus vnum vel duos participes, & vnum extraneum non participem, totam hereditatem vel eius partē. Cū autem plures sint participes cohæredes, vel participes non cohæredes petentes, oportet quod omnes qui petunt & qui capere debent de re petita nominentur in breui: vnde cū dicat tenens excipiēdo, frater, non teneor ad hoc breue respōdere, quia si ius haberes, participes habes qui tantundem iuris habent in re quantum & vos, vz A. & B. Ad quod

poterit petens replicare & dicere, quòd omnes qui ius clamare poterūt, vel partem de tenemento petito, vel de re petita nominati sūt in hoc breui, & nihil iuris pertinet nec ad A. nec ad B. quòd participes esse possūt, quia A. bastardus est, & B. de seruo progenitus, licet de libera particepe & coniugata. Et ynde A. nullo tempore capere possit cū sit bastardus, nec B. cū sit de seruo progenitus. Item nec talis particeps foemina petere non possit ante tempus cū sit seruo suo copulata. Item talis foemina particeps partem de re petita capere non potest, quia de communi hæreditate tenet quādam partem in maritagium suū, nec vult maritagiū suū in partem ponere, vt partem suā per totum habeat de communi hæreditate. ¶ 3. Item respondere poterit, quòd particeps de quo dicitur nihil capere potest, quia est ad fidem regis Frāciæ, & nihil capere poterit antequam fiat fides regi Angliæ, & cū terræ sint communes & cōcordes, & ideo non est necesse q̄ in breui nominentur. Item quòd particeps qui non nominatur, vel aliquis antecessorum suorum feloniam fecerit, ita quòd particeps esse non possit. Itē respondere potest quòd particeps de quo fit mentio mortu⁹ est sine hærede de se, vel si hæredes habuit, omnes mortui sunt. Item q̄ ille qui particeps esse debuit totum ius suū quod inde habuit cohæredib⁹ suis remisit & quietū clamauit. Ad primā vero replicationem petentis, q̄ particeps nō nominatur quia bastard⁹ est, triplicari poterit a tenente q̄ sit nominandus, quia incertum est adhuc vtrum se possit pbare legitimū vel non. Eadem vero responsio esse poterit replicando de seruo non nominato. Ad hoc autem quod dicit quòd foemina particeps nominari nō debet cū sit seruo copulata, ad hoc poterit triplicari quòd nominari debet, quia si ad præses capere non possit, capere possit ad tempus, quia seruus mori poterit. Ad hoc autē quod dicitur quòd foemina particeps non nominata tenet quādam partem hæreditatis in maritagium, nec vult maritagium ponere in partem: ad hoc poterit a tenente replicari quòd adhuc in voluntate sua est & electione vtrum hoc facere voluerit vel non, & ideo in breui nominanda. De hoc autem quod dicit de particepe qui est ad fidem Regis Franciæ, triplicari poterit a tenente quòd nominandus est, quia terræ possunt esse cōmunes. Ad hoc autē quod dicitur quòd particeps mortuus est sine liberis, vel si liberos habuerit, omnes mortui sunt, quia dubitari possit an ita sit vel nō, detur alius dies vt fiat certificatio, & secundū hoc aut cadat breue aut stet: de hoc autem quod dicit quòd particeps remisit, quia de hoc dubitari poterit, detur alius dies vt supra, & summoncatur particeps quòd sit ibi ad ostendendum si quid iuris clamet cum alijs participibus de tali hæreditate, quia si talis remisit participibus, pars illa accrescet alijs. Et illud idem (secundum quosdam) possit dici de bastardo & seruo petentibus non nominatis, quod quidā non admittunt. Et notandum quòd sunt quidam participes qui statim agere possunt & capere, & alij qui statim agere sed nihil capere possunt ante tempus, sicut foemina copulata seruo & ille qui fuerit ad fidem Regis Franciæ & nominari debent omnes. Et sunt quidam qui aliquando capere poterunt & nunc capere non poterunt, quia ex delicto & feloniam facti sunt non capaces, si-

cut

De Exceptionibus. Ca. 25. F. ol. 42b

cut p crimine damnati, & tales nominare nō oportet. Sed omnes nominandi sunt de quibus certum est vel dubiū vtrū capere possint vel non, quia in dubio in benignā partē erit interpretādū, v. z. quod capere possint, donec probetur in contrariū. Si autē certum sit quod capere non poterit sicut videt de felone nec pars illis accrescere poterit participib⁹, sed dñis capitalib⁹, & ideo de eo nihil ptinet ad participes. Itē nihil accrescet participib⁹ de parte eorū qui post tēpus capere poterit, sed cum tenente capitali, vel capitali dño remanebit pars talium quousq; capere possunt (secundum quosdā) sed (secundū alios) videt quod non, quia cūm oportet at eos in breui nominare & pcedat loquela & iudiciū sub nomine eorū, videt quod recuperare debeāt inter alios, & cūm iudiciū redditū sit p eis, oportebit quod in psonis eorū fiat executio, & sic poni debent in seysina sicut & alij. Sed cūm seysinā habuerint, quis eijciet eos? quia si sine iudicio eijciant a participib⁹ vel ab alijs, de iure seysinā recuperabunt. Si vero a participib⁹ implacentur, cadit actio de iure, quia participib⁹ nihil potest accrescere, & ita nihil iuris habent nec aliquid petere poterunt ratione custodiae. Sed quid ergo fiet videndū est in sequētib⁹. ¶ 4. Sed quid cūm participes plures extiterint & capaces & quidā eorū petant & obtineant sine alijs qui non nominantur in bñi, non nominatis, cōsuli poterit p officii iudicis ppter fraudē. Itē cūm plures sint participes & oēs nominati & quidā sequi noluerint, nihilomin⁹ tenebit breue, quia satisfactum est impetrationi, & tales qui nō venerint sūmonēantur q̄ sint ad sequēdū cū participibus si voluerint. Si autē sequi noluerint, alij nihilomin⁹ sequantur de parte sua, bñe sūmonitionis talis erit. ¶ 5. Rex vic. salutē. Sūmoneas p bonos sūmonitores A. & B. quod sint corā justic. nr̄is tali die & loco, ad sequēdū cū C. & D. de tanta terra cū ptinentijs in tali villa, & vnde p̄dicti D. & C. clamant duas partes versus E. vt rationabilē partē suā quæ eos contingit de hæreditate talis cuius hæredes ipsi sūt. Et vnde p̄dict⁹ E. dicit quod nō vult p̄dictis C. & D. respondere sine p̄dictis A. & B. vt dicit, & habeas ibi sūmonitores & hoc bñe Teste & c. ¶ 6. Itē cūm oēs nominati sunt & agere inceperint simul, & vnus eorū moriatur cadit bñe, & de nouo inciperē oportet p aliud breue in persona hæredis statim vel post tēp⁹, secundū qd' hæres fuerit infra etatē vel nō. Sed quid si vnus ex participibus cūm agere inceperit feloniam fecerit, vel leprosus deuenit, furiosus, vel nō sanæ mentis, videndū vtrū remanere debeat loquela vel pcedere siue fuerit petens vel tenēs. ¶ 7. Cūm autē plures sint cōheredes & participes, & vn⁹ vel plures totā teneant hæreditatē, & particeps vn⁹ vel plures petat versus vnū participē tenentē vel plures, si plures petant, nō est necesse oēs nominari in vno bñi, quia diuersæ sūt actiones, quia qlibet petat partē suā p̄pria quæ eū contingit sine alio particeps, ac si vnus particeps peteret versus vnū vel plures participes vna erit actio, & quo casu tenēs particeps visū non habebit, quia diuinare nō poterit quæ pars ei accidere poterit de communi hæreditate, poterit tamē ei fieri qd' tantundē valet, vt si dicat, rationabilē peto partē meā quæ me contingit de tota hæreditate, vnde talis antecessor meus obiit seysitus vt de feodo. ¶ 8. Cōtingit autē quādoq; q̄ diuisa sit hæreditas inter participes, & cūm quis

quis partem suam habuerit a possessione sua ceciderit, vel quod donationem fecerit sub conditione aliqua, per quam post tempus esse poterit quod ad ipsum sit reuersura, & cum per conditionem ad ipsum reuerti debeat alius iniuste se ponat in seysinam, & tenens ei obiecerit quod participes habuerit, exceptio illa non valebit, quia postquam particeps in seysina fuerit, & terram de facto suo incumbrauit, nihil de hoc ad cohæredes vel participes, non magis de damno quam de lucro. ¶ 9. Sunt etiam qui tenent in communi rem aliquam de communi consensu sicut participes & capaces, sed non tamen ut cohæredes, ut si de communi consensu aliquam vastitatem pro communi commodo reliquerint ad pasturam vel aliud commodum vel alium usum, si forte petant, eadem erit exceptio contra ipsos quæ & contra hæredes, quod nullus sine alio agere possit nec respondere. Res quidem communis esse poterit inter plures multis rationibus, ut supra, sicut sunt diuisi & hæredes. ¶ 10. Datur etiã exceptio dilatoria tenenti, non ex persona petentis quod agere non possit, sed ex persona adiuncti sine quo petere non potest, & qui non sunt participes quasi partem capientes, quia res quæ petitur inter petentes cum euicta fuerit non capit diuisionem, sicut inter virum & uxorem qui sunt quasi vnica persona, quia caro vna & sanguis vnus. Res tamen propria vxoris, & vir eius custos cum sit caput mulieris, & in quo casu non respondebitur viro sine vxore nec e contrario. Item datur exceptio tenenti peremptoria quoad petentem sed non ad eum qui ius habet, ut si quis petat nomine suo rem qui petere deberet nomine alieno, ut si seruus fructuarius qui non habet actionem, & sicut simplex canonicus vel simplex monachus, quia amotibiles sunt & perpetuitatem non habent, & in quo casu cadit actio & breue in persona talis & tenet actio in persona alterius per aliud breue. ¶ 11. Itẽ datur exceptio dilatoria tenenti contra petentem licet actio tota ad ipsum pertineat propter autoritatem superioris sine cuius assensu & autoritate petere non possit, sicut decanus & capitulum transigere non possunt nec pacisci nec mutare statum suum, sicut nec rectores ecclesiæ de rebus ecclesiæ sine consensu episcopi, & plures sunt exceptiones alię quę competunt tenenti contra petentem prædictis rationibus, & de quibus ad præsens non recolitur.

1 ¶ De exceptionibus quæ competunt tenenti ex persona propria. 2. Quod oportet quod omnes nominentur petentes licet respondere possunt quod quidam sunt bastardi & quidam villani & huiusmodi. 3. Si particeps surdus fuerit vel mutus. 4. Si tenenti competat exceptio ex ipsa re. 5. Oportet quod petens designet rem quam petit cum pertinentiis. Cap. 26.

DICTUM est supra de exceptionibus quę competunt tenenti ex persona petentis, nunc autem dicendum de exceptionibus quę competunt ipsi tenenti ex persona sua propria. Competit quidem ei exceptio minoris ætatis, quod ante ætatem non respondeat, non magis quam petens agere possit contra eum ante ætatem, secundum quod superius dictum est de minori ætate. Et secundum hoc videri poterit quid agendum sit hic. Item respondere nõ teneatur, quia non est in seysina nomine proprio sed nomine alieno, & ideo non potest in iudicium rem deducere.

Item

Item competit ei exceptio ex persona sua propria sicut contra petentem ex statu dubio & dubio rei euentu vt supra. Item competit ei exceptio ex persona sua propria, quòd sine alijs respondere non potest, qui tantundē iuris habent in re quam tenet sicut & ille, vel ratione adiuncti, vel ratione maioritatis vt supra. Sed ad hoc quòd exceptionē habeat quoad actionem differendam & breue posternendum, secundum quòd participes nominandi sunt in breui vel non nominati, videndum erit an partita sit inter cohæredes vel non cohæredes participes hæreditas vel res cõmunis vel non. Si autem hæreditas non fuerit partita sed teneatur in cõmuni, quilibet cohæredū tantundē iuris habet tenendi hæreditatē quantum & alij: sed tamen non p se ante diuisionē sed p se in cõmuni cū alijs, & sic totū tenet & nihil tenet. s. totū in cõmuni, & nihil sepatim p se. Cū autem tenens ita excipiat quòd non teneatur sine participibus respondere, videndū est in primis si hæreditas partita sit vel non. Si autē partita sit, & tenens teneat rem petitam sic partitā & in proparte, non est necesse quòd omnes participes in breui nominentur, quia si in breui nominentur illi qui nihil tenent, cadit breue: vt probatur de termino s. M. añ regis H. decimo quinto in coñ Effex. Assisa vtrum de L. persona de Messie & Radulpho de Ardern & vxore sua & corū participibus. Ad idē facit de comitissa Oxon̄ & w. Blundo & vxore sua, quia recessum est a cõmuni, sed tamen sine participib⁹ suis non tenet petenti respondere, et si sine eis responderet & amitteret, regressum non haberet erga participes ad damnum suū restaurandum in aliqua contributione facienda, sed hoc sibi ipsi & negligentie suæ posset imputare. Sed licet non sunt nominati, tamē oportet quòd vocentur cū tenens sine illis respondere non teneatur. Summoniri igitur debet per hoc breue. Rex vicecõm salutē. Summoneas p bonos sumonitores A. B. quòd sint coram iustic. &c. ad respondendum C. simul cum D. de tanta terra cum pertinentijs in tali villa vel in tali coñ, vel de tanto terræ cum pertinentijs in alio coñ quam idem C. in curia nostra &c. clamat vt ius suum versus prædictum D. & sine quibus prædictus D. nō vult respondere eidem C. cū prædicti A. & B. sint participes ipsi⁹ D. de prædicta terra &c. et quo casu si venerint, respondeāt cum ipso D. si voluerint, si autem non, nihilominus procedat loquela. Et in hoc casu siue venerint siue nō, & tenens amiserit, p equalib⁹ portionib⁹ faciet tenenti excambiū. Et quòd participes no nominati ita summoneri debent: pbatur de termino s. Michaelis anno regni Regis H. nono incipiente decimo in coñ Eborum & Lync. de Adam Tuffet. ¶ 2. Si autem hæreditas cõmunis partita non sit, oportet de necessitate quòd oēs nominentur in breui, alioquin cadit breue ex toto. Si autē a petente ita fuerit replicarum, quòd non est necesse omnes nominare rationibus paulo antedictis, quia oēs illorū vel quidā bastardi sunt vel mortui cū masculi sunt, vel si foeminae, quòd quædā bastardæ & quædā villanis maritate, & quædam villanæ que non nominantur, item quædam contulerunt se religioni, breue in pēdēte erit & actio, donec de veritate constiterit. In primis cū dicatur, quòd absens sit bastardus, sumoneatur per breue in forma supradicta, quòd sit corā iustic. ad certos diē & locū ad ostendendū quid iuris clamat in rāto

terræ

terre cum pertinentijs in tali villa quam talis clamat versus talem vt ius suum, vel per assisam mortis antecessoris. Et vnde idem talis .s. petens dicit quod bastardus est, & quod nihil iuris clamare potest in prædicta terra. Et de hac materia inueniri poterit de termino s. Trinitatis anno regni regis H. quarto in comitatu Somerset. Si autem dubitetur an particeps non nominatus sit mortuus vel non, detur alius dies vt interim inquiratur veritas: vt de itinere M. de Pateshull in comitatu Kanc. anno regni regis H. decimo tertio de w. filio Roberti. Item refert de tenente particeps cum tenuerit pro diuiso facta partitione & ille moriatur qui de re petita nihil tenet, an cadat actio per mortem talis ac si ille qui teneret rem moreretur: Reuera non cadit, non magis quam si warrantus vocatus moreretur, sed stat breue, & ibi incipiendum. Si autem moriatur nominatus, cadit: sed si idem qui non nominatur habeat talem hæredem infra ætatē, expectabitur hæredis ætas. De hoc autem quod dicitur de maritata villano quod si talis non nominetur cadit breue vt supra dictum est, et si nominetur tenet & procedit placitū de alijs, illa tamē ad tempus a petitione exclusa est quousque villanus mortuus fuerit: vt de itinere M. de P. in comitatu Lincoln anno regni regis H. decimo de Hugone de Hull. Et ad hoc facit de itinere Roberti de Veer comite Oxon & M. de Pateshull anno regni regis H. quinto in comitatu Hertford assisa mortis antecessoris si w. de Ludwich. Et quod cadat breue si non fuerit nominata: inueniri poterit de eodem itinere in eodē comitatu, assisa mortis antecessoris de Matilda filia Godwini, & est ratio ibi assignata, quia villanus mori potuit. Item de particeps absente, de quo replicatur quod villanus est, sumoneatur quod sit ad ostendendum quid &c. Item de hoc quod dicitur quod particeps contulit se religioni & ita mortuus seculo, constare poterit per litteras episcopi vtrum redire possit ad seculum vel non, secundum quod susceperit habitum probationis vel professionis. Et de hac materia inueniri poterit de termino s. Trinitatis anno regis H. quarto in comitatu South: de Iohanne de Brywes. Item esto quod particeps in prisona detineatur quod venire non possit. Item si tali infirmitate detentus vel ab hostibus captus, nihilominus oportet eum nominare, & cum nominatus fuerit, superfedendum erit quousque venire possit. Si autem imprisonatus fuerit particeps nominatus, propter feloniam, de qua sit in periculo vitæ vel membrorum, remaneat loquela sine die quousque, constiterit de eius deliberatione vel damnatione: vt de itinere w. de Raleigh in comitatu Bed. de Iuliana de Nodarijs. Ita suspenditur breue & loquela si vnus ex participibus fuerit infra ætatem donec ad ætatem peruenerit. ¶ 3. Sed quid dicetur de particeps qui naturaliter surdus fuerit & mutus, videtur quod talis omni tempore pro non herede & pro non particeps haberi debeat. Et ideo siue nominetur siue non, non cadit actio nec breue. Sed tenet tam in persona petentis quam in persona tenentis quantum ad omnes. Si autem a casu venerit surditas vel non venerit & quod mutus fuerit, expectandum erit per aliquod tempus si spes habeatur de conualescentia. De adiuncto vero & superioris consensu, qualiter fieri debeat in persona tenentis, ppendi poterit per ea que superius dicta sunt in persona petentis. Et notandum quod licet non capaces

De Exceptionibus. Ca 27 Fol. 43r.

ces hæredes nominentur, vel forte pænitus extranei, non tamen propter hoc cadit breue, sed stabit in psonis aliorum qui ius habent, quia in hoc tali casu vtile non vitiatur p̄ inutile. Notandum est etiam quòd plures participes petere possunt tenendi in communi a pluribus qui seperatim tenent, & qui sese in nullo contingunt, & hic plures erunt actiones propter pluralitatem psonarum. Et vice versa plures non participes quorum iura seperata sunt, petere possunt versus plures cohæredes & participes, & similiter erunt hic actiones plures & diuersæ. Item possunt plures cohæredes & participes petere versus plures cohæredes & participes & hic erit vnica actio propter vnitatem iuris. ¶ 4. Si autem non sit exceptio quæ competat tenenti contra petentem, nec ex persona petentis nec ex psona sua propria, firmato sic iudicio ex persona iudicis, petentis & tenentis, cum iudiciũ sit trinus actus trium personarum, videndum erit an sit aliqua quæ competat tenenti ex ipsa re quæ petitur, si corporalis fuerit & immobilis sicut terra tenementum, vel redditus qui proueniat ex tenemento. ¶ 5. Oportet igitur in primis quòd petens rem designet quam petit, videlicet qualitatem, vt sciatur vtrũ petatur terra vel redditus cum pertinentijs. Item quantitatem, vtrum videlicet sit plus vel minus quod petitur. Certam enim rem oportet deducere in iudicium, ne contingat iudicium esse delusorium vel obscurum, quia de re incerta in iudicium deducta certa fieri non poterit sententia, licet quandoq; de incerta re agatur. Iudex siue iustic. (in quãtũ ei possibile fuerit) certũ debet p̄ferre iudicium. Specificare autem poterit sic, vt si dicat. Peto versus talem tot maneria, quandoquẽ cum pertinentijs, quandoquẽ sine. Item tot feoda militum cum pertinentijs. Item tot carucatas terræ, tot virgatas, tot acras, tot selliones. Item tot libratas terræ, tot solidatas, tot bouatas secundum diuersitatem tenementorum, & secundum quòd in breuibus de recto & de ingressu continetur, & ita quòd narratio bñi conueniat, a quo si discordet & breui non conueniat narratio, amittit petens, quia non admittitur variatio. Admittitur tamen variatio quandoquẽ, dum tamẽ dicat simile, vt si contineatur in breui quòd petit duas carucatas quæ per añũ valent decẽ libratas, non p̄pter hoc recedit a breui suo si dicat, peto decem libratas terræ, quia dicit quod tantundem valet, non enim refert vtrum quid fiat vel suum simile.

1 ¶ Proposita int̄tione. videre poterit tenēs an totã teneat vel nõ, & vnde oportet q̄ visũ habeat vel quod tantundẽ valeat. 2. Cum visũ habuerit quid faciendũ. 3. Oportet designare quẽ vel qualis sit quã petit res mobilis vel immobilis & certa designatio. 4. Exceptio q̄ nihil inde tenet & p̄na quã sequitur si inde conuincatur. 5. Exceptio q̄ tenementũ nõ teneat quia alius tenet de pertinentijs. 6. Quod aliquando fuit de pertinentijs sed postea desit esse. 7. Inquisitio vtrũ totũ tenuerit vel non. 8. Si tenēs dicat q̄ nihil teneat & aliã cognouit q̄ totũ teneat. 9. Si cognouerit q̄ totũ non tenuerit in feodo sed partẽ. 10. Si quis maneriũ petat cũ õnibus pertinentijs ad quod pertineat aduocatio. 11. Replicatio super hoc. 12. Si dicat q̄ nihil tenuerit mentiendõ sicut de priore de weylocke & w. de Insula. 13. Si tenēs dicat q̄ totã terrã non teneat, & petēs q̄ totã, & sic sit res dubia per negationẽ aut locus erit ioco partito aut inde inquisitio de pertinentijs, & sunt pertinentia pertinentiarum. Cap. 27.

Lib. v. De Exceptionibus.

Cum autem petens intentionem suam sic formauerit, estimare debet tenens an teneat totam terram petitam vel eius partem vel omnino nihil si totam teneat, vtrum illam teneat nomine proprio vel nomine alieno. Si autem nomine alieno vt si in custodia, ad vadium, ad voluntatem, vel ad terminum annorum, cadit breue, quia actio non competit contra talem, sed contra illum cuius nomine fuerit in seysina. Si autem nomine proprio, tunc refert vtrum ad terminum vitæ, vel vt de feodo. Et quo casu concedatur ei visus si visum petierit, vt petens ostendat ei quantum terræ petierit, & p quas metas, & hac ratione dabitur ei dilatio, vt inde habito visu, sciri poterit si terram petitam integrè teneat vel non, vt supra in tractatu de visu faciendõ. Et hæc vera sunt, nisi petens incontinenti ostendere possit certitudinem p quam facere possit quod tantundem valeat, vt si dicat: peto tantam terram p tales metas, vel tantam terram vnde antecessor suus obijt seysitus vt de feodo, vel sic: peto aduocationem ecclesiæ sancti Petri cum duæ fuerint ecclesiæ in eadem ciuitate, videlicet sancti Petri & sancti Pauli, vt supra plenius in tractatu de visu faciendõ. ¶2. Cum autem tenens visum habuerit vel quod tantundem valeat, scire poterit vtrum petenti respondere teneatur & ad breue suum vel non teneatur, secundum quod tenuerit totam rem nomine proprio vel alieno, vel nihil inde tenuerit, vel non nisi eius partem: quia si totam non tenuerit, amittere non potest quod non habet, & ita cadit breue sed nõ actio, nisi ita sit quod petens ostendere possit quod tenens totam teneat in dominico & in seruitio, nisi tenens docere possit contrarium, quod nec in dominico nec in seruitio: & quo casu fieri possit iocus partitus si partes consenserint sub tali periculo, vel quod tenens rem petitam amittat, vel quod petens clamorem suum impetuet, sed hoc erit voluntarium & non iudiciale. Et notandum quod cum tenens semel talem exceptionem pposuerit, vterius consimilem pponere non possit, ne diutius ptrahatur negotium, & tenens ad hoc poterit coarctari quod ostendat quid in possessione extiterit, ne iterum cadat breue p mendatium, & etiam ad omnes exceptiones quæ faciunt ad breue posternedũ. ¶3. In hac quidẽ actione p bre de recto, sicut in qualibet alia actione p quã petitur res corporalis, designare oportet petentẽ quæ & qualis sit res quæ petitur, vt si sit res immobilis sicut tenementum, designare oportet qualitatem & quantitatem, vt supradictum est. Si autem res mobilis, sicut animal, vestis, vel aliud quod consistit in pondere, numero, vel mensura, quia non sufficit dicere, peto rem, nisi dicatur peto talem rem. Item si tenementum, oportet designare vtrum sit terra vel redditus. Item si redditus, vtrum sit annuus proueniens ex tenemento, vel datus de camera, secundum quod supra distinguitur in tractatu de noua disseysina. Item si res sit mobilis, oportet designare vtrum petatur animal vel vestis, si animal, vtrum leo vel homo: si autem vestis, vtrum bombicina, vel lana, vel de linio. Si autem petatur res quæ in pondere consistat, sicut massa rudis vel formata, tunc scire oportet cuius sit ponderis & cuius generis. Si autem petatur res quæ in numero consistat sicut pecunia numerata, tunc quot libræ, quot solidi, vel quot denarij. Si autem

De Exceptionibus. Ca. 27 Fol. 432.

autem petatur res quæ consistit in mensura; tunc utrum liquidum aut solidum; ut si solidum, tunc cuius generis; utrum frumenti, ordei, vel alterius annonæ. Si autem liquidum; tunc utrum vinum, an oleum, vel huiusmodi; & sic cuius generis. De numero autem constare oportebit quot modia, vel quarteria; vel huiusmodi; & ita perpendi poterit de qualitate & quantitate rei mobilis. Si autem res fuerit immobilis sicut terra, eodem modo oportet designare qualitatem & quantitatem, ut supra dictum est. Item utrum tota petatur an eius pars, & ne plus petatur petente quam tenens teneat. Item utrum petatur corpus rei cum pertinentijs vel sine. Item utrum petatur vnum corpus per se cum pertinentijs, vel plura corpora per se vel cum pertinentijs. Item si plura corpora cum pertinentijs vel sine, tunc utrum sese contingant & ita an fixa sint quod vnum ab alio separari non possit, vel quod sese in nullo contingant, & prout sunt diuersa. Item refert utrum petatur ab vno vel pluribus, & eodem modo vtrius teneatur ab vno vel a pluribus, ut supra de participibus. Item designatur res quæ petitur ex nomine; ut si petam hominem, oportet designare nomen, quia nomina hominum cognoscendorum gratia imposita sunt. Eodem modo si petatur manerium, oportet quod designetur ex nomine, vel si alia quæuis res, vel alia quæ tantumdem valeat; ut supra de visu faciundo. Et quemadmodum petuntur corpora, sic & quandoque petuntur iura, sicut ius aduocationis quod est de pertinentijs alicuius rei corporalis, quia iura sine corporibus esse non possunt. Et petitur aliquando ius aduocationis per se & cum suis pertinentijs; & aliquando cum corpore simul cum ipsa re cum sit de ipsius rei pertinentijs. ¶ 4. Cum autem dicat petens in intentione sua; peto versus talem tantam tetram cum pertinentijs &c. excipere poterit tenens contra intentionem suam quod ipse nihil inde tenet, nec vnquam aliquid inde tenuit: si petens hoc dedicere non possit cadit breue simul cum actione, cum tenens verum confiteatur. Si autem dicat se nihil tenere cum reuera totum teneat & inde se posuerit in inquisitionem, si tenens per inquisitionem conuincatur pro mendace, amittet rem quæ petitur propter mendacium. Et qualiter & per quod breue fieri debet inquisitio inferius dicitur; nec erit hic locus ioco partito, nisi in hoc consenserint partes ex abundanti. Item si excipiat tenens hoc modo, & dicat quod ipse nihil tenet sed alius, si in hoc mendatium inueniatur; amittit quod tenet propter mendatium & sine ioco partito. Item si cognoscat quod rem teneat sed non totam quia alius partem siue de ipso corpore, siue de pertinentijs, si per inquisitionem de mendatio conuincatur, non tamen propter hoc amittet ipsam rem totam, nec eius partem, nec punitur mendatium ut prius, sed procedit loquela versus tenentem ut de toto respondeat nisi aliud inducat ex communi assensu, ut iocus partitus. Et quod dicitur de corpore dicatur de pertinentijs, secundum quod totum tenuerit vel non tenuerit vel eius partem. Item respondere poterit & cognoscere quod aliquando tenuit rem petitam sed modo non tenet illam, quo casu videndum erit quando de-

RRRr.ij.

do de-

Lib. v. De Exceptionibus.

do desijt possidere. Desinere autem potest quis dolo se ne secum agatur, & quandoq; sine dolo, & vnde videndum an desijt possidere ante brevis impetrationem vel post. Si autem ante, non tenetur ex dolo, cum non sit in arbitrio suo quia debeat respondere licet sit in arbitrio petentis quando velit agere. Item non tenetur ex dolo licet post impetrationem alienauerit & transfulerit ad aliam rem petitam, quia bene potest tenens ignorare impetrationem. Et petens poterit esse negligens in prosecutione. Item alienare poterit siue dolo post impetrationem, & post summonitionem, vt si ante impetrationem vel post impetrationem (dum tamen summonitione præuentus non sit) se transfulerit tenens ad partes transmarinas vel tam remotas quod de summonitione nihil sciuerit & ibi alienauerit, non punitur. Si autem fecerit contrarium in casibus supradictis, haberi debet p possessore, & maxime si alienauerit post summonitionem testatam & pbatam: vt de termino sancti Michaelis anno Regis Henrici quarto incipiente quinto. Item si post impetrationem facta fuit alienatio pendente inquisitione, erit breue in pendenti & secundum hoc teneat vel cadat: vt de termino sancte Trinitatis anno Regis Henrici septimo in comitatu Oxoni de Ioceto de Plungenay. Si autem summonitione præuentus fuit q illam sciuit vel scire debuit, p possessore habebitur siue donatorius possessionem apprehenderit siue non. Item respondere poterit quod totum corpus manerij non tenuerit, quia talis tenet tantum de corpore vnde ipse nihil habet siue manerium petatur cum pertinentijs vel sine. Et vnde nihil habet nec in dnico, nec in seruitio, nec in elemosina nec in aduocationibus. Et vnde oportet petentem p inquisitionem docere contrarium. Item vel tempore impetrationis vel summonitionis nihil tenuerit, dum tamen postea possidere inceperit, respondebit. Item cum corpus manerij petatur in dominico, respondere poterit tenens, quod nihil inde tenet in dominico sed totum in seruitio, & quo casu si ita sit, cadit breue & similiter actio, quia non potest tenens amittere id in dominico quod non tenet nisi in seruitio. Item cum petens totum petat in dominico, tenens respondere potest & cognoscere quod totum non tenet in dominico, sed partim in dominico & partim in seruitio, quo casu videtur quod ex toto cadit breue, & actio tantum pro ea parte quam non tenet in dominico: nisi ita sit (secundum quosdam) quod petens possit intentionem institutam in hoc mutare, quod petere possit in dominico quod tenens tenet in dominico, & in seruitio quod tenens tenet in seruitio. In electione vero petentis est in hoc casu vtrum velit quod breue stet vel cadat, secundum quod se tenuerit ad petendum in dominico & seruitio versus tenentem, & sic stat breue: vel quod totum petat versus tenentem in dominico & quod sic cadat breue. ¶ 5. Item dicere poterit & respondere (vt supra) quod nihil inde tenet omnino nec in dominico, nec in seruitio, nec in elemosina, nec in aduocaria, & hoc pbato cadit breue. Item si dicat tenens quod totum non teneat, quia alius tenet de pertinentijs, vel de corpore manerij tantum, sicut aduocationem vel tantam terram, replicare poterit petens quod non habet neces-

se excipe-

se excipere partem illam, vel quia omnino non est de pertinentijs, sed pertinet ad aliam terram & ad aliud feodum, & semper pertinuit, & vnde ipse idem nihil inde clamat, licet quandoque esset de corpore, vel pertinentijs, capitalis suus dominus qui eum inde feoffauit partem illam alienauit antequam antecessorem suum (cuius seysinam ipse petit) feoffaret, & ipse nihil aliud petit, nisi illud quod antecessor suus habuit anno & die quo feoffatus fuit, & post feoffamentum illud nihil de re petita alienatum fuit vel translatum. ¶ 6. Item dicere poterit tenes quod quando dominus Rex dedit manerium illud cum pertinentijs tali Abbati qui eum inde feoffauit per chartam suam non fuit terra illa de corpore manerij, nec de pertinentijs, quia prius data per ipsum regem, & idem Abbas illam dedit antecessori suo per chartam suam in eodem statu quo Abbas illam tenuit de dono domini regis, & sicut charta Regis testatur, scilicet in dominico id quod Abbas ante donum suum habuit in dominico, & in seruitio quod habuit in seruitio, elemosina, & in aduocaria. Et vnde dicere possit quod Abbas a conquestu Angliae de Rege in Regem, & semper se defendit per hoc quod dixit quod tenuit terram illam cum talibus pertinentijs in elemosinam de regibus: vt de iunere Martini de Pateshul de loquela que fuerit super iudicium de diuersis comitatibus anno Regis Henrici tertio in comitatu Kanç. de W. comite Mart. seniore & Falcaio de Breyate. Ad hoc autem factum de termino sancte Trinitatis anno Regis Henrici quarto in comitatu Bedf. de W. comite Mart. Facit etiam ad hoc manifeste de termino Hillarij & Pasche anno regni Henrici vt supra in principio, quia ibi dicitur, quod sicut manerium datum fuit antecessori in dominico & seruitio &c. ita illam petit. Item si dicat tenens quod totam terram illam non teneat, quia communis est, & partibilis inter coheredes & participes, & si hoc negetur, inde fieri poterit inquisitio, vtrum ita sit vel non sit, vt supra de participibus. Et similiter de termino sancti M. anno regis Henrici decimo sexto incipiente decimo septimo in fine. Item si petens plus petat quam tenens teneat, vt si petens petat viginti quatuor acras terrae, cum tenens non teneat nisi viginti aut stat breue aut cadit, & tunc fiat inquisitio per tale breue. ¶ 7. Rex vic. salutem. Precipimus tibi quod assumptis tecum quatuor vel sex. Vel pluribus legalibus hominibus ex illis qui visum fecerunt, de terra quam talis petit versus talem, & pro eos & alios legales homines diligenter inquiras, si praedictus talis tenens teneat xxiiij. acras terrae integrae, quas talis clamat versus eundem talem necne, & vnde idem talis tenens dixit quod non tenuit inde nisi tantum viginti acras, & quod talis petens inde tenuit quatuor acras, & inquisitionem illam nobis mittas &c. T. &c. Et de hac materia inueniri poterit de termino. s. H. anno regis H. quinto in comitatu Eborum de Petro de malo lacu. Item si dicat tenens excipiendo quod nihil teneat, cum alias in comitatu dixit se tenere totum, & cognouit, & a tali tenente, versus quem nunc petitur nisi ad terminum, & non alio modo, cum petens hoc dedixerit fiat inquisitio per hoc breue. ¶ 8. Rex vic. salutem. Precipimus tibi quod in pleno comitatu tuo recordari facias loquelam que fuit in eodem comitatu tuo, inter tales de tanta terra cum pertinentijs &c. Et vnde praedictus talis versus quem &c. respondit quod non tenuit terram

Lib. v. De Exceptionibus.

ic terram illam nisi ad terminum, & ad voluntatem talis, nec aliquod ius clamauit in eadem. Et recordum illud habeas &c. per quatuor &c. Teste &c. Idem dies datus fuit partibus. De hac materia inueniri poterit de termino sancti Michaelis anno Regis Henrici nono incipiente decimo in comitatu Bedford de Richardo de Bauadum. Item notandum quod si quis terram petat cum pertinentijs ab aliquo, & petat in dominico quod in dominico, & in seruitio quod in seruitio, si tenens nihil tenuerit in dominico, cadit breue. Et eodem modo licet ille qui tenet de tenente, tenere debeat de eo, si tamen tenens in placitatus nihil perceperit de seruitio cadit breue eodem modo vt supra: vt de termino sancte Trinitatis anno Regis Henrici quarto in comitat Buck. assisa mortis de Hugone de Gurnay. ¶ 9. Si autem tenens ita respondeat, quod totam non teneat in feodo, sed partem in feodo, & partem in custodia, non cadit breue pro ea parte quam tenens tenet in dominico: vt de itinere Martini de Paresnull in comitatu Kanc. anno regis Henrici duodecimo. De Godofrido de Resiton. Eodem modo si quis per vnum breue plura petat maneria, vel terras, vel alia que sese non contingunt, stare poterit breue pro vna parte, & cadere pro alia parte: cum placita sint omnino diuersa. ¶ 10. Item si quis manerium petierit cum omnibus pertinentijs, ad quod pertineat aduocatio ecclesie, & nihilominus per aliud breue petat aduocationem, vna est actio, sed breue cadit, cum sit superfluum, quia petens plus petit eo quod bis petit idem, & est vna petitio nugatoria & inutilis cum alia sufficiat per se. Et idem erit si per vnum breue petat manerium cum pertinentijs, & postea in narratione sua dicat sic: peto tale manerium cum pertinentijs & cum aduocatione ecclesie, non tamen cadit propter hoc actio nec breue, sed suspendatur adiectio illa quasi superflua, cum sufficiat manerium cum pertinentijs petere. ¶ 11. Item replicare poterit petens eo quod tenens dicit quod totum non teneat quia alius tenet aduocationem, replicari poterit quod aduocatio non pertinet ad terram petitam, sed ad aliam baroniam, & ad aliud feodum, & ideo quod non est necesse illam excipere, vt de placitis que sequuntur Regem ann Regni Henrici decimo nono in comitatu Bedf. de Iohanne de Traylie & Waltero de Godardville. Et sic amittere poterit quis multipliciter propter plus petitionem. Plus autem peti potest multis modis: re, causa, loco, tempore, vt si quis dicat vel petat plus quam tenens teneat, cadit breue, sed non cadit actio, vt videri poterit de muliere petente dotem, vt si plus petat quam ad ipsum pertineat nomine dotis, non tamen cadit a causa, dum tamen prestata fuerit quod plus non petierit quam tertiam partem vnde vir suus obiit seysitus vt de feodo: vt de termino P. anno regis H. septimo in comitatu Suffex de Nicholaa que fuit vxor Thomæ de Casteneys. ¶ 12. Cum autem tenens dicat (vt supradictum est) quod nihil teneat cum reuera tenuerit mentiando, & petens ante inquisitionem inde factam se ipsum decipiendo se de breui retraxerit, & agere inceperit versus alium, qui a tenente falso dicebatur esse tenens, & qui dixerit se non tenere, cum re vera nihil teneat & per hoc confiterit per inquisitionem, ille qui falso negauit non amittet

amittet propter mendatium eo quòd petens de mēdatio illum non conuincit, sed minus cautè se retraxerit, & sic non punitur mendatiū propter suam negligentiam, quod quidem fieret si negligens non fuisset.

¶ 13. Cū vero tenens excipiendo dicat quòd totam terram petitam non teneat & petens dicat quòd totam teneat, quia per hoc sit res dubia, fiat inde inquisitio sub periculo amissionis per iocum partitum: vt de termino sancti Hillarij anno regis Henrici nono de Rogero de Drayton in comitatu Derby. Si autem obijciatur a petente quòd terra quæ excipi deberet non sit de pertinentijs terræ petitæ, tunc fiat inquisitio per hæc verba, scilicet si tanta terra cum pertinentijs quam talis tenet in tali villa sit de tot hidis vel de tanta terra, vel de corpore talis manerij, vel de eius pertinentijs, quam talis clamat versus talem, vel aliter: Si ille talis teneat tales hidas, vel tot hidas terræ, vel tantam terram in eisdem villis, siue terram illam quam idem talis clamat in prædictis villis versus talem. Et de hac materia inueniri poterit de termino sancti Hillarij año regis Henrici nono in comitatu Warf de Roberto de Cherleton. De hoc autem quod dicitur (quòd talis petit tantam terram cum pertinentijs) dictum est supra de pertinentijs quæ & quales sunt. Sunt enim pertinentiæ, & corpus ad quod pertinent pertinentiæ, & sunt pertinentiæ pertinentiarum.

¶ De exceptione quæ habetis ex errore in nominibus villarū. Itē quid sit villa, qd māfio, quid maneriu. 2. Exceptio ad hoc quod dicit ius mēn & q. diuersa sunt iura. 3. Ad quos descendit hereditas & quo iure, & plures possunt ius habere & vnus maior & alius minor. 4. Quod poterit impediri descensus per feloniam commissā per aliquē antecessorum. 5. Competit exceptio tenenti ex ipsa aditione actionis si omnino non vel obscure. 6. Exceptio ex variatione narrationis dicendo modo vnum & modo aliud primo contrarium. 7. Item competit tenenti exceptio rei iudicata. Cap. 28.

Item dicitur (etiam in tali villa) & si error sit in nominibus villarum satis dictum est supra quid inde faciendum sit, sed si minus ibi dictum sit, fiat hic repetitio vt addatur. Videndum igitur quid mansio, quid villa, & quid manerium. Mansio autem esse poterit constructa ex pluribus domibus, vel vna quæ erit habitatio vna & sola sine vicino, etiam etsi alia mansio fuerit vicinata non erit villa, quia villa est ex pluribus mansionibus vicinata, & collata ex pluribus vicinis. Manerium autem fieri poterit ex pluribus villis vel vna, plures enim villæ possunt esse in corpore manerij sicut & vna, & ad vnam mansionem pertinere poterunt plura tenementa. Et genera tenementorum pluribus & diuersis nominibus specificata, quæ cum ad mansionem pertineant non poterunt dici q. sint in tali villa specificata, de nominatione mansionis, sed mansio & tenēta simul esse possunt in aliqua villa, ex pluribus mansionibus vicinata. Itē quandoq; est maneriu in villa, & vbi non fuerit nisi vnica villa in manerio denominari possunt vno nomine, & tenēta tali manerio adiacentia erunt in tali villa & in tali manerio, quia villa denominatur a manerio, & maneriu a villa ecōtrario. Itē & secundum hoc plura possunt esse in patria vna & diuersa maneria & di-

Lib.v. De Exceptionibus.

ria & diuersæ & plures villæ : & ideo tenementa & agri limitata ad vnum manerium vel vnam villam non possunt dici quòd sunt in alio manerio siue alia villa, quia limitati sunt fines agrorum. Itē si plures sint villæ in vno manerio, poterit res petita esse in vna villa vel in diuersis, & si in diuersis: specificari poterit quantum vel quid petatur in vna vel in alia & tamen vtraquē erit in vno manerio & corpore manerij, sed non e contrario, quòd quicquid sit in manerio sit in qualibet villa, quia villa non continet manerium nec comprehendit, sed e contrario manerium continet & comprehendit omnes villas. Poterit etiam esse, cum plures sint villæ in manerio quòd totum manerium denominatur a nomine illius villæ licet totum manerium comprehendi nō possit sub villa, & vnde aliud est dicere, ī tali villa, aliud in tali manerio, quia specificato nomine manerij, obscura erit petitio & nulla, nisi specificatum fuerit nomen villæ in qua tenementum petitum fuerit, si alia fuerit villa & diuersa ab ea de qua denominatur manerium, cum plures fuerint villæ in eodem manerio. Si autem tenementum fuerit in villa de qua denominatur manerium, recte petitur si fiat respectus ad denominationem qua specificatur villa, & non qua specificatur manerium, licet villa illa sit in eodem manerio, quia si haberetur respectus ad nomen secundum quod est nomen manerij, villæ esset specificatio, cum plures aliæ villæ sint in eodē manerio. Item habito respectu ad nomina villarum, non quicquid est in vna villa est in alia, licet quicquid sit in omnibus villis sit in vno & eodem manerio. ¶ 2. Itē competit exceptio tenenti ex hoc quòd petens in intētionē suā dicit, peto versus talem tantam terram cum pertinentijs in tali villa vt ius meum. Ad quod notandum quòd diuersa sunt iura vnum videlicet possessionis & aliud proprietatis: possessionis, quoad liberum tenementum vel quoad feodum. Quoad liberum tenementum, vt si quis quacunquē ratione tenuerit ad vitam suam. Quoad feodum, vt si quis tenuerit ad feodum sibi & hæredibus suis. Est etiam ius proprietatis quod dicitur ius merum. Et quandoquē coniungitur in vna persona ius possessionis & ius proprietatis, secundum quod dicitur. Iste se ponit in assisam de **Dreyt Dreyt**, & ad quemcumquē pertineat ius proprietatis illum sequi debet possessio, quia possessio semper sequitur proprietatem & non e conuerso. Et quandoquē diuiditur ius proprietatis a possessione, quia proprietas statim post mortem antecessoris descendit hæredi propinquiore, præsentī & absentī, scientī & ignorantī, minori sicut maiori, masculo & fœminæ, furioso & mente capto, stulto & fatuo, surdo & muto naturaliter. Sed tamen non statim acquiritur talibus possessio, quia alius ante aditionem hæreditatis parens vel extraneus medio tempore se ponere possit in seysinam, & de seysina talis poterit ius possessionis descendere ad hæredes talium inferiores, per negligentiam proprietarij: vt si cum ius proprietatis descendat ad antenatum propinquiorem, frater postnatus se ponat in seysinam, & sic cum post lōgum interuallum quòd sine breui eijci non potest moriatur seysitus, trāsmitit ad hæredes suos cum iure possessionis quod ipse habuit quasi in feodo quoddā ius proprietatis cum

cum iure possessionis, illius quod sequi debeat primam proprietatem, & sic de hærede in hæredem vsq; in infinitum, & sic erunt ibi duo iura proprietatis per diuersum descensum & diuersas personas & gradus. Sed vnus eorum maius ius proprietatis habebit propter prioritatem sicut frater antenatus & ipsius hæredes, & illi minus ius qui descendunt de fratre postnato, sed semper præferri debet possessio, donec hæredes descendentes de fratre antenato ius proprietatis euicerint, & si cum frater postnatus plures habuerit filios, & postnatus se posuerit in seysinam & sic seysitus obierit, vt prædictum est, ita esse poterit vt prædictum est. ¶.3. Et sic de hærede ad hæredem quòd ad plures descendere possit ius proprietatis per diuersas personas, gradus & lineas, quòd plura possunt esse iura proprietatis & plures possunt habere maius ius alijs, secundum quod fuerint Priores vel posteriores. Et hoc locum habere poterit in personis extraneorum, sicut in personis parentum qualitercunq; se posuerint in seysinam. Poterit autem quis dicere in intentione sua quòd ius habeat in re petita, cum omnino nihil iuris habeat, quod perpendi poterit per narrationem descensus. Item cum aliquid iuris habuerit sicut cohæres, sicut frater postnatus, & huiusmodi, alius maius ius habet, sicut frater antenatus vel hæredes ex eo prouenientes. Item excipere poterit tenens, quòd si petens ius habeat, tamen sunt alij cohæredes & participes qui tantundem iuris habent, sine quibus ipse nihil petere poterit, vt supradictum est, vel: quia res communis est cum alijs participibus licet non cohæredibus. Item excipere potest quòd adiunctum habet, sicut vxor de cuius iure agitur, & sine qua petere non poterit, ex quo nulla est facta mentio in breui de vxore. Item excipere potest quòd si petens ius habeat, ille qui tenens est maius ius habet, quod quidem expediri poterit per magnam assisam si tenens voluerit. ¶.4. Item competere poterit tenenti exceptio licet antecessor ita seysitus fuerit vt de feodo & in re sicut petes proponit propter impedimentum descensus, vt si aliquis antecessorum feloniam fecerit de qua conuictus fuerit, vt si suspensus fuerit propter feloniam, vel vtlagatus rite & secundum legem terræ, ex causa iusta vel sine. Item ex cognitione propria si feloniam cognouerit quamcumq;, & sic regnum abiurauerit. Item si aliquis antecessorum suorum ius suum remiserit tenenti vel alicui de quo ipse habet causam possidendi, & quietum clamauerit vel cognouerit & remiserit pro se & hæredibus suis per finem factum in curia domini Regis. ¶.5. Competit etiam exceptio tenenti ex ipsa intentione & æditione actionis, vt si cum proponere debet intentionem, audito breui nihil proponat vel nihil omnino dicat, tenens erit absoluendus, quia nihil dicenti non erit aliquid respondendum. Item si intentionem suam proponat obscure, vel minus plene vel dubie, non erit ei respondendum, quia non refert vtrum quis omnino intentionem suam proponat, vel obscure, vel non plene, vel dubie. Item si cum intentionem suam proponat plene, nec doceat quo iure petat, non erit audiendus, quia si tantum dicat, peto talem rem vt ius meum, non sufficit nisi incontinenti de iure doceat, vt si dicat, & vnde talis antecessor &c. Item si de iure doceat aut fundat intentionem suam, non valet, nisi incontinenti p-

SSSs.j.

batio-

bationem habeat, sicut inferius dicitur, Quia qui nihil probat cadit intentio propter defectum probationis, nec refert vtrum omnino nihil probauerit vel minus sufficienter, secundum quod inferius dicitur de litis contestatione. ¶.6. Item datur exceptio tenenti ex variatione narrationis, dicendo modo vnum modo aliud primo cōtrarium vel diuersum, & si intentionem suā mutauerit, nisi in casu licito vel per narrationē suā a breui suo recesserit, ita q̄ narratio non sit cōsona breui, vel q̄ non dicat quod tātundē valeat. Item si cū semel intentionē suā p̄posuerit & postea cadat breue propter vitium, & cū per aliud breue postmodū agere inceperit intentionē suā quam per primū breue proposuerit in toto mutauerit vel in parte. Et multo fortius si per fraudē se retraxerit ab vno vt intentionē suā mutare possit in alio, quāuis obijci possit q̄ res noua nouā causā desiderat, sed quāuis mutetur breue, tamē mutari non debet actio nec intentio pri^o p̄posita, nec magis variari debet in vno q̄ in diuersis propter pluralitatē breuiū cū p̄posita fuerit sub eadē actione. ¶.7. Item cōpetit tenenti exceptio rei iudicatæ, vt si antecessor petentis vel aliquis haredū suorū rempetitam amiserit per iuditiū in causā p̄prietatis, sicut per magnā assisā vel duellū, vel iurata aliquā in quā se posuerat & talis exceptio p̄emptoria est, quia ex toto perimit iuditiū. Item si per concordiam & finē factū quæ similiter p̄emptoria est, quia dicitur finalis cōcordia, & ideo finalis quia imponit finē litibus, vt si tenēs dicat q̄ aliquādo fuit placitū in curia regis de eadē terra inter talē petētē & talē tenentē vel eorū ātecessores, & loquela ita deducta fuit vel terminata q̄ terra remāsit tenētī vel eius antecessori per magnam assisam vel per duellū, iurata, vel inquisitionē, vel per defaltam post duellū vadiatū, vel magnam assisam electam, per iudiciū, per finē factū & huiusmodi de clameo non appposito, hec omnia p̄bari possūt per rotulos & recorda Iustitiarij.

1. ¶ Exceptio ex taciturnitate quod clameum non apposuit. 2. Cui præiudicatur de clameo non apposito. 3. Qualiter fuerit excusatus quis qui clameū non apposuerit. 4. Excusatur si in prisona tunc fuit. 5. Itē si infirmitate detentus vel vltra mare. 6. Si finis cōtineat falsitatē sicut de warantia charta, vbi ille qui dicit se fuisse in seysina nullā habuit seysinam tempore confessionis cyrographi. 7. Si tēpore placiti nec ipse nec antecessor suus ius habuit. 8. Si finis factus fuit in occulto ante tempus legitimū vel si tenuerit nisi ad vitam. 9. Item excusatur quis si loquatur de seysina sua propria. Cap. 29.

Competit etiam tenenti exceptio ex taciturnitate petentis vel alicuius ātecessoris sui, vt si quis tacuerit cū viderit de iure suo litigare vel cōcordiam facere clameum suum non apposuerit per iudicium, sicut si magna assisā adiudicata fuerit, vel duellum vadiatum, vel iurata arramiata, vel cyrographum factum in curia, vt de Itinere VV. de Ralegh in comitatu Lync. de VV. de Berningehurst. Et videndum quis & qualiter opponi debet clameus, & quando, & vbi, & cui præiudicatur q̄ clameum non apposuerit, & cui non. Item quando quis excusatur q̄ clameum non apposuerit & quando non. Quis? & sciendū q̄ quilibet cuius interfuerit, sicut ille qui ius habuerit in re de qua contentio fuerit per se ipsum vel per alium. Qualiter? & sciendum quod sic dicere possit simpliciter.

Appo-

Appono clameum meum. Vel sic si duellum vadiatū fuerit dicere possit, quòd non ponit ius suum in clameum petentis nec in defensum tenentis, sufficit quidem si ipse vel antecessor suus faciat quòd tantundem valeat, vt si placitū mouerit tenenti & fecerit rem litigiosam, quia sicut plus est facto appellare quàm verbo, ita plus est apponere clameū facto quàm verbo. Et ad hoc facit de termino Sanctæ Trinitatis anno regni Regis H, xv. in comitatu Hun̄ de quadam Guldeburga, cui obiectū fuit quòd clameum non apposuit, & ipsa respondit quòd fecit quòd tantundem valet, quia tempore finis facti implacitauit tenentem per aliud breue. Item si ipse cui apponitur quòd clameū nō opposuit, sufficit si antecessor clameum apposuerit. Et ad hoc facit de termino Sanctæ Trinitatis anno Regis Henrici nono in comitatu Midd. de Henry de Haquebut, & vbi Henry amisit tenementū quia pater suus clameum non apposuit cuius interfuerit clameum apposuisse, & si clameum apposuisset, hoc prodesset Henrico: & ibi ita responsum fuit petenti quòd finis factus fuit de terra quæ petebatur in curia Henrici aui Regis domini Regis Henrici anno regni sui xxx. inter VVilhelmum Deynis auum VVilhelmi qui petijt & VValeranium tenentem patrem cuiusdam Iohannis participis sui, per quem finem terra illa remansit eidem wallerano & hæredibus suis, & inde profert cyrographum &c. Et postea alius finis factus fuit de eadem terra inter Luciam matrem prædicti Iohannis & ipsum Iohannem, & inde protulit cyrographum confectum anno quarto Regis I. Et desicut Henr non apposuit clameum suum nec antecessores sui, ideo noluit idem Iohannes ei respondere nisi curia consideraret. Ad quòd respondit Henricus quòd primus finis & cyrographum non potuerunt ei nocere, quia tunc fuit ipse infra ætatem. Et de secundo sine dicit quòd non debuit ei nocere, quia fuit in seruiio domini Regis vltra mare apud VVindoñ. Ad quòd Iohannes respondit quòd tempore primi cyrographi & secundi fuit pater ipsius Henr viuus & sanus & præsens in curia vbi fines facti fuerunt, & desicut ipse clamorem suum non opposuit, petijt iudicium si debuit ei respondere. Ad quòd Henr respondit quòd re vera postquam pater suus qui cruce signatus pfectus fuit in terram sanctam, & inde reuersus fuit quasi stultus, & amiserat memoriam ita quòd nesciuit terram regere & se dimisit de terra illa. Ad quòd Iohannes respondit & dixit quòd sanus fuit & intolomis, & tempore interdicti se contulit religioni & bona memoria diu vixit postea in habitu religionis, & quia Henr non potuit hoc deducere, Iohannes inde quietus recessit. Item quando & sciendum quòd statim in ipso placito & factione cyrographi, vel ante iudicium si præsens fuerit in curia, vel si in patria vel in regno infra quatuor maria, nec allegare poterit ignorantiam nisi iustum interuenierit impedimentū, nec vltcrius audiri debet (vt videtur) quia terminum habet ad minus ~~non nisi infra~~ (secundum communem provisionem regni) infra quem venire potest commode post placitum motum vbiq; fuerit in regno infra quatuor maria, quia quilibet implacitatus debet habere summonitionem. xv. dierum ad minus, quæ rationabilis dici poterit summonitio, nec cōceditur alicui cyrographum primo die litigij sed habebit aliū diem p spaciu, xv. dierum

Lib.v. De Exceptionibus.

ad minus ad capiendum cyrographum suum, vt infra totum illud tempus possit qui ius habuerit apponere clameum suum. Item vbi & sciendum est quòd in curia domini Regis in ipso iudicio vel ante iudicium ¶.2. Itē cui præiudicatur & sciendum quòd ei de cuius iure agitur & hæredibus suis in infinitum ab eo descendantibus. ¶.3. Excusatur autem ille qui clameum non apposuerit multis modis, vt si tempore quo finis factus fuit & cyrographū, fuit petens infra ætatem, vel antecessor qui clameum apposuisse debuit. Et illud idem obseruari deberet de iure (vt videtur per simile) si tunc fuit furiosus, vel mente captus, & non sanæ mentis, quia in multis ad paria iudicantur minor & furiosus, vel multum non differunt, quia ratione carent. Illud idem (vt videtur) obseruari deberet de iure & feodo ecclesiæ, si rector clameum non apposuerit, quòd ecclesiæ non præiudicatur, cum fungatur vice minoris, non magis, quàm minori si custos clameum non apposuerit. Quod quidem dici possit de alijs sicut de ideotis, & naturaliter surdis & mutis, & consimilibus. Sed videndum vtrum imperpetuum excusentur vel ad tempus, scilicet quòd minor effectus fuerit plenæ ætatis, vel furiosus sanæ mentis, vt tunc quòd in minori ætate vel in furore facere non potuerunt, postmodum facere teneantur, vel si tacuerint ex hoc præiudicium eis generetur, quia dicunt quidam quòd nisi minor infra annum postquam effectus fuerit plenæ ætatis clameum apposuerit, minor ætas eum non excusabit: Sed reuera excusatur imperpetuum, quia tempore litigij, in ipso iudicio, & ante iudicium redditum pendente litigio, debet clameum apponi vel non apponi, quia post iudicium, vel cyrographi liberationem, non valet licet fuerit appositum.

¶.4. Excusatur autem quis quòd clameum suum non apposuerit, si tempore litigij in prisona detentus fuit ita quòd venire non possit, nec mittere, quia nulli vertitur in dubium, & vbi eadem ratio, & idem ius erit, ideo videtur quòd excusari debeat quis si per vim maiorem, vel per fraudem, extra prisonam detentus fuerit ita quòd venire non possit nec mittere, dum tamen hoc per certa iudicia probari possit. ¶.5. Item excusari poterit (vt videtur) per similem, tanquàm prisonam, si quis tempore litigij tali infirmitate detentus fuerit quòd venire non possit, nec mittere, quia non discernit factum. Item excusatur vxor quæ sub potestate viri supposita quòd clameum non apposuerit, licet mittere possit: vt de termino Sanctę Trinitatis Anno Regni Regis Henrici quarto in comitatu Gloucestre de Roberto Cusan. Et sic videtur quòd omnis impotentia excusat, sicut infirmitas, vis maior, & huiusmodi. Est enim bona ratio a similibus procedere ad similia. Excusatur etiam quis quòd clameum non apposuerit, vt si toto tempore litigij fuit vltra mare, quacunq; occasione, ita quòd sit veri simile quòd de placito poterit ignorare, nec in aliquo prædictorum casuum habet quis necesse post iudicium vel cyrographum liberatum clameum apponere. Excusatur etiam quis quòd clameum non apposuerit, scilicet vbi finis ipso iure sit nullus, vt si factus fuit de tenemento quòd alius tenuit, vt si ipse qui debuit clameum apposuisse, vel antecessor suus, fuit in seysina de eadem re, quando finis factus fuit, & non ille vel antecessor suus, qui finem allegat, vel

vel si finis factus fuerit per dolum & fraudem vel alio modo in alterius præiudicium, quòd finis tenere non debeat. Et de hac materia inueniri poterit de termino sancti Michaelis año Regis H. iij. incipiente 4. in comitatu Suffex affisa mortis antecessoris si Matilda amita Rogeri de Batlegh. Item excusatur quis quòd clameum non apposuerit vbi cyrographum nullum, vt. si quis post disseysinam factam alium feoffauerit, quia finis reuocari poterit & adnihilari. ¶ 7. Excusatur etiam quis si tempore litigij nec ipse nec antecessores sui aliquid iuris clamare potuit in tenemento de quo agitur. Item excusatur quis de hoc quòd antecessor clameum non apposuit, cum hoc fuerit obiectum, eo quòd ille qui antecessor dicitur non fuit antecessor eius qui nunc petit, quòd aliquid iuris ei descendere posset per prædictum antecessorem. ¶ 8. Excusatur etiam quis qui clameum non apposuerit si ante legitimum tempus vnus mensis ad minus factum fuit cyrographum & deliberatum per fraudem. Et licet prima facie in pluribus casibus reuocari possit finis & cyrographum ratione personarum quæ tenementa non tenent nisi ad vitam, vt mulieres quæ tenent nomine dotis & huiusmodi, vel ratione personarum quæ villani sunt, & finem faciunt, & cyrographum de villenagio dominorum, præiudicatur eis si præsentem fuerint, & excusari non possunt cum clameum non apposuerint. Et de hac materia inueniri poterit de termino sanctæ Trinitatis anno Regis H. xiiij. in comitatu Norff. de Richard Angod. Excusatur etiam quandoque quis quòd clameum non apposuerit per seruitium domini Regis, cum nulli debeat esse damnosum, dum tamen in tali seruitio sit quòd venire non possit nec mittere, vt si in regno obsessus fuit in castro vel aliter impeditus. ¶ 9. Item excusatur quis qui clameum non apposuerit, si loquatur de seysina sua propria ante finem factum post disseysinam, & impetrauerit ante finem per breue suum, quia sic effecta est res litigiosa.

1. ¶ In quibus casibus non excusatur. 2. Si quis dixerit se esse impeditum, hoc probare debet, vt si dixerit se fuisse in partibus transmarinis vel in prisona & huiusmodi. 3. De exceptione finis facti. 4. Exceptio de defectu probationis per lapsum temporis quòd tam longinquo tempore quòd excedat memorias hominum, vel propter immutationem. 5. Exceptio si tenens fuerit a duobus implicatus, quia nemo de duobus rebus simul respondere potest. 6. Exceptio contra petentem ius merum per breue de recto vt si ipse tenens teneat ad vitam quacunque ratione. 7. De tenente per legem Angliæ. 8. Quid retinere possit si tenuerit per legem Angliæ. 9. De partu supposito. 10. De forma & monstris. 11. Si inutilia natura reddidit membra vel si curuus fuerit vel gibbosus vel membra tortuosa. 12. Si omnino nullus haeres existat & tenens per vim se tenuerit in seysina. Cap. 30.

ET notandum quòd non excusatur quis de clameo non apposito si fuerit in regno infra iij. maria, & venire possit vel mittere si voluerit. Et quòd non excusatur si mittere possit, inueniri poterit in rotulo de termino sancti Hillarij anno Regis H. vij. in comitatu Lincol. de VV. de Fountygne. Item non excusatur licet fuerit in languore, quia mittere

Lib.v. De Exceptionibus.

mittere potest, ut in eodem rotulo in comitatu Lync. de Simone de Hale, languor eum non excusavit, quia potuit misisse hominem suum ad clamorem apponendum. ¶ 2. Qui vero impedimentum allegaverit non sufficit dicere se esse impeditum, nisi hoc probet per sectam vel per patriam, ut si quis replicando dixerit se esse in partibus transmari- nis, hoc probare debet: ut de termino sanctæ Trinitatis anno Regis H. iij. in comitatu Middlesex assisa mortis antecessoris si Robertus Co- cus. ¶ 3. Item competit tenenti exceptio finis facti contra petentem. Dicere enim poterit tenens quod aliquando finis factus fuerit in curia Regis de eadem terra inter ipsum & petentem vel eorum antecessores ita quod per finem illum recognovit idem petens vel aliquis antecesso- rum suorum terram illam esse ius ipsius tenentis vel alicuius antecesso- ris sui, & illam remisit & quietum clamavit &c. Et ad hoc probandum statim proferat cyrographum & finem, ad quod statim respondeat pe- tens, statim replicando, & ostendat rationem quare finis ei nocere non debeat, vel quod finis ille in nullo tangit personam suam, vel quod ei nocere non debeat, vel tenenti valere, supradictis rationibus, & plu- ribus alijs inferius dicendis. ¶ 4. Excipere etiam poterit tenens contra petentem quod licet ius ei descenderit sicut petens dicit, tamen non valet petitio sua nec actio pro defectu probationis propter lapsum tem- poris, quia non est qui de seysina antecessoris petentis loqui possit, vel aliquid probare de visu suo proprio, vel patris sui qui hoc ei iniunxit, quia seysina de qua petens loquitur omnem excedit probationem, sicut de tempore H. Regis finis & ulterius, & huiusmodi exceptio substan- tiam capit ex tempore. Et hic est casus quod ille qui ius habet amittit imperpetuum & hæredes sui, & ille qui nihil iuris habet & hæredes sui imperpetuum retinebunt, & hoc est pro defectu probationis. ¶ 5. Item competit tenenti exceptio dilatoria tantum. Ut si tenens de eadem re a duobus implacitatus fuerit, quia de vna re non potest quis nec debet duobus simul & semel respondere. Et ideo refert vtrum institutæ sunt actiones vtræque super iure proprietatis, vel super ipsa possessione. Item quis prius, quis posterius impetrauit, & ad quem & ad cuius iu- risdictionem, ut per hoc sciri possit quis alteri præferri debeat & quis non. ¶ 6. Item (ut supradictum est) poterit exceptio esse perempto- ria contra petentem, quantum ad ipsum & hæredes suos & perpetua, ut si quis rem petat ut ius suum & in feodo, & tenens dicat se ius habe- re ut in feodo sibi & hæredibus suis imperpetuum. Eodem modo con- cedere potest tenens quod petens ius habeat & feodum, tamen exci- pere potest tenens quod habet liberum tenementum, ut quacunque ratione teneat ad vitam sicut nomine dotis, vel ex causa donationis per legem Angliæ, & huiusmodi. ¶ 7. Ut si quis cum hæreditatem habue- rit vel non habuerit uxorem duxerit habentem hæreditatem vel mari- tagium, vel aliquam terram ex causa donationis, si liberos inter se ha- buerint ex iustis nuptijs procreatos, si vxor præmoriatur, remanebit vi- ro hæreditas, & terra sua tota vita ipsius viri siue superstitis fuerint li- beri

De Exceptionibus. Ca. 3^o. Fol. 438.

beri siue mortui, omnes, vel quidam : dum tamen semel aut vocem aut clamorē dimiserint quod audiatur inter quatuor parietes, si hoc probeatur. Et quod dicitur de primo viro dici poterit de secundo, si postmodum nupserit secundo viro, siue de primo viro hæredes habuerit apparentes siue non, plenæ ætatis vel minoris ætatis, quod quidem iniuriosum est secundum Stephanum de Segraue, maxime cum de primo viro hæredes habuerit, quod quidem sustinere posset si nullos habuerit, dicebat enim quod lex illa male intellecta fuit, & male vsitata, quia quod dicitur de lege Angliæ, intelligi debet de primo viro & eorum hæredibus communibus, & non de secundo, maxime cum hæredes apparentes extiterint de primo. Cùm igitur ille qui sic tenuerit implacitatus fuerit ab aliquo, & exceperit quod tenet per legem Angliæ ad vitam suam ratione pueri qui auditus fuit clamare inter quatuor parietes, & responsum fuit ex aduerso quod nullus talis procreatus fuit nec vocem emisit, oportet tenentem probare contrarium per sectam sufficientem, quæ audiuit clamorem in propria persona, & non ex relatione aliorum vel auditu, qui omnes bene examinentur tam de die quàm de loco quàm de hora & de alijs circumstantijs, vel quod tantundem valeat, quod vocem emisit & baptizatus fuerit & Christianus effectus, vt de itinere M. de P. in com. Leic. anno Regis H. x. de VVilhelmo filio VValteri. De Lync. de terra de Grimesby.

¶ 8. Habebit etiã per legem Angliæ quicquid accidere potest, videlicet in seruitio & huiusmodi, & in custodijs & in releuijs tota vita sua. Si autem terra vel hæreditas acciderit post mortem vxoris, hoc pertinebit ad hæredes si fuerint plenæ ætatis, & ad capitales dominos custodes si infra ætatem extiterint, & similiter custodia, quia nihil amplius retinere potest per legem istam nisi id quod in vita vxoris accedit : vt de itinere VV. de Raleigh in comitatu Bed, in fine rotuli. S. de Segraue de consuetudine illa & lege male intellecta & vsitata. Et ideo necesse est probare quod talis vocem emisit, quia bene potest esse quod vocem emisit, & probatio deficere poterit, & bene poterit esse quod nunquam vocem emisit, quia in vtero mortuus, ita quod nunquam processit ad lucem, vel in ipso partu mortuus, ita quod vocem nunquam emisit. Et ideo licet dicatur quod baptizatus fuit & sepultus vt Christianus, tamen nisi vocem emisit & hoc probeatur, non valet. Et licet partus moriatur in ipso partu, vel viuus nascatur vel forte semimortuus, licet vocem non emisit, solent obstetrices in fraudem veri hæredis protestari partum viuum nasci & legitimum, & ideo necesse est vocem probare, & licet naturaliter mutus nascatur & surdus, tamen clamorem emittere debet siue masculus sit siue foemina : Nam dicunt. E. vel A. quotquot nascuntur ab Eua. Non sufficit igitur tantum baptizatus & sepultura.

¶ 9. Sed quid dicitur si vxor reuera partum non peperit sed supponatur partus qui clamorem emisit, hoc probato cadat exceptio.

¶ 10. Item si cum partum ædiderit, tamen partus declinauerit ad monstrum, & cum clamorem emittere deberet emittit rugitum, & tunc videtur quod tenere non debet exceptio, quia partus monstruosus est cum non nascatur vt homo. Sed non dico partum monstruosum licet

licet natura membra minuerit vel ampliauerit : minuerit, vt in defectu digitorum vel huiusmodi : ampliauerit, vt si plures digitos vel articulos, sicut sex vel plures, vbi non debet habere nisi quinque, si inutilia natura reddiderit membra, vt si cuurus fuerit, vel gibbosus, vel membra tortuosa habuerit. Et notandum quòd exceptio ista locum habet tam in causa possessionis, sicut in assisa mortis antecessoris & nouæ disseisinæ, quàm in causa proprietatis per breue de ingressu vel per breue de recto. Et replicari poterit contra exceptionem præmissam quòd omnino nullus partus æditus fuerit, nec clamor auditus, licet partus æditus, quia mortuus fuit in utero vel in ipso partu. Item quòd nullus æditus fuit sed suppositus, licet clamor sit auditus. Item si æditus, non tamen fuit formatus vt homo, sed vt monstrum. Item si æditus, tamen conuictus ad bastardum quacunque ratione quod hæres esse non potuit propinquus vel remotus aliqua ratione. ¶ 11. Item quòd ille qui exceptionem opponit non fuit vir illius mulieris legitimus, sed alius cuius hæredes clamant hæreditatem illam. Item si machinatus fuit in mortem vxoris. Item licet partus æditus & clamor auditus, & ille tenens vir legitimus, terra tamen de qua agitur nunquam accidit in vita vxoris, & vnde pertinet ad veros hæredes, vel ad dominum capitalem. Item quia terra illa fuit hæreditas primi viri vel primæ vxoris, vel quia vxor sua tenuit nomine dotis, & non nomine successionis. Item quia vxor & mater pueri non obijt seysita vt de feodo. Item quia terra de qua agitur data fuit in maritagiũ sub cõditione tacita vel expressa, videlicet si pueros non haberet vel si haberet & deficerent, & terra data reuerteretur ad donatorem. Et quòd omnino nulli, vel si fuerint defecerint, terra data in maritagiũ reueri debet ad donatorem. Item si pueri æditi sunt & procreati, tamen hæredes esse non poterunt propinqui vel remoti non magis quàm bastardi, quia nihil clamare poterunt de hæreditate mulieris, quia hæreditas illa siue maritagiũ datum fuit tali viro in maritagiũ cum tali vxore & hæredibus de carne prædictorum procreatis, vnde vir talis hæreditatem tenere non debet ad vitam suam per legem Angliæ. ¶ 12. Si autem nullus hæres omnino extiterit, & post mortem vxoris se teneat vir per vim in hæreditate mulieris contra verum hæredem sub specie & colore legis Angliæ, consulitur hæredi per tale breue per VV. de Raleigh formatum pro Radulpho de Dadescomb in hac forma. Rex vicecomiti salutem. Ostendit nobis A. quòd cum B. de N. & C. vxor eius tenuissent tantam terram cum pertinentijs in tali villa vt ius & hæreditatem ipsius C. quæ nuper obijt sine hærede de corpore suo procreato (vt dicitur) vnde terra illa descendere debuit ad prædictum A. sicut ad propinquiorem hæredem ipsius C. quia prædicta C. sine hærede de corpore suo procreato decessit. Idem B. post mortem prædictæ C. vxoris suæ contra legem & consuetudinem regni nostri cum vi sua se tenet in eadem, ita quòd prædictus A. in prædictam terram vt in ius & hæreditatem suam ingressum habere non potest. Et ideo tibi præcipimus quòd si prædictus A. fecerit te &c. tunc summonneas &c. prædictum B. quòd sit coram Iusticiarijs &c. ostensurus quare deforciat eidem

dem A, prædictam terram & habeas ibi summonitores &c.

1. Qualiter procedendum sit contra contumaces in actione personali. 2. In actione criminali. 3. Irradulatio post defaultam. 4. Breue de attachiando & ponendo aliquem per vadiū & plegios in actione personali cum fecerit defaultam. 5. Breue de attachiando per meliores plegios. 6. Qualiter & quando plegij sint amerciandi. 7. Breue quoddam distringatur quis per terras & catalla & ulterius per ordinem. Cap. 31.

Redeamus igitur ad diem summonitionis. Dictum est supra qualiter quis excusatur si ad iudicium non venerit cum legitime summonitus fuerit, cum necesse habeat venire in actione reali. Nunc autem dicendum de contumacibus & ad iudicium non venientibus, & qualiter procedendum sit contra contumaces in personali actione civili, & secundum quod fuerit ei contractum vel delictum. Et in primis qualiter contra contumaces procedi debeat in actione personali, secundum quod actio fuerit civilis vel criminalis. Civilis, ratione delicti vel iniuriæ, vel super aliqua promissione vel conuentione non obseruata, vel finis facti in causa prohibitionis, vel quare impedit vel huiusmodi, vbi principaliter agitur in rem, ad aliquam rem certam mobilem vel immobilem consequendam. Item civilis propter delictum vel iniuriam, quæ quidem actio provenit ex aliquo facto & dicto præcedente; & vbi non agitur ad aliquam rem certam consequendam, sed ad interesse quod incertum est, donec ex discretione Iusticiariorum fuerit damnum & iniuria estimata, secundum quod fuerit maius vel minus, & iniuria atrox vel leuis. ¶ 2. Item si causa fuerit criminalis & civiliter agatur eodem modo quod quidem fieri potest sed non e contrario. Poterit enim in causa criminali agi civiliter, sed in civili causa non criminaliter. Si autem personalis causa fuerit criminalis, & maxima, scilicet de crimine læsæ maiestatis, nulla erit ibi solennitas attachiamentorum, sed statim capiatur per corpus, nec erit per plegios dimittendus, sed plegij eius sint (donec se defenderit) carcer & gaola. Si autem maius sit crimen quod tangat priuatas personas & non Regem, sicut de morte hominis nequiter interfecti, de roberia, de crimine falsi & huiusmodi, vbi sequitur amissio vitæ & membrorum, fiat eodem modo secundum quod superius dictum est. Vix tamen aliquando retorquetur a principe, quod tales maiori crimine irretiti per ballium dimittuntur. Si autem crimen minimum sit quod in se contineat interdictum vel exilium a villa vel a prouincia, tales solent aliquando attachiari secundum quosdam. Cum autem delictum fuerit vel transgressio vel iniuria, licet contra pacem, ibi obseruari debet solennitas attachiamentorum sicut in alijs casibus civilibus, & personalibus actionibus. Et qualiter procedi debeat in casibus criminalibus, satis perpendi poterit vt supra in tractatu de placitis de corona. Sunt autem inter alias actiones civiles & personales, quæ ex causa certa instantiam desiderant, & non querunt dilationes, nec attachiamentorum solennitatem, sed maturitatem iudicij, sicut videri poterit si res tempore peritura fuerit, sicut in fructibus & alijs. Item si periculum & iactura causæ

TTTt.j. immi-

immineat per lapsum vi. mensium ne collatio ecclesie post tempus deuoluatur ad episcopum. Item atrocitas iniuriæ, & reuerentia personæ, siue priuilegium contra quem illata fuerit iniuria contra pacem vel contra nobiles personas, vel extraneas qui moram trahere non possunt longam, sicut sunt mercatores & huiusmodi, & aliæ possunt esse causæ plures. Si autem sint actiones personales & ciuiles quæ instantiam non desiderant, & summonitus legitime ad diem summonitionis non venerit, quia sine responsione sua procedi non possit ad iudicium, offerente se liti querente contra summonitum primo die litis, secundo, tertio, & quarto, ulterius non expectabitur summonitus, sed procedatur contra ipsum & attachietur per plegios, siue summonitio testata fuerit siue non, cum non sit dedita. ¶3. Et fiat talis irrotulatio. A. optulit se quarto die versus B. de placito tali vel tali, quare videlicet non teneat ei conuentionem vel finem factum vel huiusmodi. Sic inseratur & irrotuletur breuiter virtus actionis & forma breuis, & tunc dicatur. Et talis non venit & summonitus &c. Iudicium. Attachietur quod sit ad talem diem responsurus de principali placito, & de defalta per tale breue, quod tota die variatur secundum diuersitatem actionum. ¶4. Rex vicecomiti salutem. Pone per vadium & saluos plegios B. quod sit coram Iusticiarijs nostris apud VVest. ad talem diem ad respondendum A. de placito quare non tenet ei conuentionem inter eos factam vel finem inter eos factum, de tanta terra cum pertinentijs in tali villa, vel sic: de tali placito quod warrantizat ei tantum terræ cum pertinentijs in tali villa quod tenet, & de eo tenere clamat & vnde chartam suam habet, vel chartas antecessorum suorum cuius hæres ipse est vt dicit, vel sic: de placito quare non facit ei consuetudinem & certa seruicia, quæ facere ei debet de libero tenemento suo quod de eo tenet in tali villa, vel de tanto terræ cum pertinentijs, vel de placito quod reddat ei tantam pecuniam quam ei debet & iniuste detinet vt dicit. Item de placito quare idem A. simul cum alijs venit ad domum suam & ibi fecit talem iniuriam contra pacem nostram, & ita fiet breue de attachiamento secundum diuersitatem actionum & querelarum, sed hæc exempli causa sufficiant. Et in fine addatur ei hec clausula, ad ostendendum quare non fuit coram eisdem Iusticiarijs nostris apud VVest. ad talem diem sicut summonitus fuit, vel si ad alium diem essoniatu fuit tunc sic, & ad ostendendum quare non seruauit diem sibi datum per essoniatorem suum ad talem terminum, & quo casu si ad primum attachiamentum venerit, in primis respondeat quare ad diem summonitionis, vel ad diem sibi datum per essoniatorem suum non venerit, & si se excusare non possit antequam respondeat de principali, erit in misericordia pro defalta. Si autem ad primum attachiamentum non venerit, tunc offerente se liti querente, attachietur pars fugiens per meliores plegios, quod sit ad alium diem responsurus, quod quidem dicitur a forciamentum plegiorum, & quod sit ad similitudinem districtionum quæ fiunt pro seruitijs & consuetudinibus, vbi primo & ad primam districtionem capiuntur aueria si tenens ad diem summo-

De Exceptionibus. Ca. 31. Fol. 440.

summonitionis non venerit, & si ad alium diem per talem distractionem non venerit, capiuntur plura, & retinentur prius capta pro afforciamen-
 to distractionis &c. ulterius vt infra, & ita fiat irrotulatio. A. oprulit se
 quarto die versus B. de tali placito vt supra, & B. non venit & aliàs fecerit
 defaltam postquam fuit summonitus, & ita quòd attachiatus tunc
 fuit per C. & D. Iudicium. Ponatur per meliores plegios quòd sit ad ta-
 lem diem & primi &c. Forma breuis talis est. ¶ 5. Rex vicecomiti sa-
 lutem, Pone per vadium & meliores plegios B. de N. quòd sit coram Iu-
 sticiarijs nostris &c. ad respondendum A. de placitis &c. secundum for-
 mam breuis originalis, & ad ostendendum quare non fuit coram eisdem
 Iusticiarijs nostris &c. tali die sicut attachiatus fuit. Et summeas per
 bonos summonitores C. & D. primos plegios ipsius B. quòd sint coram
 eisdem Iustic. ad præfatum terminum audituri iudiciũ suum de hoc quòd
 prædictũ B. in eadem curia nostra coram eisdem Iusticiarijs nostris nõ ha-
 buerint, sicut eum plegiauerint, & habeas ibi nomina secundorum ple-
 giorum & hoc breue. ¶ 6. Ad quem diem si reus non venerit, nec ple-
 gij ad ostendendum quare prædictum reum non habuerunt, omnes ple-
 gij erunt in misericordia, & reus non antequam comparuerit, vel quia
 plegij ei deficiunt, tunc primò incipiunt omnes defaltæ in persona eius,
 ac si plegios non inuenisset, sicut videri poterit in fine breuis subsequen-
 tis, vbi dicitur: quòd sit ad audiendum iudicium suum de pluribus defal-
 tis, & ex hoc die cessabunt omnia afforciamenta plegiorum. Si autem
 post secundum attachiamentum reus compareret, tunc solummodo a-
 merciandi sunt primi plegij & non secundi, nisi venirent & docerent
 quare eum ad primum attachiamentum non haberent. Et quòd omnes
 plegij merciandi sunt, si ad secundum attachiamentum non venerint,
 nec reum habuerint, & ipse reus non, antequam fuerit summonitus ad
 audiendum iudicium suum de pluribus defaltis, præbatur in rotulo de
 termino s. M. anno Regis H. ix. incipiente x. in com. Eborum de Nicholao
 de Stateuil. Sed contra (vt videtur) si quis plegios inuenierit de prose-
 quendo, & non fuerit prosecutus, omnes erunt in misericordia tam ple-
 gij quàm principales, sed reuera non est simile, quia in hoc ultimo ca-
 su, omnes sunt in culpa, querens scilicet quia non prosequitur, & plegij
 quia non est prosecutus secundum quod eum plegiauerunt. Et quia
 sunt plegij de faciendo ad obligationem querentis, & alij in superiori ca-
 su seipso obligant tantum factum alterius promittendo, & de habendo
 talem ad diem summonitionis. Si autem forte contingat quòd ad primũ
 diem summonitionis vel attachiamenti non veniat summonitus siue at-
 tachiatus, nec querens, adhuc non cadit breue, & cõtinuari potest actio,
 & querens sequi poterit quando voluerit, ex quo summonitus siue at-
 tachiatus se liti nõ obtulit, nec sine die recessit. Et vnde si cum ad alium diem
 apparuerit & iudicium petierit de defalta querentis ad primum diem, non
 valebit ei facta compensatione defaltæ ad defaltam, quia paria delicta
 mutua compensatione tolluntur vt supra. Cum autem attachiatus per
 meliores plegios ad diem suum non venerit, nec infra quartum diem
 offerente

Lib. v. De Exceptionibus.

offerente se liti querente, fiat ita irrotulatio. A. optulit se quarto die versus B. & B. non venit &c. & plures fecit defaultas ita quod primò attachiat^o fuit per C. & D. & secundò per E. & F. & ideo omnes plegij in misericordia, & est ratio, quia ulterius non sunt summonendi quod sint ostensuri quare eum non habuerunt sicut eum plegiauerunt, & tunc precipietur vicecomiti quod habeat corpus eius ad aliū diem per tale breue. Rex vic. salutē. Præcipimus tibi quod habeas corā Iustic. nostris &c. ad talem diē corpus A. ad respondendū B. de placito tali (vt supra) secundū formā breuis originalis, & in fine addatur hæc clausula, ad audiendū iuditiū suū de pluribus defaultis, & habeas ibi hoc breue Teste &c. Et ad quē diē si venerit, in primis si se saluare nō possit de defaultis, ad diē illū retrorahuntur omnes defaultæ & p omnibus amerciabitur, & postea respondeat ad principale placitū. Si autē ad diē illū non venerit, sed malitiosē se subtraxerit & latitauerit quod corpus inueniri non possit, vel forte se transtulerit extra com̄, extra potestatem vic. & vic. hoc mandauerit quod inueniri nō possit in balliua sua, fiat talis irrotulatio. A. optulit se quarto die versus B. talem de tali placito &c. vt supra & B. nō venit & plures fecit defaultas, ita quod pceptū fuit vic. quod haberet corpus eius, & vic. mandauit quod nō fuit inuētus in balliua sua, & ideo vic. distringat eū p omnes terras & catalla, quod sit ad talē diē p tale breue, & tunc fiat simplex districtio ita quod terræ & catalla simpliciter capiantur in manū dñi Regis. ¶ 7. Rex vic. salutē. Præcipimus tibi quod distringas B. p terras & catalla in balliua tua quod sit corā &c. ad talē diē ad respondendū A. de tali placito &c. Et in fine addatur, & ad audiendū iudiciū suū de pluribus defaultis. Et si ad diē illū venerit, tunc fiat de defaulta vt supra, & si non venerit, adhuc aggravari debet districtio. s. quod vic. distringat ipsum per terras & catalla quod sit securus habendi corpus eius ad aliū diem. Et si tunc non venerit, quod vic. tunc distringat eū p terras & catalla ita quod nec ipse nec aliquis pro eo nec per ipsum manum apponat in terris, tenementis, bladis nec in alijs catallis. Et si tunc non venerit, præcipiatur vic. quod ita distringat eum per terras & per catalla quod capiat omnes terras & omnia catalla sua in manum domini Regis, & capta in manū domini Regis detineat, quousq; dominus Rex aliud inde pceperit, & quod de exitibus respondeat domino Regi. Et de hac materia inueniri poterit de termino s. M. anno Regis H. iij. incipiente. iij. circa finem rotuli. Vtlierius vero fieri non poterit aliqua districtio, per terras & catalla. Sed cum querens post tot & tantas dilationes iusticiam non fuerit consecutus, quid erit? durum est enim quod placitum suum deserat, & infecto negotio desperat^o recedat domū. Bonū esset igitur (vt videtur) distinguere inter placita siue actiones ciuiles, vtrum videlicet actio esset personalis & pecuniaria descendēs ex contractu, quo casu bonū esset adiudicare querēti ab initio seyfinam catallorum secundum quantitatem debiti petiti, & dare ei diem & summonere illum de quo queritur. Et si ad diem summonitionis veniret, extunc restituerentur ei catalla, ita quod super principali responderet, si autem non, quod ulterius super catallis non audiretur, sed querens extunc verus possessorius efficeretur. Si autem placitum esset ciuile descendens ex delicto sicut actio iniuriarum, quod tunc per officium Iustic.

Iustic. estimaretur iniuria, & adhibita taxatione de redditibus & cattallis fugientis, caperetur in manum domini Regis ad valentiam pro contumacia ipsius, & fieret eodem modo sicut supra. Si autem cum corpus non inueniatur, nec terras habuerit nec catalla ille de quo queritur, iniquum esset si Iusticia remaneret vel malicia esset impunita. Et in utroque casu siue causa esset pecuniaria siue iniuriarum, etiam quamuis non criminalis, quod talis de secta querentis interrogaretur de com in com propter contumaciam & inobedientiam factam domino regi, quia nullum maius crimen quam contemptus & inobedientia, omnes enim qui in regno sunt obedientes esse debent domino regi, & ad pacem suam, & cum vocati vel summoniti per Regem venire contempserint, faciunt seipsum exleges, & ideo vtlagari deberent, non tamen ad mortem vel membrorum truncationem si postea redierint, vel intercepti fuerint, cum causa vtlagationis criminalis non existat, sed ad perpetuam prisonam, vel regni abiurationem, & a communione omnium aliorum qui sunt ad pacem domini Regis, & sicut causa excommunicationis facit excommunicationem minorem & poenam, ita causa vtlagationis facit vtlagationem esse minorem & poenam, & facilius debet inuenire gratiam quod taliter vtlagatus restituatur ad pacem. Excommunicatio enim & vtlagatio in multis ad paria iudicantur.

perpetuam

1. ¶ De returnis vic. & si vicecomes negligens fuerit. 2. Pone sicut alias. 3. De fraude vicecomitis. 4. De imperitia vicecomitis. 5. Breue de attachiando vterius sicut alias vel pluries vbi vicecomes negligens fuerit. 6. De excusatione vicecomitis. 7. Breue qd vic. non omittat propter libertatem. 8. Si clericus securitatem inuenire noluerit propter privilegium ordinis. 9. Breue ad episcopum vel alium quod faciat venire clericum cum non habeat per quod distringi possit. 10. Breue si episcopus vel alius ordinarius non habuerit clericum ad primum diem, qd episcopus distringatur. Cap. 32.

REdeamus ad iudicium distractionum & attachiamentorum, quia aliquando vicecom negligens sit in executione preceptorum domini regis per fraudem, aliquando illa exequi non possit propter impotentiam, & vnde nisi rationabilem preterdat excusationem, in misericordia dñi regis remanebit. Contingit ei quandoq; qd cum breue domini regis suscepit de attachiando aliquem, post summonitionem factam qd attachiamentum non facit, nec breue quod ei inde venit remittit, quo casu (offerente se litum querente) fiat talis irrotulatio: A. oprulit se quarto die versus B. de tali placito vel tali (secundum diuersa genera placitorum personaliū) & B. non venit, & preceptum fuit vic. qd attachiaret eum quod esset ad talem diem, & ipse vicecomes inde nihil fecit, nec breue quod ei inde venit misit, & ideo preceptum est vic. sicut alias, quod attachiaret eum quod sit ad talem diem, & quod ipse vic. tunc sit ibi auditorus iudicium suum de hoc quod predictum talem non attachiavit, nec breue quod ei inde venit misit sicut ei preceptum fuit. Forma brevis talis est. ¶ 2. Rex vicecom. salutem. Precipimus tibi sicut alias tibi preceperimus, quod ponas p. vadum & saluos plegios A. quod sit coram iustic. &c. ad talem diem ad respondendum &c. vt supra. Et in fine addatur hec clausula, & tu ipse tunc sis ibi auditor

TTTt. iij.

iudicium

Lib. v. De Exceptionibus.

iudicium tuum de hoc quòd ipsū A. non attachiasti, nec breue nostrum quod inde tibi venit iusticiarijs nostris non misisti, sicut aliàs tibi præceptum fuit, & habeas &c. Teste &c. Et ad quem diem si nihil inde fecerit magis quàm prius fecit nec se excusauerit, pro voluntate domini Regis amerciabitur de contemptu & terciò præcipietur ei quòd attachiet A. per tale breue. Præcipimus tibi sicut sæpius tibi præceperimus &c. vt supra.

¶ 3. Mittit quandoquè vicecom. breue quod inde susceperit, & fraudulenter rescribit & mandat quòd breue tam tardè ceperit quòd præceptum domini Regis exequi non potuit, quo casu, si in contrarium testatum fuerit quòd illud tempestiuè recepisset, ita quòd potuit attachiasse talem si vellet, vel quòd breue fuit ei liberatum in pleno com̄ vbi ipse præsens fuit qui attachiari debuit, & potuit attachiari. Item si fraudulenter mandauit quòd ille qui attachiari debuit non fuit inuentus in balliua sua, quia manens fuit extra comitatū suum, & testatum sit in contrarium quòd manens sit in com̄ suo, & ibi habebat reseantiam suam. Item si fraudulenter mandauerit quòd ille qui attachiari debet itinens est de loco in locum, & de com̄ in com̄ vagans, nec certum habet domicilium, nec quòd sit de alicuius manupastu vel familia, & testatū est in contrariū quòd domiciliū habeat, & reseantiā apud talem locū certum, vbi quotidie inueniri possit, vel quòd sit de manupastu vel familia talis. Item cū præceptum fuerit vic. quòd distringeret talem per terras & catalla, & falso rescribat iustic. & mandat quòd talis non habet terras nec catalla per quæ distringi possit vel attachiari in balliua sua, & testatum fuerit in contrarium quòd terras habeat & catalla ad sufficientiam in balliua sua, tali loco & tali. Et vnde infiniti sunt casus de genere isto vbi vic. per fraudem rescribit & præten dit non causam vt causam.

¶ 4. Item si p̄ imperitiam suam errauerit in modo & ordine attachiamentorum & districtiōnum, vt si præceptum sit ei quòd ponat per vadium & saluos plegios, & ipse mandauit quòd distrinxit per terras & catalla vel econtrario. Item si præceptum sit ei quòd habeat corpus, & ipse mandauerit quòd attachiauit p̄ plegios vel commisit per ballium vel huiusmodi, & vnde sunt casus multi. Et vnde vicecom̄ modo debito præceptum domini Regis non sit executus, de omnibus huiusmodi mandatis oportebit in irrotulationibus & breuibis facere mentionem, & fiat irrotulatio sic. A. optulit se quarto die versus B. de tali placito personali & B. non venit, & vicecom̄ mandauit quòd non attachiauit eum, quia recepit breue tam tarde quòd præceptū domini Regis exequi non potuit. Et testatum est quòd istud recepit satis tempestiuè vel in comitatu vbi attachiandus præsens fuit, & ideo (vt prius) præcipiatur quòd attachiet eum quòd sit ad talem diem &c. et vicecom̄ tunc sit ibi auditorus iudicium suum de hoc quòd eundem B. non attachiauit sicut ei præceptum fuit. Et in hac forma fiat irrotulatio in omnibus alijs mandatis vicecom̄ supradictis. Forma breuis talis est, quòd sequitur talem irrotulationem.

¶ 5. Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi sicut aliàs tibi præceperimus quòd ponas per vadium & saluos plegios A. quòd sit ad talem diem &c. vt supra, ad respondendum tali de tali placito personali, vel aliter: præcipimus tibi sicut aliàs tibi præceperimus quòd

De Exceptionibus. Ca. 32. Fol. 442

quòd distringas talem per omnes terras & catalla sua in balliua tua quòd sit coram Iusticiarijs nostris ad talem diem ad respondendum B. de tali placito personali, vel tali, secundum formam breuis originalis. Et vnde mandasti præfatis iusticiarijs nostris apud talem locum quòd breue nostrum de attachiando prædictum B. talem adeo tarde tibi venit quòd præceptum nostrum exequi non potuisti, & testatum est ibidem quòd illud satis tempestiue ad horam recepisti, quòd illud præceptum nostrum exequi potuisti, vel sic: quòd illud recepisti in pleno comit vbi prædictus B. præsens fuit &c. vt supra. Et tu ipse tunc sis ibi auditorus iudicium suum de hoc quòd prædictum B. non attachiasti quòd esset ad talem diem sicut tibi præceptum fuit, & habeas ibi nomina plegiorum & hoc breue, Teste &c. Et ad quem diem si non attachiauerit, nec se excusauerit in misericordia remanebit. ¶ 6. Excusatur vicecom̄ multotiens propter libertatem, & impotentiam quòd libertates sine warranto ingredi non possit, nisi per defectum eorum qui libertates habent & returna breuium per vicecom̄. Et vnde si præceptum sit vicecomit̄ quòd attachiet talem qui manens sit infra huiusmodi libertates, cum vic. ingredi non possit faciat vicecom̄ returna breuium balliuis prædictæ libertatis, & præcipiat balliuis quòd tale præceptum domini Regis exequantur, quo casu aut ipsi balliui exequuntur præceptum domini Regis, aut nihil inde faciunt, si autem illud plenè fuerint executi, p hoc liberabitur vicecomes, si autem nihil inde fecerint, sufficiat ad excusationem vicecom̄ quòd mandet iustic. quòd præceptum sit balliuis. Et quo casu, cum balliui nihil inde fecerint, ppter defectum eorum præcipietur vicecom̄ quòd non omitat propter libertatem talem quin attachiet talem quòd sit &c. Et sic poterit vicecomes libertates ingredi cum warrantum habuerit, quod alias ei non liceret, & fiat sic irrotulatio. A. optulit se quarto die versus B. de tali placito, & B. non venit, & præceptum fuit vicecom̄ quòd attachiaret eum vel quòd haberet corpus suum, vel quòd distringeret eum per terras & catalla. Et vicecomes mandauit quòd præcepit balliuis talis libertatis & ipsi nihil inde fecerunt, & ideo præceptum est vicecom. quòd non omitat propter libertatem talem quin ponat per vadium & plegios prædictum B. vel quin habeat corpus eius, vel quin distringat eum per terras & catalla, vel quin capiat in manum domini Regis talem terram, vel aliud quid faciat secundum præceptum domini Regis, & balliuis summonetur per vicecom. quòd sit responsurus quare præceptum domini Regis non fuit executus, & fiat breue in hac forma. ¶ 7. Rex vice salutem. Præcipimus tibi quòd non omitas propter talem libertatem talis quin ponas B. per vadium & saluos plegios quòd sit &c. ad respondendum &c. vel aliter, secundum quod præceptum est &c. vt supra. Et vnde mandasti Iusticiarijs nostris &c. quòd mandasti balliuo vel senescallo talis libertatis quòd attachiet eum quòd esset ad talem diem &c. et vnde nihil fecit, et summonetur per bonos summonitores prædictus balliuus vel senescallus quòd sit coram præfatis Iusticiarijs nostris ad prædictum terminum, responsurus quare præceptum nostrum non fuerit executus, vel quare prædictum non attachiavit, vel quid tale non

non fecit, sicut ei præceptum fuit, vel aliter (secundū quosdā) quòd balliuus sit auditorus inde iudicium suum de hoc &c. Et si forte cū vic. ingredi voluerit hoc non ei permittatur propter potentiam balliuorum libertatis, præcipiatur (vt prius) vic. q̄ non omittat ppter libertatē talem, quin attachiet talē in forma prædicta. Et si aliquē inuenierit resistentem, assumptis secū (si opus fuerit) militibus & liberis hominibus de com̄ ad sufficientiā capiat corpora hominum resistentiū, & illos in prisona saluo custodiat, donec dominus rex inde præceperit voluntatem suam. Et nihilominus dominus libertatis attachietur quòd sit ad prædictum diem ad defendendum se, si possit, de prædicta transgressione. Et quam quidem si aduocauerit, vel defendere non possit, capiatur illa libertas in manū domini Regis pro voluntate domini regis detinenda, quia libertatem meretur amittere qui permissa sibi abvritur potestate. Et in primo casu, licet vicecom̄ ingredi possit cūm præceptum inde habuerit, nihilominus si balliuus non venerit ad diem suum procedatur contra ipsum de defaulta. quòd non attachietur sed quòd resummonetur, & si ad resummonitionem non venerit, tunc amercietur grauitur, vt de termino s. Trinitatis anno regni regis H. tertio. ¶ 8. Item excusari poterit vic. propter priuilegium clericorum, vt si præceptum domini regis habuerit de attachiando aliquem qui clericus sit, & qui plegios inuenire noluerit propter priuilegium clericale, nec laycum feodum habuerit p quòd possit distringi, nec debet dominus Rex manus in eos mittere, & cūm in eos coertionem non habeat, maxime in delictis & transgressionibus sicut in maioribus criminibus, nullum aliud supererit remedium nisi quòd ex parte domini regis mandetur ordinarijs loci qui baronias habent, sicut Archiepiscopis, Episcopis, & alijs in quòrum diocesib⁹ tales sunt manentes qui attachiari debent, vel beneficia ecclesiastica habuerunt, & in quos dominus Rex habet coertionem propter baronias suas, quòd faciant tales venire, & sic fiat talis irrotulatio. A. optulit se quarto die versus B. de placito tali &c. Et B. non venit, & præceptum fuit vicecom̄ quòd attachiaret eum, et vicecom̄ mandauit quòd prædictus B. clericus est & quòd noluit plegios inuenire, nec habet laycum feodum per quòd potuit distringi, et ideo mandatum est ordinario loci sicut archiepiscopo, episcopo, & huiusmodi, quòd faciat talem clericum venire ad talem diem, nisi ita sit quòd forte testatum sit quòd talis clericus habeat laycum feodum, & catalla in layco feodo per quæ distringi possit. Et vicecom̄ per fraudem mandauerit quòd nihil habuerit, & quo casu, fiat vt supra de fraudibus vicecom̄. Sed quid si clericus præbendam habuerit, laycum feodum scilicet & noluerit plegios inuenire, quæritur an vicecom̄ eum distringere possit statim per præbendam, vel si cūm præceptum habuerit de attachiando returnum fecerit ordinatio, an ordinarijs distringere possit canonicum per præbendam suam, videtur quòd neuter, nec vicecom̄ nec Episcopus: vicecom̄ non, licet warrantum haberet ingrediendi libertatem sine Episcopo vel alio ordinario, cūm Episcopus sit caput ecclesie & canonici membra. Item nec Episcopus per tale returnum, sine speciali præcepto domini Regis, cūm canonicus adeo libere teneat præbendam

De Exceptionibus. Ca. 32. Fol. 443.

bendam suam de ecclesia sicut ipse episcopus baroniam suam, & canonici sunt quasi vnum corpus per se in ecclesia: Et quamuis episcopus sit caput ecclesiæ, tamen canonici habent sua bona a bonis episcopi seperata, & ideo cum episcopus a domino Rege speciale mandatum habuerit, ex hoc incipit habere iurisdictionem, & coercionem in præbendis, quasi ordine obseruato. Forma breuis tunc talis est. ¶. 9. H. dei gratia &c. venerabili in Christo patri B. eadem gratia Episcopo London salutem. Mandamus vobis quod venire faciatis coram iustic. nostris &c. ad talem diem talem Archidiaconum, vel talem decanum vel clericum ad respondendum C. de tali placito &c. vt supra. Et tunc addatur hec clausula. Et vnde vicecom̄ noster Midd. mandauit præfatis Iustitiarijs nostris, quod prædictus archidiaconus, vel talis alius qui clericus est, noluerit plegios inuenire, nec habet laicum feodum per quod distringi possit, & habeatis ibi hoc breue Teste &c. Si autem Episcopus nihil fecerit ad mandatum Domini Regis, tunc fiat irrotulatio sic. A optulit se quarto die versus B. de placito tali, & B. non venit, & aliàs præceptum fuit vic. quod attachiaret eum, & vic. mandauit quod clericus fuit &c. vt supra, & ita quod mandatum fuit episcopo tali quod faceret eum venire, & quod mitteret breue, & ipse nihil inde fecit. Et ideo summeatur episcopus quod sit ad talem diem, & ibi habeat prædictum talem ad respondendum prædicto A. quare &c. secundū breue originale, & ad ostendendū quare prædictum B. coram præfatis Iustitiarijs ad talem diem non habuit sicut ei mandatum fuit. Forma breuis talis est. Rex vicecomiti salutem. Sumone per bonos summonitores F. London Episcopum quod sit coram Iustitiarijs &c. ad talem diem, & ibi habeat talem archidiaconum, vel talem clericum, ad respondendū tali de placito quare &c. vt supra. Et in fine, ad ostendendum quare non fecit eum venire corā Iustitiarijs nostris ad talem diē, sicut ei mandatum fuit, & quare non misit breue &c. Ad quem diem aut facit eum venire aut non facit, si autem non, tunc obseruabitur solennitas attachiamentorū, sicut in alijs distinctionibus, & statim distringatur Episcopus per baroniam suam quod sit ad alium diem, & ibi habeat clericum præfatum ad respondendum &c. Et summeatur Episcopum quod tunc sit ibi auditorus iudicium suum de hoc quod præfatum clericum non habuit ad talem diem &c. sicut ei mandatum fuit, & fiat irrotulatio sic. A optulit se quarto die versus B. de tali placito &c. vt supra. Et B. non venit, & aliàs mandatum fuit Episcopo quod faceret eum venire ad talem diem. Ad quem diem non fecit eum venire, & ita quod præceptum fuit vicecom̄ quod summoneret eum quod esset ad hunc diem, & ibi haberet prædictum B. ad respondendum. Et similiter quod Episcopus esset ad ostendendū quare non fecit eum venire ad alium diem sicut ei mandatum fuit. Et Episcopus non venit, nec habuit ipsum B. & ideo distringatur per baroniam suam quod sit ad talem diem, & ibi habeat prædictum B. ad respondendum. &c. Et ipse Episcopus sit auditorus iudicium suum de hoc quod ipsum B. &c. Forma breuis talis est. &c. ¶. 10. Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod distringas F. London Episcopum per terras suas quas tenet in baronia in comitatu tuo q̄ sit coram Iustitiarijs &c. Ad talē diē, & ibi

Lib. v. De Exceptionibus.

& ibi habeat talem clericum ad respondendū tali de tali placito &c. & similiter ad audiendum iudicium suum de hoc & præfatum clericum non habuit ad talem diem sicut ei mandatum fuit, & habeas. &c. Ad quem diem si non venerit episcopus nec clericus, procedatur contra ipsū clericū de contemptu secundū considerationem curiæ, & ne maleficia remaneant impunita, apponat Rex manum suam in defectu episcopi, ita quod clericus arresteretur & detineatur quousq; episcopus eum petierit ex officio sue iurisdictionis vt ei liberetur, vel ex certa causa detētus remaneat nec ppter hoc vic. nec balliui sui pœnam incurrant, cū executio iuris non habeat iniuriam. Episcopus autem & superiores possunt pro iniuria & pro crimine arrestari. Possent etiam episcopus latronem fugientem ad ecclesiam impune expellere, & ita quod irregularis non teneretur, si latro exire nollet & stare iudicio Regis & Regni. Debet enim gladius iuuare gladium, & vnde gladij sunt duo, spiritualis vtz & temporalis. Item cū clericus non venerit ad diem suum, episcopus venire possit vel mittere & excusare se quod clericum habere non poterit, dicere enim possit quod clericus nullum habet beneficium in diocesi sua per quod possit distringi. Item etsi beneficium habuerit, quod scolaris sit & vacās in scolis Parisijs vltra mare, & fecit quod potuit & sequestrauit eum per præbendam suam, & alia beneficia sua, & nesciuit vltorius quid facere possit, & vnde superfedendum erit (vt videtur) donec clericus redierit quod capi possit & coerceri. Et vnde si episcopus tunc noluerit, hoc faciat vicecom̄ in defectu Episcopi ratione supradicta.

¶ De Rebus communibus inter vicinos diuidendis. 2. Quod solennitas attachiamentorum non sit vbiq; & in omni casu tenenda. 3. Si statim venire debeat reus propter priuilegium actoris. Cap. 33.

EST autem inter alias actiones actio mixta, quæ datur tam in rem quā in personam, sicut actio de communi diuidendo, vbi vterq; actor vterq; reus, & vbi sine affinitate & parentela, habēt aliquam extraneæ personæ potestatem ad rem aliquam diuidendam quæ inter eos iacet in communi, sicut sunt vicini & omnino extranei. Item est alia actio mixta quæ dicitur actio familiæ heriscundæ, & locum habet inter eos qui cōmunem habent hæreditatem diuidendam: sed hæ duæ actiones non statim nascuntur, cū hæreditas vel alia res in communi tenetur, sed ex eo tempore quo quis eorum velit rem diuidere: & locum habet (vt videtur) inter cohæredes vbi agitur de pparte sororum, vel inter alios vbi res inter partes & cohæredes diuidi debet, in proparte, siue ratione personarū inter quas res diuidi debeat, sicut sunt plures sorores quæ sunt quasi vnus hæres, vel inter plures fratres qui sunt quasi vnus hæres ratione rei quæ diuisibilis est inter plures masculos, & vbi quilibet eorum est actor & quilibet reus, & ideo dicitur hæc actio mixta. Et hoc casu quilibet dicetur actor qui primò puocauerit ad iudicium. Et in ijs duobus casibus, si cū participes vel cohæredes partem suam petierint rationabilem versus suos participes & cohæredes & illi defaltam fecerint, capienda erit terra in ma-

manum domini Regis de communi hereditate pro ea parte quæ contingit petentem, & ita erit districtio in hoc casu realis & non personalis. Itē & est actio tertia de finibus agrorum inter vicinos terminandis & definiendis, quæ dicitur actio finium regundorum, quæ idem est quod rex præcipiat quod rationabiles diuisæ fiant inter vicinos, & hoc est valde subtilis inter alias, & vbi pro defectu eius qui non queritur debet pars illa de qua contentio est capi in manum domini Regis, & sic erit districtio realis & non personalis. Sunt etiam aliquando duæ actiones quæ comprehenduntur sub vno breui, & quarum vnâ modo vtentium personalis est, & altera realis, & si bene iudicaretur quælibet earum friuola esset & inutilis vt supra. ¶.2. Non semper (vt paulo ante dictum est in parte) obseruari debet solennitas attachiametorum in actionibus personalibus, tum propter priuilegium & fauorem cruce signatorum, quorum negotia maturitatem desiderant & instantiam. Item propter priuilegium & fauorem mercatorum eodem modo. Item propter causam siue necessitatem, vt in assisa vltimæ præsentationis, vel quare quis impedit præsentare, vel non permittit, propter lapsum sex mensium & huiusmodi. Item propter ipsam rem quæ tempore peritura esset, sicut de fructibus maturioribus & huiusmodi. Item in actione iniuriarum, propter atrocitatem iniuriæ quæ magna est, & contra pacem Domini Regis. Item propter personam contra quem iniuriatum est, vt si iniuriatum sit domino Regi vel Reginæ, vel eorum liberis, fratribus, vel sororibus, vel eorum parentibus, & propinquis, in quibus casibus & cōsimilibus statim præcipiatur vic. q̄ habeat corpora talium ad respōdēdū talibus, secūdū quod de antedictis sumi poterit exemplum. Et idē fieri debet si aliqua actio incidens sit principali actioni, & vbi quamuis in actione principali obseruetur ordo attachiametorū, tamen in incidenti non erit solēnitas obseruāda, vt si cōtingat episcopum vel aliū ordinariū sūmoneri quare nō habet clericū &c. Et in quibus casibus oībus cūm præcipiatur vicecōm prima die q̄ habeat corpora talium ad diē talē rationabilē si absētes sint extra cōm & non in cōm nec in ciuitate nec in villa, non potest fieri mētio in fine breuis secūdū solitū cursū attachiametorū de clausula ista, vz & ad audiendū iudiciū suū de plurib⁹ defaltis, cūm nulla defalta præcesserit, sed loco illius clausulæ addatur in quolibet breui causa quare tollitur dilatio, & solēnitas attachiametorū: & fiat breue sic. ¶.3. Rex vic. salutē. Præcipim⁹ tibi q̄ omni occasione & dilatione postposita, propter priuilegiū & fauorē cruce signatorū & mercatorum, quorū placitū instantiā desiderat, habeas corā iustic. nostris ad talem diē, corpus talis ad respondendū tali cruce signato, vel mercatori, de placito quare &c. vel q̄ reddat ei &c. secūdū formam breuis originalis, & in fine apponatur aliquod cōminatoriū, tale vz. Et ita te habeas in hoc negotio ne pro defectu tui ad te grauitè capere debeamus. Et ita fiat de alijs causis supradictis, & quo casu, licet breue de habendis corporibus faciat mentionem, tamen nihilominus locum habebit effonium de malo veniendi, quamuis hoc esse videatur contra solitum iudicium effoniorū, quia quamuis tollatur solennitas attachiametorum, tamen legitimam dilationem quam reus habet vsq; ad primū diem litigij, semper sequetur effonium

Lib. v. De Exceptionibus.

essonum de malo veniendi, ita quòd vnicum habeat essonium antequam compareat . Item in criminalibus causis vbi sequi debet capitale iudicium, vita videlicet vel mutilatio membrorum, non sequitur attachiamen- tum aliquod, sed corpus talis (quicumq; fuerit ille) ab omnibus ar- restetur qui sunt ad fidem Domini Regis, siue inde præ- ceptum habuerit siue non habuerit.

FINIS.

C 21 694

994





